Gc
929.738
Ok5o
v.2
1686468

REYNOLDS HISTORICAL
GENEALOGY COLLECTION

ALLEN COUNTY PUBLIC LIBRARY
3 1833 00860 7779

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
Allen County Public Library Genealogy Center

http://www.archive.org/details/orbispolonvssple02okol

ORBIS POLONI TOMVS II.

IN QVO

Antiqua Sarmatarum Gentilitia & Arma Quæcunque à litera L, vſque ad literam R, incluſiuè, ſuam incipiunt & recenſent denominationem, continentur & dilucidantur.

AVTHORE

A. R. P. F. SIMONE OKOLSKI, Sacræ Theologiæ Profeſſore, Regente Studij Generalis Leopolien. Ordinis Prædicatorum Prouinciæ Ruſſiæ.

CRACOVIÆ,

In Officina Typographica Franciſci Cæſarij.

6.5

Vngula terram fodit equus, exultat audacter: in occurſum pergit armatis, contemnit pauorem, nec cedit gladio. Vbi audierit buccinam, odoratur bellum. *Iob, 39.*

1686168

Honor & ornamentum conciliatur viro, pro Eccleſia, Patria, Rege, & liberis pugnanti.



Vniuerſus populus virum fortem inſtar ſemidei colit.

Intrepido cunctis occurrit corde periclis,
Hoſtem conſpicuus, ſentit adeſſe ſibi.
Conſilio ſancto, ſtudio & virtutis auitæ
Regibus eſt ſemper. Hincque, Senator, Amor.
Pergit continuò dum Martia tollere caſtra,
Excelſus rediens, præmia ſumma tulit.
Quis igitur tanto non dignum ſtemmate cenſet?
Reſpondent ſignis, facta decora ſuis.

ILLVSTRISSIMO atq́ INVICTO DOMINO.

D. STANISLAO

A KONIECPOLE

KONIECPOLSKI.

Primo in Equeſtri Ordine,

REGNI POLONIÆ SENATORI,

CASTELLANO CRACOVIENSI.

Supremo Exercituum Lechicarum, Duci atque Generali,
Maximo Præfecturarum Buſceń. Bareń. Coueleń. Ploskirouień. &c.

GVBERNATORI.

D. Domino & Patrono Colendiſſimo.

PERPETVAM FÆLICITATEM.

HAnc dii formam, primis (ſecreta iuſtitia) tribuêre hominibus. Vt Principes terrarum, bonum honeſtumq́; Patriæ cõſeruent; Duces verò exercituum, fama gloriaq́; illuſtrẽ eandem cõſtituant. Nam cum Patria, vt inquit per Iouem Heroclis, velut alter quidam Deus & primus Maximusq́; parẽs ſit; iam omnib. vt primum curanda, conſeruanda, ampliandaq́; manet, ita à Diis ſupremis, ante & ſuper omnia, terrã colentib9 degentibuſq́; cõmiſſa exiſtit. Quo circa graui in Patriam ſuccenſus amore dicebat

Euripides; *Quid paterna charius eſt viro tellure?*
Quod ſi non eſſes peſſimus nunquam Patria
Tua contempta, regionem aliam laudaſſes.
Meo quidem iudicio non rectè ſapit
Qui ſpretis Patriæ terræ finibus
Alienam laudat, & moribus gaudet alienis,
Tu verò mea tellus & genitorum Patria
Vale. Nam viro licet plurimis malis obruatur,
Nullum eſt ſuauius ſolum, quam quod nutriuit eum.
Spartam ſortitus es, iſtam orna.

Summis profectò conſiliis, & exantlatis in armis viribus, in plurimis & continuis cum Moſchis, Turcis, Tartaris, Suecis, Moldauis, & rebellibus Coſacis, expeditionibus & bellis: Illuſtriſſ. Cel. V. inuictum declarauit Patriæ & Reipublicæ animum, vt nulla ſalutis detrimenta & pericula, nulla diſpendia bonorum & fortunarum, amouere, retardare, deterrere à ſancto propoſito Illuſtriſſimam Celſitudinem Veſtram valuerint. Hinc te meritò Patrem Patriæ Polonæ, Defenſorem inuictiſſimi Regni, Hoſtium Othomanicorum ſtragem, Pacis altæ largitorem, Sereniſſimorum Regum SIGISMVNDI III. & VLADISLAI IIII. alterum Q. Metellum, Regni Poloniæ, alium Annibalem, Sacri Senatus, iuſtum Catonem nominabunt, dicent, & ſcribent. Quoniam verô magnorum in exercitu Ducum, ſupremorumq; belli Generalium prima hæc inſtitutio ex primis Romanorum tabulis deprompta, alto conſilio, prudentique ratione, tantæ ſemper obſeruationi

donata fuerat, vt excellentes in Repub. viri, fama, triumphis, victoriis clari, addita pro meritis altis ſuis ceris referant ornamẽta; cæteri autem humilius à fortuna generationis via deiecti, fortioribus factis, auſisq́; in conſpectu omnium militantium cum Gratiano quondam Romanorum, fortunæ procacis detruſis velis ad nobilitatis palmam dignitatemq́;, iudicio & promotione Ducum ſuorum aſſurgant. Hac ſingulari motus authoritate & beneuolentia, cum Orbe Polono qui Inſignia, Gentilitia, Arma, Teſſerasque Nobilium defert & continet, ad illuſtriſſimam inuictamq́; Celſitudinem Veſtram accedere præſumo. Et ſicut lima Lidiuſq́; gladio, pectore, & ſanguine, in feruidi hoſtis arena & tabula, veri Nobilis & Generoſæ progenitæ prolis, ſpectator fideliſque arbiter exiſtis: ita quem Patronum, Tutorem, & Promotorem huius mei operis inuoco & conſtituo, etiã vnicum te Illuſtriſſ. C. V. tuo clienti, beneuolum tuo ante Dominum exoratori, fauentem Sacro Ordinis Prædicatorum ſicut ſemper præſtitum te eſſe voluiſti, vbique experiamur. Quem vt victoriis excelſum, ita animo corporeq́; ſanum ab alto gratulamur & votis noſtris præſtolabimur. Datum Cracouiæ. 15. Septem. 1643.

Illuſtriſſimæ & Inuictæ Celſitudinis Veſtræ
exorator ante Dominum & mancipatus obſequio.

Fr. SIMON OKOLSKI, S. Th. Profeſſor, Ordinis Prædicat.

PRIVILEGIVM

SERENISS. & INVICTISS. REGIS POLONIÆ.

VLADISLAVS IV.

DEI GRATIA, REX POLONIÆ,

Magnus Dux Lithuaniæ, Ruſsiæ, Pruſsiæ, Maſouiæ, Samogitiæ, Liuoniæ, Smolenſciæ, Czerniechouiæ, nec non Succorum, Gottorum, Vandalorumq́ue,

HÆREDITARIVS REX.

Significamus præſentibus litteris noſtris quorum intereſt vniuerſis & ſingulis. Quia nos ſupplicatione Venerabilis P. Simonis Okolski S. Th. Bacc. Ordinis Prædicat. inclinati concedimus, ne quis in Regno noſtro & M. D. Lith. alijſq; quibuſuis Dominijs noſtris Typographus Orbem Polonum, ſeu Teſſeras Gentilitias nobiliũ Regni Pol. excudere, imprimere atq; in publicum edere aut diuendere ad decurſum viginti annorum audeat vel præſumat. Niſi cui idẽ præfatus Venerandus P. Simon Okolski S. Th. Baccalau. Ord. Præd. conceſſerit. Idq; ſub mulcta mille marcarum & amiſſionis eiuſmodi librorum impreſſorum. Cuius quidem pœnæ medietas fiſco noſtro, altera medietas parti læſæ cedet. Quod ad omnium Magiſtratuum Regni Dominiorumq́, noſtrorum noticiam deducentes, mandamus, vt prædictum Venerabilem P. Simonem circa hanc facultatem ipſi à nobis benigne conceſſam conſeruent ac manu teneant, conſeruariq; ac manu teneri ab omnibus quorum intereſt diligenter curent, pro Gratia noſtra. In cuius rei fidem præſentes manu noſtra ſubſcriptas ſigillo Regni communiri iuſſimus. Datum Varſauiæ, die 24. Menſis Febr. Anno M. DC. XXXXI. Regnorum noſtrorum Pol. VIII. Suec. IX.

Vladiſlaus Rex.

Ex Com-

EX Commiſsione Admodum Rn̄di Patris Prouincialis noſtri Fr. Steph. Chmeler, Orbis Poloni Tomum Secundum vidi, legi, & approbaui. Cum enim Teſſeræ Gentiliciæ Regni deſcribuntur, atque plurimis eruditionibus, ſententijs, & priuilegijs illuſtrantur, maximè lectorem alliciunt, inſtruunt, & delectant. Quia verò nil in eo Opere eſt quod bonis moribus & multo minus ſacræ fidei aduerſetur, exiſtimaui ad eruditionem & profectum digniſsimarum proſapiarum in Regno prælio committendum. Datum Gartkouiæ 20 Iunij 1642.

Fr. Petrus Chlaſcouius S.Th. Magiſter.

LEgi atq; diligenti lectura animaduerti Orbis Poloni Tomum Secundum A.R.P. Fr. Simonis Okolſki S. Th. Magiſtri & Regentis in hoc ſtudio Generali Leopolien. in Ruſſia, nil rectis moribus neq; Religioni Sacræ Catholicæ habere contrarium. Quapropter fide mea teſtor. A.R.P. Prouinciali ex cuius mandato librum hunc luſtraueram digne mandandum typis debere. Datum Leopoli, 10. Iulij. Anno 1643.

Fr. Cherubinus S. Th. Lector, M. g. Studij Generalis.

FR. Stephanus Chmeler S. Th. Baccal. Prior Prouincialis Ruſsiæ Ord. Prædicatorum. Viſis approbationibus Patrum, quibus cenſurandi trutinandique Orbis Poloni Tomum ſecundum A. R. P. Fr. Magiſtri Simonis Okolski facultatem commiſeramus. Eundem vti nihil contra ſacros Canones & Eccleſiæ determinationẽ continentem, imò vt percepimus, præclaras ferentem eruditiones, approbamus. Et vt typis poſsit mandari licentiam impertimur. Datum Leopoli 19. Iulij 1643.

Idem qui ſuprà m. p.

EGO Fr. Camillus Iaſinski S. Th. Profeſſor Ord. Prædicat. quandoquidem de verbo in verbum integrum Tomum ſecundum Orbis Poloni R. Patr. Okolſki perlegi atq; reuiſum typis mandaui, ideo atteſtor nil in eo reperiri quod fuerit Sacræ Romanæ fidei contrarium, atque bonis moribus non congruum. Et quia proficuum fore Verbi Dei Prædicatoribus, atq; Nobiliſſimis Familijs perneceſſarium iudico, meritò imprimendum atq; confirmandum expoſtulo. Crac. 12. Septemb.

Idem qui ſupra, m. pr.

ORbis Poloni, Sarmatarum gentilicia peruetuſtæ Nobilitatis Polonæ inſignia continentis, vtrumq; Tomum Authore R. P. Simone Okolſki S. Th. Magiſtro, & Regente Studij Generalis Leopolien. S. R. M. authoritate Typis euulgari permiſſum: & primum quidem à Reuerendis Patribus Thoma Muſticen. S. T. M. & Regente ſtudij Generalis Ord. Præd. Prouinciæ Ruſſiæ, ex Commiſſione Adm. Rndi. Patris Dominici Potocki, eiuſdem Ord. & Prouinciæ Prouincialis, & Hiacyntho Miakowſki, Ioanne Conſtantino Morſki, S. Th. Magiſtris, ex Commiſſione Adm. Rndi. Patr. Auguſtini de Imola, Apoſtolici Commiſſarij, ac Viſitatoris Prouinciarum Poloniæ & Ruſſiæ. Deinde quoad Secundum, à Rndis Patribus Petro, Chlaſcouio, Cherubino, Camillo Iaſinſki S. Th. Magiſtrorum reuiſum, ego Iacobus Vſtienſis, S. T. & I. V. Doctor ac Profeſſor, Ordinarius librorum per Diœceſim Cracouien. Cenſor legi, qui cum omnia Catholicæ Eccleſiæ, morumq; doctrinæ conſona contineant, eorundem in lucem edendi facultatem concedo.

Iacobus Vſtienſis m. pr.

AD BENIGNVM LECTOREM.

QVametſi tarda mora in lucem alterum Tomum Orbis Poloni porreximus; non tamen, nec præteritorum nec ſequentium Armorum, vberem ab omnibus informationis noticiam accipere valuimus. Quid cauſæ fuerit, equidem ignoro, promptiſſimo tamen affectu cuiq; nobilium Gen. operam meam non denego. Prodit itaq; alter Tomus à litera L vſq; ad literam R diuiſione operis in hoc neceſſaria, ne ad Tomum ſequentem luculentiorem Proſapiarũ cognitionem porrigere vt obſecro, D.V. grauentur. Deus qui optimorum conſiliorum eſt author & fautor, alta ſua benedictione Illuſtriſſimas, Reuerendiſſimas, Generoſas, & Nobiliſſimas Dominationes Veſtras conſeruare, protegereq; dignetur. Hoc ex animo precor & à Domino cælorum expoſtulo.

ORBIS POLONI TOMVS II.

ŁABĘC, Latinis CYGNVS, ſeu OLOR.



DELINEATIO.

TRipliciter delineatũ Cygnum inter arma lego. Primò pingitur cygnus ſupra ſcutum ſedens, intra ſcutum verò ponuntur duæ litteræ Maiuſculæ E K ſed inuicẽ iunctæ, ita vt auerſim ponatur ∃ ad cuius tergũ ponitur K hoc modo.



Secundò delineatur: Ponitur Cygnus & intra ſcutum & ſupra coronam alter cum roſtro nigro & pedibus nigris. Tertiò, Cygnus eodem modo diſpoſitus habet roſtrum & pedes coloris flaui. Campus rubeus Cygnus albus. Et reperitur in præſens hæc vtraque delineatio.

Differentia armorum Cygnus.

A ORIGO.

ORIGO.

EX Regno Daniæ Boleſlao Kriuouſtio ſceptra tenente, in Regnum Poloniæ, Anno 1124. per Petrum Dunin Guilelmi Theſaurarij Regis Danorum Henrici filij illata fuerunt. Hic namque fama & gloria Regis Boleſlai accenſus, in Regnum iuuentute floridus, morum & armorum victorioſè triumphabilium colligendorum gratia, ſeſe contulerat. De quo *Cromerus lib.* 5. Petrus clara & illuſtri apud Danos familia, magna ingenij dexteritate, induſtria, virtute, officio & ſuauitate morum, ad hæc commendatione Regis Danorum, citò ſe in gratiam & amicitiam Boleſlai inſinuauit. Quem nedum Comitem in Skrzynno creauit, ſed & Duciſſam Ruſsiæ coniugis ſuæ Zbyſlauæ ex fratre ſororem, in matrimonij vinculum obtulit. Cùm verò Abel germanus Henrici Danorum Regis crudelem manum in fratrem eiuſq; vitam erexiſſet, ipſumq; trucidaſſet, ille & pater eius Guilelmus dederant occaſionem Boleſlao, vt in Daniam applicaret, vnde & Tyrannum eijceret, & Regnum poſsideret. Ita *Cromerus fol.* 126. *Miechouius lib.* 3. *Bielſcius lib.* 1. *fol.* 107. Vnde poſsibile quòd ſcutum cum literis ſupra quod Cygnus eſſet intulerunt, nam diuerſa Regna literis adornabant familias. Hinc Iacobus Typotius in Symbolis, Henricum II. Borbonium Regem Nauarræ, refert aſſumpſiſſe literam aſpirationis Maiuſculam, quàm à quatuor partibus lilijs adornauerat, ſic & alios plures feciſſe. Vnde & Duninijs candoris animi gratia, in Principem datus fuit Cygnus coloris albi, & fortis animi indicia celebranda, ſcuto fuerunt inſcriptæ literæ ƎK quaſi legas: Ecce quàm fortiter patriam defenderint, quàm validè è contra hoſti firmiterque ſteterint, & digniſsimè in claram & illuſtrem familiam proceſſerint. Vel *vt habet Longin.* Tres medias cruces & Capitalem literam illis adiunctam deferebant ƎK. *Dlugoſſ. lib.* 4. Verùm dum Regni indigenæ & defenſores ſtabiliti, mori pro Regno non dubitarunt, depoſitis literis, Cygnum dulciter morientem etiam ſcuto donarunt. Dum verò alterius gentis excellentem bello virum in connubia parentellæ & maritum ſuæ filiæ quidam illorum admiſiſſet, etiam inſignia gentilitia illi conceſſerunt. Qui vt admiſſus, dignoſceretur, cygno conceſſo, roſtrum & pedes diuerſos colore à nigredine habere illum voluerunt. *Paproc. in Nido.* Originem quoq; & rationem armorum *Sarnicius fol.* 246. *deſcripſit.*

Dunin ex Dania.

VERA ET LAVREATA FORTITVDO.

FOrtior eſt qui ſe, quàm qui fortiſsima vincit mœnia. Si rectè prolatum eſſe, & verè cenſemus, profectò in hoc potiſsimùm vera fortitudo conſiſtit. Magna equidem fortitudo eſt & vera, quam

quam *Demoſth. in Oratione funebrali* expreſsit. Fortes & beati cenſendi ſunt, qui pro modico tempore incredibilem & immortalem gloriam relinquunt, in qua & horum liberi clari, & illuſtres depingentur, & parentes iſtorum conſpicui facti in ipſa ſenectute nutrientur, luctui ſuo conſolationem iſtorum gloria & celebritate adhibentes. Vera eſt, inquam, ſed ingerit formidinem ipſo in ingreſſu, ingentemq; cum periculo tollit multoties fortitudinis palmam, & inducit magni criminis notam. Vnde *Petrarcha de Remedijs vtriuſq; fortunæ lib. 1. dial. 48. de militari dignitate.* Credo autem mihi, plures ad inopiam, ad carcerem, ſeruitutem, ad violentam ſubitamque mortem, eodem tramite peruenerunt. Tu, ex quo militiam profiteri animus fuit, niſi dehoneſtare artificium tuum vis, ſemper animam in numerato habeas, oportet: ſemperq; aures tuas Cæſarea vox illa circumtonet: Diſce ferire; Diſce mori. Syllaba vna breuis, aut longior tua facta variabit, vel occides, vel occideris. Quapropter vt fortitudinis tantæ Vires Duces & Principes in milite acuerent, literam triplicatam ex elementis latinis ſextam in ordine ſignis bellicis figurabant FFF. quibus quid ſignificarent, refert in Symbolis Petra Sancta Victoriam quæ communiter non fit, niſi Fortitudine, Fraude, Fame. Hinc veriorem fortitudinem dixi, quæ ſine periculo vitæ, quæ ſine periculo animæ fit, qualis eſt cum ſeipſum quis vincit. Vnde ſi omnibus omnium peccatorum terminus eſt mors, iam iſtorum terminus vita erit. Hoc Cygnus veſter, ô Clariſsima familia Cygnorum in vobis præſagit & indicat, qui natura ſua nemini iniuriam inferre, & niſi laceſsitus arenam conſcendere nouit. Vnde Hercules Cardinalis Gonzaga in Symbolum Cygnum manſuetum aſſumpſit, qui tamen aquilam diſcerpſit. Quo innuebat, nulli ſpontè nocere, ſed prouocatus. Verè Cygno es candidior Eccleſiæ & Italiæ Excellentiſsime Princeps. Talem fuiſſe M. Antonium Sabellicum, qui nec manifeſtos hoſtes laceſsitus. Talem Pomponium Lætum; qui cum à multis calumnijs laceſſeretur, nunquam ipſe maledicendo calumnias propulſare curauit. Tales vos eſſe video Cygno decorati triumphatores. Ille veſter Petrus Dunin, quem vna venatio cùm infortunæ aduerſæ notam depreſiſſet, & vitæ ſenectæ dies luctuoſos progeneraſſet, non alio deuicit aduerſam fortunam, quàm ſeipſum vincendo, quapropter lingua mutilus loquebatur; excæcatus, videbat. Vnde bene quidam reliquit.

Eſt glorioſus ſanè conuictus Deûm,
Sed illi qui inuitatur, non qui inuiſus eſt.

Vos, ô Prælati, qui in fundationibus ſeptuaginta ſeptem Eccleſiarum ab eo ædificatarum, Deo laudes offertis, in Regno laureas date

Duninio veſtro, Victori affectuum, & Victori hoſtium, patriæ inquam & Regni. Vos ô progenies, & qui ab eo deſcenditis, fortitudinem animi ipſius in vobis declarate. Vos, qui tot Epiſcopi, Canonici, Prælati, Caſtellani, varijq; Senatores celeberrimi fuiſtis. Non enim conſequuntur hæc, niſi qui cum fortitudine laureata Martis, animum fortem actibus ſpecioſis laureatum reddiderint. Et nos armis veſtris hæc ſubſcribemus.

Albaq; collaudant quamuis ſua lilia Galli,
Hic nimis iam ſuperat lilia pulcher olor.

CANDOR ANIMI.

Cygnus candorem ſig.

NVllus Symbolicè veritatem exprimendo prætermittere voluit, quod Cygnus candorem animi ſignificet. Ita *Pier. Valer. lib. 23. cap. 4.* Et interpres Alciati *Emblem.* 184. Imò hoc vnicum quoq; & maximè notatu dignum adpoſuêre. Quod vbi Cygnus ſignificat candorem animi, etiam in illo ſubiecto quod Cygnus repræſentat, virtutum & ſcientiarum agmen inducit & infert. Vnde *Valer. vbi ſuprà.* Ego benè eo benigniores candidioreſq; ſemper inueni, quo magis & ingenio & eruditione pollerent. Ita enim colligata ſibi ad inuicem reperiuntur, candor animi, bonitas, virtus, & ſcientia vera, vt iuxta candoris gradum, ſit quoque gradus horum trium neceſſariò. Nam ſi candor animi verum declarat, conſtituitque hominem, qui ſit homo, nedum appellatione, ſed æſtimatione, hæc tria non aliud quoq; efficiunt. Hinc *Eccl.* 12. Deum time, & mandata eius obſerua, hoc eſt enim omnis homo. Vnde quidam;

Candorem ſcientiæ ſequantur.

Omnis homo quis.

Quis omnibus Sophis ſapientior æſtimandus
Qui probus eſt, habet hæc ſolidam Sapientia laudem.

Probus, qui ſa- Sapiens.

Candorem ergo animi vera ſapientia concomitatur, quam Cygnus optimè hieroglyphicè repræſentat, ſed vt magis propoſitum illuceſcat, vnum adfero. Referunt Socratem antequam ſibi Plato filius Ariſtonis in culturam ingenij & ſcientiarum rudimenta oblatus fuiſſet, id ſomnij habuiſſe: Nouellum Cygni pullum inter genua exiſtimabat ſe tenere, qui plumis repentè ſumptis euolauit in ſublime, ætheraq; ſuauiſſimo clangore compleuit. Poſtridie vt oblatum ad inſtituendum conſpexit, dixit: Illa eſt auicula, cuius imago per ſomnium obuerſata fuerat. Vos recogitate, quantus candor animi in Platone, quantaq; fuerit ſcientia, & vnâ hoc vtrumque conſociata ſibi iudicabitis. Hinc non immeritò quidam ſub armis veſtris reliquit.

Pullus Cygni Somnium.

Mitem demonſtrat, niueumq; Caijſtrius ales.
Cui modus in rebus cordis & integritas.

Cygni ſignificata.

Omnia

Omnia cum ſit liber, ratione gubernat
Et facit arbitrio quod facit vſq; ſuo.

Hæc itaq; duo Clariſsima Proſapia Cygnorum & Superſtites Duniniorum vobis adſcribere licebit; candorem animi, & virtutem bonitati ſapientiſsimè iunctam. Ea namque duo & patriæ, in negotio prægnanti, & bello frementi, multoties declaraſtis, & Eccleſiæ toto pectore ſemper & vbique conſecraſtis, & Regi Sereniſsimo, Regno Daniæ occaſione ſibi porrecta exhibuiſtis. Quapropter candore candidati Senatores Regni, rectitudine animi, optimi paſtores Eccleſiarum, viuite, florete, permanete in tempora, & æuum,

PRÆGNANS FORTVNA.

PRægnantem fortunam, ſtabilem vel blandam, ſunt qui meditantur & ſtatuant. At nihil horum affirmari poteſt. Nam blanda fortuna eſt fallax, & quo blandidior, eo fallacior. Vnde *Cicer. de Orat.* 3. O fallacem hominum ſpem fragilemq; fortunam, quæ in medio ſpatio ſæpe franguntur & corruunt:& ante in ipſo portu obruuntur,quàm portum conſpicere poterint. Stabilis verò fortuna eſt ſtulta effectiuè, & quo ſtabiliſsima eo ſtultiſsima, dum hominem ſtultiſsimum efficiat. Adimit ei,inquit P. Mimus,mentem;& tantis ſucceſsibus eum inſoleſcere facit, vt iam nec alios ferre poſsit nec ſeipſum. Non igitur vocanda eſt aliqua horum prægnans fortuna, quæ magis lædere quàm perficere, magis malum hominem quàm optimum reddere conatur. Vnde *Petrarcha de rem. vtr. fort. lib.* 1. *dial.* 17.

Indulget fortuna malis, vt lædere poſſit,
Fit caſus leuior, ſi minus altus erit.

Quapropter hac inſana,cæca,& bruta repudiata à Clariſsima familia Cygnorum fortuna, aliam prægnantem afferro, quæ quidem fortuna eſt fluens ex fortuna, & bonos ac virtute inſignes ſanos animo & mente conſeruat. Hanc *Cic. ad Heren.* 4. inſibilauit. Non multum poteſt obeſſe fortuna, quo ſibi firmius in virtute, quàm in caſu præſidium collocauit. Cygnus hic veſter talis fortunæ præſagium perpetuum. Eſt namque Cygnus Regium nomen,quo filius Neptuni ſignificatus fuerat. Eſt nomen Regis Ligurum in Gallia Tranſalpina. Cygnus eſt Phæbo & Apollini ſacer. Cygnus eſt inſigne illorum Poetarum, qui ſuos labores ad Phæbum literarum præſidem referunt. Vnde *Alciat. Emblem.* 184.

Hic Phæbo ſacer, & noſtræ regionis alumnus
Rex olim, veteres adhuc ſeruat titulos.

Prægnantem ergo fortunam vobis & ſacram præſagit. Sed altiora

referam. Cygnus Rex dum Troiani belli tempore cum Achille armis congreſſus eſſet, licet multis iaculis eſſet impetitus, inuulneratus omnino permanſit, 2. *Methamorph.* Cygnus, vt *ex Helinard. Vincen. Bel. refert l.3. c. 27.* alligatam nauiculam collo catena argentea, duxit in Colonienſi Diœceſi per Rhenum ad arcem iuuamen, ex qua miles proſilijt, qui ducta vxore progeniem reliquit, à quo demum Cliuenſes Duces originem deducunt,& armis Cygni vtuntur. Cygnus dulciter canit,flante Zephyro & Fauonio,ſed dulciſsimè ſub finem vitæ. De quo *Ariſt. lib.1. Hiſtor. animal.* Canori quidem ſunt, ſed maximè ſub vitæ finem. Vnde Socrates ex Platonis Phæbo. Illi quando ſe breui morituros agnoſcunt, tum magis & dulciùs modulantur, quàm antea conſueuerint, eò quod ad Deum cuius erant famuli tunc ſint migraturi gratulantur. Profectò prægnantis fortunæ ſunt hæc non immodica indicia. Clarum eſt in familia veſtra & ipſo exercitio multoties comprobatum, titulos Comitum, coniunctiones Ducum, multorum Regum & Principum conſanguinitatem, & præcipuam toga & ſago Senatoriam in ea ſedem collocaſſe. Hinc nec Senatus, nec Comitia regalia, nec bella, nec iura, nec decor, nec promotio Regni ſine vobis, & præſentia veſtra fuerunt. Sed vt tam prægnans fortuna vobis faueat, perpetuum ei monumentum parentate. Cupano Cygni Regis filius pennas oloris in gallea geſtabat ad inſigne parentis demonſtrandum, vt *Virg. Æneid.* 10. Vos fortunæ veſtræ decentiùs illo, monumentum conſtruite, à quo olores,non ab oleto, ſed à tota pulchritudine, & perenniter dignoſci poteritis. Ego hoc vnicum ſubminiſtrabo ex *Demoſt.* Multa præclara maiores veſtri trophea ſtatuerunt, de quibus gloriamini: atqui vos conſiderare oportet ipſos hæc erexiſſe, non vt vos ipſa ſpectantes, ſolùm admiremini, ſed etiam vt eorum qui erexerunt virtutes imitemini. Exponite igitur monumentum veſtrum non in otio horrido, non in diuerſorio fœtido, non in Epicurei curia, non in ſolatio Bacchi,ſed in campo Martis, in Academia Virtutis, in domo honeſtatis.

Exuuijs vitij abiectis, decus indue recti
Ad Solem vt plumas renouat iſthic olor.

LINEA FAMILIÆ CYGNORVM, SEV ŁABENCYORVM.

DVninij, *Petrus Dunin, Guilelmi Henrici Daniæ Regis (qui maximus quibuſq; Regni negotijs Præfectus & Princeps procerum Daniæ) filius. Hic primus intulit arma Boleslai Criuouſtij temporibus in Regnum Poloniæ. Nam cum longè floreret Boleslai gloria bellica, iuuenis in aulam Regis ſeſe contulerat. Cui Comitatum Scrinnenſem, cum*

cum alijs poſſeſſionibus, & coniugem de genere Ducum Ruſſiæ Sbislauam ſuæ coniugis primæ cognatam Mariam libenter conceſſit. Quem dum de morte Henrici Regis per Abelum, certiorem Pater feciſſet, dedit occaſionem Daniæ poſſidendæ Sereniſſimo Regi, qui electione amiſſa, cum Guilelmo quem noſtri Suentoslaum vocauére patre Petri ac tota familia illius in Regnum redijt. Anno 1124. Fundauit & erexit hic Petrus Eccleſias de ſecto lapide in Polonia ſeptuaginta ſeptem & duo monaſteria. Cromer. lib. 5. fol. 86. 87. Bielſc. fol. 107. Paproc. in ſtemm. fol. 449. *Hic præter priuatas opes & facultates ampliſſimas, tenuit cum Comitatu Scrimenſi, omnem Caliſienſem & Cruſuicień. tractum, inſuper Vratislauienſi præfuit. Demum tantus vir, dum filiæ nuptias quam Iaxæ Serborum ſiue Vinidarum Duci in matrimonium collocabat, correptus per Dobeslaum, & ad Vladislaum Boleslai filium adductus; ibiq; inſtante Criſtina, lingua illius præciditur, oculi effodiuntur.* Cromer fol. 96. Paproc. in Stem. fol. 450. *Vixit poſthanc calamitatem Petrus annis quinq;, cui dominus viſum & ſermonis vſum propter pietatem qua ſummus erat reſtituerat, non ſine miraculo, vt* Dlugoſ. *habet. Sepultus Vratislauiæ in monaſterio Præmonſtratenſium, quod ipſe erexerat, fundauerat, ſed illud iam Vratislauień. prætextu metus Turcarum demoliti ſunt.* Epitaphium illius vt refert Dlugoſſ. erat:

Hic ſitus eſt Petrus Maria coniuge fretus
Marmore ſplendente, Patre Wilhelmo peragente.

Egidius & Conſtantinus filij Petri, vt Paproc. in ſtemm. *Qui poſt deceſſum ſuum ibidem quoq; cum matre demortua Vratislauiæ ſepulti ſunt. Quod etiam ex notatis Præmonſtratenſium in quorum Eccleſia depoſita erant, eorum corporum adnotari poteſt. Petrus Dunin filius ex horum vno Comes Caſtell. Sendomirień. 1270. Regnante Boleslao Pudico. Duninios multa priuilegia referunt. Ioannem Subiudicem Sendomirień. 1429. Petrum de Zaiaczkowice Iudicem Sendomirienſem. Petrum Caſtellanum Sieradienſem. Andream Succamerarium Breſteń. Stanislaum Inouloclauienſem. Petrus Dunin de Praucouice 1459. Dux Mercenariorum militum in Pruſſiam Succamerarius Sendomirień.* Cromer. lib. 24. fol. 370. *Multa pro patria effecit contra Cruciferos & Pomeranos ad Puſcum, 15. Calend. Octobr. Cæſa enim ſunt duo millia hoſtium, Capti ſexcenti. Ipſe Petrus Duninius in femore & manu vulnera accepit. Honoratus à Rege victor Petrus Dunin, & cum eo triginta aliquot militaribus donis inſignibus ornati.* Cromer. fol. 374. Col. 2. Bielſc. lib. 4. fol. 425. *Idem Dux fuit in Vngariam exercitus Regij, dum Caſimirum poſtulatum ab Vngaris duceret.* Cromer. fol. 407. l. 27. *Cui Præfectura Marieburgeń. collata fuit.* Idem lib. 29. fol. 426. Anno 1478. *Andreas & Ioannes de Praukowice fratres,* Epitaph.

Crac.

Dunin Comes.

Daniæ regnũ in manu Pol. Reg.

Dunin Eccleſiaſt. 77.

Dunin filiam tradit Duci.

Calamitas Duninij.

Crac. *Andreæ Dunin de Prankonice Capit. Brzezineń. & Boleslao exactori Regio. Ioannes Dunin Fratri benè merenti poſuit.* 1522. *Inferioribus temporibus Petrus Dunin Palatinus Breſtenſis, Lencicień. Malborgeń. Raueń. Brzeznicceń. Capitaneus, Lubochenſis Rycinolcń. Rzecicenſis, Budźiſſeniceń. Tenutarius ex Lezenſka armorum Nałecz reliquit hos filios. Iacobum qui excultam iuuentutem dum bellicis obtulit negotijs, non minus pro legibus, quam mænibus pugnauit. Vir autem nuncupatus, parentis veſtigia coluit, ex Przerebſka armorum Nowina Caſtellani Sieradienſis filia ſuſcepit filium Vincentium Dapiferum Lencicienſem, virum moribus, & conſilio grauem. Hic cum Walewſka armorum Pierſchała habuit filiam Sczaninſcij, Caſtellani Lencicienſis, Sochaconienſis, Varecenſis Capitanei coniugem. Stanislaum Magnum conſultorem pacis, non enim temerè illis credendum eſt, qui vires hoſtium per contemptum diminuunt. Honoratus titulo Caſtellani Inouloclauienſis. Ex Garwaſka armorum Grzymała reliquit Nicolaum & filias Pierſchalinij & Sleſsynſcij coniuges. Andream qui poſt tyrocinia iuuentutis & profectus in virtute heroica, celebrato matrimonio cum Mniſsewſka ſuſcepit Petrum, qui cum Drzewicka reliquit filium vnum, & filias quinque. Altero autem matrimonio Andreas cum Buzenſka armorum Roza ſuſcepto ſuſcepit Sebaſtianum, & Margaretham Romiſsewſcij coniugem.*

Wolſcij *qui verè ſunt Dunij, ſed cognominati ſunt Wolſcij à Wola Skarbkowa in Palatinatu Sendomirienſi, diſtrictu Radomienſi. Andreã Caſtell. Breſteń.*1440. *Nicolaus de Wola Caſtellanus Sendomirienſis, & Sereniſſimæ Reginæ Sigiſmundi I. Magiſter curiæ, Sanoceń. Lanczkoronenſis, Lomzenſis, Viſnenſiſq; Capitaneus. Hic ſubſcripſit Priuilegium Nobilitatis Stanislai Krzyſsewſki.* Anno 1546. *Paulus Wolſki. Hic vt morum pietate, ita religionis conſtantiâ inſignis fuit. Cancellarius Regni & Capitaneus Goſtineń. ex Wiewiecka armorum Iaſtrzeb ſuſcepit filios quinque, & filias ſex, & poſt deceſſum coniugis creatus fuit Epiſcopus Poſnanienſis,* 1544. *ordine* 52. *De quo ita collector Epiſcoporum Poſnanienſium.*

Concilient alijs ſtirps, munera, Pallas honores.
Vnica mî virtus, hoc decus exhibuit.

Stanislaus I. Pauli filius, poſt militares & ſtrenuos actus de quibus & Bielſc. fol. 644. ſub Anno 1572. *Caſtellanus Sochaconienſis, Capitaneus Goſtinenſis, qui dum ſterilis cum Luczenſka fuit in Tumicciorum familiam coniugis ſuæ bona ceſſerunt. Ioannes II. qui ſtatum vitæ matrimonialem elegit ex Anna Sierpſka armorum Prawdźic ſuſcepit filium, & filias. Gaſpar III. qui cum Chrzonowſka habuit liberos. Chriſtophorus IV. Hic poſt Palladis & Martis trophæa cum Nakwarſka ſuſcepit Stanislaum Canonicum Cracouień. & alios duos filios, & filias.*

Petrus

Petrus Dunin Wolſki. 5. Hic veſtigia parentis ſectaturus virtutem cum pietate elegit. Quapropter ex Cancellario Regni Epiſcopus Plocen. creatus fuit, 1577. Functus eſt legationibus ab Auguſto Rege ad Regem Hiſpan. 1560. & à Stephano Rege Romam 1580. Cui, vt pio & Eccleſiaſtico viro ſubſcribere liceat.

Virtus ſupra te collocat omnium
Laudem tibi ipſi præmia colligit
Pallas Magiſtra ſanctioris
Conſilij ſolidæq; mentis.
Ac vſq; ſoli dat tibi limpidus
Candor perennem pro merito ſuam
Laudem: Tuum nomen ſacrumq;
Temporibus dicat & ſupremis.

Sigiſmundus Wolſki germanus Pauli Cancellarij & Epiſcopi Poſnanienſis, qui vnicam filiam reliquit. Filiæ Pauli erant Anna Sczawinſka, Zophia Piekarſka, Heduigis Dobrzikowſka, Wiktorowſka, Dźikowa, Czerniewſka, Brzeżinſka. Wolſcij Duninij vſq; modo extant de Wola prædicta Milites eximij & ſtrenui, Iacobus qui cum Nicolao Strus militarem coluit, reliquit Martinum ad ætatem maturam caſtra colentem, Vexilliferum in Pruſſiam & contra Turcos, Scythas & Coſacos, Campiductoris Regni Potocki, qui poſtmodum Rothmagiſter peditum fuit. Eius germani Nicolaus & Andreas honeſtatem patriæ in hereditate colunt & obſeruant. Szpot Dunin de Wola Szpotowa. Hinc apparet quod Wolſcij à Wola dicti priores extiterunt, ſiquidem ijdem Wolſcij ab altera Wola denominati Szpoty de Wola nuncupati fuerunt, quod illis bonorum diuiſione obuenerat, hoc tamen pauco decurſu temporis, vt ex computo annorum patet, interceſſit. Szpot Nicolaus Caſtell. Sendomir. ſubſcripſit priuilegium Vnionis terræ Belzenſis ad Regnum, Anno 1462. vt Januſowski in Statuto fol. 799. *retulit.. Szpot Dunin tempore vnionis M. D. Lith. cum Regno ſuſceperat ad arma Golimuntum, cum tota familia illius.* Paproc. in Stemm. fol. 666. *Ex his fuit quidam Abbas Vachocenſis, alter in Valachia à Turcis captus Iouniæ cauſa. Petrus Capitaneus Premislien. Venceslaus Aulicus Reginæ Annæ. 1578. Iacobum & alios Szpot Duninios habet Epitaph. Tarnouiæ, vbi legitur.* Szpot Dunin.
Iacobus Dunin Szpot de Wola Szpotowa, Præpoſitus Tarnouienſis, cùm generis antiquitate, tum eruditione, morum grauitate, ac paſtorali vigilantia Viro inſigni. Anno M. D. LXXXIIII. Ioannes frater germanus, Andreas & Adamus nepotes ex fratre poſuerunt.

Duninij *moderni referunt ad primam originem Comitatus primordia familiæ. Vnde Gregorius Dunin Dapifer Rauenſis electionem ſubſcribendo nobis fæliciter imperantis Sereniſſ. D. D. Vladislai IV. notauit*

familiam ſuam de Skrzynno, vt patet in Conſtitutionibus. Extat ex his Duniniis pius & diuini honoris cultor deuotus Reuerendiſſ. Nicolaus *Dunin Abbas Obrenſis, Secretarius S. R. M. qui & prouiſionem Conuentus auxit, & plurima religioſa officia effecit. Eius fratres germani excellentes in Caſtris & Patria viri, Stanislaus, Petrus, & alij duo, qui benedictione diuina ſuſceperunt optimè ſpei prolem.*

Karuiiki. Karuiccij, *qui etiam ſunt Duninij, ſed quando Chriſtinus Karuicki acquiſiuit,* 1340. *villam Karuice,* Karuiccij *nominati fuerunt, quapropter & Georgius filius Chriſtini cœpit notare ſuam familiam à* Karuice, Paproc. in Stemm. fol. 452. *Iacobus filius Georgij poſt plurima ſpecimina virtutis, tam in ſago, quàm in toga, matrimonium iniuit, & reliquit filios ſeptem, & totidem filias.* I. *Ioannem, qui ob præclara merita in caſtris gubernator caſtrorum ab Auguſto efficitur.* II. *Chriſtophorum Aulicum Regium.* III. *Stanislaum, qui poſt deceſſum germani eorundem Caſtrorum gubernator conſtitutus, & in Capitaneum Latouicienſem præfectus fuit, ſubſcripſit vnionem Kiiouień.* 1569. Ianuſowski fol. 805. *IV. Andream eximium militem & aulicum Regium excellentem, qui ſpreta mundi gloria vitæ ſpirituali mentem conſecrauit, vnde Abbatiæ Vachocenſi præficitur, quam reformauit & reintegrauit. Erat Vir ſtudiorum amantiſſimus, & Academiæ Cracou. ſingularis patronus, vt Petrus Slouacius in ſuo Calend. Anno* 1579. *retulit. V. Martinum ſubdapiferum Sendomirień. Aulicum Auguſt. Regis perpetuum. VI. Chriſtinum militem eximium, qui in Lithuania vbi militiam exercebat & ornabat ſtatiua ſua & connubia elegerat. Extant poſteri, vnde electionem ex Palat. Minſceń. ſubſcripſit Gaſpar Dunin Głuſzynſki. VII. Iacobum Stephani Regis aulicum. Extat hæc familia, nam ex Palat. Sendomirień. ſubſcripſit electionem Vladislai IV. Creslaus Dunin Karuicki.*

Kraiewſki. Kraiewſcij *à Kraiow, qui Duninij quoq; ſunt ſicut conſtat ex Epitaph. Pultouiæ.* Hieronymus Kraiewski, ex vetuſta familia Cygnorum Præpoſitus Pultouienſis. Vir cum generis nobilitate clarus, tum morum probitate & ingenio omnibus gratus. *Extat Kraiewſciorum familia vſque in præſens in terra Lomzenſi, nam electionem Vladislai IV. ſubſcripſerunt Baltazar & Iacobus Kraiewſcij ex terra Lomzenſi.*

Modliſewſki. Modliſewſcij, *qui propriè ſunt Kraiewſcij ex Duninijs. Hi Regno & Regi maximè dilecti, ob morum grauitatem & iurium atque literarum peritiam fuerunt, quapropter Præfecturam Lomzenſem ſæpius adminiſtrarunt, vt patet ex Epitaphijs Lomzæ.* Spectabilis ac Magnificus Dominus Hieronymus Modliſewski à Kraiow Caſtel. Malogoſteń. Łomzenſis, Kolenſiſq; Capitaneus, vita functus 1567. *Andreas filius in exteris nationibus ætate perfectiore reddita, Capitaneatu Lomzenſi honoratus fuit. Obtinuit matrimonium cum Debinſka Capitanei*

Checi-

Checinenſi filia. *Extat benedictione diuina Modliſzewſciorum familia, nam in electione Vladislai IV. ſubſcripſit Adalbertus Dunin Modliſzewſki Capitaneus Woinicenſis. ex Palat Sendormirienſi.*

Rzuchowſcij *Dunnij, ex Palatinatu Sendomirienſi, ſubſcripſit electionem Vladislai IV. Ioan. Dunin Rzuchowſki.*

Raieccij *Duninij, à Raiec vna milliari à Radom, fundatores Monaſterij Radomenſis.* *Ioannes Sigiſmundo primo regnante in M.D. Lith. militarem honorem aucupando ibidem ſedes elegit. Qui matrimonio contracto ſuſcepit Gaſparum Vexilliferum Trocen. & Baltazarum Tribunum Trocenſem. Horum vltimus quinq; filios ſtrenuos, & maximè exercitatos in litteris & caſtris reliquit. I. Adalbertum Notarium Terreſtrem Trocen. virum in iudicijs & humanitate beneuolum & excellentem. II. Alexandrum Marſchalcum Wilkomirienſem ingenio & conſilio præcelſum. III. Ioannem Rothmagiſtrum Regium. IV. Theophilum Rothmagiſtrum vitam pro patria fundere paratum, ſicut eandem in Valachia fortiter occumbendo profudit. V. Gedeonem enutritum ferè lacte Bellonæ cum Chodkienicio ad Parnauam, & Diamentum magna ſuæ animoſitatis indicia in corpore, retulit contra Guſtauum fortiter Liuoniam inuadentem, acriter pugnauit, & Sereniſſimo Vladislao ad Smolenſcum properanti ſumptu proprio militem adduxit. Hinc pro benè meritis Caſtellanus Minſcen. ex Caſtellania Parnauien. renuntiatus Rumborſcenſis Præfectus inſtitutus fuit. Reliquit optimæ ſpei filios Vladislaum, Theophilum, & Sigiſmundum.*

Koninski *Dunin Andr. ſubſcripſit electionem Vladisl. IV.* fol. 19.

Przyſtałowſcij, *in Sendomirien. Palat. antiqua ex Duninijs familia. Stanislaus virtutis & honeſtatis ab adoleſcentia obſeruantiſſimus.*

Owadowſcij, *Andreas Reginæ culinæ Præfectus fuit.*

Brzezinſcij, *vnde ex Sendomirien. Palat. ſubſcripſit in Electione VLADISLAI IV. Hieronymus Brzezinſki Dunin.*

Suligoſtowſcij *Duninij, Hieronymus Tribunus Radomſcen. Deputatus in Confœderationem tollendam Leopolim, Paulus eximius miles cum Zamoſcio & Rotmag. in Multania, Moſchouia. Ioannes Dapifer Sendomirien. Vir prudentia, conſilio, pietate clarus, eius filius Nicolaus Præpoſitus Drzeuicen. Ksiaznicen. doctrina & religione conſpicuus.*

Suligoſtowſcij, *in Sendomir. ſubſcripſerunt Electionem VLADISLAI IV. Adamus & Stanislaus:*

Radoſtowſcij, *in Siradien. Palatinatu.*

Kamionomoyſcij, *in Siradien. Palatinatu.*

Wąſowicij, *à Milite ſtrenuo nuncupato* Wąs *originem trahunt, qui ſedem ſuam etiam in Rauenſi terra in Smogorzow retinent. Ex hac familia plurimos conſilio, & armis viros præſtantes Reſpub. habuit, qui di-*

gnitates Terreſtres & Caſtreń. honorificè exequebant, & ob merita Præfecturas Radomień. Lomzeń. tenebant. Deſcendentes à tantis viris Pallade & Marte conſpicui ante noſtra tempora. Venceslaus de Smogorzow & Nicolaus de Bieloiowice præſtantiſſimi ad opera belli, ex quibus Nicolaus pro Patria & Fide in prælio commutauit vitam in mortem, & Venceslaus poſt Hæroicos actus celebrato matrimonio reliquit Venceslaum, Hyacinctum, Franciſcum & Zbigneum, qui Patriæ ornatum genio & ingenio pollicentur. Sunt quoq; Waſouicij in Palat. Sendomirień. ex quibus Gaſpar, Bernardus & Laurentius, Electionem VLADISLAI IV. ſubſcripſerunt. Telephus in Podolia. Hi non deſcendunt à Duninijs in Regno, ſed ex bellicoſiſſimis in Græcia Ducibus & Regulis, de quibus Quintus Calaber, derelictos ab Homero libros continuando, plurima ediſſeruit bellum Troianum deſcribendo, præcipuè lib: 7. fol. 105. vbi dicit: Enarrantes facinora quæ Achillis Pater perpetrauerat in terra bellicoſi Telephi. Et lib: 13. fol. 185. Tum quidam deſiderantibus Græcis canere incæpit, quæ Achilles patrauit facinora circa Regem Telephum & Actionem, deinde quomodo Cygnum ſtrauerit. Ex quibus diuerſis bellis attriti, ex Aſia in Europam deuenére, demum in Germaniam ſuperiorem & Sileſiam, quibus tam armis quàm virtute claris, Præfecturam Caſſouicń. in Hungaria & Ducatum Exercitus conceſſerant. Cui quomodo aduersè & quam fæliciter ſeruierit fortuna, referunt Cromer. l. 21. fol. 326. Philip. Callimachus lib: 2. fol. 660. Bielſc. fol. 368. Iſtius ſubſequens familia & in Regnum Poloniæ deſcendit, qui, vt magis fidelitatis & obſequiorum demonſtrarent, ceſſerunt Sereniſſimis Regibus bona in Sileſia per commutationem in bona Kumanow, Dumanow, Lyſiec, Czelciow, &c. in Podolia. Quæ omnia commendant in ſinceritate erga Regem & Regnum, poſſeſſione & meritis diuites Telephos victorijs & militia claros. Hi in Podolia incolæ facti, honeſto cum virtute manum & animum obligarunt, quocirca Iudices Terreſtres, Subiudices, Exactores contributionum Regni electi à Nobilitate fuerunt, vt Acta & Conſtitutiones Regni informant. Ioannes, à quo deſcendit propius propago familiæ nunc exiſtens, vir militia clarus, cui Sigiſmundus Auguſtus Rex in memoriale meritorum torquem auream contulerat, quam & in tempora conſeruant, vicibus ferè quindecim in Comitia Regni electus fuerat. Hic tres filios ſuſcepit, Ioannem Aulicum Sigiſm. III. & militem contra Michailum. Chriſtophorum perpetuum militem cum Ioanne & Iacobo Potoccijs, magnis & fortunatis bellatoribus. Andream veſtigia prædeceſſorum veraciter obſeruantem, aptum ad pacem & bellum conſilio & armis, hic à Palatinatu Podoliæ in Electorem noui Regis poſt Sigiſm. III. miſſus, Electionem VLADISLAI IV. ſubſcripſit, poſt militaria trophæa, vbi celebrauit matrimonium cum Chycka ante Omiecinſka, ex qua

ſuſcepit

ſuſcepit filias & filios Ioannem, quem militari exercitio & meritis ſub ſigna bellica armaturæ grauioris Illuſtriſſimi Campiductoris Potoccij reddidit & obligauit. Illius Germani fratres eximij milites, Ioannes & Chriſtophorus, qui ex Piaſecka reliquit filium & filiam. Patruus illorum ex Wilkowſka reliquit Petrum continuum in caſtris, & filiam Włodkiewſcij coniugem.

Koſtrzciowſcij, *in Podolia. Hi militarem exercendo contra Scythas, mutauerunt ſtatiua ſua in Ruſſica. Ex Szawránſka reliquit filios. Minigal Caſtell. Vilneń. hic in M. D. Lit. Cygnum pro armis deferebat, ſed poſtquam vnio facta cum Regno, Rauicz arma aſſumpſit, quæ poſt dimiſit, & natiua reaſſumpſit.* Paproc. in Nido fol. 1167. *Goligunt, quem in vnione M. D. Lit. cum Regno ſuſceperat ad Arma Duninius Szpot, Anno* 1413. Bielſc. fol. 313. Papr. in Stemm. fol. 666. Ianuſius 148. *Hunc alij Golimuntum euphoniæ gratiá vocauerunt. Manet florens poſteritas in prædeceſſorum meritis & gloria. Decet enim viros fortes & ſtrenuos ea omnia quæ præclara ſunt aggredi, ſpem bonam velut propugnaculum ſibi proponentes, & fortiter ferre quicquid acciderit.* Demoſth. in Orat. de Corona. *Extat familia, & Daniel Golimunt ex Palat. Vilneń. Electionem VLADISLAI IV. ſubſcripſit.*

Taluoſij, *deſcendunt à Golimunto. Nicolaus tam maturo iudicio, quàm debita ſolertia in bello apprimè laudabilis. Auguſto Rege fæliciter regnante Ericus Suecorum Rex, cùm ſex millibus militum in campos Kirempenſes irruerat,* 1567. *his cum modica manu obuiauerat Nicolaus Taluos Caſtell. Samogitiæ: in congreſſu victor extitit, hoſtes vſq; ad Rewlum inſequendo fudit, & quadringentos cum ſignis bellicis; tormentis, tympanis, in captiuitatem redactis, Vilnam reduxit.* Bielſc. fol. 618. Sarnic. fol. 41. *Idem à Sereniſſ. Stephano in Moſchouiam legatus cum Duce in Zbaraż, Palatino Bracłanień. & Michaële Haraburda pro pactis iuramento à Moſchorum Duce confirmandis miſſus fuerat.* Bielſc. fol. 790. *Quanta fuerit dexteritas in rebus agendis domi & in Caſtris Taluoſiorum,* Stricouius abundè refert lib: 25. cap: 2. *Reliquerat hic optimus Ciuis Patriæ & Senator filios, obſeruantes veſtigia parentis, tam fortitudine quàm alacritate animi. Taluoſij filius Caſtell. Samogitiæ, cuius filia Laccij coniunx. Kormult, quem* Paproc. in Nido refert *fuiſſe Minigalij Germanum, ſed alij omnes deſcendentem à Golimunto referunt, quapropter ſeipſum correxit* Papr. in Stemm. *& ipſa vnio atq; armorum Regni in Gentilicia aſſumpta Cygnorum, ordine recto Goliguntum commonſtrant, illius igitur vel filius vel Germanus fuit. Kormult, qui filiam Racam Vitoldi in coniugem habuit, vndè & potentia viri, & abundantia domus, & animi fortitudo facile cognoſcitur. Kormultowic Niemickſa, filius Kormultij ex Raca, hic poſt bellicos actus quibus illæ*

ætas abundabat connubio contracto Volotkum & Alexandrum magnos & experientiá claros milites reliquit. Volotko filius Kormultouicij, qui habuit filium eiuſdem nominis, quare dimiſſo cognomine Kormultij Volodkouicij nuncupari ex hoc ſecundo Volodkonis filio cæperunt. Hic habuit tres filios, Georgium, Volodkonem, & Stanislaum. Georgij filij erant Matthias & Nicolaus, cuius Nicolai filius Balthaſar in Palatinatu Crac. elegit ſua ſtatiua &; manſiones Paprocius in vtroque opere. *Et quoniam turpe eſt ordinem magnitudinis animi deſerere; quem maiores alicui tradiderunt; ideo Volodkieuicij deſcendentes vſq; ad præſens, clara facta maiorum totá ſinceritate totisq; viribus imitando, promptitudinem animi erga patriam, tam in Comitiis, quàm in Caſtris demonſtrarunt. Vnde eximij in Marte, veridici in Senatu extiterunt. Niekraß Volodkiewic in Betżyca Petriconiæ ſubſcripſit prædeceſſorum Lith. inſcriptiones Alberto Regi Anno* 1438. Ianuſ. fol. 755. *Samuel Volodkiewicz in electione Regis poſt Sigiſm. III. Nuntius Kouenen. miſſus, vt Trocenſis Palat. in Conſtit. habet. Chriſtophorus & Fedorius ex Palatinatu Minſcen. eandem electionem in Sereniſſ. Regis Vladislai IV. perſonam ſubſcripſerunt.*

Iundzilij, *Familia vt antiquitate, ita ſpecioſitate actuum memoriam ſibi æuiternam compararunt. Albertus Iundzil Marſchalcus Curiæ M.D.L. Sigiſmundi & Auguſti Regum.* Stricou. libro 4. c. 24. *Nicolaus Iundżilowic in Comitijs Petricou. Anno* 1438. *inſcriptiones M.D.L. factas Regno cum alijs ſubſcripſit:* Ianuſʒouius fol. 755. *Alberto Rege Sceptra gubernante. Sigiſmundo Sereniſſ. Vilnæ Comitia celebrante Anno* 1516 *vbi Drohicienſem terram Regno adſcripſit. Nicolaus Iundżiel ſubſcripſit:* Ianuſʒouius in Statut. fol. 336. *N. Iundżil Succamerar. Volkouicenſis, vir inſignis. Georgius Capitaneus Sclouen. Rothmag. fortuna & trophæis celebris. Andreas Ciuonius Plotelſcen. De his omnibus* Paproc. in vtroq; opere. *Alexander Iundżiel ex Nouogrod. Palatinatus Litu. electionem Vladislai IV. ſubſcripſit. Siemiot, quos fortè euphoniæ gratia Szemethos vocauit vlterior ætas. Cogitarunt profectò illud Cic. 5. Tuſc.* Nemo poterit eſſe celſus & erectus, niſi omnia bona ſibi in ſe poſita cenſebit. *Hinc vigiles in caſtris, probi in laribus, ſapientes in Senatu extiterunt. Stanisl. Præfectus Regiæ culinæ, in M. D.L. & Poiurſceń. Ciuonius. Venceslaus Tenutarius Roſineń. Skierſlou. & Moudzſceń. Albertus Tribunus Samogitiæ Ciuonius Berzanſceń. De his* Paproc. *Melchior Aulicus Sigiſm. Auguſt.* Paproc. & Ianuʒ. 762. *N. Szemet, alias Siemet. Succam. Vilneń. ex Oginſka filij eius, Iaroslaus Alexander poſt parentis deceſſum, Succamer. Vilneń. ex Palat. Minſceń. Sapiecha filia ſuſcepit Melchiorem Alexandrum & Ioannem optimæ ſpei adoleſcentes, & Nobiles qui militaria facta parentis & ſublimorum actuum imitarentur. Gabriel alter filius Succamerarius Slonimien. Hic poſt heroica*

in expe

in expeditionibus conſilia & acta peracta, connubia cum Nicolai Trizna Vicetheſaurarij M. D. L. filia accepit & Marcianum filium, Reipub. & Ducatui M. L. ſpem non immodicam reliquit. Deodatus III. filius; poſt Caſtrenſes vigilias Patriæ in Comitijs conſilio adſuit, demum cum Steczkiewiczowna connubia ſacra celebrauit. Stanislaus Siemiet electionem Vladislai IV. ſubſcripſit ex Palat. Vilneń. Alij qui ſunt ſuperſtites, obſeruant ne error immedicabilis in habitum & conſuetudinem tranſeat.

Dougierdouij, *quos alij extra Ducatum Lithu. exiſtentes Doigierdonios vocitarunt. Hi in patria magnis honoribus & titulis ob merita virtutis, & fortitudinis donati fuerunt. Vitoldo M. D. Lituaniæ Dongerdus Palatinus Vilnenſis fuit, qui etiam Podoliam commiſſione Vitoldi adminiſtrauit*: Cromerus lib. 20. ab initio Bielſc. 335. fol. Paproc. in vtroq; opere *quendam Notarium Trocenſem meminit.* Dougierd.

Siemaſzkouij, *Actum præclarè cum eis eſt, nam nec virtus eorum quæ ſunt obliuione, nec poſteriorum reticentia ſepulta eſt. Bohus ſiue Boguslaus præclarus & potens vir in Wolhynia. Cuius filij erant. Bochdan ſiue Deodatus clarus, & in iudicijs & in Caſtris. Habuit filium Alexandrum Succamerarium Luccorienſem & filiam Wachanowſcij coniugem. Petrus alter filius qui poſt cultam literis iuuentutem & armis, cum Bohouitinowna habuit matrimonium, ex qua tres filios Hieronymum, Baſilium, & Petrum, & totidem filias habuit, Anaſtaſia Paulouicij, Anna Zachorowſcij coniuges, & Alexandram. Vaſilius tertius filius Bohuſij, qui vnicam filiam Bogdanam habuit; quæ primò Iauuſio Czetuertinſki, poſtea Zachariæ Labodowſcio, vltimò Stanislao Kamieniecki in Załoſcze locata fuerat.* Paproc. *Alexandrum Siemaſſko Succamerarium Wlodimir: meminit* Ianuſſowski fol. 769. *Circa annum* 1516. *qui vnionem M. D. Litu. cum Regno ſubſcripſit in Comitijs Regni Lublin. Conſtantinus Caſimirus ſubſcripſit electionem Vladislai IV. ex Palat. Wolhineń. Aduertere tamen lectorem volo, quod in his aliquibus locis vidi D. D. Siemaſſkos habere pro armis crucem latam erectam ſuper tres montes, vnde vel ſunt diuerſæ familiæ, vel mutatio armorum facta ex occaſione religionis in Catholicam ex Ruthena.* Pawlouicz. Czetuertinſki. Labodowſcij. Kamieniecki.

Kunczeuiccij. *deſcendunt à Swietycz Hotaſſko, qui dum ad ſacrum Baptiſma acceſſit, Ianuſſko nominatus, & quia vltimus ex equitibus Lituanicis, vel ſero ad ſalutis fontem acceſſerat Koncze demum Konczewicz appellatus fuit. Qui dum contra Cruciferos, Liuoniam, & finitima Lituaniæ depredantes Sereniſſ. Alexand. per certas ſiluas cum exercitu deduxit, Cygno in gentilitium & poſſeſſionibus certis, regia benignitate donatus fuit. Eius filij erant, Bogdanus Caſtellanus Smolenſcenſis. Matthias Ciuonius Trocenſis. Iuanus, ſeu Ioannes Bogdani ſeu Deodati filius pro* Kunczewicz.

lius pro benè meritis à Sigiſmundo I. quatuor pagis in Caunen. diſtrictu prouiſus. Cuius filius etiam Iuanus Capitaneus Iurborien. & Nouuolſcen. atq; ſiluarum Caunenſium Præfectus. Ex filio iſtius Theodoro, Iacobus Kunczewicz Vexillifer Groduen. & illius filijs, Nicolaus Succamerarius Pinſcenſis, & Chriſtophorus militum Rothm. deſcendunt. Ab altero verò filio Iacobi Michaële milite, experientia & trophæis claro, erant filij Georgius, Conſtantinus, Martinus, & Matthias. Iacobus filius Mathiæ literis, iure & nobilium actibus ornatiſſimus Capitaneus Konianien. Dubicen: & Notarius terræ Lidenſis. ſubſcripſit electionem Vlad. IV. ex Palatinatu Vilnenſi. Poſteritas verò Matthiæ Bogdani fratris hæc fuerat. Iacobus Præfectus ſtabuli M. D. L. Trocenſis & Volkomirien. Capitaneatus adminiſtrator. Reliquit Matthiam filium qui habuit Ioannem eximium virtute virum, Succamerarium Nouogroden. Ab hoc deſcendit Samuel Kunczewicz Iudex terræ Liden. Dapifer curiæ Regiæ M. D. L. & Aulicus Vladislai IV. Vir eloquentia & dexteritate rerum agendarum in Comitijs Palatinatus & Regni præſtantiſſimus. Ioſaphat Kunczeuicz pronepos ex deſcendentibus à Michaele Iacobi filio literis, pietate, & religione perfectiſſimus Polocenſium Archiepiſcopus Ritus Græci, qui ob fidem & vnionem cum Eccleſia S. Romana quam ſedulò prædicabat, promouebat, à Vitepſcenſibus ſchiſmaticis ſeuerè occiſus, & ab Eccleſia ſancta Martyr denunciatus fuit. Itaq; cui cælum perennia lumina dedit, Cygnum inſigne domus purpureum Martyrij ſanguine reddidit. Sunt alij plurimi in diuerſis Palatinatibus Kunczeuicij, ſicut patet ex ſubſcriptionibus electionis Sereniſ. Vlad. IV. & ex diuerſis hiſtoricis, ſed quia diuerſorum armorum aliquot Kunczeuicios video apud hiſtoricos, difficilè erat dignoſcere quorum inſigne Pierſcháłá & Zaręba. fuerit. Quapropter benignus lector, ſi quos hic non nominauerim ſub armis Cygni, ignoſcet.

Matyſzeuicki. Matyſzeuicij *in Samogitia inſignes viri. Vnde & honoribus diuerſis aucti. Titulus Vexilliferi vni collatus fuerat, qui pelicano more filios hoſtili ſanguine educauit, & patriæ in defenſores reddidit. Georgium, Balthaſarum, Eraſmum Matyſſewicz. Nec infimum eſt hoc erga Rempubl. meritum, dum aliquis & ſe egregium præſtitit erga patriam virum, & aliquem ſimilem ſibi genuit vel educauit patriæ.*


Kozicki. Koziccij, *in Magno Ducatu Lituaniæ clari, tum fortitudine, tum animi induſtria fuerunt. Stanislaus Kozica, egregiorum meritorum conſcientia magnam de ſe fidem omnibus præſtitit. Si non eſt error impreſſoris in Paprocio, qui Kozica habet pro Kozika, excuſatum me lector velim habeat, quod Kozikos hic non adnotauerim, præcipuè dum adhuc extet familia Kozika. Nam ex Palatinatu Volhiniæ electionem Vladislai IV. ſubſcripſit Georgius Kozika.*

Skrzynſcij

Skrzinſcij, *à Skrzinno Mſciuum pugnantem contra Moſchos cum Vitoldo habet* Bielſc. fol 329. de armis Cygnorum fol ,92.

Zborzinſcij, *in Radomienſi terra. Nec deſunt aliæ familiæ gentilitio Cygni inſignitæ, quas diligens lector ex prædictis poterit adnotare, diſtantiæ & Regni latitudini quæ ab vno comprehendi non poteſt, concedendo. Et quod non diſtinctam familiam Labenciorum hic adnotauerimus, licet in tali differentia inueniãtur prædicta arma, quod aliquod aliquando debeant fieri deauratis pedibus & roſtro, aliquãdo cũ denigratis: ratio eſt, quia diſcernere has familias erat impoſſibile. Quapropter adnotabit talẽ differentiã cautus lector.*

LACKICH ſeu LACCIORVM.



DELINEATIO.

EST Griffa extenſis alis & pedibus quaſi ad rapiendũ diſpoſitis, ſed loco caudæ eſt ſerpentis magni corpus ſine capite, caudam complicatam in circulũ vnum repræſentans, ita vt appareat extremitas caudæ. Color vt coniectura eſt Griffæ albus, ſerpẽtis luteus, in campo rubeo. Pingitur intra ſcutum. Sed alij apponunt deſuper pennas tres ſtrutij.

VICTOR VBIQVE.

MAximo illi triumphatori ex omnibus Regni ſui hoſtibus Stephano Bathorio, cui Moſchus, Gedanum, Tartarus, Valachus, cæteriq; victi hoſtes colla ſubmiſerunt, inſcripſerat quidam in ſymbolum faſciculum papauerum, ſupra quem appoſita fuit regia corona, quæ omnia tali lemmate adornauerat. PER NON DORMIRE. hoc eſt, vt non dormiam. Papauer namq; conciliat ſomnũ, at vigilantia, quam commonſtrat regalis corona & requirit à Regibus, diſsipat quietem. Appoſita ergo corona ſupra faſciculum papaueris vt non dormitet neq; dormiat. Dicite quæ intentio horum, quiſq; finis, vt Rex non dormiat? Dicam ego: Nam tali vigilantia victor vbiq; erit. Fama namq; excitat laudes, laus præmia, præmia mentem, mens ſtudium, ſtudium dogmata, dogma decus, decus omnẽ vigilantiam. Quæ omnia primario Regibus, ſecundario Ducibus & nobilibus conueniunt. Flectite obſecro ad arma præſentia Griffa & ſerpentem oculos, & quodam Ægyptiaco fermè ingenio victores ſemper certo præſagio habebitis. In Regulum (quibus Griffa conuenit) ex ingenti victoria triumphanti & feliciter redeunti, ſerpens vnicus tam fortiter bellum indi-

xerat, vt multorum morte militum laceſsitus Regulus, contra vnam beſtiã aciem conſtruxerit, & ita firmauerit, vt pluris exiſtimaret vnicam ſerpentis machinam, quam tot deuictis hoſtibus, & in captiuitatẽ viginti ſeptem millia deductis vincere & debellare. Quòd vt fecit, & ægrè, ſpolium illius quod erat centum viginti pedum in triumpho cum cæteris de Carthagine deuictis, Romam deuexit. *Oroſ. l. 4. c. 8.* Pugna quoq; in his armis eſt, ſed Griffa ſuperat ſerpentẽ, vnde vnico capite Griffa & ſerpens dirigitur. Quid igitur Symbolum portendit? Hoc vnum *Victores vbique.* Tanti namq; eſt exercitus, quanti Imperator illius, quod fit, ſi princeps in periculo, in fuga vltimus fuerit. Volatu igitur Griffa veſter diſsipabit hoſtem, vnguibus dilaniabit, & ſerpens comminuet morſu, proteret impetu, halitu peſtifero exanimabit.

VINDICES PATRIÆ.

NON eundem deportat affectum quilibet mortalium, ſed aliqui deportant popularem, vt illi qui dicunt, *Vbi benè, ibi patria.* alij nullum, vt Anaxagoras, qui nec eſſe, nec poſt mortem deportari in patriam voluit; alij ſummum ferunt affectum, vt videre etiam fumum de patrijs focis ſit ipſis deſiderabile: alijs verò & vitam, & ſubſtantiam fundere non ſit difficile. Optimus namq; ciuis Patriæ poſt Deum & parentes, patriæ plurimùm deferre obligatus exiſtit. Veſtra hæc tam fortia arma Griffa & Draco, vt fortes in hoſtem Patriæ, ita vindices patriæ legum & honoris vos clarè demonſtrant. Lego maximos obſeruatores & vindices patriæ, nobili ſymbolo adumbratos. Ludouicum Imperatorem Comitem Palatinum Rheni, & Ducem Bauariæ, auctore à Cardano, Aquila volat, pedibus tela tenet, vno emiſſo auem per collum transfixit. Nobile quidem ſymbolum docet rebellem patriæ proſternendum fore iubente Rege, lege, & Deo, qui tarditatem ſupplicij grauitate pænæ recompenſat. Non minoris dignitatis gentilitia veſtra ſunt, nam in illis & virentem in patriam affectũ, & vindictam in hoſtem fideliter demonſtratis, ac ipſo effectu declaratã declaratis: hoc hiſtoriæ tradunt de veſtro Iuano, atq; illius eiuſdem nominis parente, dum bellum ad Radoſcouice Auguſto regnante referunt, quod & de alijs non erat inconueniens coram ſpectato conſeſſu aſſerere. Quod vobis ex animo precamur.

Hæc vota currant pegaſeo ocius
Torrente, Diui pergite cælites
Fauere, ſublimis triumphet
Laccius Auſonias per oras.

IOVE DIGNVS.

SI tã numeroſam adhiberet mortalis curã, quantꝰ numerus ſupereminet aſtrorũ orbi Ioue dignus, nunquã aſſerẽdus foret, vt namq; ſeruus nunquam eſt poſſeſſor Domini, ita multominus creatura digna eſt Ioue

poſſeſ-

poſſeſſore ſuo. Coniecturaliter igitur procedendum erit, ſi aliquem Ioue dignũ eſſe aſſirmabimus. Habet Iulius Guilhelmus Zinzgrefius in Symbolis, vbi effingit puerum iacentem in cunis, qui ſerpentes manibus tenet, cui ſubſcripſit: *Iam Ioue dignus.* Et me hercule, nemo dignus Ioue, niſi tam ſimpliciſsimè viuens, vt puer in cunis, vel ex cunis. Vnde ipſe Saluator demonſtrato paruulo dicit: *Niſi efficiamini ſicut paruulus iſte, non intrabitis in regnum cælorum.* quaſi diceret: Non eritis Ioue digni. Dum inſpicio veſtra arma ipſo in intuitu, monſtrum quoddam & Chimæra eſt, attamen inde Ioue dignos vos ominari non officit. Nam ſicut poſito faſciculo feni religioſus animus alio diuertendo ſpiritualiter dicere nouit.

Quiſquis es hunc feni ſi ſpectas fortè maniplum,
Reſpice te, fenum es pone ſupercilium.

Ita poſitis veſtris ante oculos armis, non monſtrum, nec Chimæram cõſideratis, ſed hæc omnia in peccatorem qui verè chimæra eſt, diuertitis: nã quãtò vita peccatoris obliuior, tantò anima ipſius eſt beſtialior, vt dicebat in Sententijs Tropolicis B. Nilus Martyr. Quapropter ex veſtris chimæricis armis, chimæricam & beſtialem contemplando peccatoris animam, eò diuertitis, vt ipſam penitùs à ſe exſtirpetis, eradicetis. Philippus ſecundus Hiſpaniarum Rex, aſſumpſerat ſymbolum equitem cataphractũ ſupra pegaſum ſedentem, qui chimæram ferit, & ſubſcripſit: *Hinc vigilo.* Refert Salomon Neugebauerus. Veſtrum verò Symbolum erit virtute Chriſti reſurgentis chimæram peccati vincere & euellere, & tũc vobis ſubſcribemus. Hæc vita veſtra digna Ioue.

LINEA FAMILIÆ LACCIORVM.

LAccius, *qui Sigiſmundo I. ſceptra tenente Regni, ex Moſchouia ad perſuaſionem Regiam in Regnum ſeſe tranſtulit. De quo ita* Cromer. in Orat. funebr. *Sigiſmundi Regis. Bielſcium & Lacium Moſchos tacco, perhonorificè ab eo acceptos & luculentis poſſeſſionibus donatos ingenij, fidei, & ſcientiæ rei militaris ergò. Huic nomen Iuanus & filius itidem: Iuanus Præfectus Podl:chenſium ſiluarum, magnus bello Vir, Auguſto Rege regnante in Moſchouia, & ad R doſc uiciam Præfecto tunc exercituum in M.D.L. Chrehorio Chodkiewicz, vt* Paproc. in ſtemmatibus, fol. 670. *Celebrato matrimonio cum Bohdanka Polubinſka, ſuſcepit optimos bellatores Theodorum & Chrehorium. Theodorus cum Simeone Slucen. Duce, venerat in Italiam & maioris domus officium exegit. Erat vir incredibilis fortitudinis & agilitatis, digladiator ſtrenuus & luctator. Reliquerat filios, ſi supereſt aliquis de familia aduertat, quod in animi bona nullum ius habet fortuna. Filius Theodori Notarij Campeſtris M. D. L. Ioannes Alphonſus Aulicus Sigiſmundi III. Regis, vt patet ex Conſtitutione Regni.* Aanii 611. folio 45. Et Bielſc. de illis folio 571.

ŁÁDÁ



DELINEATIO.

EST ſolea, ſupra cuius ſummitatem crux, à latere vero ſiniſtro eſt bidens venatoribus grandiũ beſtiarum accommodatus, à dextro autem eſt ſagitta balliſtarum. Supra galeam eſt medius leo erectus gladiũ anterioribus pedibus rectè conſtringens. Ante ponebant ſupra galeam alas aquilæ, poſtmodũ ſtrutionis, demùm leonem, & hæc tum ob merita, tum demerita mutatio acceſsit. Solea alba, crux aurea, bidens & ſagitta griſea in campo rubeo. Sed Dlugoſſus violaceum vult. Verùm in his vſus ſeruandus erit.

ORIGO.

NObili de armis Iaſtrzębiec conceſſa fuerunt Vladislao Łokietek ſceptra Regni gubernante, *inquit Paproc. in Nido.* qui cæpit regnare 1306. Sed Bielſcius nobilem Łádá ab his armis denominatum, cũ tempore Vlad. Pudici, in anno 1248 nominauerit, vt fol. 173. patet, multò antiquiùs data fuiſſe conſtat. Quod ibidem & ratio ipſa indicabit. Idem Anonymus refert, & eodem anno. Occaſio autem collatorum armorum erat, quod nobilis iſte cuius poſſeſsio erat Łádá, cum ſubditorum operam in campo aduerteret, à Iacuingorum cuſtodibus belli oppreſſus, animosè contra illos ſtetit, & plurimos è balliſta occidit, demùm in ſiluas diuertẽdo, bidentes inuentos arripuit, & conſpecto Maſouiæ Duce ei rem aperuit, ac in hoſtes cum illo irruendo, eos debellauit. Erat igitur Łádá deſcẽdens ex hoc parente, de quo Anonym. & Bielſc. referunt, qui mortuo Conrado Maſouiæ Duce inuaſerunt cũ Lithu. & Iacuingis Sendomirien. oram.

GLORIA DOMVS SVPEREXCEDENS.

SI leuis eſt animi iuſtam gloriam quæ eſt fructus veræ virtutis honeſtiſſimus repudiare, vt inquit *Cicero Orat. in Piſon.* Iam certè magni & ſedati animi erit, gloriam domus ſuperexcedenter conſequi & arripepere. Quapropter ſi adiecto animo ad Symbolum aliquis non ita verbis, quàm re ipſa adſcribere voluit, *Non erubeſco.* ſicut Treterus in Symbolis de quodam refert: Me herculè, conſequenti gloriam domui ſuæ, ſuperexcedenter ſubſcribendum eſſet. Non erubeſcet talis veritatem in Senatu,

ſenten-

ſententiam in parlamento, clarè, & non reſpectiuè dicere & ferre. Et ſi belli res ſibi concredita fuerit, non erubeſcet hoſtis numeroſa capita & arma, non erubeſcet ſtratagemata & dolos, ſed virtute & audaciâ ſapienti superexcedenter proſtituet hoſtilia caſtra & raſtra. Nam ſicut domus gloriam eiuſq; incrementum, & res præclarè geſtas diſcordiæ frequẽtes inter ſuos corrumpunt, & hoſtium ludibrio exponunt; vt dicit *Polyb. lib.* 2. ita concordia viri ciuilis cum Republica & Rege, cum legibus & amicis, cum prædeceſſoribus & progenitis, gloriam domus ſuperexcedentem perpetuò gignunt & pariũt. Dum arma veſtra hæc intueor, & crucem ſplendentem ornare ſtamina æqui contemplor, ſagittas & bidentes vt leue quid ſignificet, non audeo dicere, cùm & leo iam minetur gladio. Subſcribam igitur armis veſtris: Non erubeſcite. Balliſtæ quidem ſagitta eſt, & bidens labori expoſitus, ſed illa Crux, leo, & ſole adornant. Annibal ſerpentibus & ranis naualli bello victoriam dum reaportauit, non erubeſcebat. Turcæ vt plurimùm Camelis monſtris vincebant, & non erubeſcebant. Ad vos minus pertinet rubor, qui fide, & fortitudine, non fraude, nec fortuna, victores ſemper fuiſtis. Hinc accepiſtis.

Laudanda nullis nomina vocibus Satis: nec vllo carmine poſthumæ:
Ætatis ornandos honores. Innumeras ſimul atq; laudes.

Nam Epiſcopos maximos, Cancellarios ſupremos, belli Duces eximios, Patria, & Sereniſsimi Reges vos venerati ſunt, & obſeruauerunt.

AVXILIVM DIVINVM.

NVllum omen præſtantius eſt, nec fieri poteſt, omine auxilij diuini. Conſiderauit Pſalmiſta dicens: *Da mihi auxilium de tribulatione, quia vana ſalus hominis.* Refert Iacobus Tipotius in Symbolis, Robertum Regem Neapolitanum & Ducem Calabriæ ſymbolũ firmitatis ſuæ & Regni tale erexiſſe: Gladium ſerpens circumdabat, qui coronam ore tenebat, cui ſubſcripſit. *His ducibus.* Quaſi diceret, Spe coronæ, gladij fortitudine, & ſapientia ſerpentina, ſtabo, regnabo, deuincam. Noui firma hæc eſſe præſidia, tamen quæ ſunt abſque Deo, telis aranearum aſsimilanda erunt. Hinc quidam: *Vbi Deus deeſt, murus aranea tela,*
Vbi Deus adeſt, tela aranea murus.

Magis igitur placuit Ioannes Presbyter quondam dominij ſui non ſpernendus Princeps. Ille vt felici ſuum floreat progreſſu regnum, in ſymbolum aſſumpſit imaginem cruci affixi Chriſti, à cuius lateribus flagella duo appendit, vt refert author Gloria mundi. Quaſi diceret: Saluus inter pericula, ſi Deus adfuerit; ſi non, perit caſtigatus irremediabiliter. Optimè intulit aliquis de Chriſto Deo & eius auxilio.

Chriſti auxilio vetus ille exſtinguitur anguis:
Humana elident ſpicula miſſa manu.

Arma veſtra nihil aliud offerunt menti, quàm ſingulare auxilium, domus veſtræ à Deo. Crux namque eſt, quæ tuetur, protegit, adornat, & pretioſam reddit veſtram Familiã: nam ipſa Regni Regumq; ſigilla vtraq; Tiaræ Epiſcopales & Archiepiſcop. Primi principatus Regni, primatuſq; omnis vobis auxiliante Deo conceſſa ſunt. Ex quo liquet, quod in vobis ſit virtus omnis inuidiæ Victrix. Linquet & inde in vobis auxiliũ Dei, quod familia veſtra in Regno Poloniæ cæteris familijs ſuperius præeſt, neq; in aliquam periodum domus hæc declinat ſed palmæ ad ſimilitudinẽ eleuatur & effloreſcit. Sit igitur vobis crux veſtra via ſola ſalutis, qua & proſpera mundi tranquillè, & aduerſa fortiter perferatis. Sit via ſalutis, in vitæ progreſſu & egreſſu: Nam

Poſt Cineres eſt verus honos, eſt gloria vera.
Quæ datur aſtriſero in cælo iuſtiſq; pijſq;.

CORONÆ. ODOR ET DECVS.

ODorem & decorem Regni Carolus Neapolitan. Rex, & Calabriæ Princeps, vt *Macar. hom. 47. refert*, hoc ſymbolo exarauerat. Rupẽ penicillo efformauit ſciſſam ſerra, in cuius cacumine poſuit crucem, in ſummitate crucis adfixit roſam. Ad viuum verè odorem & decorem patriæ adumbrauit, decus illius ſit ex cruce, odor ſit ex roſa. Eſt quidem odor patriæ, & decus ex pace, ſed neq; deeſt odor illi, & decus ex bello: bello enim pax concilliata firmatur, pace bellum præuidetur & Victoria. Eſt odor, & decus pax, ſi pacis velamine ſerpens non fouebitur, eſt odor & decus bellum, ſi pace aliter frui aut libertate non conceditur. Vnde lib. 9. Herodotus, vel eius compilator Daneus.

Belgium eris victrix bello, ſed pace peribis.

Non licet ſub imagine pacis libertatem opprimere, & ſub regimine belli pacem tollere. Odor eſt coronæ & decus, pax & bellum, ſed nullus odor decẽtior & decus præſtãtiùs Coronæ, quàm à roſa & cruce, virtute ſcilicet & religione. Tales vos Illuſtriſsimi & Reuerendiſsimi armorũ Ládá exornatores & protectores. Dediſtis Coronæ Regni Poloniæ decorem, dediſtis odorem. Poſt Klodnicios, Noſouſcios, cæteroſque in Caſtris & in Senatu grauiſsimos, dat coronæ Regni decorẽ, dat patriæ ſuauiſsimum odorẽ, virtutis & religionis primus princeps, primaſque Regni Illuſtriſſ. & Reuerẽdiſſ. D. Ioannes Lipski, vt meritò quidam Aſtrologorum ad illius gentilitia reliquerit.

Crux iuncta eſt ſoleæ, ſoleam duo tela tuentur
Hoc Primas Regni Præſul honore micat.
Crux pia corda notat: ſoleæ vis, robora firma
Securum Te hoſtis viuere tela dabunt.
Quis dubitat ſi Lipſcij omen reſponderet illis?
Quem decor eloquij, factaq; corq; probant.

LINEA

LINEA FAMILIÆ ŁADA.

Łádá cui primùm conceſſa fuerant hæc arma, qui cùm nobilis eſſet, auctionem ob merita in bellicis actibus accepit. Diſpoſitio armorum commonſtrat illũ fuiſſe de armis Pobog, & vt colligitur ex Anonymo, qui Boleslai cum Conrado Maſouiæ Duce concertationes & bella deſcribit, fuit primùm cognominatus Pilch, qui poſtmodum à villa propria vbi Lituanorum Cuſtodias, vt in origine armorum habes proſtrauit Łádá nuncupatus fuit. Anonymus an. 1248. *Iacuſius (fortè hunc alij vocant Ianuſium) Łádá filius Petri Pilch, quẽ Boleslaus in Caſtro Lad, à quo Landenſes (*Monachi ibi inhabitantes*) nominabantur Præfectum ibi inſtituit. Dicit enim Anonymus:* Relicto ibi nobili milite Iacuſio Łádá filio Petri Pilch Caſtellani Cerucń. cum nonnullis militibus. *Bielſcius in ſua hiſtoria fol 173. & Paproc. in Stem. fol. 322. ex Anonymo circa an. 1224. Ponunt Predeslaum Łádá Conradi Ducis Maſouiæ Magiſtrum militum virum bellicoſum. Ianuſij Łádá filius Boguslaus ex Borkowna, qui ex Ciolkowná reliquit item Boguslaum & Valerianum ſtrenuos milites & ambos Magiſtros Equitum Ducũ Kijouień. A Valeriano deſcendunt multæ Familiæ Illuſtriſſ. DD. Łádiorum præcipuè in terra Nurenſi à diuerſis poſſeſſionibus diuerſimodè cognominatæ, vt Ianuſcho hæres in Łády Illuſtriſſ. DD. Noſkowſcij, Kłodniccij, & alij. Boguslaus verò ex Suſanna Potrykowſka ſuſcepit vnicum filium Criſtinum Łádá, qui ann. 1017. functus erat officio Legati ad Imperatorem Turcarum. Eius filius Bartholomæus ex Iaroslai Magiero armorum Rauicz vnica filia reliquit duos filios dignos Reipub. ciues, Andream & Martinum, à quibus poſteri deſcendentes varia item cognomina ſortiti ſunt, qui tamen ſemper retinent antiquũ ſuum proclama, ad ſuum cognomen addentes Łádá. Nam Andreas Łádá, qui fuerat Magiſter militum Ducis Kijouień in patriam reuerſus, accepit in conſortium matrimonij Barbaram Skrzynſka hæredem in Skrzynno in terra Wieluneń. cum qua & illa poſſeſſio ceſſit ſibi in hæreditatem. qua ille contentus ſortem ſuã in Łády reſignauit fratri ſuo Martino, & ab illa poſſeſſione cognominatus erat Łádá Skrzynſki, & ab eo omnes ſuccedẽtes poſteri ad hæc vſq; tempora vocantur Ładij Skrzynſcij. Ex hac ſua conſorte Andreas Łádá Skrzynſki ſuſcepit filium Ioannem Łádá Skrzynſki, hæredem in Skrzynno, qui ex Heduigi lectiſſima matrona Gener. Alberti Straſſ, reliquit filium Sbigneum & filiam Chriſtinam conſortem Gener. Derslai de Bnin. Sbigneus verò accepta coniuge Suſanna de Przerab Przerębſka, ex ea habuit filium Stanislaum Łádá Skrzynſki, hæredem in Skrzynno, qui ex Sophia filia Ioan. Zardecki de Drzewicá ſuſcepit vnicum filium Caſparum, qui benedictione Diuina accepta coniuge Dorothea de magna Konſkie, filia Gener. Prendeslai è Sámborzkie Koniecki, ex ea habuit quatuor filios, Ioannem, Raphaelem, Seuerinum, & Florianum, & duas filias Suſannã Słotwinſki ac Heduigim Załuſki conſortes, quæ nulla prole ſuis maritis relicta deceſſerunt. Ioannes Łádá*

Skrzynſki primus filius Caſpari ſpiritualem vitam elegit, in qua tamen non modo Eccleſiæ ſed & Reipub. obſequia ſuo ſtatui conuenientia prompte reddit, factus Canonicus Chelmeń. in Ruſſia & Sendomirien. ac Præpoſitus Mieleceń. vigilans Paſtor, S.R.M. Secretarius, in anno præſenti Iudex Tribunalitius Regni deputatus recti tenaciſſimus. Subſcripſit elect. Vladiſl. IV. Raphael ex Sophia filia Seuerini Chanucç de Potok hærede progenita ex Orlowna in Palat. Lublineń. reliquit vnicum filium Michaelem Ládá Skrzynſki & quatuor filias, quarum duæ in matrimonium nobiliſſimis maritis ſunt collocatæ. Vrſula primo matrimonio ceſſerat Samueli Gorzycki, ex qua ille habuit filium Ioan. ſecundo verò Golembiowſki. Iſabella Alexand. Bielſki, duæ verò Tereſſa & Pudentiana manēt innuptæ. Seuerin. in bello Moſchouitico cum Demetrio illius gentis Imperatore, ſtrenuus miles, vbi poſt multa viriliter & præclarè geſta, capto principali caſtro ſedis Moſcouit. multis vulneribus ſauciatus & ipſe captus ibid. in carceribus detentus, & poſt annum circiter vnū in Perſiam relegatus. Florianus poſtquam ex ſtudijs Germaniæ & Galliæ in quibus in literis ad decorē familiæ & obſequia patriæ multū profecerat, redijt Crac. in florida ætate deceſſit, & in Eccleſia S. Franciſci ſepultus requieſcit. Martin. verò prædicti Andreæ frater germanus hæres in Łázy ab ea hæreditate Łazowſki nūcupatus ex Koſobucka ſuſcepit fil. Iacobum & Ioſeph. Iacobus cælebs obijt. Ioſephus verò Łádá Łazowſki ex cōſorte Wolſka progenuit Martin. qui ex Gomolinſka reliquit Ioan. Łádá Łázowſki, à quo ex Dabrowſka progenitus Mart. qui ex Heliſabetha de magna Konſkie Predeslai Konieçki filia habuit filiū Ioan. Łádá Łazowſki & duas filias Sophiam Dydinſki & Heliſabeth Saporowſki conſortes. Ioannes verò ex Złocka ſuſcepit vnicum filium Martinum, qui deſponſata ſibi filia Gen. Alexand. Saporowſki in florida ætate viuere incipit. Sunt etiam alij Ładij in Zakrocimenſi diſtrictu, ſicut Paproc. in Nido adnotauit, ex quibus vnus apud Andr. Fierley Caſtell. Belzeń. in bello Pruſſico contra Guſtauum locū tenens copiarum fuit. Idem Papr. lo. cit. ponit alios Ładios dictos Koſcieſcios.

Lipſcij, de Lipie & Krzemienice in Palat. Rauen. clari in Repub. clariſſimi in Senatu, illuſtris Familiæ armorum Łádá, quæ quidem ab origine ſui, primùm in Ducatu Maſouiæ fixit ab immemorabili tempore locum & ſedem, ſed ſucreſcēte ipſius nobilibus actibus, & numero viris ætate, qui ſemper & in ſago & in togá clari & conſpicui fuére. Sedem ſuam ſimul cum Duce Zemouito fratre germano Cymbarcæ, Archiduciſſæ Auſtriæ, quæ Fridericum Tertium Romanorum Imperatorem genuerat, in terram Palat. Raueń. mutauit, ſeu verius diſtinxit. Nam Duci Zemouito, in ann. 1426. terra Raueń. ſorte obtigit. Atq́ is primus fuit Iacobus, filius Iaroslai, Theſaurarij Ducis Maſouiæ Patris Cymbarcæ, & Zemouiti Ducis Raueń. Qui Iaroslaus Archiduci Erneſto, in Auſtriā Cymbarcam deduxit. cuius rei fit mentio in relatione Wilhelmi Kurcz, qui ad concludendos tractatus matrimoniales, ab

Archidu-

Archiduce fuerat miſſus in Maſouiam. Is Iacobus, villis maiore & minorê Krzemienica, quas torrens riuulus per medium ſecat, ſeu verius oppido, vt patet ex Priuilegio ſuper dictā Krzemienica, à Ducibus eidem Iacobo dato, atq́; prædio cum Curia Lipie dicto, vbi palatium ex lateritio lapide, perquā commodum extructum cernitur, iure deuolutorio an acquiſitorio incertum eſt, in poſſeſſionem ſuam redactis, hæres de Lipie, & Krzemienicá cognominari cæpit. Vt clarè patet in Originali Priuilegio peruetuſto, à Zemouito & Vladislao Ducibus Mazouiæ Iacobo ſupra nominato ſuper oppidū Krzemienica, quod nunc pro villa habetur, & Lipie cum curia & prædio dato, cuius Priuilegij eſt vt ſequitur tenor talis, (quod dicit author) oculis meis vidi, in manibus habui, & legi.

In Nomine Domini, Amen. *Ad perpetuam rei memoriam. Nos Zemouitus & Vlad. Dei gratia Duces Maſouiæ, Ruſsiaq́; Principes, nec non Terrarum Rauen. Plocen. Sochacouien. Goſtinen. Plonen. Zaukrzen. Domini & hæredes Wiſnen & Belzen. Significamus tenore præſentium, quibus expedit vniuerſis præſentibus & futuris harum notitiam habituris. Quomodo nos, conſideratis ac diligenter inſpectis fidelibus ſeruitijs nobis per Nobilem Iacobū de Lipie & Krzemienica vtraq́; hæredem impenſis, & adhuc Diuina fauente clementia nobis & noſtris ſucceſſoribus, per ipſum, eiuſq́; legitimos ſucceſſores, impendendis. Horum intuitu, volentes ipſum noſtra proſequi gratia, & fauore, bona ipſius totalia, hæreditaria in Lipie & Krzemienica, in diſtrictu noſtro Rauen. ſita, de iure Polonico, in ius Theutonicum quod Culmenſe dicitur, in omnibus & ſingulis punctis, clauſulis, conditionibus, & articulis vniuerſis transferimus, perpetuò, & transmutamus præſentibus. Omnia iura Polonicalia per ampliùs remouentes in eiſdem. Verum tamen quod incolæ ſeu Cmethones bonorum prædictorum, pro huiuſmodi iuris ex gratia noſtra donatione, de quolibet manſo culto & poſſeſſo, per octo groſſos Pragenſes ſuper feſtum S. Martini Epiſcopi & Confeſſoris venerandi, annis ſingulis, perpetuis temporibus, nobis ac noſtris ſucceſſoribus, ſoluere ſint adſtricti. Ab vſq́; antiqui iuris Polonicalis, noſtris ſolutionibus, exactionibus, contributionibus collectis Caſtrorum cuſtodijs, laboribuſq́; ac cæteris angarijs, ac perangarijs quibuſcunq́; quocunq́; nomine cenſeantur, ſint perpetuis temporibus liberi, immunes, & exempti, Eo duntaxat excepto, quod dum Diuina diſpoſitione, noſtras nuptias, ſiue filiorum aut filiarum noſtrarum, celebrauerimus, aut quod abſit nos, aut quempiam ex filijs noſtris, captiuitatem incurrere, vel aliquam terram obligatam, aut de nouo vnam, aut plures emere contigerit, extunc præfati incolæ ſeu Cmethones, iam dictorum bonorū, nobis & noſtris ſucceſſoribus, ſimilem ſeu æqualem, de quolibet manſo culto, & poſſeſſo perſoluant exactionem; qualem & quantam ſuper alias villas, æquali iure Theotonico locatas duxerimus, imponendam. In cuius recompenſam, præfatos incolas ſeu Cmethones, dictorum bonorum ab omnibus noſtris iudicijs, omniumq́; Iudicum Palatin. Caſtell. noſtrorum, ſiue officialium eorum eximimus, & penitus liberamus. Vt per eos de cætero non iudicentur, nec citentur, & citati non comparēat pœnâ eos omnimode nulla ſubſequente; niſi coram Sculteto bonorum prædictorum, ſcultetus coram prænominato Iacobo, & ſuis legitimis ſucceſſoribus, in perpetuum. Inſuper præfatum Iacobū, fauore amplectentes ampliori ipſum cum legitima ipſius poſteritate: ab omnibus Iudicijs, omnium Iudicum Palat. Caſtellanorumq́; noſtrorum ſeu officialium eorum, eximimus perpetuò, & liberamus; vt per eos de cætero nec iudicentur, nec citentur, & citati non compareant, pœna eos nulla ſequente. Niſi coram noſtra Ducali præſentia, vel hoc in abſentia noſtra de Ducatu noſtro, coram Iudice noſtro Terreſtri Generali, & dum annulo noſtro ſeu Sigillo & litera fuerint ſignati, & euocati iure Terreſtri cuilibet aduerſariorum ſuorum reſpondebunt. Etſi in aliquibus pœnis magnis, ſeu paruis in iudicio noſtro manſerint, & eas lucrint. Nulli eas de noſtro, Dominicorum noſtrorum, honoratorum, vulgariter Czeſnikorum. niſi Iudici, duos groſſos, Subiudici vnum, a pœna quinquagentali in noſtram partem, ſoluere teneantur. A pœnis ſex marcarum ex Vieſtāne ipſum Iacob. eiuſq́; legitimos ſucceſſores, perpetuis temporibus abſoluimus, & liberamus, præſentium tenore mediante, Damus inſuper & donamus, præfato Iacobo, eiuſq́; legitimis ſucceſſoribus, vt quotieſcunq́; & quandocunq́; Cmethones, ſeu incolæ bonorum prædictorum, mutuo ſe occiderint, extunc præfatus Iacob. eiuſq́; legitimi ſucceſſores, pœnā capitis pro ſe leuare debet, & tollere. Si verò proprius extraneum, aut proprium extraneus incola occiderit, extunc medietatem huius pœnæ Capitalis præfatus Iacobus, eiuſq́; legitimi ſucceſſores, pro ſe tollent, & leuabunt. Damus inſuper, & donamus præfato Iacobo, eiuſq́; legitimæ poſteritati, omnes cauſas, tam magnas quam paruas criminales &*

nales &

nales & ciuiles, intra metas bonorum prædictorum iudicare, carceres, patibula erigere, exceſſus quoſcunque & delicta punire licet, vindicta eſſuſionem ſanguinis, mutilationem membri, aut vltimum ſupplicium exigat & depoſcat. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtræ Maieſtatis, præſentibus eſt appenſum, ſigilloque minori, à tergo cera rubea impreſſo. Actum & datum Raui, Sabbatho ante Dominicam Oculi 1454. præſentibus ibidem Generoſis ac Nobilibus fidelibus noſtris, Marſchalco Golinſki de Lang. Plocen. Alberto de Badkowice Rauen. Succamer. Alberto Chylinſki Rauen. & Sochacouien. Capitaneo. Nicolao de Chorczarmo Subpincerna, Ioanne de Rediſko Iudice, Iacobo de Klobuzno Notario Curiæ noſtræ, per cuius manum præſens Priuilegium eſt ſcriptum. Ratiborio de Woliſzewo Curiæ Noſtræ Cancellario, qui in præſentia noſtra, habuit in commiſſis, ac alijs quam plurimis fide dignis teſtibus.

Præfatus itaque Iacobus hæres in Lipie & Krzemienicá, habuit filios quatuor, nimirum Nicolaum actu Presbyterum, qui Eccleſiam in Krzemienica rexit. in cuius gratiam Zemouitus, & Vladislaus Duces, eidem Eccleſiæ, villam Szánogoſcia nuncupatam, attribuerunt, & perpetuò donarunt, quæ villa in hæcuſque tempora, eadem penes Eccleſiam ac Præpoſitum dictæ Eccleſiæ eſt, cuius quidem donationis in archiuo diploma eiuſdem Eccleſiæ extat. Ioannem, Albertum, & Martinum, prout liquido patet ex authentica inſcriptione, circa actum diuiſionis. Vbi Iacobus partitur bona ſua, inter filios in ann. 1469. ſub actu Feria Secunda, infra Octauam Natiuitatis Beatiſſimæ ac intemeratæ Virginis Mariæ, Rauæ in actis Terreſtr. Poſt Iacobi mortem, quæ ſubſecuta eſt anno eodem. Martinus ex filiis circa bona præfata remanſit; emptis medietatibus fratrum ſuorũ, qui cælibem vitam agentes, abſque prole deceſſerunt. Martinus ducta vxore nobili Margarita Wagrowſka, ſorore germana Ioannis de Wagry, Iudicis Terræ Rauen. habuit filios Andream, & Mattihiam. Andreas poſt mortem parentis ſui Martini, partem ſe concernentem fratri Mattihiæ vendidit, ipſeque diu multumque varijs in expeditionibus, militarem nauauit operam vt clarè patet ex ſcutis colore vario à fabre adornatis, in quibus nomen & cognomen, dicti Andreæ legitur, cum armis proprijs, ſterilis annoſus deceſſit. Matthias filius Martini, frater vero Andreæ, ex nobili Dorothea Ruſkowſka, de Terra Sendomirien. a Sancta Cruce, ſuſcepit filios Petrum, Andream, Hieronymum, & Stanislaum. Stanislaus in pueritia deceſſit. Andreas verò & Hieronymus, venditis ſuis medietatibus fratri ſuo Petro, militiæ Sacramento obſtricti obiuère, ſub Sigiſmundo Primo circa ann. 1518. vt patet ex veteri manu ſcripto quodam. Petrus ducta vxore nobili Catherina Buialſka ex ea genuit Andream, quâ mortuâ, alteram duxit Margaritam Czerwienſka ex qua ſuſcepit Iacobum & Hieronymum. Hieronymus in pubertate mortuus, vt patet ex actis Rauæ 1539. certæ commutationis Petri de Lipie & Trzeniſki Paſko poſt Feſtum S. Ioannis Baptiſtæ. Iacobus rexit primum Eccleſiã in Legonica, poſtmodum factus Præpoſitus in Krzemienicá. Andreas filius Petri, frater verò Stanislai & Iacobi, qui cum Generoſo Vchanſki Capitan. Chelmen. in Pruſſiam publico in negotio proficiſceretur, diuerterunt in domum nobilis Rebelinſki. Vbi deſponſata ſibi in vxorem Capitaneo filia dicti Rebelinſki nomine Veronica quam genuerat nobilis Nadárzyńſka hæ-

res in

res in Nadarzyn de Terra Varſauień. Comitiſſa de Sluzew. Andreas autē neptim dicti Rebelinſki à filio Iacobo quam genuerat Golyńſka. Veronica verò quæ fuit mater magni illius quondam Iacobi Vchanſki Archiep. Gneſneń. & Palatini Belzeń. neptis à fratre germano. Is Andreas ex Emerantiana coniuge ſua de Domo Rebelinſkich, ſuſcepit filios Franciſcum, & Laurentium, & filias quinque, quarum vna in pueritia deceſſit, reliquæ viris Nobilibus elocatæ. Ac primum vna Dorothea nupſit nobili Sebaſtiano Lubá Glaczynſki. Secunda Agnes Nobili Iacobo Goſtkowſki. Heduigis Nobili Pieśćiorecki. Vltima nomine Anna Nobili Lipnicki de Terra Sendomirień. Franciſcus filius Andreæ, partis genere & indole ſua condignis literarum diſciplinis, ac poſt exterarum nationum peragrationem, breui ob inſignem in literis profectum, oris ac morū ſuauitatem ac omnem decentiam, ab auunculo ſuo Iacobo Vchanſki Archiep. Gneſneń. vocatus, Curiæ ſuæ Cancellarius creatus eſt, ac ſacris initiatus, Canonicatuq; in Metropolitana Eccleſia Gneſneń. deinde Archidiaconatu Lancicień. auctus, multiſq; gratiæ & fauoris ſui argumentis, virum de ſe & Eccleſia Dei benè meritum, ſpiritus ad magna gerentem adornatus & cumulatus. Poſt cuius mortem ad Regiam ſe contulit, atq; inter Secretarios receptus. Verùm oblatam Abbatiam Vitouień. reſpuit, quo facto ſtrepitus aulicos pertæſus, vitæ priuatæ ac tranquillæ, dignitates Eccleſiaſticas poſthabuit, ſacerdotijs atq; curâ & onere conſcientiæ contentus. Verùm & priuatim vitam ducendo otium non admiſit. Nam ſupra trigeſies vicibus Iudicem in Tribunalibus Regni ſubſellio egit, munus Adminiſtratoris ſede vacante Archiepiſcopatus Gneſneń. geſſit, aliaq; munia Eccleſiis perquam vtilia ac Religioni Catholicæ obiuit. Vbique æqui boniq; rationem eſt ſecutus, intrepidèq; ac viriliter eſt tutatus. Quo nomine id eſt aſſecutus, vt ab omnibus vir rectus, prudens, & iuſtus decantaretur & haberetur. In ſolo natiuo ſeu gentilitio, vbi maiorum ſuorū cineres requieſcunt, diruta veteri & carioſa lignea Eccleſia, ex muro lateritio à fundamētis peramplum Templum erexit & ædificauit. dote ſufficienti in alendos ſex Manſionarios ſacerdotes atq; Præpoſitum, alioſq; Eccleſiæ miniſtros, in Prætorio Caliſienſi ſumma pecuniæ collocata, à qua ciues Caliſien. Cenſum annuum ſoluere & pendere ſunt adſtricti, atq; ſupellectili aurea & argentea, aliaq; cultui Diuino ſeruientia largè & liberaliter comparata, turri inſuper præalta ære tecta, ad ornamentum & decorem domus Dei è frontiſpitio erecta, adornauit & condecorauit. Hic tantus & talis vir, dierum & bonorum operum plenus, maior octogenario obijt. 18 Octobris. 1618. Sepultuſq; eſt cum Patribus ſuis in eadem Eccleſia, vbi ipſius Epitaphium ex marmore diuerſi coloris lapide, extat ad Altaris maioris latus dextrū, literis auro exaratis.

D. O. M. ac PIIS MANIBVS.
FRANCISCI LADZIC DE LIPIE LIPSKI
Qui
In Familiarium numerum vna cum fratre Laurentio à Iacobo Vchanſki Archiepiſcopo Gneſnenſi, auunculo acceptus, eruditione Domi foriſque parta,
Primò eiuſdem Cancellarius Regiſq; Stephani Secretarius factus,
Deinde Sacerdotijs in Gneſneń. Vladiſlauień. Lancicień. Eccleſia auctus,
Ab Aula
Ad tuenda iura & commoda Eccleſiæ ſe conuertit, & ſexaginta annis in Capitulis, Synodis, Tribunalibus, Comitijs, rei Eccleſiaſticæ operam nauauit,
Oblatos

Oblatos Epiſcopatus & Abbatias repudiauit.
Opes ex proprio Patrimonio partas iuuandis amicis & propinquis,
Reditus Eccleſiaſticos
Diuino cultui inprimis huius Eccleſiæ fabricæ & doti impendit.
Demum
Dierum plenus obijt Louicij, die 3. Octobris. M.DC.XVIII. Ætatis LXXXI.
Ioannes Lipſki Referendarius Regni optimo Patruo poſuit.

Alter filius Andreæ nomine Laurentius, Frater verò Franciſci, qui vnà cum fratre in ſtudio literarum iuuenilibus conſumptis annis militiæ deinde nomen dedit ſub Sigiſmundo Auguſto, Henrico, Stephano Regibus, vocatus poſt ab auunculo Archiepiſcopo Gneſnen. Iacobo Vchanſki, virum ſerium regimini rei œconomicæ totius Archiepiſcopatus admouit. Quo tempore mater eius Emerantiana conſors Andreæ de Lipie hæredis Louicij eſt mortua, atq; in Eccleſia S. Spiritus Parochiali ſepulta. Funus Archiepiſcop. eſt proſecutus fertur q; miræ deuotionis & ſanctimoniæ fuiſſe fœmina, quamobrem eam multi præcipuè vero Archiep. non tantum indulgens ſanguini maiorem in modũ obſeruabat. Demum mortuo Archiepiſc. Laurent. domũ reuerſus, animum ad ſtatum coniugalẽ conuertit, atq; in Domo peruetuſta, de magna & parua Kolacin Plichtow filiam nomine Annam deſponſat & iungit ſibi vxorem nobilis Alberti, Plichtæ ſororẽ, aut Conſtãt. Patruelẽ Val Mazouiæ & Valent. Caſtell. Rauen. Marſchalci Sereniſſ. Ioan. Alberti Principis Polon. & Sueciæ, S. R. E. Cardinalis ac Epiſc. Crac. publica nihilominus negotia haud neglexit, in Comitijs Generalibus Nuncius, in Tribunali Regni Deputatus. Iudex ſæpius conſpiciebatur. Quo authore in Comitijs Generalibus Reg. Coronationis D. Sigiſmundi III. Succamerar. Rauen. deinceps vacaturus electioni liberæ nobilium ceſſit. Vir fuit placido & amœno ingenio, prudentia, rerum experientia ſingulari, ac bonitate erga omnes pollens, vt vulgo ob bonitatem ipſius chariſſimus, ab amicis appellaretur, cum & ipſe amicos compellandi hoc vocabulo ſæpiſſimè, imò ſemper vteretur, ideò omnium fauorem & ſtudium aſſecutus, quo factum eſt, vt cum primò Subiudicem, deinde Iudicem Terræ Rauen. concordi ſuffragio ſibi elegerint, eamq; dignitatem ad extrema vitæ tempora tenuit. Licet altiores non raro deferebantur ex eo, quod cauſas non tam iudicabat, quam componebat, vt inſimul & controuerſias & animos auerſantes pacificaret, & in vnũ redigeret. Ratus animis plus, quam cauſis, eorumq; controuerſiis debere iudicem mederi, quam pietatem ſtuamq; virtutis, iuſtus Dominus, qui iuſtitias hominum ſe iudicaturum minatur, larga benedictione relargitus, & remuneratus eſt; qui ſic benedicit hominibus timentibus eũ, vt & viderent filios in circuitu menſæ ſuæ, & filios filiorũ ſuorũ ſuſcepit fil. ex eadẽ Anna Plichtanka 9 & filias 5 Tres in matrimoniũ elocatæ, vna Monaſticam vitam profeſſa, vltima in pueritia ſexu deceſſit. Et prima harum nomine Anna nupſit nobili Staniſl. Kroſnowſki Gladifer. Rauen. altera nomine Elizabeth nobili Samueli Klonowſki de Terra Varſauien. & tertia nobili Samueli Kurnoch Iudici Terræ Rauen. nomine Iuſtina. Tandem dierum plenus obijt in Lipie die VII Menſis Auguſti Anno Dñi. M. DC. XVI. Requieſcit in ſepulchro gentilitio. Cui Epitaphium tale filij ad ſiniſtrum latus Altaris maioris poſuêre.

D. O. M. ac M E M O R I Æ.
Laurentij Ladzic de Lipie Lipſki Iudicis Terræ Rauenſis?
vnici huius Eccleſiæ Patroni,
Viri è clarâ & vetuſtâ ſoleatæ gentis proſapia orti, in Deum pij, cum vicinis pacati, erga omnes officioſi,
Qui demum
Suſceptis ex Generoſa Anna Plichcianka nouem filijs, & filiabus quinque maior Septuagenario ceſſit è vitâ:
Cui
Superſtites filij, tribus antea vita functis Laurentio in pueritia, Arnolpho & Dadzibogio

dzibogio in bello. Franciſcus Fælix Caſtel. Sochaceuień. Matthias Tribunus Raueń. Ioannes Referendarius Regni: Gaſpar Vexillifer Sochaceuień. Samuel Sereniſſimi Alexandri Poloniæ & Succiæ Principis Cameræ Præfect. Philippus Płoceń. & Lancicien. Canonic. Secret. Regius hoc pietatis monumentum poſuêre.

Anno Domini M DC.XXXIV.

I. *Filius Laurentij nomine Franciſcus primogenitus, qui literarum curſu peracto ad Reipub. negotia animum adiecit, breuiq; id aſſecutus eſt, vt Nobilitas vniuerſa pronis in eum ſtudijs ardua quæq; conijceret, quæ obtentu difficilia alijs impoſſibilia fuêre. Vnde frequens in foro, in Comitijs, in Conuentionibus, Tribunalibus ac alijs munijs publicis viſus eſt. Felix qui vicinos coniungeret, diſſidentes ſociaret, inimicos reconciliaret, odia componeret, iras deponeret, in foro grauis domi, hoſpitalis vbiq; comis, modeſtus ac perhumanus. Quo nomine tantum fauorem, amoremq; apud omnes aſſecutus, vt eum abſentem in Succamerar. Terræ Sochaceuień. (nam crus paucis ante Electionem diebus in venatione lapſu equi fregerat) concordi & vnanimi voce elegerint, depoſcerentq;. Aſſumptus poſt hac in Senatorium ordinem à Sigiſmundo III. ſuſcepto Caſtellanatu Sochaceuień. à Vl.d'ſlao IV Rauenſi ornatus, ſuperato ætatis ſuæ anno 59. obijt 1643. Sepultusq; eſt cum Patribus ſuis in Eccleſia Krzemieneceń. Relictis duobus filijs, fili..bus verò tribus primi matrimonij ex nobili Heduigi Brochowſka ſorore germana Caſtell. & Succamer. Zakrocimeń. quam genuerat Firleiowna, ſecundi verò matrimonij duabus filiabus ex nobili Catherina Vrſula Dulſka, quā genuerat Pretſicowna. Primus filius Franciſci primi matrimonij ex nobili Brochowſka progenitus nomine Ioannes Albertus Vexillifer Terræ Sochaceuień. ac Inowlodień. Capitan. in matrimonio habens nobilem Maximilianam filiam Maximil. Comitis de Tenczyn Oſſolinſki Theſaurarij Curiæ Regni Bieceń. Marieburgeń. &c Capit. Chriſtophori verò Palat. Sendomirień ac Georgij Supr. Reg. Cancell. ex fratre Neptim. Alter verò filius nomine Conſtantin. Franciſci ſacris initiatus Canonic. in Eccleſia Metropol. Gneſneń ac Lancicień. & Vieluneń in exteris nationibus honeſtiſſimis ſtudijs operam nauans. Ex filiabus autem Franciſci primi matrimonij, altera quidem in Cœnobio Płoceń. Ord. Præmenſtr. teń. Sanctimonialis facta, altera nobili Mikolaienſki de Terra Sochaceuień. nupſit, & tertia virgo fatis erepta. Secundi matrimonij ex nobili Dulſka filiæ Franciſci impubes Iohannam & Gertrudam. 2. Filius Laurentij nomine Matthias Tribunus Terræ Raueń. vitam cælibem agens qui in Caliſſień. Collegio iuuenilibus annis in literarū ſtudio conſumptis bene merendo de Deo, Rege, & Patria, militandi occaſionem accepit, in conſ'ctu ad fluuium Dzieza in Valachia ſeu in Moldauia Duce Potocio bellicoſiſſimo viro, exercitu Polono à Turcis profligato, & in fugam conuerſo ſaucius multis vulneribus, traiecto flumine domum remeauit. Altero fratre Arnoldo in acie cæſo orbus, nec propterea intermiſit militiam. interfuit nāq; expeditioni ad Orininum, Cecorlam, Chocimum, vbiq; militaris fortitudinis præclarum edidit ſpecimen. Sed & negotia publica tractare quiuit, à ſago ad togam remeando. ſupraq; de viginti annis publicæ vtilitati commodam & neceſſariam, tàm in Comitijs Generalibus Regni Nuncij, quàm in Tribunali Regni Marſchalci munus ſæpius ſuſtinendo operā nauauit. Vitam ab omni cura remotam ætate ingraueſcente degit. Scitè admodum illud Caroli V. ſibi dictum cenſuit, inter vitæ & mortis negotia oportet ſpatium intercedere. 3. Laurentij filius nomine Ioannes Archiepiſcop. Gneſneń. Primas Princepsq; Primus Regni, qualis & quantus fuerit geſſi magiſtratus, Legationes ad Principes externos, ac demq; ſuprema in Regno hoc dignitas argumento ſunt. Nam breui ob ſagacitatem ingenij ac indolis bonitatem, curſu feliciter ſumma cum laude, ſeu vèrius admiratione literarum abſoluto, exterisq; nationibus Auſtralibus perluſtratis, vix domum reuerſus præproperè à magno viro Kryſki Supr. Reg. Cancell. eius conſanguineo in Regiam vocatus. Cancell. Reg. vnicā virtutis ac doctrinæ palæſtram rexiſſe iuſſus, quàm ſummā cū laude, voto & emolumento publico ac gloria gentis, quam vbiq; terrarum vbi eius felix, & aurea penna ob ſtylo puritatē & elegant.au.peru-ga..it, reſtituit ac cumulauit, vno de viginti ānis adminiſtrauit ipſum Latiū non*

raro deminatum, ſeu veriùs ſupremu humanarum diuinarumq́; in terris arbiter rerũ, poſuiſſe ſub tam inclementi climate ſedẽ latio perſuaſiſſe. Quo factum vt & gentem conſpicaretur, & perſonam ex ſtylo cognitã, & à ſe adamatam oraculo Pontificio (nempe affirmare ſolitum fama conſtans eſt, non aliunde literas Romam mitti, quam à Rege mitterentur Poloniæ quarũ vtiq́; ſcriptor hic Ioann. fuit) ac alijs ſuæ gratiæ atq́; beneuolentiæ argumentis proſequeretur & complecteretur: quod in Bullarum expeditione, pro Epiſcop. Culmen. & Pomeſaniæ per viam ſecretã teſtatum eſt. Itaq́; ex Regente Cancellarioq́; Reginæ Conſtantiæ ac Regni Referend. Epiſcop. Culmen. & Pomeſaniæ renunciatus atq́; ab eodem primùm Ratisbonam pro pacificando orbe Chriſtiano, quod ob tarditatẽ Romanæ expeditionis pro Culmen. Epiſc. non ſuſtinuit, poſtmodũ Vienn. Orator pro expoſcendo in ſociam Thori & Sceptri Sereniſſ. Cæciliam Renatam ab eodem Vladiſl. Rege deſtinatur, & mittitur, quã prudentia, quã dexteritate, felicitate & virtute hoc munus obiuerit, vtriuſq́; Maieſtatũ fauor, quo alter ipſum Comitatu cum vſu Coronæ Regalis, vnaq́; domum ipſius totam, ſuprema alter dignitate in Regno delata proſecuti ſunt, declarat. Fuit hic vir admirabili oris ſuauitate, ſumma eruditione, ingenio ſagaci coq́; miti & permodeſto, iudicio graui & maturo, vt ſi in Deorum cætu, Mercurius pro Ioue vt ille coram Cæſare & Regina Cæcilia Renata pro Rege (quanquam aliter nunquam) non alio modo, ſtylo neq́; lingua quam Ioannis Lipſki loqueretur, vt haud immeritò Principum deliciæ humanique generis ſpes vulgo & crederetur & haberetur. Vladiſlao IV. filium primogenitum Sigiſmundum Caſimirum ſacro fonte tinxit. Verum tantæ virtutis virum cui iam orbis Sarmaticus plusquam contulit dare nequiuit, exacto ætatis ſuæ anno 52. cælum repetijt. Obijt Lyſkouicijs in Palatio quod ipſe magnis impenſis, cõmoditati ſuæ ſuorumq́; ſucceſſorũ & ſalubriori tranquilliorique, poſt publicos ac vrbanos ſtrepitus ſeceſſui extruxit, atq́; iconibus Archiepiſcoporum ex authenticis antiquitatum monumentis fideliter & accuratè collectis exornauit, die 13. Menſis Maij, M. DC. XLI. ſanctè moritur, ſepultus in Capella Louicien. quam ipſe ædificari ſibi in honorem SS. Sacramenti magnificè curauit, amplaq́; fundatione dotauit, vt melius patet ex eius teſtamento quod hic inſerere multum reputaui.

IESVS MARIA.

EGO Ioannes de Lipie Lipſki, Dei gratia Archiepiſcopus Gneſnenſis, Legatus Natus, R.P. Primas Primuſq́; Princeps. Ita mecum ſemper cogitaui humanum eſſe mori, Chriſtianum verò cogitare, ne inopinatò & æternum mori contingat quin viuendo ſæpè mori vt moriendo æternũ viuere liceat. Vtinam ego quoq́; ita vixiſſem, ſed heu vixi tanquam non moriturus eo minus mortis memor, quò magis æternæ reus, eo magis præſenti etiam indignus quo minus æternam meritus; vtinã vel reliquum, quod ſupereſt vitæ, cautiùs & ſanctiùs viuam. Cæterum licet daretur plus viuere, quàm adhuc vixi, actæ tamen vitæ piacula, expiare nõ poſſem vllæ vitæ ſequentis innocentia; niſi Chriſti vitæ & paſſionis meritis, quibus etiamſi ſtatim è vitâ diſcedendum foret, tot tantaq́; ſcelera mea expiatum iri confido. Eius præſertim ope quæ non erubeſcit refugium dici peccatorum, quamq́; ego nullo meo dignus ſum appellare niſi quo maximè indignus ſum, nempè quia omnium maximus peccator ſum Refugium peccatorum ora pro me & in hora mortis meæ adiuua me neq́; me mori æterna morte patiâre, quamuis vel hoc ipſo gratiâ Tua indignum, quod cum me peccatorem te peccatorum Refugium ſcirem, nunquam ad Te confugi, quin miſero ſtatim transfugio, per noua peccata à te diſciſcerem, quin & clementia Tua abuterer, vt quæ mihi peccandi timorem minueret, cum incutere potius, & fiduciam veniæ pænitenti, non auſum peccandi ingerere debuiſſet. Hac clementiæ Tuæ fiducia viuens in poſterum, morienſq́; rectius vti cupio, & moriturus, in manus filij Tui, Tuaſq́; puriſſimas, ſpiritum meum commendo, impuriſſimum quidem, ſed puritate tua eluendum. Supplex etiam in hac neceſſitate inuoco Diuos Patronos meos & præſertim S. Angelum Cuſtodem meum, cuius tutelarem, præſentiam

tiam meam, ô quantis dehoneſtaui ſceleribus. SS. Ioannem Baptiſtam & Euangeliſtam quorum nihil in me niſi nomen fuit, SS. Iozephum, Ioachimũ & Annam, SS. Sigiſmundum, Carolum, Ignatium, Dominicum, Franciſcũ Xauerium, B. Staniſlaum Koſtka. Inprimis verò S. Adalbertum, cui indignus ſucceſſi, nihilq́; eius in me præterea non recognoſco. SS. Stanislaum, Caſimirum, Barbaram, Catherinam, Thereſſiam aliosq́; Cælites omnes. Porrò has ſupremas vltimæ voluntatis meæ tabulas in omnem euentũ & incertæ mortis caſum & præſertim graui modo tertiana correptus omni meliori forma modo & ſtylo quo melius poteſt & debet condens.

Inprimis profiteor, & coram Deo, ſuperis, & hominibus teſtor, me prout natus ſum, & vixi in fide vera Orthodoxâ Catholicâ Romanâ, ita in illâ & pro illa mori velle, nec viuere niſi ad ſpatium pœnitentiæ, lubẽs etiam vitæ anterioris annos perditos, in me mulctari, cupiens ei' iacturâ, quàm viuere Dei beneficio & naturæ adhuc poſſem. Verum ego & vitam & mortem ei, à quo vtraque pendent, reſigno. In præſentia verò vltimam voluntatem meam in vim teſtamenti, ſiue Codicillorum, vel alio quouis titulo, quo maximè valida eſſe queat declaro.

Inprimis vbi vitâ exceſſero, mille florenos pro ſacrificijs placandum mihi Diuinũ Numen expoſco, in Sacerdotum eleemoſynam dari, humari verò in Eccleſia Collegiata Louicień. volo, quæ in Patrio meo Pallatinatu & ſolo ſita eſt. Deponi interim in capella Illuſtriſſ. Prædeceſſoris & Aui mei potero, dum noua pro me capella extruatur, quam in fabricam viginti millia florenorum aſſigno, vel prout DD. Executoribus meis viſum fuerit, non inelegans enim opus cuperem fieri, maximè verò idoneus locus eius fabricandæ eſſet è diametro nouæ Capellæ Illuſtriſſ. Anteceſſoris mei Węzyk, ſic enim magnum Eccleſiæ ornamentum accederet. Aſſigno item pro dote ſeu fundatione triginta millia floren. in cenſum reemptionalem collocandos pro alendis & ſuſtentandis octo Sacerdotibus, cuilibet florenos ex cenſu 200. reliquum in cerã, vinum, ſarta tecta, paramenta, & alios ſumptus erogandum.

Officia ſint Sacerdotum die Dominico *Rorate* decantabunt ſolenniter cum Proſa, *Mittit ad Virginem*; cum Organatio. Feria 2 Miſſa item *Rorate*, vt ſupra. Fer. 3 Miſſa item de S. Ioanne Euangeliſta. Fer. 4. *Rorate*, vt ſupra. Fer. 5. Miſſa de SS. Sacramento *Cibauit*, quo die quoq; Proceſſio cum SS Sacramento per Eccleſiam ſeu Cæmeterium, ſecundùm exigentiam temporis. Fer. 6. *Requiem*, pro Ioanne Antiſtite. Sab. de immaculata Conceptione B. M. V. Ibidem Cimborium locabitur, pro quo fabricando, lego floren. ſex millia. Pro anniuerſario quater in anno, per DD. Prælatos & Canonicos in eadem Capella decantando, lego floren. duo millia, inſuper duo item millia floren. lego in cenſum annuum locanda, diſtribuendum inter DD. Prælatos & Canonicos, qui Proceſſioni cum SS. Sacramento interfuerint. Vt Præpoſitus Krzemenecen. in Lipie inquantum ex Familia Lipſciana Ładziciana fuerit, habeat locum in Capitulo, & Stalo, & Choro, DD. Executoribus meis relinquo ſtatuendum. Qui quidem Vicarios præſentabit ad dictam Capellam, eo vero negligente, ius præſentandi deuoluetur ad Capitulum Łouicien. Iidem Capellani ſeu Sacerdotes debebunt Proceſſionibus intereſſe cum alio Clero. Habitationem pro ipſis DD. Executores procurabunt in area fabricæ ſeu lapideæ meæ. Quam etiam lapideam meam lego Præpoſito Krzemenecen. ita vt ex ea prouentus Sacerdotes Capellæ percipiant. Ad Capellam Vchanianam lego mille floren. Lego deinde pro anniuerſarijs ad Eccleſiam Cracouien. Cathedr. 1000. floren. Plocen. 1000. floren. Vladiſl. 500. floren Łancicien. 500 floren. Sendomirien. 1000 floren. Kruſuicien. 500 floren. Eccleſiæ Krzemenecen. florenos decem millia. Cæterum, quod ſponſæ meæ chariſſimæ nil dignum legare poſſum, æqui boniq́; Capitulum conſulat, lego tamen ex proprio, ſine præiudicio Succeſſoris, ideoq; laudabile. Primum pro exornando SS. Sepulchro Diui Adalberti Patroni mei, floren. 15. millia, petens à DD. Executoribus, vt marmoream aliquam molem, partim æream extrui affabrè faciant. Lego deinde eidem ſponſæ meæ pro anniuerſario duo millia florenorum. In Capella mea Łouicien. poterit poni aliquod decens Epitaphium, non mei ſed eius honori, qui de ſtercore erigit pauperes. Nolim habere ſumptuoſam funeralem pompam, decentem tamen, habito reſpectu non meæ peccatricis & indigniſſimæ perſonæ, ſed Primatialis dignitatis.

Pro amplianda & augenda dote, ſeu fundatione Præpoſituræ Krzemenecen. vbi antiquum eſt maiorum meorum & gentilitium monumentum cum iurepatronatus ſeptem millia floren. lego,

 à qua

à qua ſumma cenſus annuus ſoluatur, ac cenſum prædictum inſimul cum Caliſſienſi coniunctum, in Manſionarios Eccleſiæ Krzemenecen. conuerti, & Organarium, ſcholam volo. Eidem Eccleſiæ pro rebus magis neceſſarijs mille florenos lego, tum etiam pro fundatione hic & Romæ procuranda, cuperem autem vt Infulatus ſit Præpoſitus. Pro erigendo Seminario pro decem perſonis Rauæ lego viginti quinq; millia floren. in Collegio PP. Societatis Iesv, operam ſtudijs daturis, ſed prius iurent ſe non niſi Parochialibus Eccleſijs, vel curæ animarum mancipandos fore.

Quæ omnia Adm. R. D. Fr. meus Scholaſticus Gneſnen. curæ habebit. Pro Confraternitate *Miſericordiæ* Varſauien. ad manus R. Patris Præpoſiti Domus profeſſæ Soc. Iesv floren. mille, eidem alios mille floren inter perſonas mendicare erubeſcentes diſtribuendos. Pro perficiendo muro circa Monaſterium Vachocen. florenos mille, pro paramentis ad Eccleſiam Parochialem Vachocen. floren. 500. Pro hoſpitali Vachocen. floren. 500. Pro ſupplenda fundatione Lampadis in Capella Diui Ioannis Varſauien. mille floren. Ad effigiem B.M.V. apud Sanctum Martinum florenos 200. Inter propinquos egentiores diſtribui volo quinq; millia floren. maximè verò in elocationem filiarum. Staniſlao Kurski fido ac diligenti Cameræ meæ familiari, qui mihi ſano & ægro rara ſedulitate ſeruiuit mille floren. lego eumq; de meliori nota Adm. R. D. Fratri meo commendo, de rebus meis, & ſupellectili Camerali ipſi potiorem partem dari cupio. Antiquiores item famulos meos cõtentari, iuxta arbitrium DD. Executorum volo, habita ratione ſeruitiorum cuiuſcunque. Hoſpitali Choden. octo millia floren. in cenſum annuum elocanda aſſigno cum approbatione & noua fundatione Illuſtriſſ. D. Loci ordinarij. Inter ſubditos egentiores Epiſcopatus Culmen. duo millia floren. diſtribui volo, PP. Soc. Collegij Thorunen. vti fidis meis in illo Epiſcopatu cooperatoribus tria millia floren. lego. Subditis Archiepiſcopatus mei omnia debita remitti volo. Amicis meis veteribus aliquid in pignus memoriæ & amoris mei donari volo, ſicut Magnifico D. Zadorski Pincernæ Regni & D. Iacobo Max. Fredro Regenti Cancellariæ Regni. per decem nummos aureos ſeu vnum centum vngaricis conſtantem aſſigno: Dno. Georgio Mulico S.R.M. centum aureos item aſſigno. Inter duos Fratres meos Abacum habita ætatis & dignitatis ratione diſtribui volo. Nepoti meo D. Vexilliferro Sochaceuien. cultrum cum theca, auro & lapidibus pretioſis ornatum, ac item ſex equos lego. Cæterum prudentiæ, dexteritati ac pietati DD. Executorum relinquo quos in Nomine Dni. omni meliori formâ & iure conſtituo. Videlicet Illuſtriſſ. D. Georgium de Teczyn Oſſolinski Vicecancel. Regni perunicè mihi dilectũ, cuius pietatem, zelum & eximias raraſq; hoc ſæculo corrupto virtutes ſemper adamaui, cui ſciphum aureum lapidibus pretioſis ornatum, in pignus amoris donari volo, quamuis hoc exile munus ſit pro tam ſublimi perſona. R. D. Alexandrum Trzebienski Referendarium Regni quem vti fratrem & magnarum virtutum & conſtantis in me ſtudij merito dilexi, cui habitum Epiſcopalem cum Rochieta atq; annulo omniũ maximum dono. Illuſtr. & Adm. RR. DD. Simonem Kolucki Præpoſitum Gneſnen. fratrem meum chariſſimum, cui aſſigno decem nummos aureos, quilibet decem vngaricis conſtans. Philippum Lipski Scholaſticum Gneſnen. fratrem meum, quem omnium rerum mearum vltra legata reſiduarum hæredem conſtituo, ita vt proprietati & diſpoſitioni ipſius liberæ & abſolutæ ſeruiant, & ab alijs DD. Executoribus ei tradantur, nec à quopiam ea in parte impediatur. D. Alexandrum Nieborowski Canonicum Gneſnen. cui idem quod & D. Præpoſito Gneſnen aſſigno. D. Gaſparum Trzemeski Theſaurarium meum, vti fidum miniſtrum, cui etiam idem quod D. Nieborovvski. Quos omnes & ſingulos rogo & per viſcera Miſericordiæ Dei obteſtor, vt hanc ſupremam voluntatem meam ſedulo ac diligenter exequantur. Peto item vt S. R. M. Domino meo Clementiſſimo vltimum valedicant, ſimiliter & Sereniſſ. Reginæ idem ſupremum officium exhibeant. Atq; hanc eſſe veram vltimæ voluntatis meæ, & realem teſtamentariam diſpoſitionem quã æger quidem corpore, ſed ſanus mente manu mea propria cõſcripſi & ſubſcripſi, declaro omni meliori formâ vere ac ſtylo, reſeruando mihi eius corrigendæ poteſtatem, ſi Deo volente ſuperuixero. & caſſando omnia mea anteriora teſtamenta, ſcriptum per me Łyskouicijs die 5. Maj. A. D. 1641.

Ioannes Lipſki Archiepiſcopus Gneſnenſis m. p. p.

4. *Laurentij filius Arnoldus nomine, hic poſt peractam in expugnatione Arcis Smolenſcianæ ſub Sigiſmundo III. Rege nauatam operam, ſub vexillis Regijs in Valachia ſeu Moldauia ad fluuium Dżicza Duce Potocio occubuit.* 5. *filius Laurentij nomine Gaſpar, qui literarum ſtudio in Collegio PP. Soc. Pultoniæ peracto. pubes militiæ nomẽ dedit caſtraq; ſecutus, maiorũ ſuorum vitam capeſſendo Hic quantũ ex fortitudine militari inclaruit, Cecoria teſtatur. Nam Turcas noſtris in munitione ex carris pedem referentibus, vndiq; irruentes, quaſi ad certamen prouocare ſingulare redebantur. Vni obuiam factus, haſta transfixum, ac pendu-*

lum

lum caſtris intulit, Ducibuſq; præſentauit, quo facto miles & animum & vires reſumpſit, & a iactabunda incurſione repreſſus hoſtis; eandem viri huius fortitudinem referre pariter valent loca in Pruſſia, cæde hoſtium nobilitata. Poſt nauatam demum compluribus annis in caſtris operam, domum reuerſus, animum ad ſtatum coniugalem conuertit, quo tempore Sendecen. Vexilliferatu, deinde Caſtellanatu eiuſdem Terræ, poſt Rauen. auctus eſt. Ex nobili Zophia Krzyſtoporſka genuit filios tres, Stanislaum, Ioannem, & Olbrachtum, totidem & filias, Annam videlicet, quæ nobili, & egregio viro Ioanni Załuſki, filio Pincernæ Terræ Rauen. eſt deſponſata. Catherinam & Zophiam, Vir prudentia Senatoria ornatus, pietate in Deum, zelo erga Religionem Catholicam Romanam, pacato in omnes ingenio pollens, paucis ab hinc annis ſumma cum laude atq; Eccleſiæ & Reipub. commodo, Iudiciorum Tribunalitiorum, vnicum libertatum & prærogatiuarum Eccleſiaſticarum ac Reipub ſuſtinens regimen. 6. Laurentij filius nomine Laurentius hic pueritiæ annis nondũ excedens, vitã cum morte commutauit. 7. Samuel nomine Laurentij ſupradicti filius, domi eleganti eruditione parta, Gallia, Italia, Germania, Anglia, Belgioq; perluſtrato in Regiam Curiam, poſtquam domum reuerſus eſt, ſe contulit. Primum a Sigiſmundo III. filiorum ſecundi matrimonij ſuorum Cameræ admotus, magno cum ſolatio Regiæ Domus atq; emolumẽto, quod vberrimum ſæpè prouenire ſolet ex familiari obſequio viri pij modeſti & prudentis. Poſt mortem Sigiſmundi III. atq; Reginæ Conſtantiæ, cum Sereniſſ. Alexandro Principe iterum Germaniam atq; Italiam perluſtrauit. Quo fatis erepto Sereniſſ. Carolus Ferdinandus tanquam ſuum reputans eidem curam & regimen Domus ſuæ Regiæ cõmiſit, aucto ipſum Capitaneatu Zywiecenſi, multiplicíq; ſuæ beneuolentiæ Regiæ in eum quotidie conferendo beneficia. 8. Laurentij filius nomine Philippus, qui abſoluto literarum curſu, Italiam peragrauit, poſt triennal. in Curia Romanã manſionem, Sacerdos actu Presbyter domum remeauit, à Vladiſlao IV. inter Secretarios adſcitus, à quo primum Canonicatu Sendomirien. & Scholaſteria Gneſnen. deinde Vachocen. Abbatia auctus, vir ad magna gerens ſpiritus, cui ſuffragatur pietas, eruditio, præſtans rerum magnarum ſtudium ac vitæ morumq; integritas, hunc ſimillimum fratri Ioanni natura reddidit, quem non minus ſanguine quàm virtute, non minus moribus, quàm vultu referat. 9. Nomine Dadzibogius Laurentij vltimus filius, vbi eos ætatis ſuæ annos attigit, quos Sacramentum militiæ exigit, veſtigijs maiorũ ſuorum incedendum, illorumq; partam virtute ac fortitudine gloriam, & nomen ſeræ poſteritati memorandum, non ſolum imitandum ſed & æmulandum ſibi cenſuit propoſuitq;. Caſtra ceu domus ſuæ glorioſam paleſtram eſt ſecutus: verùm Duce Chmielecio acriter cum Tartaris dimicans, occubuit die 17. Februarij. 1629.

Tenor Priuilegij ſuper Comitatum Sacri Romani Imperij, Dominorum de Lipie, prout ſequitur talis.

FERDINANDVS TERTIVS

Diuina fauente clementia, electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ Rex. Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ &c. Marchio Morauiæ, Dux Lucemburg. ac Superioris ac inferioris Sileſiæ, Wirtembergæ & Tecke, Princeps Sueuiæ, Comes Habſpurgi, Tyrolis, Ferretis, Kiburgi & Goritiæ, Landgrafius Alſatiæ, Marchio Sacri Romani Imperij, Burgouiæ, ac Superioris & inferioris Luſatiæ Dominus, Marchiæ Sclauonicæ, Portus Naonis & Salinarum, &c.

 Reuerendo

Reuerendo ſincerè Nobis dilecto Ioanni Lipſki de Lipie; Epiſcopo Culmenſi & Pomezaniæ, Sereniſſimi Vladislai Quarti, Poloniæ ac Sueciæ Regis Conſobrini noſtri chariſſimi, Magno ad Nos deſtinato Legato, Gratiam noſtram Cæſaream, & omne bonum.

QVum Nos ad Cæſareæ dignitatis faſtigium, non noſtris meritis, ſed Dei Opt. Max. fauore & clementia euecti ſimus, par eſt vt in ea omnia, quæ ad illuſtrandam huiuſmodi dignitatem ſpectant diligenter totis viribus enitamur. Hoc autem alia ratione haud commodiùs fieri arbitramur, quā ſi nobiles & antiquas familias maioribus & dignioribus honorum titulis decoremus, præcipuè illos, quorum erga Nos & Sacrum Romanum Imperium fides & officia Nobis commendantur. Cum igitur Tu Ioannes Lipſki de Lipie fratreſq; tui germani Franciſcus nimirum Caſtel. Sochaceuien. Senator Regni Poloniæ, Matthias Georgius Tribunus Terræ Rauen. Gaſparus Sigiſmundus Vexillifer terræ Sochaceuien. & Sereniſſ. Poloniæ ac Sueciæ Regis Aulicus, Philippus Plocen. Lancicien. & Sendomirien. Canonicus, ac eiuſdem Sereniſſ. Regis Secretarius. Samuel Sac. quondam Cæſar. M. Ferdinandi II. Dñi. Parentis ac Prædeceſſoris Noſtri Colendiſſ. nec non dicti Sereniſſimi Regis Poloniæ Camerarius, ac Præfectus Cameræ Sereniſſ. Principis Caroli Ferdinandi clara eo vetuſta familia è genere ſoleata Ladiciorum, publicis priuatiſq; ſplendoribus conſpicua oriundi ſitis, vnde complures viri præſtantes prodierint, qui vtilem ſæpe ac fidelem tam inclytæ Reipub. Polonæ, quam communi Orbi Chriſtiano, tum inprimis quoq; Prædeceſſoribus noſtris Romanorum Imperatoribus & Regibus glorioſiſſimæ memoriæ, ipſiſq; S. R. Imper. nec non Auguſt. quoq; Domui noſtræ Auſtriacæ operam nauarunt. Quos inter, vt plurimos alios taceamus, Iaroſlaus de Lipie Atauus Tuus Supremus Theſaur. Zemouiti Ducis Mazouiæ Parentis Sereniſſ. olim Cymbarcæ vxoris Sereniſſ. quondam Erneſti Ducis Auſtriæ, Matris verò Friderici Tertij Imperatoris in contractu matrimonij inter dictos coniuges conciliando, præclara cum laude fidei & induſtriæ ſuæ ſe impenderit, filiumq; ſuum Andream cum prædicta Sereniſſima Cymbarca in Germaniā miſerit, qui ibidem in eiuſdem obſequijs deceſſerit. Tuq; deinde præd. Ioannes de Lipie, apud Sereniſſ. quondā Conſtantiam Reginam Poloniæ amitam Noſtram chariſſimam, complures annos Cancellarij munus ita geſſeris, vt in tua fide omnia Regiæ Domus ſuæ negotia publica & arcana depoſuerit, ac modo etiam præſens munus Magni Legati Sereniſſ. Regis Poloniæ ſingulari tua cum laude apud Nos obeas. Hinc ſanè & quia minimè dubitamus, quin tu idem dictiq; fratres tui in eodem bene de nobis & Sac. Rom. Imperio Auguſtaq; Domo noſtra Auſtriaca, merendi ſtudio inpoſterum etiam perſeueraturi, Veſtriſq; deſcedentibus maiora in dies laudum exempla, quæ imitentur paraturi relicturiq; ſitis. Dignum ſanè arbitrati ſumus, vt te ſupraq; dictos fratres tuos germanos Cæſareæ noſtræ gratiæ monumēto aliquo eiuſmodi quod vobis totiq; poſteritati veſtræ perpetuo ornamento ſit condecoremus. Quamobrem animo bene deliberato, & ex certa noſtra ſcientia ſano quoque Noſtrorum & Sacri Imperij, Principum, Comitum, Procerum, Baronum, Nobilium, & Fidelium dilectorum accedente conſilio, motu planè proprio ex plenitudine auctoritatis noſtræ Imperialis Tibi præfato Ioanni Lipſki de Lipie, nec non dictis fratribus tuis germanis hanc ſingularē gratiam impertiti ſumus, Teq; ac eoſdem fratres tuos germanos, nec non omnes eorundem filios poſteros, & deſcendentes legitimos tam virilis quàm feminini ſex⁹ iam natos, & æterna ſerie naſcituros in perpetuum Sacri Romani Imperij Comites creauimus, fecimus, & ereximus, & Comitatus titulo & honore tenore præſentium inſignimus, nobilitamus, creamus, facimus, erigimus, & attollimus, ita vt Tu dictiq; fratres tui germani, eorundemq; legitimi liberi & deſcendentes, ſe ex nunc

nunc & perpetuis deinceps temporibus Sacri Romani Imperij Comites titulo ac nomine ſcribere, nominare, & ab vniuerſis nominari ac reputari debeant, omnibuſq; & ſingulis honoribus, dignitatibus, prærogatiuis, priuilegijs, gratijs, ac iurib⁹ in iudicio & extra, ſpiritualibus & temporalibus, ſtatibus & cauſis ac alias vbiq; in omnibus locis gaudere, vti, ac frui debeant, & poſſint; quibus cæteri noſtro & Sacri Romani Imperij, à quatuor vel pluribus annis Comites nati vtuntur, fruuntur, & gaudent iure vel de conſuetudine omni impedimento ceſſante. Et quo illuſtris & quidem in oculis hominum incurratali, quod Noſtræ huius in Vos gratiæ & beneficentiæ Cæſar. extet monumentum, ius & poteſtatem Vobis conferimus ſuper ſcuto armorum veſtrorum gentilitiorum Coronam Regiam geſtandi, eodem vti, motu proprio & authoritate præfati tamen Sereniſſ. Regis & Regni Poloniæ iuribus ac ſuperioritatibus ſemper illæſis & ſaluis. Mandantes propterea vniuerſis ac ſingulis Electoribus, alijſq; Sacri Imperij Principibus, tam Eccleſiaſticis, quàm Sæcularibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Nobilibus, Clientibus, Capitaneis, Vicedominis, Præfectis, Caſtellanis, Procuratoribus, Officialibus, Quæſtoribus, Ciuium Magiſtris, Iudicibus, Conſulibus, Regum Heroaldis, Caduceatoribus, Ciuibus, Communitatibus, & denique omnibus noſtris & Sacri Imperij ſubditis, ac Fidelibus dilectis, & alijs ad quoſcunque ſpectat, cuiuſcunque ſtatus, gradus, dignitatis, præeminentiæ, & conditionis fuerint, vt Te præfatum Ioannem Lipſki de Lipie dictoſque fratres tuos germanos vnâ cum filijs & filiabus, omneſque eorum liberos, & deſcendentes in infinitum, perpetuis futuris temporibus Sacri Romani Imperij Comites nominent, Voſq; dictis Priuilegijs, iuribus, honoribus, dignitatibus, libertatibus, gratijs ac indultis, liberè vti, & frui permittant, nec aliquo pacto in eo impediant, inquantum gratiam Noſtram Cæſaream charam habeant, ac præter indignationem Noſtrã grauiſſimã pœnam centum marcarum auri puri maluerint euitare. Quarum medietatem fiſco ſeu ærario noſtro, reliquam verò partem iniuriam paſſi, vel paſſorum vſibus decernimus applicandam. Harum teſtimonio literarum manu Noſtrâ ſubſcriptarum & ſigillo Noſtri Cæſarei appenſione munitarum. Datum in Ciuitate Noſtrâ Viennæ die octaua Menſis Auguſti. Anno Dni. 1637. Regnorum noſtrorum Romani Primo. Vngarici Duodecimo, Bohemici verò Decimo.

1686468

Ferdinandus m. pr. *Ad mandatum S. C. M.*

Locus Sigilli maioris Imperij.

P. H. à Dralendorff. m. pr. *Ioan. Walderode m. p.*

Klodniccij, *ſicut antiquitate domus ita meritis Ducibus Maſouiæ notiſſimi, & amabiles. Cedronus Cancell. Zakrocimen. Prępoſit. Ciruen. Dominicus ſuus Germanus Vicecancellarius Ioannis Ducis Maſouiæ. Gregorius Capellanus coniugis Ducis prædicti heredes in Klodno.* Helbrziconus, *Veliſlaus, Tomiſlaus, Suantoſlaus, Matthias, Staniſlaus, Ioannes, Philippus, Wo-no, Negoſlaus, Laurentius, Bartholomæus heredes de Klodno. His omnibus Ioannes Dux Maſouiæ D. hereſq; Ceruenſis, Warſzeuienſis, Zakrocimen: Wiſſogrodien. Priuilegia iuris Teutonici & libertationis ab exactionibus, & iudicibus extraneis, atq; donationibus pænarum pro capite occiſi, à pænis magnis & paruis, & à poſſeſſione Caſtrorum Ducalium Anno 1387. Ducali benignitate conceſſit. Staniſlaus, hic Regibus obſequia obligauit, & cum Ioanne Comite à Tarnow exercituũ Regni Præfecto ad Obertinum pugnando, contra Valachos perpetuam ſuæ laudis memoriam reliquit. Fundauit & erexit Eccleſiam in Zikow obligando ad tres Miſſas cantatas pro mortuis in Septimana. Sed mortuus breui Leopoli ſepultus. Matthias germanus frater Tribunus Liuenſis, & Capitaneus in Blonſko ex Bogucka armorum Pranwdzie, reliquit filios ſeptem in virili ætate decedendo*

1552 in Blonſko. Et cùm ibidem Regina Bona adeſſet, commiſerata derelictę viduę, contulit aduitalitatem in Blonie, & Auguſtus Rex villam Chroſna in hereditatem. Staniſlaus primus filius, qui in Academia Cracouien. literis cultam iuuentutem in Cancellarijs Regni exercitauit, ſed ſumptibus Ioannis Przerebſki Cancellarij Regni in exteras nationes miſſus, qui tantum profecit in lingua Latina & Gręca alijſq; ſcientijs, vt cito Doctor vtriuſq; Iuris & Iulij IV. Pont. Max. Protonotarius creatus eſſet. Poſt annos vndecem redijt in Patriã, cui Epiſcopus Samogitię Wierzbicki Archidiaconatum contulit, & Rex Secretarium ſuum fecit, & Padnieuius Epiſcopus Cracouien. Cantoriam Cracouien. obtulit, 1567. Poſt mortem Stepouij qui nuntius fuit Neapolim ad recuperandum Barium & Roſſanum à Sereniſſ. Rege ille miſſus fuit 1569. Ibi cum Iulia filia Marchionis de Lauro, Nepte Ducis Montis Leonis de domo Pignatelliorum, cuius patruus Reg. Sicilię Prorex & Theſaurarius Regni Neopolitani, celebrauit matrimonium 1579. Gaſpar alter filius, Hic dum Ferdinandus Imperator Duci Mantuen. filiam deſponſatam in Italiam tranſmiſerat, ibidem ſeſe contulit, qui cum exercitio linguę domandorum, ac equitatui debito diſpondendorum equorum artem acquiſiuit, inſuper Militarem externam perfectè exercuit. Vnde Ferdinando Imper. gratiſſimus, Maximiliano dilectus, Electoribus familiaris factus. Redijt in Patriam, Auguſto regnante 1563. Cui commiſſa fuit cura omnis equorum Regiorum, poſtmodum Prefectus in Blonie & Woikiniki denunciatus fuit. Celebrauit matrimonium 1570. cum Anna Kniecbinia Iudicis Terrę Grodnen filia, qui notabat ſuam familiam de Maſſala in Palat. Smolenſcen. quę prius fuerat coniux Sebaſtiani Dybowſki Capit. Kniſinen. armorum Nalęcz. poſt deceſſum Auguſti inſtitutus fuerat ſupremus curator funeris. Henrico electo ob experientiam multarum linguarum erat dilectus, qui depoſitâ prefecturâ ſtabuli Aulicus Henrici ſupremus nominatus, cui plurima contulit Henricus beneficia. A Stephano Rege Caſtellanus Warſau. denunciatus, recuſauit dignitatem. In exercitu ad Isborcum, Polociam, Pſcouum continuus, & cum copijs ſumptu proprio deductis fuit. Maximus Patronus Eccleſiarum, erexit in Kamionki Eccleſiam & fundauit, in Zukow meliorationem fundationis preſentauit. Religioſorum ſine delectu parens exſtitit. Deceſſit, filiam coniugis ſuę Demetrio Kaleccio Gladifero M. D. Litu. Catholico optimo in matrimonium concedendo. Filius autem ſuus Matthias Prępoſitus Wilnen. Canonicus Cracouien. Archidiaconus Samogitię. Nicolaus tertius filius, qui Reginę Bonę fuit Aulicus, cum qua & in Italiam diſceſſerat. Sed inuidia multorum veneno in deteriorem ſanitatem venit. Erat decorus facie, muſicus excellens, & multarum linguarum peritus. Qui redijt in patriam, ſed breui à veneno ſumpto interijt. Ioannes quartus filius, magnus in ſcientia & arte muſices, quę compararunt ſibi maximum affectum Epiſcopi Cracouien. Padniewſcij. ob humilem vitę progreſſum honores oblatos recuſauit. Dum ſponſalia procuraret cum Cieciſſenſka Capit. Garuolien. filia, vitam morte commutauit. Sepultus in Zukow 1568. Laurentius quintus filius verſatiſſimus in literis, vndè Epiſcopo Plocenſi Noſcouio gratiſſimus. quem & in Aulicum Regis Auguſti adſcripſit 1566. Honoratus titulo Tribuni Sochaconien. vir magnarum virium, & humanitatis. Habuit iuramentum matrimonij cum Catharina Kolozebſka, ex qua tres filias ſuſcepit. Obijt 1588. Matthias ſextus filius Sedis Apoſtolicę Protonotarius, Prępoſitus Vilnen. Archidiac. Samogitię, Canonic. Cracou. & Secret. S. R M. Qui vt vno verbo dicam. ad promouendam gloriam Dei, & Reipub. natus. Bartholomeus ſeptimus filius, qui in Confirmatione accepit nomen Matthię. Hic poſt triuialia ſtudia, Orator eximius ſub Staniſlao Sokolouio euaſit & Gręcus. Demùm Anno 1581. in Italiam profectus, Ius Canonicum & Ciuile didicit. Orationes in obitum Sigiſmundi Auguſti, & in electionẽ Henrici Regum luci reddidit. Romam veniens ex meritis ſui germani Staniſlai à Summo Pontifice Gregor. XIII. benigne tractatus Protonotariatum Sedis Apoſtolicę obtinuit. Qui vt redijt in Patriam Sereniſſ. Regis Stephani Secret. creatus, multas commiſſiones à Rege prudenter confecit. Ad recipiendum iuramentum à M. D. L. pro Steph. Rege & ad Comitia Maſouię & Plocię. Edidit librum de diuina gratia Latinè & Polonicè. Sorores illo-

rum

rum Dorothea Woyne Vicethesaurarij M. D. Lithu. & Capit. Pinſcen. coniux Catharina Zaborowſcij armorum Regala conſors. Chriſtophorus Klodnicko vir ſingularis in militia, optima & laude digna præmia reportauit ab Illuſtriſſ. Ducibus exercituum Regni. Reliquit ex Heduigi Dawidowſka herede in Dawidow, filios Nicolaum etiam militem, & Andreã religioſum Ordinis S. Franciſci de Obſeruantia.

Noskowſcij, *in Ducatu Maſouiæ, perantiqua & Ducibus Maſouiæ obſeruantiſſima Familia, poſt vnionem Ducatus cum Regno, ob præſtantiſſima merita in diuerſis Palat. maximis titulis & dignitatibus à Sereniſſ. Regibus honorati fuerunt. Miecislaus ſeu Mieczko Noſkowſki de Trabki, Vexillifer Zakrocimen. vir tam bello, quam conſilio præclarus, qui multis vicibus in Caſtris cum Ducibus Maſouiæ, præcipuè Boleſlao hoſtiles impetus victorioſè ſuſtinuit, & pro Drohicienſi terra fortiter pugnauit: Cuius excellentiſſima merita refert Priuilegium à Boleſlao datum. Anno 1442. Reliquit tres filios Reipub. & moribus graues, & Caſtris aptos, Venceſlaum, Ioannem, Nicolaum, & filiam Annam coniugem Dobrogoſli de Nowodwor Nowodworſki, Caſtell. Varſauien. ſicut ex eodem Priuilegio, quod conſeruatur vſq; in præſens, in Archiuo Noſkowſciorum apparet. Venceſlaus Mieſkonis filius, hic genus ſuum non tantùm ex auorum numero, & monumentis, ſed etiã ex proprijs virtutibus & meritis deducebat. Exitiale namq; eſt, nobilem eſſe & nullum habere bonum proprium, non multo minus quam degenerem reperiri. Erat Vencesl. inter veteranos milites facilè primus, & inter pugnantes genio & ingenio antesignanus. Demonſtrant hoc Priuilegia illi ſpecialiter à Boleslao Duce Maſouiæ Anno 1480. conceſſa, in quibus legitur.* Horum igitur meritorum & ſeruitiorum ob reſpectum tibi Venceſlao & Succeſſoribus tuis legitimis, iura infraſcripta, dedimus, donauimus, & gratioſè contulimus damuſq; &c. abſoluimus & excipimus ab omnibus & ſingulis iudicijs terminorum omnium Iudicum, & Subiudicum, Palatinorum, Caſtellanorum, Officialium quorumcunq; tanquam hic nominatim, & ſpecificè expreſſorum. Quod annulo aut ſegneto noſtro Ducali conſignamus. Datum in Zakrocim. *Quis igitur hunc non ſimilem Patri nedum natura, ſed moribus, quis non fuiſſe virum ex vtroq; Marte ſcilicet & Minerua aſſerere audebit. Alij ex vtero Fratres cum breui deceſſerunt, omnia bona ad ipſum deuoluta fuerunt. Reliquit filios Ioannem, Nicolaum, Venceſlaum, & Petrum quibus in viuis exiſtens bona diſtribuit Nicolao contulit Noſkow, Petro Trabki medietatem, alijs verò filijs, cum cæteris bonis ſortes in medietate Trabki, ſicut in Actis Zakrocimen. 1484 conſtat, inſcripſit. Vnde contigit, vt à vulgo annis ſubſequentibus poſſeſſores in Trabki, Trabſcij cognominati fuiſſent & Noſkowſcij de Trabki iam ob integram poſſeſſionem in Noſkowo appellati Noſkowſcij in Noſkow. Petrus Noſkowſki, alias Trabſki vbi ſecuriorem vitam quã in militaris eſt; elegit: ob perfectionem vitæ & puritatem, ſeparatus à forenſibus negotijs, & curis eſſe voluit. Reliquit filios Nicolaum & Paulum, & filiam Eliſabetham, qui bus acquiſiuit ſortes in Trabki à fratribus. Paulus filius Petri, Canonicus & Archidiaconus Varſauienſis, Vicecancell. Ducatus Maſouiæ, cuius prudentiâ & graui circumſpectione, pacis commoda in Ducatu conſeruata manſerunt. Conijce velim quantus vir fuerit, qui non aliud effecit, quam mens & anima, in perpetua tranquillitate & hilaritate, & Maſouiæ Ducatus in continua pace viuere non deſiſtat. Proximus morti non in ætate matura, Sacellum Varſauiæ in Parochiali Eccleſia ſub Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Sebaſtiano Epiſcopo Poſnanienſi, per ſuos Executores erexit, & fundauit. Nicolaus alter Filius Petri, hic cultam literis iuuentutem reddidit aptam obſequijs Ducum Maſouiæ. Et dum commiſſa grauiter, prudenter, & commodè peragit, Principibus charus exſtitit, atque dignitate Subiudicis primum, deinde Iudicis terræ Zakrocimenſis honoratus fuit. 1540. Reliquit filios Andream & Albertum, & Filias Margaretham Radziminſcij, Annam Sobieſurſcij, Dorotheam Medzeleuſcij coniuges, quibus ſortes in Trabki conſignata pro*

dote

dote fuerunt, ſed poſtmodum ad Noſkowſcios redierunt. Reperiuntur horum duorum fratrum eorumque ſororis memoria in Actis Czerniei. 1523. Vbi Decretum Ducis pronuntiatur.

Stanislaus & Ianuſius Dei gratia Duces Mazouiæ, &c. Significamus quia nobilis Elizabet filia olim Petri de Trabki H.S. tenetur ſexagenas Venerabili & Generoſo Paulo Canonico Varſau. & Ducatus Maſouiæ Vicecancell. & Nicolao Subiudici Zakrocim. germanis ſuis, &c.

Florianus in Zakrocimenſi terra, qui ex Leſczynſka reliquit Andream, vt legitur in Plocenſium Epiſcoporum vitis. Hic enutritus lacte Mineruæ, maximam ſpem in omnium animis de ſe ipſo conſtituit. Quapropter à Patruo Vicecancellario Maſouiæ, (de vitæ ſtatu perquiſitus, quem iam ſpiritualem animo conceperat) in Ducalem aulam commendatus magnis honoribus ipſis in initijs meritorum cumulatus fuit. Hoc Illuſtriſſimæ Duciſſæ Annæ ſororis Ducum Stanisl. & Ianuſij literæ demonſtrant, quem PlocenſemCanonicum, & Eccleſiarum in Waſoſſe & Varſauia Rectorem fuiſſe memorant, Anno 1526. Demum ad colligendum profectum, tam in virtutibus, quàm in Iure Canonico Romam diſceſſit. Vbi annis vtiliter conſumptis, redijt cum lumine intellectus & experientia maiori. Sed quia mutatio rerum interuenit. (Deceſſerunt namq́ Duces Maſouiæ) & Ducatus ad Regem Sigiſmundum deuenerat, Epiſcopatus quoq́ in Ioann. Bilinſcium obuenerat, in Curiam Regalem obſequia, & animum deduxit. Cuius prudentiam, vitam, & actus, dum Sereniſſimus Rex in conſilijs, dictis, & progreſſibus probat & approbat, vt Epiſcopatũ Plocẽ. recipiat, vacantem per Cancellarium Regni Thomam Sobocki perſuadet, electus & confirmatus Antiſtes fidelis, & deuinctus Regi & Succeſſoribus, vbi fata Sigiſmundum Regem aliò poſt mortem vocarunt, Auguſto Regi cæpit eſſe ex animo. Quapropter legatus miſſus ad Ferdinandum Regem Romanorum, vt filiam ſuam in coniugem ſibi adſcriberet, omnia perfecit. Quod Priuilegium Auguſti declarat, vbi dicit:

Quoniam obſequia ac benè merita plurima Reuerendi in Chriſto Patris Domini, Domini Andreæ Noskowski Epiſcop. Plocen. ſincerè nobis dilecti, minimè ſunt obſcura, quæ quoties res poſtulat, noſtreq́; aut Regni noſtri requirunt rationes, alacri ſemper animo nobis impẽdit, nullis vel ſumptib⁹, vel laboribus ſuis parcendo, quod quàm ſplendidè, quam honorificè nobis declarauerit in obeunda legatione noſtra, & deducenda ad nos Sereniſſ. coniuge noſtra Domina Catharina Sereniſſ. Regis Romanorum filia, non ſolùm apud homines noſtros id notum, & diuulgatum eſt, ſed exteri clarè atteſtantur, non ſine magna, tã noſtra, quàm Regni noſtri dignitate. Quare nos eiuſmodi obſequia, à tam claro animo profecta recompenſare volentes. Damus æuiternè & in perpetuum bona, poſſeſsiones, &c. Datum Crac. 1553. *Deinde in alio Priuilegio.* Reuerendiſſ. Andreas Noskowski, pro ſuo erga Rempub. ſtudio & amore, proq́; obſeruantia erga nos ſua, magnã ſummam pecuniæ mutuò dedit, quapropter

propter illi & ſuis ex fratre nepotibus Floriano & Andreæ atq; illorum ſucceſſoribus damus poſſeſsiones, & inſcribimus ſummam, &c. *Erat optimus Ciuis & parens Reipub. & Patriæ, nam & Eccleſiarum Fundator, & Xenodochiorum erector, ſcholarum ædificator, Hæreticorum exſtirpator fuit. Inſuper præſens contra hoſtes Pruſſiæ, cum Auguſto Rege conſultor & victor. Ille Reginam Bonam retinendam in Regno ſuaui Apologo, vt anas non recedat a pullis gallinaceis à ſe eductis ſuper fluenta, alligetur inquit paxillo. Ille Patribus Ieſuitis Collegium, & ſcholas in Pultoſco erexit, Parochialem ſcholam ædificauit, Burſam Cracouień. Philoſophorum pro quadraginta iuuenibus, ex quibus armorum Ł ddá ſi adfuerit potior iure & conditione vt permaneat, erexit, ordinauit, fundauit: Ille Xenodochium in Pultoſco, & Crac. ad S. Hedugim erexit, conſtituit, prouidit. Ille vt hæretici in ſua Diœceſi non reperiantur, nec iuuenes ſuſpecti de fide in numerum ſtudentium ad Burſam Philoſophorum admittantur perpetuò cauit. In regreſſu de Branſko vbi Eccleſiæ iura & dignitatem defendebat & promouebat obijt 1569. ætat. 75. Rexit Eccleſiam 22. annis. Sepultus in Parochiali Eccleſia Pultouſceń. in Capella quam erexit & fundauit. Cuius in memoriam ſit Epitaph.*

Subſiſte Marmor imperat, Manes petunt
Cippo hoc Noſcouius hominis quidquid tulit
Homo poſuit, Felicitates, Purpuram,
Ætatis aurum, ver togæ, generis iubar
Clauduntur vrna, vota, ſpes Lechiæ ſimul.
Sed mens dicata gloriæ, & virtus ſuum
Proſpectat ortum, vindicans manes pios
Patente buſto. Lemma cernis gloriæ,
Famæq; penſum: curre, ſed fati memor
Mortalis æui ſtatio te Cælo locet
Virtute nixum, mollit hæc fati viam.

Vitam huius Epiſcopi digniſſimi conſcripſit Suiencisius Notarius Terræ Nurenſis. Et demum inter Epiſcopos Plocenſes conſcripſit Reuerendiſſ. Illuſtriſſ. Dominus Stanislaus Lubienſki Epiſcopus Plocceń. Albertus filius ſecundus Nicolai omnium ferè amor. Compararunt hoc illi maxima hoſpitalitas, ordo domeſticus, & abundantia bonorum. Exſtat Ianuſij Ducis Maſouiæ atteſtatio, quod Andreæ fratri ſortem in Trabki dono conceſſerit. Echo ipſius:

Quiſquis iter vitæ ſequeris, vitæq; perennis
Ne tua ſint terræ lumina fixa caue.
Semper ad æthereas ſublimi vertice ſedes
Conſpice: ſic tutum lætus habebis iter.

Petrus Noſkowſki, tertius filius, Ducum Maſouiæ Aulicus & Miles, conſcientiæ & quietis cuſtos & amans, Tribunus Ciechanouień. Beatus qui bonis & honeſtis occupationibus delectatur, & à prauis & turpibus quæ bonos mores corrumpunt, abhorret, quoniam minimè fiet diaboli mancipium. Illius filij erant Florianus & Andreas. His Reuerendiſſ. Epiſcopus bona concedit. Cracou. 1550. Varſau. 1564. Florianus Petri filius, vir anteceſſorum merita præ-

ſtantiſſima

ſtantiſſima renouans, nam iucunda & dura fortunæ liquida cognoſcendo, à periculis tamen vitæ non declinabat. In Obertinenſi congreſſu cum Valachis & Tartaris ad inſigne Ioannis Tarnowſki Ducis exercituum ſedulò pugnauit, & cum trophæo victoriali ex arena pugnæ receſſit. Honoratus præfectura Ciechanouień. omnibus ſe affabilem præſtitit. Ex Catharina Spitkonis Tarnowſki Palatini Sendomirienſis filia, reliquit Adrianum & Paulum laude præſtanti dignos. Adrianus Floriani filius Stephano Regni ſceptra gubernante militiæ deditus, magna fortis animi indicia in varijs expeditionibus Moſchouiticis declarauit. Nunquam enim virorum fortium pectus langueſcit. Ex Zophia de Wloſtow reliquit Adamum, qui variarũ gentium vidit vrbes & mores non ſine magno animi emolumento, & iucunda ſpe ſuorum, & Parentum: Anna filia illius, Stanislai Ciolek Capitanei Radomſcenſis, conſors digniſſima. Paulus verò alter Floriani filius, medicatum literis animum nobili occupatione cohoneſtauit. Et conſtituto ſtatu tranquilliori vitæ cum Theophila Tarlowna de Laſki matrimonij Sacramentũ celebrauit. Suſcepit ex illa Stanislaum, quem in exteris nationibus literis & exoticis linguis imbutum, ſedatum ingenio & moribus Patriæ reliquit, qui celebrauit connubia cum Kretkowſka Palat. Brzeſteń. filia. Paulum alterum filium habuit colligentem cum tyrocinijs literarum virtutem, & fortitudinem in ſolo & Regno non Patrio. Filia prima Zophia Ioannis Trzcinſki Succamer. Sochacouień. Theophila altera Podlodowſcij de Przytyk coniuges. Andreas Floriani germanus & ſecundus filius Petri Rozanen. Makoſcen. & Stanislauien. Præfectus, Erat in eo quod inuideat antiquitas, & quod amet poſteritas, nam merita illius ipſa præmia commendarunt, clarus Ciuis patriæ, & vir optimi conſilij. qui vna cura ſuo germano maximam ſummam pecuniæ à Patruo ſibi donatam in Republica & inſcriptam, liberè eidem donauit, & cum fratre reſignauit. Cuius reſignationis gratitudo ſic literis Stephani Regis cõmemoratur. Propenſi animi in Rempub. rationem habentes Generoſi Andreæ Trabſki à Noſkowo Noſkowſki Capitanei noſtri Rozanen. quem in eo luculenter declarauit, quod ſummas pecuniarias à Reuerendiſſimo olim Andrea Noſkowſki Epiſcop. Plocenſi, Patruo ſuo in bell cos & alios Reipub. vſus, Diuo Anteceſſori noſtro Sigiſmundo Regi numeratas, inq; bonis Regalibus & Reipub. eidem Patruo ſuo ab ipſo anteceſſore noſtro inſcriptas, & obligatas ad ſe q; & Generoſum olim Florianum Capitaneum Ciechanouien. fratrem ſuum germanum, iure legitimo & naturali poſt mortem Patrui deuolutas dimiſerit, & condonauerit. Dat. Varſau 1581. Me herculè ſi quanta eſt in aliquo virtus, tanta eſt & authoritas; iſte iam meruit authoritatem in Repub. dum illi ſe totum & ſua deuinxit. Celebrauit matrimonium cum Anna de Sczekarcowice Tarlowna Vexilliferi Sendomirien. filia. Reliquit ex illa Ioannem, Stanislaum Adamum, Andream, ſed citã morte ſubtracti tres illorũ. Subſcripſerunt iſti duo Florianus Capit Ciechanouien. & Andreas Capit. Rozanen. vnionem M.D.L in Comitijs Regni Lublinenſib. Adamus hic excultũ ingenium moribus & literis reddere perfectius exterarũ nationum peritiâ & illuſtri exemplo properauit. Neq; fruſtrata Patria eſt, & intentio parentis, redijt namq; vt prodeſſet, non obeſſet Patriæ & Principi. Quapropter & in turbulento ſtatu, arte, conſilio, & nutu fidem ſuam ſemper & vbiq; probatam declarauit, & deduxit, nec ſumptibus, nec vitæ parcendo, caſtris & expeditionibus varijs multoties interfuit. Et quia magnarũ virtutum comes inuidia, ille vt optimæ indolis & experientiæ creſcere per inuidiam nouit. Quantæ verò & quàm admirandæ in eo ceteræ virtutes fuerunt, veritatẽ ipſam teſtem appello. quod omnes boni, omnes pij, veridici, Patriæ optimè deſiderantes, typum vitæ, modeſtiæ & virtute florentis, ab illo deducere in ſe & poſteros curarunt.

Et quo-

Et quoniam beatus eſt ille, qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in die enim mala liberabit eum Dominus, montem pietatis pro paupertatis incolis in Capitaneatu Makouienſi poſita Summa ſuper bonis hereditarijs Trabki crexit & fundauit. Et quia felix eſt ille qui Spiritus Sancti flammam in ſe conſeruat; idcircò Altare B. Virgini & Sancto Hyacintho Patrono in Eccleſia Parochiali Makouienſi, fundauit, & certa intrata cenſum quotannis ordinauit. Cracouiæ ad Sepulchrum Sancti Hyacinthi ſingulis ferijs quartis Miſſam pro peccatis dum viueret, & poſt mortem pro defunctis datis pro cenſu perpetuo, mille florenos legi procurauit, quòd idem fecit Częſtochouiæ. Repræſentauit profectò in ſe Magnus & Generoſus Dominus, quòd è tenera ætate exercuit. Sola virtus pietasq; primùm ac ſtatim à teneris vnguiculis diſcenda: nec vlla æui portio, artibus friuolis danda, quæ vt in pueris habent oſtentationem plauſibilem, ita nec grandibus decoræ ſunt, nec ad ſeria vocatis vtiles. Honoratus ex Aulico Regio Sigiſmundi III. pro benè meritis præfectura Makouien. & Succamerariatu Lublinen. ſed multò altiora merendo clarè proficit in Repub. ex Catharina Firlejowna Theſaurarij Regni primum, poſt Caſtell. Voinicenſis, Capitanei Lublinen. Filia ſuſcepit benedictionis Diuinæ & ſpecioſæ virtutis prolem. Ioannes Carolus filius primus Adami quem educationis præſtantioris gratiâ, qua Patriæ & Curiæ magis ad obſequia diſpoſitus maneret, ad exotica ſtudia poſt priuata in Academijs Patrijs Parens optimus deſtinauerat, neq; ſuſtulit optimæ exiſtimationis de ſe vt rediit intentum, fecerunt nanq; ipſum commendatum eximij vitæ progreſſus Sereniſſ. VLADISLAVS IV. & ad negotia Reipub. rectè perſuaſum, qui vt iam Collega Illuſtriſſimorum ad introducendam in Regnum Sereniſſimam Reginam Polon. æ Ceciliam Renatam deſtinatus fuerat, ita vlteriora obſequia animi generoſi præmia maiorum, Regalem affectum conciliabunt. Honoratus in viridi adoleſcentia Capitaneatu Dobrzynenſi. Adamus Caſimirus alter filius Adami eximiæ indolis & magnæ exſpectationis, qui induſtriæ apis ſectando argumenta, poſt collecta ex floribus literarum domi mella, in exteris nationibus virtutis, ſapientiæ, fortitudinis fauos componit. Redux dulcia oblectamenta Patriæ & hoſtibus Regni obnoxia præſtabit. Filiæ illius tres Sophia Gniewoſij Vexilliferi Lublinen. Anna Alexandri Kopec coniuges. Tertia dedicata Deo in Obſeruantia S. Brigittæ, vltima Barbara minorennis.

Słuzowieccij *in Plocenſi Palatinatu. Omnia præclara rara, nec quicquam difficiliùs reperire, quòd quod ſit omni ex parte perfectum. Attamen qui ſincerè Patriæ ſeruit, & vota reddit humiliter, Deo perfectus erit.*

Zawiſtowſcij *Arduis negotijs ornare familiam intendebant virtute duce, & morum grauitate. Nam quod præclarum, idem eſt arduum quoque.*

Dobrzykowſcij *in Cirſcenſi terra. Ad multa præclara ipſa natura eos diſpoſuit, vnde magno ſudore tentabant præmia. Rebus enim maximis, ipſa natura difficultatem propoſuit.*

Radonſcij, *magna experientia in rebus bellicis, atq; ſtudio domeſtico fuerunt, nam vſus frequens omnium magiſtrorum præcepta ſuperat.*

Grączij *Egregiè procedunt, nam à teneris virtuti aſſueſcunt. Hinc vt ab antiquo ita & in tempora Dei benedictione durant. Exſtitit ex illis optimus prædicator in Ord. S. Franc. de obſeru. In terra Viſnen. Matthias & Sigiſmundus ſuperſunt cum poſteritate.*

Rędzinij *in Varſauienſi diſtrictu. Erat Rędzina Scholaſticus Varſau. & Præfectus culinæ apud Annam Reginam Poloniæ.*

Brodowſcij, *Literis domi & in exteris nationibus dediti, quo plurima et domui*

ornamenta, & patriæ beneficia præſtiterunt. Ex his Canonicus Leopolień. & Præpoſitus lauorouicń.

Zaleſcij, *in Zakrocimenſi diſtrictu. Sic illi primam ætatem ſuam diſciplinæ, eruditioni contulerunt, vt ex principijs paruis, cùm tamen bonis & honeſtis, amplificos vlterioris vitæ progreſſus, in præilluſtri ſua familia cum laude & dignitate perficerent.*

Kowalewſcij, *Habere principia nobilis vitæ ad honeſtè & præclarè deducendam prouectiorem ætatem, ſeduliùs curarunt. Et quia ex principijs cognitis, facilè extrema intelliguntur: ideò bonis initijs finem optatum habuerunt.*

Bienkowſcij, *in Ciechanouienſi, doctrinam & probitatis exiſtimationem coluerunt. Nam quæ bona ſunt, fieri meliora doctrina poſſunt, & quæ non ſunt bona, aliquo modo tamen corrigi & meliorari poſſunt. Adhoc verò valet exiſtimatio probi & honeſti.*

Gnatowſcij, *Exercitio maiorum retinent familiæ nomen. Hi enim & Reipub. & patriæ, & conſilio, & fortitudine prodeſſe dum concupierunt, à ſuorum maiorum exemplo abſcedere noluerunt. Vnde exercitium eorum amplexati ſunt. Nam etiam ipſa memoria exercitio viget.*

Sobolewſci, *in Lukouień. & Cracouień. diſtrictibus & in Magno Ducatu Lituaniæ. Quoniam ex principio oriuntur omnia, ideò eam quam ex parentibus traxerunt naturā, principijs boni & virtutis illuſtrarunt, muneribus. Hoc namq; medio datur ad æternitatem proceſſus & conplanatur facilis via.*

Grodziccij, *quia nihil eſt aut nequiùs aut turpiùs viro effeminato, ideò ea quæ virum decent, toto affectu præſtiterunt. Literas, virtutem, iura patriæ, vnde quidam ex illis Notarij Lucouien. fuerunt. Exſtant modernis temporib⁹ eximij milites & multarū linguarū peritiſſimi. Quorum nunc Germanicarum copiarū in caſtris eſt vnus ductor vigilantiſſimus, alter verò Sereniſſ VLADISLAI IV. Oberſteins, & Archleriæ Regni Præfectus, qui Leopoli & Varſauiæ Arſenalia ex Commiſſ. Sereniſſ. Regis ordinauit, ædificauit, diſpoſuit.*

Zablocij *in Zakrocimenſi diſtrictu, quia acutiora ſunt ingenia, & ad intelligendum apertiora, qui terras incolunt eas, vbi aër eſt purus ac tenuis, quam craſſus & concretus, ideò Zabloccij ad inſigniores aulas, & decentia opera in caſtris & patria rectum deduxerunt animum.*

Mocarſcij *in terra Wyſcenſi, clari meritis patriæ ob præclara geſta in caſtris cum hoſtibus Regni. Magnus ille bellator Scytharum in Podolia, Moſchorum, ad Stalicam & Smolenſcum, Guſtaui in Pruſſia Rothmagdico N. Mocarſki, eximiam laudem & æuiternam memoriam ſui comparauit, quem rebellis Pauluk Coſacorum prodromus ad Cumeiko globo transfixum lentè proximum morti reddidit. Sepultus Lublini ad Patres Diſcalceatos. Subſcripſerunt Electionem VLADISLAI IV. ex Wyſcenſi terra, Ioannes Iudex terræ Wyſcenſis cum altero Ioanne Mocarſki. Erat etiam Ioannes Vicecapit. Viſceń.* vt Conſtitutio Regni Anni 1620. refert.

ŁAGODA.

LAGODA Alias VVIERZYNKOWA



DELINEATIO.

EST ſcutum militare, ſectum linea per medium diametrali in recto, vt faciat duos campos, quorum ſuperior eſt campus rubeus, inferior albus. Supra galeam tres pennæ ſtrutij.

ORIGO.

EX Germania in Regnum illata ſunt Cracouiam Caſimiro regnante per Vierzinkum, qui iure ciuili negotia vitæ perficiebat, donec nobilitati Polonæ connumeratus fuiſſet.

COR MARTIS.

SCuta Palladi & Marti dedicata, hanc differentiam gerunt, illa ornata lilijs, iſta vmbilico, aut corde adumbrata. Palladis namque eſt ſapienter rem aggredi, ſed molliter. Martis verò & fortiter, & deglutire. Hinc ſtrenuè certantibus Clypeus, quaſi Martis cor donabatur. Æneas clypeum offerri iuſsit, quo Iuuenem egregium Niſum præſtanti munere donaret. Veſtrum clypeum ô Succeſſores Lagodij meritò cor Martis nuncupabo. Quid namq; hæc linea in veſtro ſcuto refert.

Cor Martis clypeus. Scuta Palladi & Marti dedicata.

to refert. Conſicit binos campos & militares, nam quo campus militaris ſecatur: Haſta. Haſta enim ſtatuebatur campus militaris, vt patet ex Romanis & Carthagineñ. qui bellum haſta ſtatuebant. Haſta etiam ſecatur, dũ ſcilicet haſtis impletur iacentibus hoſte deuicto. Iacentibus haſtis binos campos dum efformaſtis cor Martis ſtatuiſtis. Linea enim hæc veſtra, haſta fuit. Si verò quis lineam veſtram in Arithmeticalem regulam vocabit, dum in campo veſtro nullam literulam habet, campus veſter in clypeis, cyfra quædam erit, hæc autem linea vnitatem referet. Vnde poſita vnitate ad cyphram, iam cyphra aliquid nonnihil eſt, imo cyfra cum vnitate minus quam decem non habet, nec à numero decennario neſcit gradatim progredi, ſed ſubitò repræſentat centum, & poſt illud mille, & poſt hoc, decem millia. Cor Martis clypeus veſter ex cyfris & vnitate compoſitus. Numerat enim hoſtium capita & hæc proſtrata, nunc decem, nunc centum, nunc mille computando. Habeat Domitianus in ſuo clypei vmbone Meduſam, ſtuporem concitantem, at in vulgo: veſter clypeus habet ſtuporem in Martis alumnis, dum Mars, dum miles ſtabit. Demetrius Imperator dum Rhodium vaſtaret, Rhodiani è muro tabulam expoſuerunt, quærit Demetrius quid tabula fert? Reſpondent, eſt quam Protegenes & Apelles habebant, & artem exercebant, victor quis eorum eſſet. Hoc dum Demetrius audiuit, receſsit dicens: Ne metuite Rhodiani, non enim cum artibus bellum gerimus, maxima tabulæ conſideratio, cor exprimebat Martis, ideo oppugnator receſsit. Maiores ſunt dignitatis veſtræ tabulæ. Memoriæ namq; reconditum obſeruatis, bonum non in omnes cadere, nec quemlibet poſſeſſorem pati. Memoranda ergo vobis Aurelij animaduerſio. Bonum & Reipublicæ amantem virum, aut Dij tollunt, aut hoſtes occidunt, aut pericula perimunt, aut labores enecant. Aliter cor Martis non erit.

LINEA FAMILIÆ ŁAGODA.

Wiernekowij qui primitus hûc venerunt. Wiernek Conſul Cracouieñ. de quo Cromer. lib. 12. *Verincus germanus, quem Caſimirus propter ſingularem induſtriam atq; dexteritatem in rebus agendis theſauro ſuo præfecerat, et omnium conſiliorum ſuorum non modò participem ſed moderatorem propè modum habebat. Qui dum Caſimirus neptem ſuam Carolo Imperatori in connubia Cracouiæ conſecrabat: Omnes tunc excellentiſſimos hoſpites cum Auguſtiſſimo Imperatore et Sereniſſimo Rege ad ſe inuitauit. Quorum nomina fuerant. Carolus Imperator, Caſimirus Rex Poloniæ, Petrus Rex Cypri, Sigiſmundus Rex Daniæ, Otto Bauariæ Princeps, Semouitus Maſouiæ Princeps, Boleslaus Suidniceñ. Dux, Vladislaus Opolieñ. Dux, et alij Comites, et Illuſtriſſimi Palatini Regni et Regum Pro-*

gum Proceres, quos nedum ſplendidè tractauit, ſed etiam maximis donis et pretioſis honorauit. Nicolaus filius ſuus, ſed poſteritas virilis iam deſiit. Bona ad Gutteteros et Koslouios Cracouień. Conſules cum filiabus ſucceſſorum tranſierunt.

ŁAPCZYNSKICH:



DELINEATIO.

SVnt tres haſtæ, quibus ille Magnus Zamoyſcius pro gentilitijs vtebatur, atq; ſua poſteritas vtitur. Super galeam apertam eſt manus armata ſtrictam frameam & extenſam gerens. Haſtæ ſunt coloris fului in campo Cæleſtino. Ora ſcuti intra quod ſunt arma, rubri coloris, in framea verò ſunt lennuſcæ hinc & inde candidæ.

ORIGO.

COnceſſa fuerunt à Sereniſsimo Rege Stephano, Typographo Valentino Łapczynski, ad inſtantiam Ioannis Zamoyski, Supremi Exercituum Regni Ducis. Eò quod ad Gedanum, Poloſcum, Wielkolucum, Wielicam, Pleſcouiam, & in cæteris expeditionibus Moſchouiticis, & alijs, non ſine vitæ ſuæ periculo verſatus fuerit Datum nobilitatis Priuilegium, cum alijs gratijs & immunitatibus nobiles concernentibus ad Pleſcouiam 20 Nouembr. 1581.

MAGNÆ

MAGNÆ CVRÆ, MAGNÆ MERCES.

QVI felices aliquando eſſe volunt, laborare debent dicebat Terentius, & ratio in promptu Saluſtij. Nam mala mille affligunt hominem cui ſegne & inutile corpus, ſed ſi felices in æuum fieri deſiderant, non labor ſingularis exercendus illorum ſtudio erit, ſed quo ſcilicet omnia proſpera eueniant. Quapropter vt ſit magna merces magna adhibenda cura. Albertus primus Imperator Romanorum, Dux Auſt. Sueu. & Carint. ait Salom. Neugeberg. in Symb. Aſſumpſerat inquit, manum armatam cum telo, & ſubſcripſit. *Tolle moras.* Nocet nanque differre paratis ad bellum. Nulla igitur occaſio amittenda, & omnis opportunitas obſeruanda, qui magnam mercedem ſatagit. Vnde de Superiore Africano, *Valer. Max. lib. 5. refert.* Quòd vix annos pubertatis ingreſſus ad opem Patri in acie ferenda virili robore armauit. Conſulem enim eum apud Ticinum fluuium aduerſis auſpicijs cum Annibale pugnantem, ſaucium grauiter, interceſſu ſeruauit ſuo: neque illum aut ætatis infirmitas, aut militiæ tyrocinium, aut infelicis prælij etiam veterano bellatori pertimeſcendus exitus, interpellare valuit, quominus duplici gloriâ conſpicuus, coronam Imperatore ſimul, & patre ex ipſa morte rapto, mereretur. En magnæ curæ magna eſt merces. Ad inſignia veſtra dum intendo quoddam magnum ſuſpicor, nam & ſui Ducis inſigne geritis, & manus armatæ decorati honore permanetis. Iam clarum eſt, quod tantus bellator Sereniſſ. Steph. magnæ curæ in profundenda vita, & obtinenda victoria hanc mercedem magnam contulerit.

Illuſtrem famâ magnum ſimul arte, piumque,
Virtus & pietas ipſaq; fama vehunt.

FAMILIA ŁAPCZINSCII.


V*Alentinus cui hæc conceſſa fuerant arma cum ſua poſteritate vtriuſque ſexus. Et additur in Priuilegio.* Vniuerſis & ſingulis Nobili ſanguine natis, denuntiamus & mandamus vt Nobilem hunc à nobis vobis gradu & exiſtimatione parem & æqualem habeatis: Nec obtrectatione vllâ tacitè vel apertè famam eius lædatis, & proſcindatis, aliâs indignationem noſtram, & pœnam incurſuri. *Nouerat Sereniſſ. Rex quod laudis et meritorum progreſſus, licet fuerit magni honoris et nominis Zoilum pateretur. Sed etiam.*

Homero obtrectabat Zoilus,
Ciceroni Clodius,
Scipioni Carbo,
Alcibiadi Hiperbolus.

Et tamen

Et tamen nullum horum peſſundarunt. Veritas vt oleum enatat, vir- ſus vt tripos, conſurgit.

LARYSSA



DELINEATIO.

DVO ſunt vomeres cuſpitudinibus ſurſum diſpoſiti, ita vt acumina ſint auerſim ad læuam ſcilicet, & ad dextram in campo albo, ſuper galeam ſunt pennæ tres Iunoniæ auis.

ORIGO.

AD arma Kroie ſeu inciſoria terræ, quæ vomeres in arando antecedunt diximus iuxta quoſdam quod deſcendentibus ab vxore Piaſti conceſſa fuerint. Nam cum terræ inciſoria ſint Kroie, (licet nos menſæ inciſoria gallica ante dicebamus initiorum enim originem veram difficile eſt conijcere) erit magna conformitas, quod illa maſculis deſcendentibus à viro quæ habent ſimilitudinem, gladiorum fuerint conceſſa, iſta verò deſcendentibus à Matre. Sed multò verior eſſe occaſio armorum Lariſſa videtur, quod à Boleſlao Audace conceſſa fuerint. Iaromirus inquit, *Paproc. in Nido.* fugiendo fratris Vratiſlai Boemorum Principis iram, ad Boleſlaum diuertit, quem perſecutus eſt Vratiſlaus cum exercitu, hoc cognito Boleſlaus cùm iam illum in protectionem Gneſnæ recipiſſet, mouit contra illum. In itinere hoc obuium habet virum ſimplicem quidem, ſed bellicæ artis non ignarum, qui duos vomeres ad fabrum acuendos portabat, hic dixit

dixit Regi. Noui ego hîc omnes vias ſi iuſſeris præſtò ſum. Datus eſt ſibi equus, quo conſcenſo ait: Victoriam facilè ô Rex reportabis, nec euaginato gladio; & cum Rex diceret, quo omine iſta ſciret? Reſpondit: cras ad auroram videbis dum te victorem ſalutauero. Statiuis igitur ad noctis horam ſuſceptis, cuſtodiam Lariſſæ commiſit. Vadit ille & vnus recedendo à ſocijs, reptando ſuper terram inuenit dormientes cuſtodias Boemorum, à quibus abegit equos, & ad ſocios deduxit. Inde in caſtra irruit, inſperatos occidit, fudit, diſperſit. Vratiſlao ſibi fuga conſulente. Sic Lariſſa pro meritis arma hæc obtinuit Anno 1058.

VERBVM VIRI VERITAS.

Veritas multis verbis non eget, aliâs debilitaretur, & in ſuſpicionem veniret. Et in bello vbi varius eſt euentus, & citò nunc hunc, nunc illum abſumit gladius, dicere etiam viro certam victoriæ veritatem, eſt per quam difficile. Sed ſi inſtrumentum dantis victorias eligitur aliquis virorum, iam ſi prædixerit victoriam de hoſte & triumphum, non ita erunt verba animoſitatem ſtabilientia in milite, quàm ipſa re veritas. Ericus XIV. Succorum & Vandalorum Rex acceperat pro Symbolo, vt Iacobus Tipotius refert Sceptrum Regium ex intimis aſtrorum & Cæli deueniens. Cui ſubſcripſit. DEVS DAT CVI VVLT. Quaſi diceret, Victoriæ & Regna non ab homine & potentia mortali, ſed à Deo proueniunt. Lariſſa veſter ô nobiliſsima proſapia quæ ab illo deſcendis inſtrumentum fortiùs vindicantis Dei pro innocentia Iaromiri, ideò quæ dixit Regi, vera & veriſsima dixit, quia & quod dixit effecit, & ipſe effecit. Quapropter ſi antiquis Romanis triumphatoribus in aris & triumphalibus arcubus ſcribebãt ex voto has literas & ſigna Vot. XX. hoc eſt votum vicenale, tricenale pro tanta victoria Dijs, vt *Pier. Valer. hier. libro* 37. *capite* 33. Multò præſtantiùs pro tam inſigni victoria, intra familiam veſtram votum Verbo Incarnato reddere vicies & tricies vos conuenit. Sit gloria altiſsimo Deo Trino & vno. Sic verbum veſtrum erit virile & veritas. Dum Maximilianus Dux Auſtr. Ord. Equitum Velleris aurei ingreſſus fuiſſet, refert in inſignijs Gentilitijs Equitum dicti Ordinis Io. Iacob. Chifletius coronæ Imperiali gẽmis ornatæ vti inſigni, lemma appoſuit. TENE MENSVRAM. Recta ſubſcriptio, & quadrat intẽto Diuino, qui omnia creata diſpoſuit in numero, pondere & menſura. Innuebat enim omnium rerum præcipuè humanarum menſuram eſſe ſalutarem, nam ea non excedente, omnia fortunata, excedente omnia infortunata proueniunt. Menſura Viri eſt Verbum verum, ipſa ſcilicet veritate eſſentiali fulcitum.

Probate & complectimini ſententiam.

LINEA

LINEA FAMILIÆ LARISSA.

L*Ariſſa, Iankalum Comitem antiqua priuilegia habent. Anno* 1264. *apud Priluſcium in Statuto. Vixit Boleslai Principis Maioris Polon. Ataui Caſimiri Magni temporibus.* Bielſc. l. 4. fol. 184. *N. Laryſſa Comes Chochnanus Pocillator Caliſien. de quo eædem literæ Boleslai & clarius Anonymos, quòd interceſſione illius à Boleslao hoc Principe Polon. plurima Priuilegia Hebræi obtinuerint.* Lariſſa.

Domanſcij, *in Syradienſi Palatinatu in diſtrictu Oſtrzeſouienſi. Clara ab antiquo domus. Optimè conſtituta eſt domus, dicebat Pittacus, cui neq; ſuperfluum, neq; neceſſarium deeſt. Manet in vobis ſuperfluus amor in patriam, & neceſſaria virtus ad conſequendam gloriam & famam.* Domanſki.

Madalenſcij, *in Vieluuenſi diſtrictu. Hi ex conuerſatione homines ex moribus apparent antiqui nobiles. Vnde & in caſtris excellentiſſimi fuerunt milites & Rotbmagiſtri, & domi optimi conſultores. Nam qui Dei virtutibus ornatus inſtructusq; non extiterit, hunc domicilium eſſe dæmonum cum Nilo Abbate conſiderarunt. Sebaſtianus & Alexander fratres. Illius coniunx Heduigis Kobierzicka armorum Korab. Filij Ioannes Suffraganeus Gneſnenſis, Abbas Landenſis, & Albertus Tribunus Vieluuenſis. Eius conſors Hartlupſka. Alexandri verò filius Iacobus Tribunus Mſciſlau. miles cum Chodkieuicio ad Smolenſcum ſtrenuus, & Ioannes Alexander Subiudex Vieluuenſis, qui ſubſcripſit Electionem VLADISLAI IV. ex terra Vieluuenſi. Ex Niechmirowſka ſuſcepit Iacobum, qui in Liuonia ex tormento bellico tranſfixus in pede. Habet matrimonium cum Helena Kobierzycka, filiæ Mniſzewſcij & Vidawſcij conſortes.* Madalenſki.

Zdanowſcij *ad Łukow, clara & ampla progenies, qui vt genere clari, ita & maioribus egregij. Nobilius autem eſt virum bonum eſſe proprijs moribus, quàm trahere ſolum bonitatem à ſuis maioribus.* Zdanowſki.

Chocholati, *altare in Pilca cum his armis Thomas conſpicitur. Anno* 1545. *Si ex nobilibus ille fuerit ignoro.*

LEGNICENSES DVCES.



L*Egnicia, à qua Duces denominantur eſt, ad Nyſſam amnem in planicie ſpatioſa, quæ bonus campus dicitur, vbi arx fortiſſima eſt, quæ à Tartaris cum Batti & Peta defenſa fuit.* De his Cromer l. 8. fol. 144. & 145.

Et ſita in Sileſia ſpectabat ad Duces primùm Glogouienſes, ſed partita bona per filios ad Vratislauiam pertinebat. Erat autem Vratislauia cum alijs Ducatibus Sileſiæ ſpectans ad Poloniam, vt Cromer. lib. 4. fol. 54. *Sed defecerunt à Regno ad Bohemos. Henricus Legnicenſium Dux à Tartaris occiſus, cuius filij in arce defenſi fuerant.* Crom. lib. 8. fol. 145. *Hunc Conradus Dux Glogou. frater in carcere tenuit.* Crom. fol. 184. *Præmislus Præmisli Poſnanień. Ducis filius, Henrici Vratislau. teſtamento Cracouień. & Sendomir. Princeps, poſtea Rex Poloniæ. Henrici Vratislauień. & Legniceń. Principis filiorum tutor. Quomodo obijt authoribus Marchionum Brandeburgenſium,* Crom. lib. 11. fol. 182. *Boleslaus Suidnicenſium Dux, alter tutor filiorum Henrici fratris ſui Vratislauień. & Legnicenſium Ducis,* Crom. lib. 11. ſub Loctico Vladiſlao fol. 184. *Filij Henrici Boleslaus, Henricus, Vladislaus, Boleslao Bregenſis Ducatus ceſſit. Henrico Vratislauień. Vladislao Legnicenſis. Et quia minima ſors erat Bregenſis Ducatus, addidit pecuniæ Legniceń. 32. millia Marcarum, & Vratislau. 48. Sed hæc omnia Vratislauia, Legnicia, &c. vendita ſunt Ioanni Regi Bohemorum ab ipſis Ducibus, vt* Cromer. lib. 11. fol. 195. refert.

Ł A Z A N K I

Sicut Laſcus vocat in ſuo Statuto fol 127. Alij autem vocarunt I A S T R Z Ę B I E C.



DIximus de his armis in ſuperiori tomo ſub litera I. Repetimus iterum ob nobilitatem M. D. Lit. & aliorum quorum tunc non ſuppeditauerat memoria.

Nagora

Nagora. *Hi in Vnione Hrodlenſi M. D. Lituaniæ cum Regno talia arma aſſumpſerunt, vt Laſcius vbi ſupra.* Bielſ. fol. 313. *& alij.* Nagora.

Nemir. *Idem eſt quod Nagora. Vnde Laſcius in Statuto folio vt ſupra inquit: Receperunt Reg. Pol. Nobiles cum omnibus qui ex eorum ſtirpe originem ſuam ducunt ad fraternitatis & conſanguineitatis conſortia &c. Iaſtrzebcij autem alias Lazanki ſeu Boleſtbij, Nagora, vocatos Nemir. Erant viri bello ſtrenui & præmio æuiterno digni. Niemira cum fratribus ſuis ſubſcripſit priuil. Litu. Vilnæ Anno* 1401. Laski fol. 128. *Vaſilius Nemira Rothmag. S. R. M. Auguſto ſceptra gubernante eximius, cui villas Holowiecice, Cieplie, Linhany ad vitam Rex contulerat, quas ſucceſſor hæreditariè dedit, vt Ianuſſewſki fol.* 126. *refert. Facit mentionem alterius Nemiræ & Bielſc. ſub oppreſſione Gedanen. à Crucigeris. fol.* 210. *ſub Anno* 1306. *Niemierowicz à Nemir & Nemira, Ioannes Niemirowicz ad Comitia Regni Parcouien. ſub Caſimiro Rege Nuntius à M. D. Litu. Anno* 1453. Bielſ. fol. 396. *Habet. Bielſcius Niemirouicium, qui cum Andrea Sakouicz Poloceń. Præfecto ex Mag. D. Lit. miſſus fuerat in Hungariam ad Ladislaum, Hungar. & Bohemiæ Regem, pro Elizabeth in Reginam concedendam,* Bielſc. fol. 398. *Georgius Niemirowicz cum Gaſtoldo & Semione Slucenſi Principe Tartaros ad Grodecum profligauit, & penitus deleuit, Anno* 1503. Bielſc. fol. 496. *Hreborium Niemira Conſt. Regni. Anni* 1601. *Exactorem Contribut. Nouogrodi Litu. meminit.* Nemir. Nemira. Niemirowicz.

Polubinſcij. *Doctrina pietate & Marte celeberrimi. Titulo Kniaziorum honorantur ob familiam multis meritis claram, tàm in Regno Moſcouitico, à quo in Regnum Pol. deſcenderunt, quàm in M. D. Lit. Bielſcius altã ipſorum familiam dum oſtendit, Regum ſanguini iunctos innuit fol.* 609. *dum illorum arma ponit eſſe aquilam alis dislargatam in cuius pectore ſunt arma Iaſtrzebiec, ſeu babatum in verſum cum cruce. Quapropter nullus claritatem gloriam & honorem inuideat vel deneget, dum labor, merita & genus id præſtant. Iaunicij enim Gedimini filij Mag. D. Litu. poſteritas eſſe denunciatur, & ex qua linea ipſi norunt. Andreas Polubińſki. Cuius filius Baſilius Capitaneus Mſcislauień. Marſchalcus Grodneń. vt ex Epitaph. Kiouiæ ad Pieczarj apparet. Vaſilij verò ſeu Baſilij filius erat Kniazius Leo, vt ibidem legitur. Ioannes Palatinus Nouogrodeń. cuius conſors Bochdanka Sanguſſkowna ex lumbis deſcẽdens Lubarthi. Alexander, qui exercitum Moſchouiticum aliquoties ad Kieſiam & Marieburgum profligauit, & illorum Ducem Iuanum Meſkierſcium captum cum alijs, Regi Vilnam Anno* 1560 *tranſmiſit. In Moſchouiam legatus fuit. vt Reinoldus Heidenſtein de bello Moſchouitico refert fol.* 1. *col.* 3. *Demùm honoratus titulo Præfecturæ Volmireń. & Tricacen. dum fortiter defendit Volmirienſem arcem, fraude ciuium captus, &* Polubinſki.

Moſchorum Duci remiſſus. Iuanus frater ipſius germanus, Capitaneus Tricaceń. in multis expeditionibus contra Moſchum præcipuè ad Neulum clarus. Papr. in 2. opere fol. 621. *Conſtantinus Caſtell. Mſcislaueń. Ioſephus ſubiudex Sloninen. Caſimirus, Leo, Daniel, Chriſtoph. Demetrius, Nicol. ſubſcripſerunt, electionem Vladisl. IV. Reg. ex Palatin. Nouogr. Litu.*

Sczyth. Scithij. *in M. D. Litu. virtuoſis actibus apprimè dediti, antiquitate Niemirouiciis pares. Ioannes Sczyth, Dum terra Drobicen. iuri Polonico adſcribebatur, ſubſcripſit priuilegium cum alijs Illuſt. & Reuerendiſſimis Dominis, Ioannes Sczythouicz Vilnæ Dominica Lætare Anno* 15 6. *N. Canonicus Vilnenſis Sigiſm. III. regnante, ſub Epiſcopatu Euſtachij Volowicz. & Woyna. Vir ſingularis dexteritatis in iudicij amænitate & excellentia Cathedræ.*

Wnuczek. Wnucij. *in M. D. Lit. ex quibus erat Caſtellanus Ciechanouiceń. cuius filia virtutum Matrona erat conſors Nicolai Solobub ſtrenui militis & eximij Rothmag. Marcum Wnuczek Ciuonium Retoren. meminit Stricouius fol.* 781.

Protaſewic. Protaſeuicij. *Ionas Metropolita Ruſſiæ ritus ſui obſeruator, ſi non diſſonantis à veritate fidei, habet laudem. Erant familiæ iſtius viri literis, conſilio, & iudicio excellentes, Iudices, Notarij Nouogrodenſes in Litu. Paulus & Stanislaus Protaſeuicij electionem Vladisl. IV. ex Palatin. Nouogrod. ſubſcripſ. Valerianus autem ex Pinſceń. diſtrictu ſubſcripſit.*

Zdani. Zdanij. *Viri ob merita ſua & à Sereniſ. Regibus & à Repub. præmiati honoribus nobilitati conuenientibus.*

Grazimowſki Grazimowſcij. *in Dobrzinenſi terra. Bartholomæus iuuentutem cultam experientia iurium excoluerat.*

Suchorſki. Suchorſcij. *in Sierad. Palat.*

Gibowſki. Gibowſcij. *in Cracou. Palatinatu,*

Lukomſki. Lukomſcij. *quos Kniazios infra latius notauimus, viros bello fortes & genere magnificos.*

Srokowſki. Srokouſcij. *de Sroki in Ruſſia ſicut diſpoſitiones eorum Leopoli commonſtrant. Andreas miles eximius, cuius poſteri in Podoliam tranſierunt. Tenuit pro benè meritis Regalia bona ad Rubieſſouiam. Stanislaus primus filius ex Negoſielſka militarem obijt cum Palatino Ruſſiæ Stanislao Golſki. Ioannes alter filius cuius poſſeſſio erat in Czarnokoncze, ex Rzewnicka ſuſcepit Paulum militem cum Potocki Ioanne, habuit Komorowſcij filiam, occiſus in bello. Tertius filius Theodorus, Ioannes vltimus filius quem poſt mortem primi filij Ioannes ſic nominarunt. In Hungaria militari exercitio occupatus, demum in patria cum Golſcio ſtrenuus miles. Arcem Chotinenſem dum in Regni diſpoſitione fuit in cura ſua tenuit, & Rothmag. S. R. M. ducentorum peditum fuit. Eius filius Gabriel, qui*

poſt

poſt tyrocinia bellica & actus militares cum Boriſtawſki, in aula Illuſtriſſ. Ducis à Korec Korecki, nunc vltimi ex familia Caſtellani Volbiniæ filij, reddit obſequia. Patrueles fratres bello clari in Eccleſia Patrum Bernardinorum Leopoli ſepulti, merita ſua Epitaphijs declarant.

Wyzdzij, *in Cracouien. Plocenſi, Belzenſi Ruſſiæ Palatinatibus, Militaribus trophæis, humanitate præcellenti, & bonitate morum ornatiſſimi. Andreas Wydzga Vexillifer Plocenſis, quem refert Priuilegium vnionis & concordiæ cum Prutbenis ſub Vladislao Poloniæ & Vngariæ Rege, in Anno* 1436. *ſicut omnes Hiſtorici referunt.* Ego Laſcium notabam fol. 140. *Stanislaus cum Illuſtriſſimo Mielecki ſupremo exercituum Duce eximius miles, cuius in bello Valachico meminit* Bielſc. fol. 646. *Extant modernis temporibus lumina morum, pietatis, & fortitudinis. Ioannes Wydzga, qui ex milite digniſſimo & Rotmag. vigilantiſſimo in Moſchouia & in confinibus Regni contra rebelles Coſacos, & ingruentes Tartaros, iudiciorum terreſtrium in Palatin. Ruſſiæ Leopol. eſt lator & obſeruator; mereturq; vt ex Subiudice virtus ſua altiora teneat. Stephanus filius Subiudicis in exteris nationibus virtute cultam iuuentutem, in eam maturitatem deduxit, nunc tridecennium attingens, vt & Præpoſitus Metropolis Leopol. & Prædicator famoſſimus & Catholicus nomineiur, prædicetur, veneretur. Equidem* Wydzga.

Quem virtus ſtimulat cui verum corde reſedit
Cui pietas plaudet, concomitata fide
Ille mihi meritò cenſendus magnus Ariſtes,
Atque illi ſoli præmia iure patent.

Sed dum ego altæ virtuti ſubminiſtro calcar aureum, Lectoris benigniſſimi pietas & religio, meriti ſingularis ante Dominum, in humili ſpiritu, ſuſpirabit auxilium.

Gembartij *de Kamienica. Militari & literis maxime dediti, vndè & Reipub. proficui, & Eccleſiæ digniſſimi. Stanislaus Gembarth poſt militares actus in Repub. conſilio grauis, Abbas Plocenſis, qui conſiderando quod vita breuis, ars longa, occaſio volucris, experientia periculoſa, iudicium difficile, vitam compoſuit ad æternitatem. Quapropter ad eius arma adſcribebat quidam:* Gembarthi.

Fortis equi ſoleam ſtudio Gembarthe nitentem
Bellica ſors genti tradidit arma tuæ
Nec temere in medio Domini ſuperaddita crux eſt
Vt niſi fortem animum pro pietate gerat.
Nunc Deus ipſe tibi proprium commendat Ouile,
Vt pius, vt fortis, ſemper vt illud ames.

ŁAZOWSKICH ſeu KRZYWDA.



DELINEATIO & ORIGO.

HÆc arma iam ſupra adnotauimus in Tomo primo ſub titulo armorum Krzywda. Sed quia aliqui crucem non habent intra ſoleam, alij truncatam deferunt, alij ſupra ſoleam diminutam retinent, difficile eſt aſsignare modum. Videat Lector Tomum primum, nos enim ſolùm mentionem horum ob cognominis appellationem facimus. Nam aliqui à Lubicz, aliqui à Pobog veniunt, vt Suieciccij ex Wielun: diſtrictu intus ſine cruce, quia à Pobog veniunt.

Rzewuſki. *Vtuntur etiam prædictis armis Krzywda vulgò nuncupatis Rzewuſcij in Palat. Podlaben: in diſtrictu Drobiceń. quorum generatio nec duabus villis continetur. Eorum prædeceſſores erant Geruilus Epiſcopus Ploceń. & Præclaus Caſtellanus & Capit. Breſtiæ Litu. Martinus quoq; Excellentiſſimus Rothmag. Modernis temporibus Stanislaus Vicedapiſer. Braclauień. & Iudex Caſtrenſis Vinniceń. ſæpius deputabatur ad Conuentus Regni & Tribunalia. Reliquit filium Laurentium, qui cum Czernieiowſka Succamerarij Leopolień. filia celebrauit matrimonium. Petrus Camerarius Granicierum Braclaw: Ioannes miles ſtrenuus & peditum Rothmagiſter.*

LZAWA

L Z A W A.



DELINEATIO.

SVnt duæ Soleæ in medio auerſim poſitæ, intra quas eſt gladius quaſſatus. Supra coronam ſunt tres pennnæ Strutij. In campo cæleſtino.

O R I G O.

DEſcendunt ab armis Bylina de quibus Tomo primo diximus, Refert Papr. in Nido virt. quòd in pænam facti, ſolea tertia & manus aurea ablata fuerint. Nam laſſatus miles, ob vigiliam obdormierat, accidit ſomnium quaſi hoſtis irruentis & diripientis caſtra & phalanges, excitatus cucurrit aufugiendo & acclamando, fugite, fugite. Contremuit exercitus, reuidet cuſtodias, videt pacifica omnia Dux, perquirit conductum, & quid ſibi acciderit renunciat. Concedit vitam Dux, ſed notam criminis, quoniam errare ſemel in bello maximus error eſt, gentilitijs ſuis famoſsimis & illuſtribus antiquis ſolus vteretur, appoſuit. Narrat hoc, ſed nón probat. Coniectura tamen quòd diminutio non ſine ratione fuit. Plurimi talibus armis vtebantur, ſed alij ad arma his ſimilia Oſtoia & Przegonia cognomina ſua minus cautè tranſtulerunt. Sed accidunt plerumq; multa incuria in Curiâ.

EXCV-

EXCVSABILIS ERROR REPARATVR.

SAtis prudenter *Ariſtoteles* 1. *Metaph. dixit:* Paruus error in principio, magnus fit in fine. Habet vim ſuam in Repub. & in bello. non enim facile remedium adhibetur, vbi nulla excuſatio facti. Idem affirmandum foret de illo qui in bello peccat, peccat autem Lzaue peccato. Sed dum non ex animo error irrepſit, ſed ex caſu, excuſabilis iam videtur. Quocirca quidam Poetarum.

Qui aliud occultum habet in mente, aliud loquitur,
Exoſus mihi ille eſt, æquè ac inferorum porta.

Similis namque eſt talis lapidi Thraſydulo, qui vt tradit fabuloſus *Nicanor. lib. 2. de Flum.* naſcitur in Europa galeæ ſimilis, qui vt tubam audit, proſilit in ripam: Athenienſium verò pronunciato nomine, mergitur in profundum. Tales inueniuntur quandoque & milites, qui libenter clangorem tubæ audiunt, ſed hoſti pectus offerre ſummopere recuſant, fingunt plura & refingunt, ne cum hoſte congrediantur. Alius erat in ſua intentione Lzauius, vndè, vt redijt ad rectitudinem animi confitetur errorem, & reparare deſiderauit. Crediderim totis viribus conatum fuiſſe Lzauium, obliuioni dandum ſuum ſomnium, delebat ſudore, cruore, cicatricibus, ſed hoc totum poſteritati ſuæ conceſſum, quod perſonæ propriæ denegatum fuit. Ergo vos ô clara poſteritas propiori, & propinquiori loco & gladio defendite, cuſtodite patriam & Regnum, & fæliciora vobis fortuna & fortunarum dominus inſcribet & donabit. Ergò

Haſtas & enſes & celeres fugas
Turbaſq; cædeſq; & ſtrepitus graues
Non reſpice, ſed extimeſce
Exitiumq; tui & Senatus.

EAMILIA ARMORVM ŁZAWA.

Botburzynſki. BOthurzynſcij, *Ioannes Cracouienſis Canonicus, qui in arce ad ingreſſum Sancti Nicolai capellæ, ſub lapide cum cupreis circumferentijs ſepultus, Anno* 1324. Paproc. in ſtemmatibus.

LILIA Primò aliâs GOZDAWA.



DELINEATIO.

SVnt lilia duo ad inuicem radicibus coniuncta, ita vt exprimant arma dicta Gozdawa, de quibus in ſuperiori Tomo diximus. Hæc inquam, arma iterum reducimus, tum, quia aliquot familiæ armorum Gozdawa nunc nobis porrectæ, quas ante non nominaueramus, fuerunt, tum quia eiuſmodi lilia multiplicata, pluries pro armis gentilitijs aſſumpta, video. Nam ne dum ſunt lilia, quas Gozdawa vocamus, ſed etiam bina reperiuntur, dicta Krupek, & trina & fortè quadrina, tum ſexena, vt hic inferius videbimus. Et quia originem in ſuperiori loco adnotauimus, ad ſequentia tranſimus.

Lilia multiplicia.

MVNIFICENTIA REGIA.

VArijs Symbolis munificentiam antiqui figurabant, alij fabis, alij Cicere ex ædibus larga dextera erogatis. Hanc munificentiam Romanam apud Ciceronem colligo, vbi Quæſtores magnificentius facere potuiſſe dicit, ſi quantum in Cicere expenſum eſt, in alijs quæ Rempub. adiuuarent, inſumptum eſſet. Quapropter & Horatius de largitionibus ambitioſis, *Carm. lib.* 2.

Munificentia regia.

Cicer munificentiæ ſymbol.

In Cicere atq; faba bona tu perdaſq; lupinis
Lætus vt in circo ſpatiére, aut æneus, vt ſtes
Nudus agris, nudus nummis, inſane paternis.

In Florentina autem Ciuitate antiquiſsima Romanorum quondam Colonia, & fabis, & Cicere ferebant ſuffragia, præcipuè in die Præcurſoris Domini, vbi tota perfundebantur, vt omnibus volentibus vſui ſint. At relinquo ad præſens aliorum placita, meritò iucundiùs lilium ſignificat munificentiam Regiam, tum quod lilium ipſum largitorem munificentiſsimum Chriſtum iuxta Hilar. in Matth. ſuper illud *Cant.* 2. Lilium Conuallium, ſignificet, tum quod Angelos cæleſtes quibus perennia bona altiſsimus contulit, ſacra pagina in illis verbis Euangelij. Non laborant lilia neque nent, (illa tamen veſtiuntur qualiter nec Salomon veſtiebatur, tam ſcilicet candidè & odoriferè) iuxta Hilarium repræſentet, tum quod lilia in delicias, & honeſtum ſepulturæ, imo etiam ſanitatis & corporeæ, & ſpiritualis veniunt. De hoc quidem primo: Quia inuiſa ſunt lilia ſcarabæis, de ſecundo verò ipſe Mantuanus Virg.

S. Ioan. Bap.

Munificentia reg. per lilium.

Lilium eſt ad delitias, ſepulturam, & ſanitatem corporu & animæ.

Si qua fata aſpera rumpas.
Tu Marcellus eris: manibus date lilia plenis.

De vltimo verò Sacratiſsimum Roſarium teſtatur B. V. Mariæ, dum roſæ ſanctificantur in Sacro Ordine Prædicatorio die Viſitationis Beatiſsimæ Virginis Matris Dei. Eodem namque modo & lilia conſecrari poſſunt, cum Beatiſsima Virgo ſit flos florum, & lilium pretioſum, à Rege Regum prælectum. Quocirca optimè de Beata Virgine Maria id quod de lilio dictum eſt, 4. *Eſdr.* 5. accõmodandum. Omnipotens ex cunctis floribus orbis vnum ſibi lilium delegit. Vnde antiqui liliũ florem Regium ne dum à Regina Iunone, ſed etiam à Regia qua præſtant celſitudine, nominarunt, & in Symbolum ſpei auguſtæ deduxerunt, *vt Pier. Valer. Hierog. lib.* 55. *cap.* 9. *&c.* Sed ad Vos ſit meum ô inſigniti lilijs intentum, condecorati diuerſis honoribus, gratijs, & titulis in hoc regno, munificentia regia in tantum permanetis, vt non reperiatur amplius aliqua inſigniorum celſitudo, qua domus & familia veſtra non fuerit honorata & decorata; meruerant enim hoc veſtra in patriam merita belli & pacis tempore, meruerant virtutes nobilibus debitæ & congenitæ, merentur & modò auidè in bonum patriæ hiantes affectus in deſcendentium poſteritate, quam benedictio diuina fouet & protegit.

B. V. M. Lilium.

LINEA FAMILIÆ LILIORVM
alias Gozdawa.

Pac.

PAcij, *in Magno Ducatu Lithuaniæ familia tam antiquitate, quàm meritis in patriam ampliſſima, quapropter maximi Senatores & optimi ſue-*

miſuerunt. *Ioannes Pac Ciuonius Vilnenſis, quem acta confirmationis iurium M. D. Lith. meminerunt.* *Georgius Paczowicz Caſtell. Pelocenſis, qui tempore Io. Adalberti Regis, & Alexand. M. Duce Lituaniæ ſubſcripſit cum alijs confirmatum ius. Actum in Chrodlo* 1413. Lascius fol. 130. *Nicolaus Pac, literis humanitate, & beneuolentia magnum ſibi comparauit nomen. Epiſcopum Chijonienſem fuiſſe,* Paproc. in ſecundo opere fol. 674. *meminit.* *Stanislaus Palat. Vitepſcenſis, optimus Ciuis patriæ, in ſago, & toga, qui ad Vitepſcum Moſchum Seremetũ Butirlum & Soborum cum ſex millibus Tartarorum repreſſit, Anno* 1568. Bielſc. fol. 623. Et Stricou. lib. 25. cap. 2. *Hic antea dum M. D. Litu. Dapifer fuiſſet, retulerat victoriam de Moſchis collecta Vitepſcenſi nobilitate ad Iezierziſciam, vt refert R. Dominus Simon Starouolſcius in Bellatoribus Sarmatiæ, cui tale Epitaph. adſcripſit.*

Staniſlaus Pac M. D. Litu. Dapifer, inter Duces, qui militarem impetum ratione compoſitum habent, aut fortuna propitium, meritò connumerandus, hoc tegitur tumulo. Quem poſt præclaram illam apud Iezierſciam de Moſchis victoriam, in medio fortunarum curſu, vt deſiderabiliorem nobis, ſic & fæliciorem ſibi mors immatura extinxit.

Paulus Caſtellanus Vitepſcenſis, germanus Stanislai 1573. *à nobilitate M. D. Litu. in Comitia Lublineń. poſt deceſſum Sereniſſimi Stephani Bathorij legatus, vt* Bielſc. fol. 657. *Hic reliquit duos filios optimæ ſpei & reputationis Nicolaum, vt notat* Paproc. 674. *& alterum Ioannem Pincernam M. D. Litu. diſpenſatorem Contributionis Vilnenſis meminit Conſtitutio Regni* 1524. *Et Nicolaum Succamerarium Breſtenſem in Litu. atq; Exactorem Contributionis Regni refert Conſtitutio Anni* 1589. *Et Paulum Capitaneum Mſciſtauienſem Commiſſarium factum in Comitijs Regni, habet Conſtitutio Anno* 1607. *Deſcendentes verò ab illis, dum ſtudia literarum, mores, & exercitia ad limam virtutum deduxerunt & adoptarunt, grauem exiſtimationem de ſeipſis & poſteris ſuis relinquunt. Quapropter in electione Sereniſſ. Regis VLADISLAI IV. ex Palatinatu Troceń. ſubſcripſit electionem Stephanus Pac Vicetheſaurarius M. D. Litu. Et ex Palatinatu Vilneń. Chriſtophorus Pac ſubſcripſit. Quod verò vobis fæliciter anni cædant, vt opto, conſideranda breuibus propono.*

Vitam quæ faciant beatiorem *Vitam quæ faciunt beatā*
Iuſsit iuſtitiæ tenere leges
Toto prendere corde veritatem
Emunctam maculis fouere mentem
Gaudere innocua quiete, rerum
Abſtinere alieniore cura,

Famam lædere nemini ſuſurris
Fortunam bene ferre vtramque vbique.
Si quicquam eſt agere, & pati neceſſe.
Pro veri boniq́ue firmitate,
Non ſpectare homines, Deum intueri
Delictum magis ac magiſque ſemper
Vitare ac metuere.

Stane. Stanij, *Expeditiſſimi milites, & defenſores Tranſiluaniæ, ex quibus aliqui in Regnum Poloniæ Caſimiro regnante deuenerunt, fortunæ & militaris celſitudinis gratiâ. Hieronymus, poſt varios nobilis animi & occupationis affectus & actus Tribunus Sanoceń. declaratur. Connubijs matrimonij celebratis cum Tyczynſka, ſuſcepit filios Andream, Thomam, Stanislaum, milites eximios, & patriæ merentes. Andreas poſt Caſtrenſes occupationes, ſterilis deceſſit. Thomas poſt militaria trophea Moſchoutica, ſedatiorem vitam eligendo in terra Chelmenſi matrimonij vinculo cum Horodynſka contracto, ibidem reſedit, ex qua ſuſceperat filios quinque, de quorum numero Martinus laude perpetua exornauit familiam. Nam cum Stanislao Koniecpolſki tum Exercituum Regni Campeſtri Præfecto, pluribus annis militiam obſeruauit, & pro meritis, & iudicij dignitate, Caſtrenſium iudiciorum præſes, & loco tenens militiæ, & copiarum Illuſtriſſimi fuit. In Cecorica expeditione contra Skinderbaſam, cum alijs hoſtem aggrediendo gloriosè occubuit. Illius ſanguine Tartari vngebant ſuam faciem, & cor illius deuorarunt, precando Deos vt tantæ fortitudinis & audaciæ ipſi atq; illorum filij reperiantur. Sepultus diſſectus fruſtatim ab hoſte in vno ſepulchro cum Petro Fredro. Stanislaus tertius frater in Hungaria tyrocinijs militaribus in caſtris collectis, eximius miles euaſit. Redijt cum electo in Regem Poloniæ Stephano Bathorio miles continuus. Ad Pſcouiam maxima indicia bellatoris ſummi demonſtrauit: Nam dum ſeptingenti pedites cum gubernatore ſuo ad mænia proſtrata fuiſſent, mandante Rege, & oſcula in caput dante, in præſidia conſcendit magnanimus, vbi & occubuit. Illius tumulum his verbis Regius animus condecorauit.*

ISTE NOBILIS IN LECTO HONORIS OCCVBVIT.

Altero verò matrimonio prædictus Hieronymus Stano, habuit coniugem Zophiam Zdowſka hæredem in Nouitaniec, cuius ſororem germanam Nicolaus Bal Dapifer Sanoceń. de Zoczew, ſed hanc ſortem ab illo acquiſiuit Stano, quocirca de Nouytaniec familiam ſuam notare cæperunt. Ex qua ſuſcepit filium Georgium & filias aliquot. Georgius Stano Hieronymi filius, vt morum ſpectabilitate amabilis, ita militaris exercitij ſtudio maximè laudabilis. Cum Radziuilio in Moſchoutica expeditione

tione magna præmia laudis reportabat, ſed morte parentis retractus, cum filia Venceslai Pobidzenſcij Subiudicis Sanoceń: matrimonium ſuſcepit, ex qua filios quinq́; numerauit. Meminit ipſius Conſtitutio Regni Anni 1591. *dum ex Minori Pol. ad receptionem Quartæ conſtituitur. Venceslaus* 1. *filius Georgij, poſt literaria ornamenta militiæ obſeruator, cum Zolkiewſki in Moſchouia & Liuonia pugnauit. Tandem cum Chrzaſtowſka in Cracouień. Terra fœdus matrimonij tenuit. Georgius alter filius poſt cultam literis iuuentutem Conſtantinopolim bis cum legatis Regni Stanislao Gulſki, Caſtellano Haliciceń. & Felice Herburt Moſticeń. & Viſneń. Præfecto adijt. Demum militarem toto pectore & conatu amplexus, cum Zolkienio Præfecto Campeſtri contra Tartaros, & in Liuonia obſidendo Album caſtrum, maxima trophæa & fortiſſimi animi argumenta declarauit. Ad Smolenſcum vero cum Sereniſſimo Rege Sigiſm. III. pugnando ad Stolicam miſſus, prodromum legationis perfecit. Cum Illuſtr. Palat. Cracouień. Lubomirſki a Caſtris Orininenſibus ad Caſtra Pruthenica vltima indeſeſſè pugnauit. Fuit Nuntius ad Comitia Regni duodecies, Parlamenti iudex multoties. Honoratus titulis Vexilliferi Sanocenſis, tum Subdapiferi & Dapiferi, atq́; Præfecturæ Sadecen. Conſortij matrimonialis vinculum tenuit, cum filia Fredro de Pl. ſsouice Tribuni Præmislień. Ex qua inter alios ſuſcepit duos filios & filias 4. Andreas* 1. *filius poſt rectè conſtitutam moribus & literis adoleſcentiã, in Hungariam ad tyrocinia militaria colligenda declinauit, Miles factus ad Tocaium pugnauit, ſed in captiuitatem deductus medio anno recuperatur. In Patria, decennio miles continuus & ſtrenuitate celebris, cum Illuſtriſſimo Lubomirſki Palatino Cracouienſi, in bello cum Abazi Baſa cum vitæ periculo maximo, equum in irruptione hoſtili globo amiſit. In expeditione contra rebelles Coſacos ad Kumeyki alacriter, & Leonino pectore in taborum irrumpendo globo per humeros tranſfixus, ægre ad valetudinẽ redijt. Charus militi, & Duci. Demum, vt Palladis induſtria patriæ obſequia redderet, accepit in conſortium matrimonij, ex familia Dziduſzyciorum in Leopolienſi diſtrictu, non modicè expectationis & ſpei in patria vir. Georgius alter filius, vbi in exteris nationibus iuuentutis ac generoſæ indolis recta indicia factis declarauit, miles eximius eſſe deſiderauit, & ſub ſignis militaribus Palatini Cracouienſis Lubomirſcij, pro patria fundere ſanguinem, & mori, ſi cælo viſum fuerit, imperterritus cupit.*

Piaſeccij, *in Podolia. Viri pacis & belli feruentis tempore coronides patriæ. Nam & literis & iure, Marte & Bellona Saturnum ac turbulentum Iouem concordia colligarunt. Michael Piaſecki Succamerarius Podoliæ Iudicij grauitate & experientia militari ſingularis, maximam ſui memoriam reliquit. Habuit filium Ioannem Notarium Terreſtrem Buſcenſem, qui genuit Melchiorem Notarium Terreſtrem Buſcenſem, demum* Piaſecki.

Subiudicem Terreſtrem, & Surrogatorem Capitaneatus Buſcenſis, virum grauitate conſilij, & dexteritate rerum agendarum conſpicuum, qui reliquit Ioannem Ferdinandum, Notarium Terræ Buſceń. maturum conſilio, & iuris peritia grauiſſimum, cuius ſententiam Tribunalia Regni per annos triginta, neq; reprehendere neq; immutare attentarunt. Erant educatione & exercitio literarum, vnà cum fratre Adalberto, in exteris nationibus omnibus amabiles, & Linguarum, Germanicæ, Italicæ, Gallicæ, &c. periti. Ex filia, fratris Georgij Zelczynſki, Capit. Zydaczowień. ſuſceperat prolem, at iuuenis obijt. Victorinus, cuius filius Arnolphus, ſuperius dictorũ patruelis in Moſchouitica expeditione, Sigiſmundo III. regnante, glorioſè obijt. Zacharias eiuſdem Germanus, ex Luca natus, etiam Patriæ obſequia in Armis reddendo, militarem vitam finiuit. Iſtius familiæ poſſeſſiones, ob matrimonialem conſanguinitatem, ad familias Czolchanſciorum, Gorſciorum, Thelephuſorum, tranſierunt.

Tryzna. Triznij, *in M. Duc. Litu. Magni eruditione, conſilio, toga & Marte: Et quoniam gloria filiorum patres eorum, deſcendens poſteritas, ſequi & præuenire gloriam, ingenio & fortitudine deſiderauit. Hrechorius, dotibus ingenij, & Martis encomio clarus. Vnde poſt trophæa ex hoſtibus deducta, Marſchalcus M. D. L. & Rothmag. perpetuus S. R. M. denunciatus.* De hoc Stricou. lib. 5. cap. 1. fol. 767. *Nicolaus Supremus Theſaurarius M. D. L. & Notarius, Præfectus Bludzyneń. Koſkineń. Przełomſceń. Bieleceń. Æconomus Bobroyſceń. Ex his tantiſq; titulis cognoſce virum Patriæ, vt ex vngue leonem. Eius fratres, Marcianus, Referendarius & Notar. M. D. Lit. Adminiſtrator Epiſcopatus Vilneń. Michaël Gedeon, Inciſor M. D. Lit. Breſteń. Zdzitowień. Capit. OEconomus Grodzineń. Theophilus, filius Nicolai, Volkowień. Bludzineń. Præfectus, Oeconomus Dobroyſceń. Nicolaus Tryzna, Præfectus Regiæ Culinæ in M. D. Lit. & Andr. ſubſcripſerunt Electionem Vlad. IV. ex Palat. Nouogrod. Paulus Petrus Tryzna, Præfectus Staroduben. ex Palatinatu Smolenſceń. Electionem Vladiſ. IV. ſubſcripſit. Petrus Tryzna, Capit. Dobroyſceń. ſubſcripſit Electionem Vladiſ. IV. ex Palat. Minſceń.*

Bierecki. Biereccij ſeu Bireccij, *literis & militari deditі. N. Birecki, Iudex Premiſlień. Terreſt. ex Chodorowſka natus, habuit ex fratre nouem conſanguineos maſculos, & nouem fœminas, ex ſe autem, & Skorucyanka, reliquit N. qui celebrato matrimonio cum Okręglicka ex Vdrzycka nata, ſuſcepit ex illa plures filios, ex quibus Andreas in Caſtris ſtrenuus vir Rothmagiſtri locum tenuit. Filiæ verò illius, Sophia Abbatiſſa, Conuentus S. Brigittæ Leopoli, & Catharina Srzedzinſcij coniunx.*

Dyſſel. Diſlouij, *in M. D. Lit. in Trocenſi Palat. contra inſurgentem Moſchum erant ſtrenui, nec incurſionibus Tartaris cedentes, manet vſq; in præſens eorum memoria cum poſteritate. Nicolaus Dyslewicz ſubſcripſit Elect. Vlad. IV. ex Palat. Vilneń.*

Soko-

Sokolowſcij, *in M. Ducatu Lit. cum familiæ ſuæ antiquitate etiam heroicis actibus excelſi, excoluit iuuentutem cum ætate virili exercitijs militaribus Michaël cum Raphaele Sieniawſki, in Liuonia, Moſchouia, & ad Roſtoniciam contra Tartaros pugnando fortiter & cruentè: honoratus titulo Vexilliferi Slonenſceń. Reliquit non diſſimilis animi & fortitudinis filium Valerianum, qui poſt agitatam bello & Caſtris vitæ facultatem, ex Hornoſtaiowna reliquit poſteros imitatores Maiorum.*

Leuonij, *in M. Duc. Lit. Nobilitas cum ſplendore domus ſatagit virtutis lauream, & conſequitur Marte & Minerua. Bartholomæus Leuonius, Diamenti Præfectus & Aulicus Regius, obſeruantia commendabilis. Ioannes Iudex Terræ Vilneń. & cauſarum Patronus, quæ miſerationis erant. Nicolaus ſtrenuus miles, ad Parnauam, Rigam, & Nitaniam, ſpectante Radiuilio, M. Præſ. Exercit. Lit. cum Anaſtaſia Karwacka tenuit Matrimonium. Ioannes Leuonia, Vexillifer Vpitſceń. & Samuel frater eius. Perficite rotam currentis veſtræ ætatis, diſcendo viuere, & mori; qui enim diſcit tota vita viuere, ſimul ſtudebit & tota vita glorioſè mori. Glorioſè autem, & homine dicente, & Deo confirmante.* Leuonia.

Pempowſcij, *Negotijs Reipublicæ benè diſpoſiti, Ambroſius Præfectus Marieburgi, ad concordiam cum Pruthenis ſtabiliendam erat deputatus.* Bielſcius Anno 1510. fol. 115. Pempowſki.

Brzozowſcij *de Brzozow, Hrehorius optimus miles, in Moſchouia, Liuonia, Vngaria; honoratus titulo Caſtrorum Metatoris. Sepultus Lubarti. Illius Germanus Maximilianus Subdapifer Chyou. & Legionum Palatini Cracouień. ductor.* Brzozowſki.

Sokolouij, *ex diſtrictu Rozaneń. Hi ante vocabantur Sokolij, vnde eadem eſt generis linea, ſed quia apud Zolkieuium, Supremum Ducem, vnus Sokol occidit militem, quòd canem ſuum vocauerit Sokol, ideò vocatus fuit Sokołowſki, manent in Podolia. Ioannes ex Wardowſka Sophia ſuſcepit filium Heliam, Alexandrum eximium militem, Patris veſtigia ſequentem.* Sokolowſki, Sokol.

Ponikowſcij, *ibidem ſunt Sokolij, ſed à Punikui denominati.* Ponikowſki.



LILIA

LILIA SECVNDO.



DELINEATIO.

SVnt in Campo nigro tria Lilia, Gozdauiarum Armorum perſimilia..

ORIGO.

EStadditio facta, vt apparet ad Arma Gozdaua, & fortè iteratis vicibus additio facta fuit: aut additio facta eſt ad Arma Krupek, vndèduo Lilia ponuntur pro Gentilitijs Armis. Veram originem inueſtigare non potui, ſed poſita in Epitaphio Succamerarij Leopolien. Ioannis Swoſzowſki, video cuius genitrix horum Armorum exſtitit, & aliorum Nobilium in diuerſis locis.

TERNO SVNT CONSERVANDA TRIA.

TRia Lilia meritò tribus conſeruanda, & confouenda veniunt. Pietate in Deum, Fidelitate in Patriam, & Honeſtate domus: triplicatis namque Lilijs, hæc tria declarata fuerunt. Ægidius Sancti Franciſci diſcipulus, dum quendam dubitantem, quomodo Chriſtus vtero clauſo naſceretur, & Beatiſsima Virgo Maria in partu, & poſt partum, ſic virgo vt ante partum erat, permanſiſſet, audiret: baculo

baculo arido percuſsit ſemel terram, & ſtatim Lilia creuerunt, percuſſit iterum, & Lilia exſurrexit, percuſsit tertiò, & iterum Lilia ſuccreuit. Non eſt enim impoſsibile apud Deum omne verbum. Quo viſo ille, Dei pietatem & B. V. gloriam extulit; Lilia quoque triplex erat fidelitatis in Patriam Chriſtianam ſignum. Nam cùm Bulla Maris magni in Gallia publicaretur, tria apparuerunt in Crucibus Lilia in cælo, quapropter fideles, alij alba, alij rubea, alij viridia Lilia in Symbolum fidelis propugnationis Chriſtianæ Patriæ aſſumpſerunt. Nam Cruces, quæ in cælo apparuêrunt, ſunt Lilia pretioſiſsima hortuli cæleſtis, Lilijs etiam triplicatis honeſtas domus conſeruatur, quæ plerunque aduerſis & ſecundis permiſta eſt. Hinc Borbonius Dux Ludouicus ſecundus, Equitum de Carduo Beatæ Virginis Ordinem inſtituendo, illi torquem aureum ex Lilijs contextum, interſtinctis æqualibus interuallis Cardui florum, ex quibus pendebat Crux cum inſcriptione: *Spes appoſuit.* Tria igitur Lilia ſunt à vobis terno hoc conſeruanda, ò Liliati Milites, & Matronæ Lilijs exornatæ. Primò, pietate in Deum. Sic namque Agapetus, *vt inquit Plato de Legibus*, monebat Iuſtinianum Imperatorem: *Sceptrum Imperij cùm à Deo ſuſceperis, cogitato quibuſnam modis placebis ei, qui id tibi dedit, cùmq́ omnibus hominibus ab eo ſis prælatus, præ omnibus eum honorare feſtina.* Secundò, fidelitate in Patriam. Sic namque Carolus Paſchalius lib. de virtutibus & vitijs, cap. 14. dixit: *Patria, cùm ſit communis omnium parens, atq́ adeò alter Deus, ipſis parentibus, ipſis amicis anteponi debet, atq́ adeò ipſi vitæ, quam ipſius propugnationi impendere debemus: dulce enim & decorum eſt pro Patria mori.* Tertiò, honeſtate domus. Improbum enim eſt, relinquere honeſtũ viro rationem Deo redditur o. Sed ô heu, vtinam liberorum ſuorũ mores non ipſi parentes deperdant, infantiam ſtatim delicijs ſoluunt, mollis illa & blanda educatio, quam indulgentiam appellant, neruos omnes & corporis mentes frangit. Quos enim fructus eos virtutum adulta ætate eum laturum putamus, qui à teneris vnguiculis vitia ſtatim imbibit. Quid non ætatis progreſſu concupiſcit, cuius infantiam parentes auro, argento, purpura, holoſericis veſtibus exornant? quam in adoleſcentia temperantiam is præſtare poterit, quem puerum atque adeò infantem conquiſitiſsimis epulis, & omni obſoniorum genere ſaturant? qua ratione in reliqua vita ſobrius fiet ille, quem à pueritia parentes ebrioſum efficiunt? adeò à teneris aſſueſcere multum eſt. Iam non domicilium iſtæ habebit roſas, ſed qualia Scarabæus conquirit.

Lilia cum carduo & Cruce.

Pietas in Deum.

Prælati hominibus Deo plac.

Patria omnibus anteponenda.

Educatio puerorum deprauatur à parentibus.

LINEA HVIVS FAMILIÆ.

INter Epitaphia Leopoli, in Ordine Prædicatorum, vidi Ioannis Siroſonſcij matrem de his Armis fuiſſe. In M. Duc. Lit. erant hæc Arma

H ente

ante Vnionem cum Regno Illuſtriſſ. Familiæ Sapieha, quapropter Arma Lis in medio ponuntur ab illis, in Capite verò tria hæc Lilia. De hoc apertè Iacobus Olſſowſki Societ. Ieſu, in Concione Chriſtophori Sapieha docuit, ſed apertius ex Priuilegijs Vnionis apparet, vbi dicitur: quod Nobiles M. Duc. Lit. Arma Regni Pol. in maius vinculum concordiæ, pacis & Vnionis aſſumebant. *Sapieha.*

LELIE ſiue LILIE, tertiò Appellata WIERZBNA.



DELINEATIO.

Lilia cum ſtatua & Sagitta. IN Scuto quadrato ſunt Lilia ſex, in duos ordines per terna diſpoſita, & ſupra Galeam eſt Columna Sagitta transfixa. Alij verò in eodem Scuto ponunt ſupra Lilia Columnā prædictam cum Sagitta, & ſupra Galeam ponunt tres pennas Strutij. *Wierzbna:* Hunc modum ponit *Papr. in Nido virtutum, fol.* 1117. Superiorem verò ponit *Bielſcius fol.* 403. Sed ſeipſum correxit *Papr. in ſecundo opere.*

ORIGO.

EX Sileſia à Comitibus in Wierzbno in Regnum illata fuerunt ab antiquis tēporibus, *vt Papr. in Nido virt. refert.* ſed quomodo acquiſita non meminit. Ex Lilijs tamen conſtat, ex Gallia originem primitus habuiſſe, quorum primæuus fortiter contra hoſtem agendo, vt murus ſagittis ſeſe oppoſuit. *De his Albertus Strepa.*

FLOS

FLOS REGIVS.

NOn ſine graui animaduerſione Lilia flos Regius nuncupantur. Taceo Poëtarum figmenta, qui dicunt Lilia nata fuiſſe ex lacte Deæ Iunonis, taceo quod Lilia inuiſa ſunt Veneri, ſed hoc ſingulare in Lilijs animaduerto, quod tanta proceritate ſuper flores alios attollitur, vt ad tria interdum cubita ſurrigatur: à Regia igitur, qua præſtant celſitudine, præter odorem & colorem, florem Regium Lilia efferre licebit, ſed à fortiori procedere liceat. Regius flos Lilia ſunt hæc, quia Columna quæ Sagitta transferitur, lilijs appoſita, Regium & inæſtimabilem Virum commonſtrat, qui ſuauiſsimum Patriæ odorem, grauiſsimum hoſti terrorem continuò afferat. Chaſtellierorum familia in Aremoricis defert tale inſigne, *inquit Petraſanta.* Lilium in parma, ſubtus quatuor nummos biſantinos, & ſupra hæc omnia, eſt manus erectum digitum ad ſydera habens. Credo tali geſtu innuit. Quid dicitis? Quis ſum? quis fortior? apparet hunc quondam fuiſſe Turcarum ſtragem & liberatorem Chriſtianorum. Sed quicquid ſit, Lilia ſex Columna lapidea, Sagitta perfodiens, ſuperabit hæc omnia, meritò igitur florem Regium Arma hæc nuncupabo. Sequitur enim hæc claritas poſſeſſorem ſuum, quocunque perrexerit, & vbicunque conſtiterit ſecum erit, nunquam enim deſinet clarus eſſe, qui in prælijs clarus fuit. Te clariſsima Familia hoc meo affectu perſtringo, age quæ te agere non pœniteat, age quæ Deus videat, age vt videntes te animentur & laudent. Video inter Nobiles Florentinos Arma, Leo tenet pedibus anterioribus Lunam, & familia quæ his Armis vtitur, nuucupatur BONA DIES. Optima certè dies eſt, ſi pectore Leonino vir præſens eſt Deo ſuo cum conſcientia. Tu igitur ea age, quæ conſcientiam tuam decent, & diem ſemper, noctem nunquam videbis, nec habebis.

Lilia flos Regius.

Lilium cum nummis biſantinis.

Leo Lunam tenet.

LILIA PVRPVREA.

HOnorabo vos tanto titulo, ne dum ob purpuram regalem Chriſtianiſsimi Regis Galliarum, à quibus originaliter veſtra arma ſunt. ſed quia ipſa merita ſuperaddita meritis maiorum, & imaginibus à Succeſſoribus eorum, & vobis, ad hoc me compellunt. Habet *Dempſterus de antiquitatibus Rom, l.* 10. *cap.* 16. quod inter munitiones validas vrbium, & Caſtrorum lilia in vallis, & circa muros ponebantur. Erat autem ferrum, ad ſimilitudinem liliorum præacutum in ſummo, ex ſtipite proueniens, obductum virgultis, & contectum viminibus, florem repræſentabat liliorum nondum apertorum. Quod ſi quis hoſtium in vallum deciderit, lilia purpurea reddebat; ſi verò ſecurè tranſierit, lilijs purpureis meritò coronandus fuerat.

fuerat. Hinc *Pier. Valer. in hierog. lib. 55. cap. 9. dixit:* Vt verò coronam noſtram elegantiùs contexamus, purpureis aderunt lilia miſta roſis. In his illuſtribus gentilitijs veſtris, dum video lilia & columnam petream transfixam ſagittâ, facilè venit in mentem de vobis id aſſerere, quòd Virtute duce, & comite fortuna, omnes cuneos hoſtium, omnia ſpicula, diuerſaque ferrea cacumina ſuperaſtis, deuiciſtis, aut mori pro patria, legibus, & libertate non dubitaſtis. Hinc pro Regibus obſides honoratiſsimi, pro patria purpurei effecti, præſidium ſingulare illius admiramini. Lilijs pro armis qui vtebantur, magna encomia illis Senatus, populusq; exinde tribuebat: Adnotauit in ſuo theatro impreſſarum Ioannes Ferus. Subſcribebant, inquit, lilijs magnanima, & magnifica, qualia ſunt. Semper inclyta virtus. Tu Marcellus eris. Redolet & ſanat. Placet ſuperis. Quod ſi ipſis lilijs tanti tituli adſcripti erant, quid ſi lilijs adiuncta fuiſſet columna lapidea, quam aliquis virorum vnico ictu ſagittæ transfudiſſet, quæ & quanta elogia, quæ & qualia encomia illi non tribuiſſent? Dicerent fortè; Tu lætitia ipſa, tu honorificentia populi noſtri, tu protector, liberator, & quidam Deus. Ego vos hoc vno decorabo. Purpurea lilia eſtis.

Liliorum armorum encomia.

Ergo feliciter viuite, Nam noſtra
Sic vota currunt Pegaſeo ocyus
Torrente, Diui pergite Cælites
Fauere, ſublimis triumphet
Actio Sarmaticas per oras.

LINEA FAMILIÆ LILIORVM, ſeu WIERZBNA.

MIchael Comes de Wierzbna, Vir magnæ authoritatis in Regno, & magnis viris comparabilis. Eius filium Sendiuogius de Subino, cum filio de Melſtin, in Hungariam ſecum aſſumpſerat, vt obſides fierent pro Heduigi Regina Poloniæ futura. De quo Albertus Strepa. Modico poſt interuallo temporis D. Sendiuogius de Subino, aſſociatis ſibi quorundam procerum filijs, videlicet Michaelis Comitis de Wierzbna, Ioannem fratrem Iaſkonis Patruelem de Melſtyn, iniuit Hungariam ad ſupplicandum Reginæ, vt Heduigim filiam ſuam verſus Poloniam in Reginam Poloniæ mitteret coronandam, offerens in obſides iuuenes prædictos.

Rydzinſki. Rydzenſcij, *ſeu vt* Bielſc. notat *Rydzinſcij. Viri bello, & caſtris excellentes, ſucceſſores Comitum de Wierzbna. Ioannes magnanimi pectoris, & æternæ famæ. Hic in bello ad Choyniciam* 1454. *primum impetum hoſtilem fortiter repreſſit, & Principem Zeganenſem proſtrauit, ſed cùm loci improportionati ad bellum Mars hoſti campum retuliſſet, ibidem cum Cancellario Regni alijſq; primoribus, mortem felicem, & famam perpetuam*

petuam obtinuit. Bielſc. lib. 4. fol. 403. *Andreas Rydzinſki de Wierzbna qui ſubſcripſit Electionem VLADISLAI IV. ex Palatinatu Poſnanienſi. Gloriâ decorandus. Nam & Deus eos qui ſibi corde puro ſeruiunt, gloriâ decorat incredibili.*

Pawlowſcij, *in Poſnanienſi Palatinatu, plurimos Pawlouſcios in Caſtris, & in Comitijs particularibus videmus, qui vt diuerſorum armorum, ita diuerſis virtutibus reſplendent, omnes tamen ſtrenuos milites eſſe deſidero, vel ſpirituales vel Caſtrenſes. Beatus enim eſt, qui tanquam ſtrenuus miles Regni theſaurum, id eſt, corpus atq; animam ſuam ſine reprehenſione conſeruat in Domino.* Militia duplex.

LELIWA



DELINEATIO.

EST Stella aurea ſex rutilans radijs intra cornua ſemilunij, in campo cæleſtini coloris, & in caſside eadem ipſa interlunaris ſtella caudæ pauonis inſerta intra campum coloris ſimilis. Nec velim moueatur circumſpectus lector, quod ſanguinei campi nullam poſuerim mentionem, vt per hoc diſtincta Leliuitarum appareant arma, ſicut Orichouius fortè voluit. Mihi quidem intentio eſt, inſignia Leliuitarum in Regno Poloniæ obſeruata delineare. Quæ quoniam ſolo cæleſtino colore & campo ab omnibus inſignita manent, nullo modo arma hæc diuerſa, ſed eadem in Regno fuerunt, eiuſdemque delineationis ſunt.

 ORIGO.

ORIGO.

ORichouius in Regno acquiſita fuiſſe contendit, cui & idioma Leliua, quod fortè Sclauonicum eſt, ſuffragatur. Sed antiqua referunt Priuilegia Leliuitarum, quod arma gentilicia prædicta à partibus Rheni originem habeant. Eſt namq́ue ad initia profluentis Caſtrum antiquiſsimum Luna cum Stella vocatum, Sclauis Leliwa Germanis Monſtern dictum, quod benè meritis, nobilibus qui pro inſigni ignile tunc deferebant, conceſſum fuerat. Qui depoſito antiquo ſtemmate, ſcilicet ignili lunam cum ſtella aſſumpſerunt. Ex his igitur Spicimirus dum per Sclauoniam à Rheno in Poloniæ Regnũ venit, ad Annum 1000. ſub Vladiſlao primo Rege, villam ex nomine ſuo fundatam Spicimir, Eccleſiæ Gneſnenſi adſcripſit. Meminit huius villæ *Crom. lib.* 5. nam in ea Archidiac. Gneſneñ. pro ipſo Archiepiſ. captus fuerat. Anno 1092. Ex hoc collige, quod Leliuitæ Hermani tẽpora anteceſſerunt. Quod verò *Longin. refert* Spicimirum, qui ex priſco deferebat Ignile, cum domo Polonorum quæ defectuoſam lunam cum ſtella deferebat ſe coniunxiſſe & vniuiſſe, in eo ad inferiora tempora reſpicit. Plurimi namq; ad Rhenum ignili vnico, alij tribus pro inſigni vtebantur, ſicut & nunc vtuntur in Bohemia & Sileſia, ſed iſti iam non ſunt Leliuitæ. Vnde Leliuitæ antiqui, qui vtebantur ignili, ſucceſſu temporis pro inſigni gentilicio detulerunt Lunam cum ſtella hi in Regnum Poloniæ à Rheno venerunt, & omnes eorundem ſunt armorum, quæ eiuſdem ſunt cæleſtini coloris, & campi, prout clariùs in Priuilegijs olim familiæ peruetuſtæ Morſtyniorum, à Regibus Ioanne Alberto, & Sigiſmundo primo datum, deducitur, quæ mihi exhibita legi, & recognoui. Quorum infra quoq́, in familia Morſtyniorum deducẽda, meminimus. Non igitur benè infertur Spicimirus qui ignile deferebat pro inſigni, vniuit ſe domo Leliuitarum, ergo hîc ſunt arma Leliua acquiſita, aut ſunt diuerſa arma, ſed porrò dices, ergo ſunt antiquiſsima arma, & quod non omnes ignili vtentes erant Leliuitæ. Hoc tibi concedimus gratis, nam & Domini de Lipno Ruſa ignili vtuntur, non tamen ſunt Leliuitæ. Idem de hoc Spicimiro primo dicendũ venit. Addidit autem Cæſarea Maieſtas ſplendorem Leliuitarum armis, Rudolph. 2. Imperat. ſemper Aug. qui pro Symbolo contra Machometanos, ſtellam illorum lunæ appoſuit, vt *Typot. refert.* Vnde arma Leliuitarum, & nobilitatis ſplendidiſſima inſignia, etiam Cæſareis triumphalibus ſignis, in honorem ceſſerunt.

ILLVSTRIOR EVADET.

MOtus in fine eſt velocior, *dicebat Ariſtotel.* Ego dum intueor veſtrum ô Leliuij progreſſum, video quod properaſtis dignitatibus, & honoribus veſtris, tanquam ad ſummam & quaſi vltimam

timam periodum gloriæ, & hoc tam in paleſtra ſuauis Mineruæ, quam in arena inuictæ Bellonæ. Quid cauſæ perfectò fuerit; ex geſtis quiſq; leget. Nimirum, vt illuſtris familia, illuſtrior euaſerit. Vincentius Mantuæ Dux Gonzaga, pro imagine mentis, & virtutis præcelſa, aſſumpſerat Lunam, inquit Petra ſanta in Symb. intra quam poſuit aduerbium SIC: Quid quæſo intelligendum commonſtrauit? An, ſic vos non vobis mellificatis apes? non enim hîc babemus manentem ciuitatem, & omnia quæ habemus, relinquemus, & fortè indignis & ingratis. An verò innuere voluit, ſic ibimus & vos ibitis, vt illi iuerunt: mutantur enim dies & anni cum luna. Vnde quidam ad horologium adſcripſit.

Si neſcis hoſpes, ſunt hic oracula Phœbi
Conſule, reſpondent hoc tibi. Diſce mori.

At crederem alio ſenſu à Duce Sapientiſsimo, hoc Aduerbium inſertum fuiſſe lunæ. Innuebat Sic illuſtrior euadam. Sic creſcam ſcilicet, Virtute, fortitudine, pietate, & amore in patriam & Deum. Veſtra hæc luna & ſtella, ſi interius inſpexeris, non aliud refert, niſi prædicti Ducis intentum. His familia veſtra illuſtrior euadet. Quis namq; non aſſeret libertate plenam Illuſtriſsimam Tarnouiorum familiam, quæ Moſchis, Tartaris, Pruſsis, &c. victricia trophæa eripiebat, & in Senatu maximè floret, & florebat. Quis Sieniauios conſilio graues, fortitudine excelſos, bello claros, non videt vnica ſpe ſolum fulciri? Quis Chlebouicios magnos in Republica, & terribiles hoſti patriæ ad tantam paucitatem redactos non miſeretur? Quid dicam de Mieleccijs, Granouijs, Pileccijs in Caſtris & Senatu quondã magnis ſyderibus. Non ſunt, ſed erunt. Hoc vnicũ ſemper luna veſtra creſcens & ſtella radians præſagit, nempe: Illuſtrior euadet. Quapropter hoc vobis remedij relinquo, quod Laurentius Medices Etruriæ Magnus Dux ſibi elegerat. Accepit in memoriale quotidianum tres plumas Strutionis, albam, viridem, rubeã, quibus addidit hoc lemma, SEMPER. Senſus erat, Semper fide, ſpe & charitate florebo. Optimum & ſanctum propoſitum. Nam fide placemus Deo, ſpe non confundimur, charitate vnimur. Pauo veſter, & illius plumæ, non aliud vobis innuunt. Non computreſcit caro pauonis, nec vos computreſcatis peccato. Oculos multiplices pauonis plumæ referunt, & vos videte Deum & conſcientiã ſæpius. Abigunt muſcas plumæ, abigite & vos occaſiones mali, & ſic illuſtriores euadetis. Sic Echo redibit.

Tempus erit (nec enim me fallunt omina) quando
Vos ſæui medio feruentem in turbine belli
Conuerſæ fugient acies, hoſtilia quando
Obuia quoq; metet infeſto corpora ferro.

Tempus

Tempus erit quando te rerum nuncia fama,
Præſtantemq́ animo & meritis ingentibus auctum
Deferet extremis alis plaudentibus oris.
Vos tantum Superi placidam concedite vitam
Atq́ ſuo ſemper vernantem flore iuuentam
Quod nobis ſtabili iam ſpondent numine Parcæ.

CONTINVA MERITORVM PRÆMIA.

QVametſi fælicitas humana in terris, tam maximè ſit fluxibilis, & caduca; vt *Gregor. Nazian. Orat.* 18. *dixerit:* Tutius creditur literis in aqua ſcriptis, quam felicitati humanæ. Hoc tamen aſſerere per neceſſarium erit, quod continua meritorum præmia, maximè debentur his, qui felices bello & Marte, felices iudicio, conſilio, veritate fuerunt. Illa namque ſunt diuturna, & robuſta, quæ prudentia incepit, cura cuſtodit; illa verò ſunt infirma & lethalia, quæ fraude, & calliditate aſſequuntur. Vnde *Liuius lib.* 35. Conſilia callida & audacia proterua, prima ſpecie ſunt læta, tractatu dura, euentu triſtia. Ego vobis ô Leliuij, continua meritorum præmia laudis, & maximi nominis ex his armis promitto. Rudolphus 2. Imperator ingruente Othomanico bello in Symbolum, Lunam cum ſtella aſſumpſerat, *inquit Typotius*, & ſubſcripſit. DEO SIC PLACVIT. Perquirebant primores rationem ſcripti, & dicebat: Illius immanitati meam humanitatem opponere. Hoc eſt, vitam & fortunam, & quicquid ſum & poſſum, id totũ Deo pro aris & focis effundam. Vos tali Symbolo adumbratos fuiſſe meritò dicam, ô Leliuij, quis namque ex vobis immanitati hoſtium ſuam non oppoſuit humanitatem? Quis vitam, ſubſtantiam, fortunam? Prodeat Echo è ſepulchro Comitum de Tarnow, quorum virtus quam præclare enituerit, multis deducunt Hiſtorici encomijs. Prodeat Echo fortiſsimorum Sieniawſciorum, qui etiam ad Iankermenias portas nomen ſuum, & famam multoties deduxerunt. Prodeat Echo Mielecciorum, Chlebouiciorum, Tyskieuiciorum, qui totum id quod vouebant, pro incolumitate patriæ & coronæ Regni, Moſcis, Turcis, Tartaris effundebant, offerebant. Ergo clariſsima Leliuitarum familia luceas, & ſplendeas, donec totum impleas orbem.

Age, viue, cælum te, aura, vita, ſæculum:
Et ſoſpitem diu, & beatam geſtitent.

LINEA FAMILIÆ LELIWA.

S*Picimirus, qui Gneſnenſi Eccleſiæ villam ex nomine ſuo dictam contulit ante annum* 1092. *De quo* Crom. lib. 5. *Hic à Rheno venit per*

Sclauo-

Selauoniam in Regnum Pol. quo Anno non eſt facile dicere, ſed ſi villam anno prænominato contulit ex nomine ſuo fundatam & appellatam, per neceſſum erit aduentum ipſius colligere poſt annum 1000. *Spicimirus ſucceſſor Spicimiri, quem Caſtell. fuiſſe Cracouień. aliqui adnotarunt. Fundauit caſtrum in Tarnow. Refert* Paprocius. ſub Leſcone nigro. 1287. *Ioannes Comes in Tarnow, & Melſstyn, filius Spicimiri Caſtell. Cracouień. Sereniſſimi Regis Caſimiri Magni, moderator & Regni gubernator, qui in Conuentu Vislicienſi plurima pro libertate nobilium & authoritate legum effecit. De quo* Dlugoſſ. 1333. Cromer. lib. 12. Bielſc. fol. 225. *Contra longo tempore durans Ruſſicum bellum Supremus militiæ Præfectus à Caſimiro miſſus, omnia paci reddidit, Ruſſiæ Duces deduxit, Prouincias Regno adiunxit.* Ita Orichouius in vita Tarnouij Magni 1347. & Starouolſcius inter Bellatores Sarmatiæ. *Reliquit filios Spitkonem, & Ioannem. Raphael frater Ioannis Comitis de Tarnow Caſtell. Vislicienſis, qui vnà cum fratre effecit in Comitijs Vislicienſibus pro Republica quæ vſque in præſens laudabiliter perſeuerant. Reliquit filium Ioannem Caſtellanum Sandomirienſem, horum bona erant Rzemień. Zochow. &c. Cuius filius Raphael cum Ediga pugnando occubuit cum Spitkone. Spitko filius primus Ioannis Comitis in Tarnow, Comes in Melſstyn, Rabſstyn, & Kniaz Tetrarcha Podoliæ, Sileſiæ gubernator, Anno ætatis* 18. *Palatinus Cracouienſis, demum exercituum Dux, contra Tamerlanum pluries feliciſſimè, cum Viteldo pugnauit. Liberam electionem Regis poſt Ludouicū, Heduigim in Reginam eligendo mirificè confirmauit, eam Electo Regi Iagelloni in coniugem, & Reginam deduxit, reddidit, Vnionem M. D. Lituaniæ cum Regno ſummoperè procurauit. Fines Regni à Sileſia mirificè defendit, contra Edigam pugnando ad fluuium Solam ne formidabiliter recederet, maluit glorioſè mori, & occumbere* 1398. *Eius coniunx poſt mortem facta eſt conſors Ducis Monſterbergenſis, vt* Dlugoſſ. ſub Anno 1420. *meminit. Filiam autem ipſius Heduigim, Bernardus Dux Opolienſis, ex ſorore Ludouici Regis Poloniæ & Hungariæ filius, in coniugij Sacramentum aſſumpſit. Ab iſto Spitkone proceſſerunt Melſstynſcij, ob diuiſionem bonorum Melſstyn à Tarnow. De quorum vno* Crom. lib. 15. Melſztynſki. *Ioannes Melſtinius Palatinus Cracouienſis, ac Dominus inferioris Ruſſiæ, ſiue Podoliæ, quam ei Vladislaus donarat. Et* lib. 12. idem Cromerus. *Poſt mortem Vladislai, filio Regis datus eſt iuuenilium conſiliorum moderator Iaſcus, ſiue Ioannes Melſstynius Caſtellanus Cracouienſis, vir grauis & prudens, atq; Reipublicæ amans. Et* Longinus de illo. *Iaſco de Melſstyn Caſtellanus Cracouienſis, vir frui, induſtrius, & in Republica Magni & experti zeli, in gubernatorem illi adiunctus, ex cuius ſententia & ordinatione, adminiſtratio totius Regni ſalubriter dirigebatur, cuius quoq; prouidentia magnæ opes breui congeſtæ, & ærarium locupletatum. Vixit*

circa Annum 1333. *erexit Iaroſlauienſem ciuitatem, nunc Eccleſijs, religionibus, ædificio, & nundinis generalibus celeberrimam. Spitkonis Melſtinij pacis turbatoris ad Corcinum.* Crom. l. 21 meminit ſub Anno 1439. *Ioannes Comes in Tarnow, Spitkonis Palatini Cracouienſis germanus, Palatinus Sendomirienſis, poſt deceſſum fratris in bello, Palatinus Cracouień. fuit. Vir magni conſilij, & ſummæ authoritatis, ſicut eorum cum fratre digniſſimi pro libertate Reipub. actus teſtantur. Plurima iſte erexit pro defenſione Regni & dignitate, oppida, caſtra, monaſteria, & omnia muro latericio firmauit, præcipuè in Tarnow, Przeworſko, Iaroſlaw. Reliquit duos filios, Spitkonem qui foris & domi, pacis & belli tempore magna pro Repub. & patria fecit, cogitauit, voluit. Ad Bardiouiam Hungaricas copias profligauit, Podgoriam à Sigiſmundo Rege defendit. Refert* Dlugoſſus, ſub Anno 1411. Crom. lib. 17. *Pugnauit cum Cruciferis in Pruſſia, cum Tartaris in confinibus, nec vllam expeditionem bellicam neglexit. Reliquit duos filios, Ioannem Palatinum Sendomirienſem, & Raphaelem Caſtellanum Voynicenſem, & Generalem Ruſſiæ. Ab iſtis Iaroſlawſcij a Tarnow proceſſerunt, ob diuiſionem bonorum inter ſe Iaroſlaw cum Przeworſko, & alij Tarnowſcij Comites in Tarnow remanſerunt.*

Iaroſlawſcij. *Ex his Iaroslawſcijs à Tarnow Comitibus Spitkonem Palat. Sendomir. Capit. Leopol. & fratrem illius germanum Raphaelem Caſtell. & Capit. Sendomir. Marſchalc. Regni ſupremum, refert Priuilegium fundationis Eccleſiæ Omnium SS. Cracouiæ, ſub Anno* 1391. *Ioannem verò à Tarnow Palat. Sendomir. Capit. Ruſſiæ de Iaroslaw, referunt priuilegia Conuentus Sepulchri Dominici Preuorſciæ, vbi & aliquot Epitaphia Dominorum in Iaroſlaw, & hæredum in Przeuorſko cernuntur. Durauit Iaroſlawſciorum familia ad Sigiſmundum primum. Ibi Spitko Iaroſlawſki Caſtell. Cracouień. vnicam filiam reliquit Annam Ioannis Odrouaz Palatini Ruſſiæ conſortem, cum qua & bona Iaroſlaw tranſierunt. Ioannes Validus frater germanus Spitkonis, quem modo retulimus, eijſdem titulis, honoribus, in Caſtris & bello, cum fratre honoratus, pro meritis celſis accepit præmia Palat. Cracouienſem, demum Caſtell. Cracouień. In bello Grunualdico Supremum exercituum Ducem, dum ageret* 50. *millia Cruciferorum cæſa reliquit, vires illorum & arces ademit. Helbiagum vbi pro remunerato labore à Rege obtinuit, & copiam auri & argenti ibi reperit, fidelis Regi Senator nec auidus bonorum, centum vaſa argentea, centum aurea Vladislao Regi,* vt Dlugoſſus Anno 1429 refert, *remiſit. Vnionem incboatam per ſuos maiores ad perfectionem deduxit. Vitoldi intentum de ſubleuatione ſui in Regem Lithuanorum in Conuentu Luceorienſi diſſoluit. Primus in Chrodlenſi congreſſu ad ſua inſignia Monuidum Palat. Vilneń. ſuſcepit. Cruciferis multoties pacem obtulit ad Vielunum, & Mielnum, cum Hungaris ad Keſmarkum fœdera pacis firmauit.*

uit. Domeſticos tumultus inter primores pacificè ſedauit. De quo Cromer. lib. 19. Stricouius fol. 560. Dlugoſſ. 1413 Anno. *Quid dicam de Suidrigalo, quanta contra ipſum pro Regno fecit? Quid dicam de autoritate eius, & dexteritate in Comitiis in Iedlna, & Warka Anno 1423. 1430. ſed hæc Hiſtorici referunt. Tenuit matrimonij vinculum cum Comitiſſa de Szternberg, Cancellarij Bohemiæ filia, cuius ſoror erat Georgij Bohemiæ Regis conſors & Regina. Reliquit quinque filios, & omnes Ioannes. Ioannem Maiorem, Ioannem Gratum, Ioannem Raphaelem, Ioannem Fælicem, & Ioannem Amor. Ioannes Maior, & Ioannes Gratus germani fratres totam vitam conſecrarunt Regi, & Deo. Nam toto tempore in Hungaria, in Bulgaria, in Thracia pro Vladislao Iagellonide pugnarunt contra Turcas, quos annales Hungariæ magnificè extollunt,* vt Bonfinius Decad. 3. lib: 6. & Callimachus de geſtis Vladiſl. Regis. *Occubuerunt ſub Varna, cum eodem Sereniſſ. Rege. Ioannes Raphael Comes in Tarnow, qui ſpreto faſtu mundano Regi Regum obſequia detulit, & Canonicus Cracouienſis creatus, nullam dignitatem vel Senatoriam ſuſcepit. Fundauit in Tarnow, Patres Bernardinos, vbi etiam & ſepultus quieſcit. Ioannes Fælix Comes in Tarnow, Palatinus Lublineń. Hic tam fæliciter hoc nomine donatus fuit, vt vſq; in præſens, ex illo deſcendens familia ſuperuiuat. Hic cum Caſimiro Rege Pruſſiam ſubegit Regno. Ad Choyniciam infæliciter pugnando, dum ex aduerſa pugna cedit, in captiuitatem deuenit, & Mariæburgum deductus, vitam certa ſumma pecuniaria redemit. Fundauit Canonicos in Tarnow munificentiſſimè, cum Oleſnicka reliquit filium Ioannem, cognomento Szram. Ioannes Amor Comes in Tarnow, Caſtell. & Generalis Cracouień. deduxit magnas cohortes proprio ſumptu contra Cruciferos. Cauſam flebilem occiſionis Andreæ Tęczynſki promouit, Legatus ad Regem Bohemiæ Georgium à Caſimiro effecit, vt Glogouiam veniret, & pacem componeret. Principi Vladislao coronam Regni Bohemiæ ab Ordinibus Bohemici Regni detulit. Stephanum potentem bello Valachicum Principem, ad reddendum homagium Poloniæ Regi perduxit. Referunt plurima de illo notatu digniſſima plena amoris & honoris patriæ* Crom. lib. 12. 24. 27. Bielſc. lib. 4. Dlugoſſ. ſub Anno 1461. 1462. 69. *Tenuit matrimonium cum Catharina de Goray Marſchalci Regni filia. Demùm conſortem habuit Barbaram de Roznow, Zauiſſij Nigri Capit. Scepuſienſis neptem, ſepultus Tarnouiæ. Reliquit tres filios, Ioannem Alexandrum Comitem in Tarnow, qui vitam militarem in gloriam perennem aſſumendo, obijt in Valachia clade Bucouiana. Ioannem Comitem in Tarnow, Palat. Sendomir. Capit. Vielunenſem, qui imperantibus Regibus Adalberto, Alexandro, & Sigiſmundo, armis, prudentia, fortitudine præſens ſemper, abſens nunquam fuit, quapropter magnis honoribus & titulis auctus fuit. Sterilis*

 deceſſit,

deceſſit, ſed gloria floreſcit, ſepultus Tarnouiæ. Habuit in conſortem Kurozuęſka, Palatini Sandomirienſis filiam.

Ioannem A M O R Comitem in Tarnow, Caſtellanum Cracouienſem, Ducem Exercituum, Sandomirienſem, Strienſem, Lubacouienſem Capitaneum. Et hic fuit ſecundus Ioannes Amor, non ſolùm ſecundus numero, ſed ſecundus omni fauente fortuna. Beatus enim ille, quem adhuc in vita viri magni prædicant & laudant. De illo Paulus Iouius Hiſt. 40. Erat militaris diſciplinæ peritia, & conſilij grauitate antiquis Ducibus æquandus. Et Stanisl. Orichouius in Oratione Funeb. Sigiſ. Regis. Tantum virtute profecit, vt non ſolùm noſtros Imperatores omnes, ſed etiam illos veteres externos, Scipiones, Marios, ac Maximos bellica laude adæquauit. Tanti amoris & honoris fuit in Repub. & apud omnes Ordines, vt illi Contributionem Generalem, Cracouiam venienti ſponte obtulerint. Portugalia eum ſibi Admiralem eligebat. Hungari & Bohemi exercituum Ducem ſibi poſcebant. Lege Starouolſcij Bellatores, Num. 104. Deduxit trophæa ad Orſam de Moſchis, in Luſitania de Mauris, in Hungaria de Turcis, in Ruſſia ad Komarno de Tartaris, in Valachia de Petrylo Moldauiæ Palat. ad Grozdum, vbi ſex millia hoſtium cæſa, & ad Obertinum, vbi 26. millia cæſa fuerunt & diſperſa. Mille captiuos deduxit, caſtra diſrupit, quinquaginta tormenta bellica recepit, Pocutiam Regno reſtituit, reddere homagium Regi Petrilum coegit. Quod clariſſimè aſſeruerunt, Samuel Macieiouius Epiſcopus Cracou: in Oratione Funebr. Sigiſmundi I. Et Padnieuius Epiſc. Cracou: in Elogiis Illuſtriſſ. virorum. Cæterum quæ ipſius gloria erit de expeditionibus Moſchouiticis, dum ad Chomel, Starodubum, Suiſcium, Koluczum, Owczynam, nedum paruo exercitu fudit, ſed in captiuitatem deduxit. De quo Vapouius, Sarnicius lib: 7. Guagninus, Bielſ. fol. 263. Tantus erat vir bello, vt cum maior eſſet multo numerus obſeſſorum quam obſidentium, vicit tamen obſidentes. Maximum rebellionis tumultum Sigiſ. I. tempore ad Leopolim ſedauit, 1537. De quo & Orichou. in Annalib. 1548. & Bielſc. lib: 5. Petricouienſem Conuentum peſtem Regni 1552. Anno complanauit. Quapropter in Paneg. Tarnouiano meritò de illo Orichouius, quod apud Polonos meruerit Pater Patriæ, & oraculũ ciuitatis nominari. Habuit duas coniuges, Barbaram Comitis de Tęczyn Palat. Ruſſ. filiam, ex qua ſuſceperat Ioannem Canonicum Cracouień. Altera coniunx Sophia Comitis de Szydłowiec Caſtell. Cracou: filia, ex qua ſuſceperat Ioannem Chriſtophorum Caſtell. Voynicenſem, qui habuit Annam Comitiſſam Odrouanſonis filiam, quam progenuerat Ducіſſa Maſouiæ, ſed ſteriliter decedendo, reliquit omnia & innumera bona ſorori ſuæ coniugi Ducis in Oſtrog Conſtantini 1485. Tanto viro in Tarnow depoſito, tale Epitaphium pulchro Mauſolæo erecto adſcriptum:

Illuſtri

Illuſtri & Magnifico D. Domino Ioanni Comiti in Tarnow, Caſtellano Cracouienſi, Exercituum Regni Poloniæ Supremo Duci, ac Sendomirien. Lubacouien. Capit. Viro in conſultando prudentiſsimo, in bellando fortiſsimo. Qui cum regiones longinquas peregrinando ſepulchrum Domini adijſſet, & Regis Luſitaniæ copias contra Mauros maxima cum laude duxiſſet, domique & in pace, prudentia, grauitate, doctrina, integritate, iurisperitia, iuſtitia, liberalitate, vrbanitate, facundia, & ſumma in omnes humanitate. Et in bello Moſchouitico & Valachico, Nam ad Obertinum ſex millibus hominum, 26. millia Dacorum conflixit, ſeptem ſigna bellica, viginti ſex machinas bellicas in Poloniam reduxit. Mira fortitudine, & ſcientia rei militaris, alijſq; ampliſsimis viitut. & rebus geſtis cumulatiſsimus claruit. Vitam hanc fragilẽ exactis 75 annis in ſancta Catholica fide cõpleuit.

Ioannes cognomento Szram, Comes de Tarnow, in Rzemien, Zochow, Wielowies hæres, Belzenſis, Lublinenſis, poſtmodum Cracouienſis Palatinus, filius Ioannis Fælicis Palatini Lublinenſis. Ille cum Sereniſſimo Rege Caſimiro interfuit dum Stephanus Valachiæ Voda iuramentum fidelitatis reddebat. Regnante Adalberto & Alexandro, edidit fortitudinis ſuæ, atq; prudentiæ non immodica indicia, Sigiſmundum Regem in Coronam Regni electum ordinum diſpoſitione deduxit. Cum Ligezianka ſuſcepit filios tres Ioannem, Stanislaum, & Spitkonem. Sepultus in Zochow. Meminit illius Bielſc. lib. 5. Vapouius in hiſt. Stric. lib. 23. *Ioannes filius Szrami Caſtell. Sadecenſis, poſt bellica incommoda, & trophæa celebrato matrimonio filiam reliquit, quæ Tarlo nupta retulit in domum eorum bona Krzyſka. Stanislaus alter filius Szrami, maximi & heroici animi Vir, vna cum Pieniazek Caualiere, in expeditionibus plurimis ſummæ tentauit, effecit. Cum Catharina Caſtell. Cracouienſis Firlei filia, reliquit Ioannem Amor & Adalbertum. Ioannes Amor filius nominatus, hic tyrocinia iuuentutis in aula Rudolphi Imperatoris ſumma cum laude familiæ Tarnouiorum, exercuit. Vbi vero in patriam redijt, ſine omni ambitione & reſpectu præmiorum prompta reddidit patriæ obſequia. Ex Eliſabeth Zborowſka Caſtellani Cracouienſis filia, reliquit duos filios, Martinum Amor, & Ioannem Gratum, ſed à Martino Amor derelicta poſteritas Ioannes & Martianus ſteriles deceſſerunt. Ioannis Gratus poſteritas remanſit vt mox dicemus. Albertus alter filius Stanislai, reliquerat filium Stanislaum hæredem in Rzemien, qui coniugi ſuæ Sophiæ de Mielec Caſtell. Cracouień. filiæ donauit bona Rzemien, & inſcripſit. Eorum Epitaphia in Zochow. Ioannes Gratus Ioannis Amor modo nominati filius, Comes de Tarnow, Caſtellanus Zarnouienſis. Hic omni vitæ curſu miles, Rothmagiſter cohortum, & legionum dux fuit. Ad Pſcouiã Stephano Rege ſpectante impetum, vita & fortuna poſtpoſita, militari & heroico*

hæroico animo confecit, contra Tartaros ad Cecoram & Orininum, contra Turcas & Valachos ad Telezinum, contra Coſacos rebelles cum Naleraiko Regi, acriter pugnauit, nullam occaſionem ad patriæ Regni Regiſq; defenſionem intermiſit, effuſum amorem gratitudine promerebatur. Reliquit ex Anna Korniachty filia, Alexandrum Gratus Capitaneum Zarnouiccenſem, Reipublicæ dignum Virum, qui cum Marianna de Nadol tenet Sacramentum matrimonij, & Ioannem Raphaelem maiorum ſuorum merita, laudes & fortunas ſuſtinere deſiderantem. Filiæ illius, Heliſabeth Pauli Sienienſcij Caſtellanidis Lublineń. conſors, Euphroſina Georgij Ducis in Wiſniowiec olim conſors, nunc derelicta vidua, ſolum Deum ſequitur, ſola relicta cum prole Wiſnieuiciana. Spitek Comes in Tarnow, Palatinus Sieradienſis, Ioannis Palatini Cracouienſis filius, germanus verò Ioannis & Stanislai. Hic cum Patruo ſuo in Rokos, ad Leopolim periclitanti Reipub. ſuccurrit. Per annos 20 continuus ad Sigiſmundum primum Sereniſſimum Regem. Auguſtum Regem viuente parente in Regem promouit, & coronandum perſuaſit. Tempore ingentis peſtis totam curiam Regalem cum Sereniſſimo Sigiſmundo primo, Sigiſmundo Auguſto cum Regina Bona & Eliſabeth, cum Principiſſis Regni Anna, Catharina, Sophia & Regina Hungariæ Iſabella ac filio ipſius Ioanne, in Wielouies magnificè per dies plurimos retinuit. Extant horum ſcripturæ in Eccleſia ibidem 1543. Reliquit ex Comitiſſa de Szydłowiec Barbara filium Stanislaum Palatinum Sendomirienſem. Obijt Spitko Palatinus Sieradienſis, Oſtreſſouienſis, Krzepicienſis. Boleſlauień. Brzeznniceń. Krzeſouień. Capitaneus 1557. Sepultus in Wielowies vbi apparent antiquitatis indicia & encomia. Stanislaus Spitkonis nominati filius, multas peregrinationes cum maximo ſumptu peregit, Viſitauit ſepulchrum Domini, Montem Sinai, cum ſcitu Baſſæ Kayrienſis, & Solomani Soltani. Qui vt redijt de Peregrinatione ſancta, Conuentum Parcouienſem vná cum fratre ex patruo Ioanne Chriſtophoro Caſtell. Voinicenſi diſcerpſit, quæ poſt modum cauſa in Conuentu Lublineń. deſideratum Reipub. finem accepit. Sepultus in Chobrze, ad fluuium Nida 1568. Reliquit filium Stanislaum. Stanislaus Stanislai Caſtell. Sendomirień. Comes de Tarnow, magnæ bonitatis, virtutis, liberalitatis, ſinceritatis Vir, maximo ſplendore Henricum Regem recepit & introduxit in Regnum, atq; innumeroſa legione militum. Poſt diſceſſum Henrici prudentia ſumma vſus, cum Ioanne Zamoyſcio, termini fælicioris progreſſum obſeruandum ſtuduit. In Moſchouia cum Sereniſſimo Stephano ad Pſcouiam pugnauit. In Orinino contra Tartaros licet ob ætatem debilis præſens cum coborte numeroſa militum adfuit. Sepultus in Vielouies 1618. Reliquit filios quinque. Ioannes Comes de Tarnow, filius prænominati Stanislai contra Michaelem in Valachia, contra Carolum in Liuonia, & in quacunq; occaſione promptus, alacer, & infatigabilis

gabilis

gabilis propugnator patriæ. Tandem multis fractus trophæis anno ætatis 32. cum ſummo dolore militum in Caſtris Liuonicis ad Volmarum ad cæleſtia vocatus abijt. Stanislaus, dum iuuentutem literis, alter filius virtutibus adornat vt patriæ feliciius proficere valeat, Senæ veteri deceſſit. Ioachimus tertius filius, Comes de Tarnow, Palatinus, & Capitaneus Vendenſis, poſt Parnauienſem. Hic continuus pro patria in ſago tam in Valachia quàm in Liuonia & quacunq; expeditione. In bello ad Veiſenſtein in Liuonia vita priuato Vexillifero attulit in caſtra vexillum. Declarauit multoties animi ſtrenuitatem, fortitudinis agilitatem, audaciæ prudentiam, prudentiæ ſingularitatem. Nunquam etenim Tarnouia domus receſſit è prælio ſine tropheo & victoria. Celebrauit matrimonium, quod Deus ſecundet ex alta illuminatione fidei ſacræ cum Anna Firleiowna, ex qua ſuſcepit filium Theodorum Carolum, Krepicienſem, Kłobucenſem Zizmorſcenſem Capitaneum, qui cum Eliſabeth Podhereſka Marſchalci Bracłauicń. filia, quæ ante erat conſors Monuidi Doroſtayſki Pincernæ M. D. Litu matrimonium ſuſcepit, etiam prædictus Ioachimus Comes de Tarnow, & filiam Theodoram Caſimiri Leonis Sapieha M. D. Lit. Marſchalci coniugem. Gabriel Comes de Tarnow in Zborow, Generalis & Capit. Cracouicń. quartus filius: Erat Iuſtitiæ & indiciorum amans, & obſeruator, cum Catharina Varſzycka tenuit matrimonium, ſed mors tantam ſpem familiæ cito ſubripuit. Sepultus Cracouiæ in Capella Sereniſſimi Stephani Regis. Michael Comes de Tarnow, à iuuentute & diſpoſita ad Reipub. negotia in caſtris & Comitijs negotia, ſemper vigil & promptus, quod Ioannes Innocentius Petricius de bello Turcico deſcripſit. Tempore Interregni poſt Sigiſm. tertium Sereniſſimum Regem Palatinatus Sendomiricń. ei totam commiſit Prouinciam, tam pacis quam regiminis Comitiorum negotia, Regiæ Maieſtatis honorem & authoritatem obſeruat & reueretur. Ceciliam Renatam Sereniſſimi & Inuictiſſ. VLADISLAI IV. Reginam, Cracouiam deduxit. Celebrauit matrimonium cum Anna filia Cobor Groſſ, Emerici S. R. I. Senat. & Conſiliarij, quæ prius erat conſors Stanislai Turza Conte in Bethlen falu, vltimi de hac familia in Regno Vngarico. Defert pro inſigni gentilicio lunam cum ſtella. Suſcepit ex illa filiam & filium Petrum Paulum Comitem de Tarnow, cui Dominus ſua benedictione faueat, & gratia ſingulari præſto adeſſe dignetur. Reliquit & filias tres prænominatus Stanislaus, Sophiam Lanckoronſcij primùm, deinde Staniſławſcij conſortem, Barbaram Ioannis Zamoyſcij Cancellarij & Supremi Exercituum Regni Ducis coniugem, & Heduigim quæ erat Iacobi Potocki Palatini Bracłauienſis, Generalis Podoliæ conſors.

Bodzanta *Polonus, Archiepiſc. Gneſn. eiſdem armis vtebatur, qui dum Chriſti fonte tinxit Iagellonem Regem Pol. ſemota ſtella à luna, poſuit ſalutarem crucem.* De hoc Ianicius. Bodzantá

Tempore

Tempore Bodzantæ Chriſti ſe fonte Iagello
Tingit, Lechiaci ſceptra capitq́ue ſoli
Cætera ſi deſint erit hoc memorabilis vno
Lituanis veram quod dedit ille fidem.

Granowſcij, *in Maiori Polonia maximè illuſtres ex factis & coniunctione cum familiis. Hi ex bonis inter ſe diuiſis, & variis coniunctionibus ac obentis in dote bonis Pilecij Sieniawſcij, Spławſcij, Brozdowſcij, &c. nuncupati fuerunt. Raphael Granowſki, Dux exercituum & Marſchalcus Regni, Capitaneus Sendomirień. vt Geneal. Sieniawſ.* N. *Granowſki, habuit tres filios, Vincentium, Raphaelem, & Demetriū. Vnde parens Granowſcij, cuius ſoror Lubrańſcio iuncta in matrimonium circa annum* 1280. *& auus illius circa annum* 1230. *fuit. Vincentius Granowſki, Generalis Maioris Pol. & Capit. anno* 1341, vt Bielſc. *ex Tarnowſka hærede in Tarnow, circa annum* 1370. *ſuſcepit filium Vincentium, Caſtell. Nakielſceń. de quo* Bielſc. lib. 3. fol. 289. *qui filiam Othonis Palat. Sendomirień. de Pilca Pilecki, Armorum Topor, in coniugem acceperat hæredisſam, propter quam & Pileccius vocatus fuit, vnde Pileccij diuerſorum armorum, alij armorum Starza Topor, poſtquam à Tarnouijs, Leliuijs deuolata arx Pileccia ad illos fuit, & armorum iterum Leliua à Granouijs, ob coniunctionem cum Pileccijs armorum Topor, cum quo reliquit filium Ioannem.* Vide Cromer. lib. 12. Papr. in Stem. fol. 382. *Quo fatis ſublato, erat poſtmodum coniunx Vladislai Iagel. ordine tertia, vnde tertio ſponſa fuit, primo Ducis Teſzneń. poſt Granouij, tertio Vladislai, nec igitur mirum ſenio confectam fuiſſe. Ioannes Granowſki, Vincentij filius, Comes in Pilca. Hanc namq́ gratiam filio & honorem obtinuerat à Rege mater, exinde Granowſcij, Pileccij, & Comites in Pilca.* Vide Cromerum vt ſuprà, Bielſc. lib. 3. fol. 316. Papr. loco nominato. *Ioannes filius eius, Palat. Sendomirień,* 1450. *cui Epitaphium poſuit Sophia Armorum Topor in Pilca. Vbi Pileccij aliàs Granowſcij etiam nominantur, Ioannes Capit. Lublineń. & Parcouień. & Stanislaus Capitaneus Grodeceń. anno* 1527. *Demetrius Granowſki, Caſtell. Nakielſceń. reliquit Raphaelem Granowſki, qui laudis titulo, & gloria belli in Ruſſiam venerat, atq́ ibi hæredem in Sieniaua in coniugem elegit, atq́ exinde Sieniawſki nuncupatus fuit, Ioannem alterum, qui dum cum Chodorowſka hærede in Brzozdowce nupſit, Brzozdowſki appellatus fuit. Tertius filius Georgius Granowſki, ſed hi duo ſteriles deceſſerunt.*

Pileccij. *Hos Granouios eſſe diximus, qui à Pilca & Pileccijs de armis Topor, ob coniunctionem cum Familia Pileccij dicti, qui erant Leliuitæ, vt ſuperius adnotauimus.* Vide Cromer. lib. 18. fol. 284. *Raphaelis filius de Zalcſie, Capit. Hrodel. Magnus bellator & fortunatiſſimus, vnicam filiam coniugem Ioan. Koſtka in Stemberg, Palatinidis Sendomirien. qui*

rień. qui citò obijt, & viduam virginem reliquit. Chriſtophorus Pilecki, qui Lancuciam diuiſione bonorum obtinuerat, qui ex Czurclowna habuit filium pium, & conſcientiæ deditum, abiecerat Caluiniſmum, & ad gremium Eccleſiæ reductus, deuotioni ſtuduit.

Sieniawſcij. *Raphael, cui Splauia in diuiſione venerat vnà cum fratre, diũ fortitudine animi caſtra contra Tartaros ſibi propoſuiſſet, in Ruſſia poſtmodum remanſit, & Sieniawſki nuncupatus fuit, qui à Granow erat Granowſki. Hieronymus filius, Magnus in toga & ſago, atq; amator patriæ, qui cum Cebrowſka reliquit tres filios, Nicolaum, Alexandrum, & Procopium. De quibus* Cromer. in Orat. fun. Sig. *Nicolaus primus filius, Palatinus Belzenſis,* vt Cromer. in Orat. funeb. Sigiſmundi I. *quem & virum fortem, magnanimum, & victorem Tartarorum, vnà cum fratribus ſuis, Alexandro & Procopio nominat, & in alijs quatuor locis magna ei in oratione encomia tribuit. Hic poſtmodum Palat. Ruſſiæ, Dux exercituum Regni, & Haliciеń. Colomień. Capitaneus fuit; qui bis victor de Tartaris, multoties de Valachis, quibus & in Mæcenatem & Dynaſtam Alexandrum firmauit. Magnus Patriæ & finium Regni Cuſtos & Parens, quam ornauit, dilatauit, promouit, radicauit.* Sicut & Orichouius de illo reliquit. *Ex Kolanſka reliquit quatuor filios, Hieronymum, Nicolaum, Ioannem, & Raphaelem, & duas filias, Iordani Caſtell. Cracouień. coniugem & Tvorowſciam alteram. Eius Epitaphium in Brzezany.*

Sarcophago Nicolaus in hoc Sieniauius heros
  Magnanimus Martis, natus ad arma cubat:
Quo Palatino vigilante Ruſſia fælix
  Hoſtibus à cunctis vndique tuta fuit.
Nam rigidos perſæpè Scythas Valachoſque feroces,
  Victrici fudit perdomuitque manu:
Atque hinc Supremus Dux belli à Rege creatus
  Auguſto, tantum ſedulò munus obit.
Halicienſis ad hæc & Colomienſis, abundat
  Ex vndis cocto quæ ſale, Præſes erat.
Regibus vt noſtris pergratus ita ordine ab omni
  Sarmatici magno cultus honore ſoli.
Deinde ſenex longæuus obit, quatuorque reliquit
  Perſimiles natos, Marte togaque ſibi.
Hoc verè fælix, illius in ætheris alta.
  Quod pietatis amans ſpiritus arce manet.

Deceſſit Lublini in Comitijs Regni, Ætatis 80. *die* 21. *Febr. hora* 2. *noct. M. D. LXIX. Alexander* 2. *filius, Succamer. Halicień. vir fortiſſimus, à iuuentute ad Martis trophæa diſpoſuerat parens vna cum fratre Procopio, vt* Cromer. & Orichouius locis citatis. *Addit* Paproc. in Stemm. *Erat murus & antemurale Ruſſiæ. Vnicam reliquerat filiam Oleſnicij Ioannis in Pinczow coniugem. Procopius tertius*

tius Hieronymi filius, Dapifer Ruſſiæ, qui dum poſt plurima ſpecimina bellica, matrimonij Sacramentum cum Kowalſka Caſtell:ni Leopolienſis, filia ſuſcepit, habuit ex illa duos filios, Procopium Marſchalcum Regni, & Alexandrum Milites maximi nominis, qui nondum maturi ætate fatis ſublati, requieſcunt cum parente Leopoli, in Eccleſia Corporis Chriſti, Ordin. Prædicat. Hunc Paproc. *Martinum Procopij fratrem nominat, ſed regiſtra Sacriſtiæ indicant Alexandrum fuiſſe. Filia illius Pempowſcij coniunx, poſt Hieron. Goſtomſki, Succamer. Raueń. Armorum Nałęcz. Horum duorum fratrum fortitudinem ad Obertinum* Bielſc. 1351. *deſcripſit. Hieronymus primus filius Nicolai, qui vnà cum parente & fratribus ſuis validus contra hoſtes triumphator extitit,* vt Orichouius adnotauit. *Quapropter honoratus magnis titulis, Palat. Ruſſ. Haliciń. Colom. Capit. Ex Tarłowna Vexilliferi Leopol. filia, arm. Topor, ſuſcepit Adamum. Hoc Epitaphio illius acta illuſtrantur.*

Sieniauius tegitur poſt fatum Hieronymus iſta
Mole, Palatinus Ruſſica Terra tuus:
Hoc inter Regni Reſpublica tota ſecundi
Tempore, promptè illi detulit officium.
Quod probat Armipotens Stephanus REX quando Polona
Suſcepit forti Sceptra regenda manu:
At prius Haliciæ Præfectus Colomiæque,
Hoc geſſit magnum quæ docuêre virum.
Exemploque patris propellens finibus hoſtes,
Sarmatia laudem nominis inde tulit.
Vir grauis & prudens, iuſtique aſſertor & æqui,
Omnibus humanum charus ob ingenium.
Quatuor vxores habuit, quarum vltima condi
Illius hoc tumuli marmore membra iubet.
Ex qua natus eſt Adam, creſcit nunc vnicus hæres;
Det Deus in multos viuat vt ille dies.

Obdormiuit Anno M. D LXXXII. Ætatis 63.

Nicolaus alter filius Nicolai, qui id quo Maiores ſui glorioſam nominis celebritatem ampliarunt, ſedulo conſeruauit, adauxit. Vnde Caſtell. Cameń. Dux exercituum Regni Campeſtris, Capitan. Strień. denunciatur. Celebrauit matrimonium cum Sapiezanka, cum qua habuit filiam. Huic Podkowa in poteſtatem venit, Reinold. Heldenſtein lib. 1.

HVIC O.B.

Inuictam animi fortitudinem,
Indefeſſam in neceſſarijs Reip. temporibus operam,
Inextinctum Patriæ & Eccleſiæ defendendæ ardorem,
Immortalem Regno partam gloriam;
Inſignes de hoſtibus triumphos.

GLORIA

GLORIA

Fortunæ domina, virtutis comes, immortalitatis hæres.

ECCLESIA

Parens benigna piorum,
Hoc in marmore parentent,
Lux æterna luceat ei.

Raphael tertius filius. Totus Patriæ, integer Regi, poſt triumphales actus in Caſtris ſpecioſos in Comitijs priuatis & publicis, tenuit iuramentum coniugij cum Dziduſka armorum Ielita, Capit. Konmeń. filia, ex qua & prolem ſuſceperat.

Illuſtrem fama, magnum ſimul arte, piumque
Virtus & pietas, ipſaque fama, vehunt.

Ioannes quartus filius iuxta Paproc. *ſed in linea familiæ Sienawſciorum tertius ordine filius. Hic ſuperſtitem famam Sieniawiorum ſemper eſſe voluit. Vnde illi honeſtum amor, deliciæ caſtra fuerunt. Caſtell. Leopol. Herburti Capit. Samborień. filiam in coniugem tenuit.* Ergo

Te pia poſteritas faſtis miretur apertis,
Suſcipiatque tuum laudis in orbe decus,

Adamus Hieronymi filius. De quo id fermè dicendum venit, quod quondam de Valeriano Cenſore Rom. dictum erat: In tota vita ſua Cenſor prudens, fidelis, modeſtus, grauis, amicus bonis, criminoſorum inimicus. *Cenſorem hunc accipimus, genere hic eſt clarus, ſanguine præcellens, moribus inſignis, exemplum antiquitatis. Ille contra Multanos cum tribus millibus, & ſexcentis militum, cum Ioanne Zamoſcio militauit, proprio ſumptui & integritati vitæ minimè parcendo. Ille cum Rokoſanis, qui dominationem ſpernebant, maieſtatem blaſphemabant, nunquam eſſe voluit, ſed Patriæ, Regi, & Regno, dum Marſchalcus à generali militum conſeſſu ad Visliciam electus fuiſſet, arte, conſilio, & Marte adeſſe voluit. Ille omnes & ſingulas incurſiones Tartaricas ſedula manu, & milite proprio ſæpiſſimè reprimebat. Ille nullos honores & titulos deſiderabat non adultus, dicebatq; , Glorioſior differendo non elatior affectando eſſe volo. Ille erat amator Patriæ, vigilans cuſtos, & maximus defenſor Regni. Cui pro meritis, & in vlteriora merita Pocillatoris Regni, honos & Præfectura Ianorouicń. collata fuit. Tenuit connubia cum Catharina de Sztemberg, Palat. Sendomirień. Ioan. Koſtka filia, qui poſt deceſſum Valeſij Sereniſſ. Polon. & Gall. Regis, cum Palat. Cracou. Tęczynio candidatus fuerat. Suſcepit ex illa filios & filiam. Obijt 1619. Epitaph. in Brzezany.*

Poſt res fortiter, prudenter, fæliciter, pace belloque geſtas, Deo, Diuiſque, Reip. Regibuſque Polonis, Religionem, charitatem, reuerentiam præſtitas, gloriam, opes, innocentiam domui florentiſsimæ

relictas. Adamo Hieronymo Sieniawski, Magno Regni Pocillatori, Catharina à Stemberg, hoc amoris fideique monumentum, infælix coniunx, coniugi & æterno dolori. Vixit 43.

Aliud ibidem Epitaph.

Virtute & ſanguine maximus Hæros Adamus Hieronymus Sieniawski, in ſua reſolutus principia, ſpiritu ſuis ſedibus reddito hic grauiore ſui parte relapſus eſt.

Nicolaus primus Adami filius, qui poſt cultam iuuentutem ſpecioſis virtutibus, & optimis literis in nationibus exteris, ea meditatus fuit dum rediјt in Patriam, quo ſepulchrum parentis & Maiorum exornaret, & gloriam perennem florenti adiјceret. Vnde nulla poſtpoſita occaſione, quæ ſagum vel togam concinnabat, perpetuus in Caſtris, præſens in conſilijs, & conſultationibus pacis reperiebatur. Sed in hoc maximè probata fuit illius in Patriam ſinceritas, quod in bello contra Oſmanum probauerit vnà cum germano fratre Procopio fortitudinem aperti hoſtis, & declarauerit fortunam Chriſtianitati benigniorem. Immerſus cum aliquot militaribus ſignis, tanquam in mari in exercitu hoſtili, alteram præſumptionem aduerſarij deiecit victor & proſtrauit. Feciſſet quæ Maiores docuerunt, ſed valetudo ſanitatis altiora & vlteriora retraxit. Celebrauit matrimonium cum Orſula Zophia, Palatinid. Inoulad. Krotowſcij filia. Obijt ſterilis & immaturus Magnus Pocill. Regni, munitione forti à fundamentis in Brzezany erecta. In qua relicta impropria conſignificatione familiæ à Sieniaua, notauit proprio ſignificato familiam à Granow. Eius tale Epitaphium:

D. O. M.

HOSPES

En cernis patrum ſepulchro appoſitum Nicolaum in Granow Sieniawſki Regni Pol. Mag. Pocillatorem Ratnenſem Præfectum. Vixit ille

RELIGIONI.

Quam Romanam id eſt Orthodoxam puro tenerrimoque affectu & imitando omnibus Catholicis zelo coluit.

GLORIÆ.

Quam vt fidele à maioribus creditum ſibi depoſitum Hieronymo Sieniauio ex fratre nepoti nominiſque & generis ſui vnico hæredi inuiolatum reddidit.

PATRIÆ.

Cui ad Chotinum manus ſuas cruore Turcico imbutas, in conſpectu trium orbis partium, glorioſum holocauſtum conſecrauit.

FAMILIÆ.

Quam per tot continuata funera penè iam mortuam rebus præclarè geſtis rediuiuam effecit.

MATRI.

Cui viuens vitam ipſe dabat, mortuus vix non ademit.

VXORI.

Cui animæ dimidium ſancta largitione profudit.

AMICIS

AMICIS.

Quorum colendi laudatiſſimam artem felix Magiſter optimè nouit.

VIVIT.

Et nunc meliore ſui parte qua cum ipſo & in ipſo perennabit cælo.
Obijt Anno 1636. 17. Aprilis.

Alexander alter filius. Hic totam ætatem ſuam ſanctimonia vitæ illuſtrauit, & ſæculi faſtum in ſæculo contempſit. Magnus virtute, grauis iudicio, maturus moribus in ætate adhuc florente. Vt non immeritò quidam de illo reliquerit: Patriæ ſubſidium, ſplendor generis, matris delicium, fratrum ornamentum, Muſarum ſolatium, modeſtiæ miraculum. Sed hoc totum inexorata præcidit ſubitò Lacheſis. Cui tale poſitum Epitaphium.

Magnificus Dominus Alexander Sieniawski, vnicum integritatis & innocentiæ exemplar, emenſo terrarum orbe, & ingentium virtutum impreſsis latè veſtigijs, cum Regum & Principum in ſe oculos conuertiſſet, & Germaniam, Italiam, Galliam, fama ſui nominis impleuiſſet, in Patriam redux, erecta in expectationem tantæ indolis Rep. (ô Spes fallaces) dum ſe maiorum ſuorum componit imagini, in ipſo vitæ apparatu extinctus eſt, Ætat. ſuæ 23. Chriſti nati 1622.

Procopius tertius filius Adami. Hunc ipſa generis natura ad verum Martem, ingenium & mores ad digniſſimum Senatum diſpoſuerant, inſtruxerant: qui ſi diutiùs ſuperuixiſſet, multa ei Senatus Populuſq; Polònus debuiſſet. Paratus enim fuit, & prompto animo deſiderauit, toto pectore totaq; ſubſtantia prodeſſe ſemper, & claro lumine, inſtar firmæ ſtellæ & Lunæ ſurgentis luceſcere, ſed in faſciculo viuentium iam requieſcit anima ipſius. Habuit Sacramenti matrimonium cum Illuſtriſſ. Anna Euphroſina, Alexandri Chodkiewicz, Palatinus Troceń. Boriſouień. &c. Præfecti filia, quod ita obſeruauit, vt benedictio Domus & Familiæ Sieniauianæ in ipſo ſolo multiplicata remanſerit. Suſcepit ex illa duos filios. Mortuus Regni Signifer. Illius memoriæ monumentum tale appenſum manet.

D. O. M.

Procopius Sieniawski Magnus Regni Polon. Signifer, Veriſsima virtutis imago, hominum deſideratus amor, ſpes non immodica patriæ, poſt tot emenſa maria terraſq; dum excelſam indolem ſuam in ingentem armis togaq; ciuem componit, in primo ætatis & gloriæ limine vitam quam Patriæ debuit & Reipublicæ, naturæ depoſuit. 9. Ian. 1626.

Horum duorum animo & vtero fratrum coniuges piiſſimæ, in Sacello Beatiſſimæ Virginis Mariæ, & Matris Dei, vbi ſingularia beneficia meritis à Saluatore mundi, & Filio Beatæ Virginis expertæ fuerant, Leopoli in Eccleſia Prædic. requieſcunt. Quæ auxerunt ornamenta Imaginis ſacratæ & Sacrificia Altaris, illis adaugeat meritorum retributor glo-

riam ſempiternam. Soror illorum Zophia decennalis, anteceſſerat fratres ad Sponſum virginum Chriſtum.

Non timet mortem, qui habet Chriſtum.

Alexander Procopij filius, hic quadriennio vitæ, dum omnibus, & illi omnia blandirentur, innocens inter Angelos collocandus, vocatus ex lachrymabili ſæculo.

Qui plus viuere non poteſt, hæc eſt illius ſenectus.

Hieronymus alter filius Procopij. Hic iam in omnium animis ingentem de ſe commonſtrat exiſtimationem. Talis enim eſt in adoleſcentia, vt ſi arma ſumpſiſſet, natum in armis crederes; ſi ſe ad ſtudium verterit, inter literas educatum, ſi animum ad orationem adiecerit, religioſum contemplares, humanus & humilis, ſincerus & prudens. Non ſis ei formidini ſpes eius à iuuentute eius, ſpes eius ab vberibus matris eius, glorificabit enim nomen Dei in æuum.

Spławſki. Spławſcij, *in Maiori Polonia, qui originaliter ſunt Granowſcij. Nicolaum de Spławie* meminit Cathalog. *Granowſcium Spławſki, Epiſc. Poſnanieñ. poſt Andr. de Bnin, armorum Łodzia, Anno* 1480. *ſed antequam ad ſedem & poſſeſſionem realem venerat, deceſſit. Succeſſit Vriel de Gorka.* N. *Spławſki, Caſtell. Krzywienen. reliquerat filiam Koſcielecci Præfecti Bydgoſceñ. coniugem. Stanislaus, Iudex Terræ Poſnanieñ. maturus vir ætate & iudicio. Reliquit filium, moribus & meritis excellentem. Ioannem Palat. Inowłoclauieñ. Nicolaus, ViceCapit. Poſnanieñ. cum diui-*
Wyſkocki. *ſione bonorum ceſſerat Wyſkocz, & exinde vocatus fuerat Wyſkocki. Reliquit filios aptos militiæ, & ad Regni officia benè diſpoſitos.*

Bobola. Bobola, *de magna & parua Piaſek, & Zagaiow, in Terra Sendomiri. antiquæ familia in Regno. Ex Sileſia in Regnum venerunt, vtebantur alio Stemmate,* vt Liber Beneficiorum Cracouiæ meminit, *ſed ſub Boleslao Pudico talia arma, Anno* 1229. *acceperunt, poſt cladem de Vngaris. Iacobus Miles Ordinis in Regno Hiſpaniæ celeberrimi Hieroſolymitanus, qui toga vtebatur candida longa, cum ſua tota familia maſcula. Vnde colligitur virum fuiſſe militarem, & ſtrenuum, atq; in externis nationibus exercitatum in Marte & pietate. Erat fundator Eccleſiæ Omnium Sanctorum Craconiæ, ſub Vladiſ. Łokietek, vbi Præpoſituram fundauit,* vt Literæ fundationis ibidem teſtantur: *cuius fundationis ius patronatus penes Leliuitas conſiſtit.* Bielſcius ſub anno 1333. *Ioannes, filius Iacobi, non degener Parenti, ſed imitator morum & officiorum. Reliquit duos filios, Hieronymum & Chriſtophorum: Ex bonis & claris, naſcuntur boni & clari. Vnde Ariſtotel. de Nobilitate:* Non ſufficit Patrem eſſe virum excellentem, ſed antiquum generis autorem talem fuiſſe oportet. *Neq; enim Pater per ſe bonum genuit, ſed quia ex tali genere erat. Nicolaum, Reginæ Heduigis Aulicum, Hieronymum & Petrum, viros in exte-*

in exteris nationibus educatos, Acta Wislicenſia referunt. Andreas, Chriſtophori filius ex Wielopolſka. Et quoniam educatio bona, parens virtutum atq; magnanimitatis veræ exiſtimatur eſſe, initia hæc in Curia Comitis Ioan. à Tarnow, Caſtell. Cracou. & M. Ducis Exercituum Regni collegit, profectum verò maturum in Aula Sereniſſ. Sigiſm. Aug. cui & totus ſplendor Nobilitatis ad Regem demãdatus fuerat. Erat perpetuus miles in Caſtris, & hoſtium ad Gedanum, & in expeditionibus Moſchouiticis ſingularis pro Sereniſſ. Rege Bathoreo proſtrator. Multis negotiis Regni & Reipub. neceſſarius & idoneus, meretur æternam memoriam. Nam qui triſtia ſuſtinet, quæ iucunda ſunt aſſequetur: & qui aduerſis in rebus ſe fortiter gerit, ad ſecundas perueniet. *Vt dicebat S. Nilus Abbas. Nicolaus & Ioannes Germani, Andreæ fratres, vt genere ita & factis nobiliſſimi. Interrogatus Diogenes, quinam hominum nobiliſſimi eſſent? reſpondit:* Qui diuitias, gloriam, voluptatem, deniq; vitam contemnunt, & vincunt contraria, paupertatem, infamiam, dolorem & mortem. *Erant hi factis nobiliſſimi, non ſolùm remotiuè, ſed etiam progreſſiuè. Andreas, vir grandæuus ætate, moribus, meritis, Succamer. Regni, & Præfectus Pilzneń. vir ſapientia grauis, & pietate inſignis, Sigiſ. III. Regi chariſſimus. Gaſpar Bobola Canonic. Crac. ſanguine & ſanctimonia clarus, dignus effectus eſt in Eccleſia Crac. lucere maximis ſuis virtutibus. Soror illius Anna Kowalkowſcij, Notar. Terreſtr. Sendomir. conſors.*

Goluchowſcij *de Goluchow, in Palat Caliſień. ex quibus in Cracouien. Sandomirienſi, & Ruſſiæ Palatinat. aliqui domicilia ſua conſtituerunt, viri vt ſolertia animi, ita Reipub. ſtudio. Regibus & Principibus, Patriæ ſummoperè commendati. Hoc namq; præclari indicij eſt generosè progenitorum, ſi Principibus, ſi Patriæ digna cum reuerentia debita referunt obſequia. Prædislaus Goluchowſki Palat. Caliſien. quem grauibus licet paucis commendauit* Crom. lib. 13. *verbis: Vir inquit, magnanimus, & moderatus. Hinc quæ tyrocinia, exercitia, progreſſus vitæ, morum decentia præceſſerint, aureo prænotandum periodo venit.* Cromer. *ſub Ludouico Hung. & Pol. Rege, circa Annum* 1340. *Petrus Comes de Goluchow, conſummato opere Mineruam cum Marte ad perfectionem Familiæ, vbi in ſemetipſo exarauit, pietati detulit. Quocirca in diſtrictu Vislicienſi, Capellam in Kije fundat, dotat, erigit Anno* 1400. *Cuius Præbendarij collatio, iure Patronatus à Goluchowſciis, vnà cum prædeceſſoribus ibidem terræ mandatis, cuſtoditur & conſeruatur. De hoc Priuilegium fundationis latius. Raphael de Goluchowo, Subdapifer Poſnanien. ſicut in Palatinatu authoritatis digniſſimæ, ita Patriæ obſeruantiſſimus ciuis extitit. Subſcripſit Priuilegium pacis & concordiæ, inter Vladisl Iagellonem & Magiſtrum Pruſſiæ Anno* 1436. *Ioannes hæres de Goluchow, in hæreditate ſua Rozdrzewienicá, fundauit Altare in Sacello arcis Iároſlauienſis Anno* 1434. *Sicut Priuilegium fundationis Iároſlániæ, ab ipſo communitum refert. Raphael Goluchowſki, vir iudicij maturi & firmatæ prudentiæ, vixit circa Annum* 1490. *Habuit in conſortem Herburthi filiam, ex qua ſuſcepit filios optimæ indolis, & peritia literarum conſpicuos. Raphaelem Subiudicem Terræ Sendomir. & Ioannem Iudicem eiuſdem Palatinatus. Ille poſt*

actus

actus conſpicuos, in Magnatum Curiis & caſtris, reliquit filios Stanislaum, qui contracto matrimonio ex Oćieſka, ſorore germana Cancellarij Regni: ſuſcepit Stanislaum Præpoſitum Sendomirień. & Regentem Cancell. Maioris Regni, ſed à morte non parcente iuuenili ætati, in alterã regionem translatus viuit. Petrum, Ioannem, à quibus poſteritas relicta, plurima vitæ, & facultatum diſpendia pro Patria, & Reipub. pacis, belliq; tempore ſuſtinuit. Andream Iudicem Terræ Stęzycenſis, huic mens honeſtum Familiæ, & bonum Patriæ tueri, conſeruare, & promouere fuit. Vnde Ioannem & Petrum filios, ad reddenda obſequia in caſtris Sereniſſ. Regibus, Stephano, & Sigiſm. III. diſpoſuit, ſicut declaratus eorum animus, id ſanguinis effuſione, & morte in congreſſu cum hoſtibus ad Smolenſcum comprobauit. Nicolaus autem tertius Andreæ filius, per annos viginti miles, & Raphael quartus filius, vltrà luſtrum quartum triumphator de hoſtibus, parentis ſui affectum, amoremq; in Patriam, ſatis abundè declararunt. Paulus quintus Andreæ filius, dignitatem parentis obtinendo, grauia virtutum tentauit, nam vt Iudex Stezyceń. declaratus nefas iudicij abhorruit, & rectum cum æquo adamauit. Reliquit ex Gniewoſsowná, optimos Reipub. milites, & Patriæ ciues quatuor. Andreas filius Ioannis Iudicis Sendomir. & nepos Raphaelis, natus ex Anna Czaſnicka armorum Traby, Iudicis Leopolień. filia, vbi florentem iuuentutẽ virtutibus ornatam, militaribus honoribus, & trophæis Sereniſſ. Stephano Regi & Patriæ adauxit, Succamerar. Sendomirień. denunciatus fuit. Erat ſummæ reputationis ob prudentiam & ſinceritatem apud omnes. Quapropter in Comitiis Regni 1580. commiſſum illi fuerat, vt ad expeditionem Moſchouiticam, & defenſionem Finium Regni ad Ruſſiam & Podoliam, à Tartaris &c. fiat Generalis diſpenſator pecuniarum pro milite, ex contributionibus aliisq; obuentionibus Regni prouenientium, fiatq; præſens ſemper in caſtris, milites conſcribat, ſolutionem quolibet tremeſtri expediat, &c. Et cum ob ætatem grauiorem poſt expeditionẽ Moſchouiticam caſtris adeſſe non valeret, munus remittendi ad caſtra ſtipendiorum illi demandatum fuerat, præſentem verò ad caſtra militaria Steph. Grudźinſki, Caſtell. Naklenſem Reſp. deſtinauit. Collata fuerat ſibi Caſtell. Czechouień. vt apertè docent Priuilegia 1579. ſed honore Succamerarij contentus, in ea dignitate obſequia Reip. & Patriæ præſtare deſiderauit. Tenuit matrimonium cum Dębinſka, Valentini Crac. filia, ex qua ſuſcepit ſex filios. Ioannes 1. filius, qui dum in exteris nationibus cultam iuuentutem probitate morũ, & excellentia virtutum aptam negotiis Reip. reddidit, in miniſteriis Sereniſſ. Regum Steph. & Sigiſm. ea fide, diligentia, induſtria, labore verſatus eſt, vt neq; ſibi, neq; ſumptibus parceret, aſſiduusq; in Aula eſſet, negotia omnia quæcunq; illi ſiue publicè, ſiue priuatim commiſſa fuerant, nauiter & cum inſigni dexteritate exequebatur. Cumq; ſingularem fidem, atq; ſtudium Sereniſſ. Steph. à Sigiſm. Regibus, in omnibus expeditionibus Regni, præcipuè Moſchouiticis, diſpendio vitæ & fortunarũ ſuarum comprobaſſet, diuerſa beneficia ab illis ſicut Priuilegia eiuſdem euidenter teſtantur, obtinuit. Reliquit ex Magdalena Niewiárowſka armorum Pulkozyc, Abrahamum linguarum Germanicæ, Gallicæ, Italicæ peritiſſimum. Hic

multoties

multoties ad Comitia *Regni Generalia legatus, interregni poſt Sigiſm.III.Palat. Sendom.Rothmag.ad compoſitionem pacis cum Suecis Commiſſarius à Rep. electus fuit. Accepit à Sereniſſ.Sigiſm.III.pro meritis Præfecturas Stęzycień. & Visliciení.Tenet ſacri matrimonij vinculum, cum Anna Zebrzydowſka Ioannis Gladiferi Regni filia. Petrus 2. filius, in exteris nationibus educatus, in Aula Sereniſſ. Regum Steph.& Sigiſm.deduxit merita,fuit pluries ad* Comitia *Generalia Regni legatus,& ad Tribunalia Regni Iudex electus, cæterasq; functiones Regni dexterè conficiebat,ex Niewiarowſka reliquit duos filios.* 1. *Samuelem,qui in Pal.Crac.Rothmag.officio functus eſt.Reliquit Franciſcum,militem cum Dapifero Belzeń. Chomętowſki. 2. Sigiſm.qui cum Pal.Braclau.bellica negotia exoluit. Altera conſors Petri erat Męczynſka Caſtell. Vieluncń. filia,ſuſcepit ex illa duas filias. Tertia conſors Petri Goſtawſka coniugum Sapiehæ Vice-Cancell. M.D.L. & Wolouicij Capit.Terrarum Samogitiæ germana ſoror. Ex hac ſuſcepit Petrum, qui cum Caſtell. Crac. Koniecpolſki, Caſtrenſia ſigna obſeruat. Staniſlaum qui peragrando exteras nationes prudentiã cum pietate colligit.Andreas 3.filius Andreæ, cum Zamoſcio eximius miles, nullam expeditionem intermiſit. Cum Teſarowſka habuit filios,Nicolaum qui cum Stus militando in Cecora occubuit. Chriſtoph.hæredem in Czaſniki,qui in exteris nationibus literarũ gratia & militiæ verſatus fuit.Sepultus Leop.apud PP.Dominican.cum decenti Epitaph.*

Reliquit ex Kowalſka Dapiferi. Leopol.ſorore filias duas, quarum vna conſors D. Nicolai Makowiecki Dapif. Halicień. altera Alexandri Kuropátwá. Chriſtoph. 4.filius Andreæ, poſt declarata ornamenta ſuæ indolis in diuerſis nationibus miles eximius euaſit,in Tranſiluania,& domi cum Zamoiſki,reliquit filios,Nicolaum literis prudentiaq; ad res gerendas in exteris regionibus inſtructũ. & Chriſtoph. ſtudiis ac virtuti extra Regnum inuigilantem.Nicolaus 5.filius, neq; huic alia educatio, niſi in exteris gentibus, vbi militia, ars, literæ vigent, at vbi edijt & virtutẽ ad praxim reducere voluit,morte occubuit. Reliquit duas filias cum Balowna.Valentinus 6.filius miles cum Zamoyſki, per nouenniũ omnibus affabilis,amabilis, vicinis verò ſingulariter dilectus, reliquit 5. filios, Alex. Ioan. Steph. Hier. Seuer. ſeruitijs Reip. idoneos, & eximios milites.

Morſtinij, *Familia vt* Paproc. *innuit antiqua, quippè quæ cum gente Tarnouiorum, Pilecciorum,Iaroſlauiorum,aliorumq; qui iam deceſſere,eandem ab Auis & Attauis originem trahit:Prout planum & euidens faciunt diplomata duo (in quibus prædicti Barones,palam & liberè idipſum aſſeuerant)quorum alterum à Ioanne Alberto Reg. alterum à Sigiſm I. Maioribus eorum datum eſt : quibus etiam nunc poſteritas eorum gaudet. Soboles eorum numeroſa,ſat conſpicua cernitur hodie in Pal. Crac. Sendom. & Volbinień.vtpote quæ tàm in toga, quàm in ſago non ceſſat benè mereri de Regibus ſuis,& de Repub. Quin etiam complures eorum, cum hoſte pugnando, vitam pro Patriæ incolumitate profuderunt, aliqui verò etiam nunc ſub ſignis Supr.Exercit.Imperatoris,ſæuo Marti operam nauant.*

Lyſakowſcij *in Præmisl.Terr.Ioan.ſicut ex maioribus gloriam,ita ex proprijs factis obtinuit laudem. Sunt Lyſakowſcij armorum diuerſorum,vnde quid dicen-*

dum ſit ex hiſtoriis de aliquo illorum, cum grano ſalis dicendum, ne alteri adſcribatur quod alteri conuenit.

Pawlowſcij *in Zatorień. vel Oſuiecim. diſtrictu. Erat ex numero eorum Olomuceń. Epiſc. & literarum experientia, & exemplo laudabili præclarus. Nuntius ab Imperatore Rudolpho II. ad Sigiſm. III. Regem Pol. Beatus qui bonas ſpes fouet in corde ſuo, & bonis cogitationibus delectatur.*

Broniewſcij, *in Poſnan. Pal. Succamer. Poſnan. qui filiam ſuam Miekiccio Chriſtophoro ad Præmislień. Terram in coniugem locarat. Sunt Broniewſcij diuerſorum armorum. Alij armorum Tarnawa, alij Lewart, alij Leliwá, alij aliorum. Vnde ex his Hiſtoriis, dum aliqua domus ob merita extollitur, difficile eſt ſcire, de quo quorumue armorum fuerit ſermo. Hieronymus Broniewſki electionem Vladisl. IV. ſubſcripſit ex Palat. Poſnanień.*

Streikowſcij, *in Maior. Pol. Petrus de Streikow, Caſtell. Inowlocen.* 1451. *Aulicus Caſimiri Regis, & ante illum erant in dignitatibus diuerſis prædeceſſores, et poſt eum ſucceſſores. Nam qui in ſua Familia bene viuit, in communibus quoq; Reipub. negotiis ſimiliter verſaturum exiſtimandum.*

Starzechowſcij *de Starzechowice, antiqua et clara familia. Petrus ex Canonico Præmislień. et Præpoſito Iároſláuień. Sigiſm. I. voluntate contra ſuam voluntatem ad Archiepiſcopatum Leopol. promotus fuit. Fuit vir pius, modeſtus, rectus, et in officio Paſtorali vigilantiſſimus, ſæpe ad populum ex intimo cordis affectu cum lachrymis verba faciebat. Aſſumptus* 1540. *mortuus* 1554. *Alij Stárzechowſcij magni erant in Senatu et Repub. zelo, officio, pietate. Albertus Legatus in Tranſyluaniam cum Tarło, Mniſzek, Iazłowiecki, Oſtrorog, et aliis, ſed illum ordine tertium* Bielſcius *ponit. Erat legatio pro reducendo in Poloniam Steph. Bath.* Bielſc. lib. 6. fol. 725.

Łozinſcij, *militari et bellicis actibus clari, horum aliqui in bello occiſi, aliqui in captiuitatem Suecicam et Scythicam deducti fuerunt. Iacynctus Lozinſki in Rokoſiana expeditione cum Zolkiewſki Campiductore, deinum cum Pal. Podoliæ, Martino Kazanowſki, annis octodecim continuus miles, ante captiuitatem et poſt captiuitatem Scythicam indeſeſſe militando ad ſenium pugnauit. Alij cum Stanislao Potocki Turmarum ductore, Reipub. obſequia reddunt.*

Sczepieccij *in Sendomir. Pal. eiuſdem confinitatis bonorum cum Gołuchowſciis. N. Sczepiecki magnificis actibus à multis honorabilis, et Regiæ curiæ deſideratus, cuius filiæ educationē et decentiam morum in Reginæ aula conquiſierāt, Barbara Oleſcij coniux et Cathar. Filius illius tàm bonis paternis quàm dexteritate acquiſitis, Oppidi medietatem Stryzow, Pſtragouiam etc, in hæreditatem adſcripſerat, ſed cum à propriis ſeruis vita priuatus eſſet, cum ſororum coniunctionibus, alienis quoq; familiis ceſſerunt.*

Oſtrowſcij *in Ruſſia, qui dignitate ad inuicem concurrunt, magni in caſtris, periti in Iure et literis. Mart. Oſtrowſki Not. Ter. Præmisl. poſtmodum Subiu. ibidē.*

Iaskmanieccij *in Præmislienſi, domus virtute et militiá clara.*

Scierſcij, *Ioannes Præpoſitus Olomucenſis. Vir literis et iudicio præclarus.*

clarus. Iliada & Odyſſea ſub puluinari non ita ſunt Spirituali conſeruanda, quàm in animo.

Kiewlicij *in Volhiuia de Bieſiady, Chriſtophorum, qui contra rebelles Coſacos ad Piatki legionem militum deduxerat. Ad Gedanum, Byczynam, & Buſſam cum Germanis Maximilianis & Valachis ſtrenuè decertauit. Exſtat Kiioniæ Epitaphium illius apud Prædicatores. Andreas & Gabriel germani Ducum in Oſtrog perpetui milites, quorum primus cum Vorowiczowna, alter cum Kalinowſka celebrauit matrimonium. Deceſſit ille ſterilis, iſte filium Thomam reliquit. Horum memoriæ Conſtantinoniæ veteri & Lubartouiæ. Poſteritas contempletur non ludis puerilibus, nec actibus vulgum concernentibus delectari, ſed herculeis & grauibus. Hinc de recta ratione viuendi B. Nilus Abbas: Ludis puerilibus ne incumbamus dum viri ſumus vel ex ephæbis exceſſimus, ſed vitam amplectamur perfectam, ne virtutem colentium gaudio ſpoliati, ſempiternis ſupplicijs torqueamur. N. Kiewlicz Rothmag. ad Polociam cum alijs Auguſto Rege,* Paproc. meminit in Stemmatibus. Kiewlicz.

Brzozdowſcij *in Ruſſia, Vita præſenti glorioſa, nil perennius & ſanctius eſſe poteſt, vndequaq; enim eſt periculum, inde vero eſt ſumma ſecucuritas: Quapropter Pythagoras Languor à corpore, imperitia ab anima, luxuria a ventre, à ciuitate ſeditio, à domo diſcordia, & in cõmuni à cunctis rebus intemperantia, oriuntur: Addo, à vita autem glorioſa oritur ſalus, & conſequitur decus. Hos alij Bruzdouios vocant.* Brzozdowſki.

Ninienſcij *in Maiori Polonia. Quoniam pulchrum eſt non pati occidere quibus æternitas debetur, aliorumq; famam cum ſua extendere, id ſedulò obſeruare conantur. Erat vnus Canonicus Cracouienſis,* Ninienſki.

Czubinſcij, *in Maiori Pol: contendunt in vtramq; dignitatem. Nam non maiorem vtilitatem afferunt, qui togati Reipub. præſunt, quam qui bellum gerunt, vt* dicebat Cicero. Czubinſki.

Rikowſcij, *ibidem Bello & pace clari. Sunt namq; hominum aliqui, qui tantum ſunt bello optimi, quantum pace peſſimi. Iſti vtrumq; benignè colunt.* Rykowſkij

Wardeſcij, *in Maiori Polonia. Mereri laudem cupiunt, nam foro atq; caſtris, fortitudinem animi & corporis deducunt.* Wardeſki.

Czelatyccij *in Cracouienſi Palatinatu: Petrus cum Birecka tenuit matrimonium armorum Gozdaua, ex qua Petrum & Stanislaum & filias quinq; ſuſceperat. Egregia & inſignis eſt inter homines nota, bona ſtirpe naſci, ſed verè nobilis tamen eſt ille, non qui maioribus longo iam tempore bonis natus ſit, ſed qui vir bonus ipſe fuerit ſimpliciter. Obſeruant illi quæ rectum virum & nobilem decent.* Czelatycki.

Sredzinſcij, *de Srednie in Palatinatu Ruſſiæ, in diſtrictu Chelmenſi. Antiqua familia, militari & patriæ obſequijs continuò dedicata. Quapro-* Sredzinſki.

pter à Sereniſſimis Regibus, qui omnem Rempublicam duraturam religione & militari aduerterunt, publicis præmijs remunerati fuerunt. Stanislaus Sredzinſki 1390 hæres in Srednie, filiorum de patria ſtrenuè meritorum optimus parens, nempè Suantoslai, Ioannis, Nicolai, & Stanislai. Et quoniam vlla res aut commodum non eſt tam expetendum, quam, vt viri ſplendor, & nomen retineatur; totius animi affectum viriumq́ poſſe, Caſtris & militari deuouerunt. Hoc in munere dum præſtantia agendi alios excelluerunt, Sereniſſimus Princeps Poloniæ VLADISLAVS, recenti declarata beneficentia, illos perpetuò ſibi Caſtriſq́ deuinxit. Quod tale priuilegium datum illis Anno 1424. latiùs & apertè commonſtrat.

Nos Vladislaus Dei gratia Rex Polon. nec non terrarum Crac. Sand. &c. Significamus tenore præſentiũ quibus expedit, quomodo habito diligenti reſpectu, ad conſtantis fidelitatis ſtudioſa obſequia & merita, quibus nobis fideles noſtri Suantoſlaus, Ioannes, Nicolaus, & Staniſlaus, fratres germani de Srednie complacuerunt, & aucto fidelitatis ſtudio complacere poterint præſtantius in futurum, horum intuitu cupientes eos ad obſequia huiuſmodi noſtra reddere contiuuo promptiores, ipſis, ipſorumq́; poſteris & Succeſſoribus legitimis quadraginta Manſos alias Wloki, ab vna parte fluminis Płonka, ex aduerſo hæreditatis Oſtrow ac per flumina Rudnik aliâs Moſtek procedentes eo iure, modo & conſuetudine, quibus huiuſmodi manſi Illuſtriſſimo Principi Domino Ianuſſio Duci Maſouiæ &c. dimenſurari ac diuidi ſoliti ſunt, per Capitaneum noſtrum Chelmenſem, Matthiam de Suchydol Iudicem Lublineñ. emenſurandos & diſtinguendos in terra Ruſſiæ, & diſtrictu Chelmenſi conſiſten. damus, inſcribimus liberaliter, & donamus donatione perpetua & in æuum, &c. Vt autem prædicti fratres, homines ad dictos manſos eo citiùs valeant conuocare, villam Srednie prope ad Manſos dictos collocatam, prout in ſuis metis & limitibus, longè latè & circumferentialiter eſt diſtincta ab antiquo, & limitata, de iure Polonico, Ruthenico, & quouis alio in Ius Teutonicum quod Srednenſe dicitur, transferimus perpetuo duraturum, eximendo omnes incolas dictæ Villæ ab omni iurisdictione & poteſtate, &c. Datum in Luczſà, die Tranſlationis S. Staniſlai Mart. & Pontificis glorioſi in Conuentione cum Magnifico Domino Alexandro aliâs Vitoudo Magno Duce Lituaniæ, fratre noſtro chariſſimo protunc celebrata Anno Domini 1424. Præſentibus Reuerendo in Chriſto Patre D. Alberto Archiepiſcopo Gneſneñ. & Primate. Magnificis & ſtrenuis, Chriſtino de Oſtrow Caſtell. Ioanne de Tarnow Palat. Cracouieñ. Michaele de Szyczow Sandomir. Ianuſſio de Tuliſſchow Caliſſieñ & Petro Szafraniec Succamer. Cracouieñ. multiſq́ue alijs fide dignis. Datum per manus Venerabilis Ioannis Decani Cracouieñ. Reg. Pol. Cancellarij, & Stanislai Ciołek Cantoris Cracouieñ. Vicecancellarij Regni.

Petrus Sredzinſki hæres in Srednie, qui tum rectitudine vitæ, tum iudicij excellentia, omnibus amori & honori fuit. Differentiarum inter amicos verus & fidelis moderator, quod multoties diuerſis actis comprobatur, præcipuè autem differentiæ Kulikowſcianæ, quæ difficultatibus erant plurimis obrutæ, omni ſecluſo iuris ſtrepitu, prudenti iudicio conciliauit. Tenuit Sacramenti coniugalis vinculum cum Chriſtina Brzeſcianſka, ex Premyslieñ. diſtrictu, armorum Sas, ex qua ſuſcepit filios, Sigiſmundum & Fæli-

& Fœlicem, vt ex Actis Craſnoſtauień. colligitur. Sigiſmundus Petri filius, poſt exercitatam iuuentutem, literis, aula, & militari ſtudio, præſtitit matrimonij iuramentum filiæ Caiſmirij, armorum Abdank, cum qua reliquit Patriæ eximios viros, Marte & Pallade inſtructos & ornatos, Bartholomæum, Stanislaum, & Albertum. Bartholomæus 1. Sigiſmundi filius, ornatam virtutibus adoleſcentiam in Curijs Ducum de Slucko, dum ſedatiorem familiæ reddere intendit, cum Stawſka de armis Korczak fidem matrimonij ſuſcepit, ex qua habuit Valerianum cum Illuſtr. Exercituum Præfecto Zolkiewſki, ad Smoleńſcum militem ſtrenuum. Hic in excurſione Smolenſciana, dum hoſtes fortiter adoritur, inter captiuos fortuna non blandiente Schinio adducitur, à quo dum minis, iurgijs, & quæſtionibus, de reuelando ſecreto bellico impeteretur, nihil eorum notitiæ detulit. Eliberatus ibidem ad Smolenſcum, maxima indicia militaris animi, ſubitò & multoties in conſpectu omnium declarauit, pro quo ab Illuſtriſſ. Duce Chriſtophoro in Zbaraz, Supremo Stabuli Præfecto remuneratus fuit. Alter filius Bartholomæi Fælix, qui militando ſub ſignis Alexandri Zborowſki in Moſchouia, plurima belli indicia in ſuppoſito corporis retulit. Stanislaus alter Sigiſmundi filius, meritis Reipub. militari Caſtris notiſſimus, quem non iam vulgaris homo, ſed primi Duces in Caſtris, & ipſe Sereniſſ. Rex Stephanus Bathorius literis commendarunt. Quarum tenor talis:

Stephanus Dei Gratia Rex Poloniæ. Ad interceſsionem Illuſtriſſ. & Magnifici Ioannis de Zamoſcie Supremi Cancellarij Regni noſtri Generalis Cracouień. Cniſin. Miedzyrzeceń. Capitanei, quam pro Generoſo Stanislao Sredzinſki apud nos interpoſuit, tum rationem habentes nauatæ Reipub. operæ in militia Staniſlai Sredzinſki, primum quidem Gedanenſi tumultu Derſauienſique prælio, in quo in Comitatu Cancel. in prima acie multa ſtrenuè & fortiter egit, cum contemptu etiam ſalutis ſuæ. Deinde vero Moſchouiticis duabus noſtris præteritis expeditionibus Poloceu. & Vielicolucana vbi Signiferi munus obijt: ei itaque ob ſua iſta merita villam in Belzen. Capitaneatu dictā Przeſtanie, quam antea patruus ſuus Fælix Sredzinſki tenuit, concedimus, & conferimus, vna cum coniuge ipſius Anna Sarnicka &c. Datum Vilnæ 16. Iunij. 1581. Subſcripſit Petrus Tylicki.

Ille domicilium ſuum primus in Premysliení. diſtrictum tranſtulit. Ex Sarnicka de armis Slepowron Stanislai Tribuni Lublineń. filia ſuſcepit Ioannem eximium & audacis animi virum, quem Sigiſmundus III. Rex ita in Priuilegio Sredzinſcijs dato, commemorat. Ioannes natu ſenior frater, in bello Moſchouitico & conflictu Kluſineń. vitam pro Patria floccipendendo, & cum hoſtibus fortiter dimicando ſauciatus, & lethaliter ſclopeto ictus glorioſa paulo poſt ex eo vulnere oppetijt mortem. Sepultus Leſniowij in Eccleſia Patrum S. Franciſci de Obſeru. 2. filius Stanislai Sigiſmundus, qui inter Bellonam & Martem educatus, maximam de ſe ſpem Patriæ & Regno ediderat. Hic namq; poſt plurimos militares in

Regno actus, & ſpecioſa trophæa, maioris cupidus gloriæ ad Melitenſes equites animum diuertit, ibiq; fortis ac nobilis ſui generis viua deduxit indicia, vt facile commilitones incitauerit in album tantorum virorum recipi & inſcribi. Suſcipiebat clari ortus generiſq; ſui lineam & ſeriem Illuſtriſſ. Ioannes Zamoyſki, Archiepiſcopus Leopol. & conſpiciebat Parentis ſui arma Leliwa, Auiæ Kaiſmirowna arma Abdank, Abauiæ Brzeſcianſka arma Sas, Atauiæ Sczyczynſka arma Rawicz. Linea verò materna Sarniecciorum familia deduxit arma Slepowron, cuius Auia Pobidzinſka arm. Gryf, Abauia Gorſkowſka arm. Traby Atauia verò de Woyciechowo Balicka, arm. Oſtoia. Exhibebant pro illo, quod ipſius Genealogia ſit iuramentùm, & ſubſcripſerunt Stanislaus Zolkiewſki, tunc Palat. Kiiouień. & Campiductor Regni, deniùm Cancellarius Supremus, & Supremus exercituum Præfectus. Stanislaus Gulſki, Palat. Ruſſiæ. Sebaſtianus Sobieſki, Signifer Regni. Albertus à Piaſki Bobola, Succamerar. Premyslień. Vt autem rediјt in Patriam, quæ debuit & voluit Patriæ, ipſe Sigiſmundus Sereniſſ. Rex Priuilegio commonſtrauit. Sigiſmundus Sredzinſki Eques Melitenſis, Ordin. Hieroſolymitani, Aulicus noſter, editis multis virtutis ſuæ in nationibus exteris ſpeciminibus, conſtantiq; in nos fide, prompto de nobis & Reipub. ſtudio comprobato, immaturè in oculis fermè noſtris deceſſit Varſauiæ, ſepultus in Eccleſia Ord. Prædicat. In cuius ſit æuiternum memoriale.

Proſternit facile hic, qui ſe ante exercuit, hoſtes,
Conſuetus labor eſt, & minor, & facilis.
Non Epaminondas bellis celeberrimus eſſet,
Curſibus excultum ni ſubiјſſet equum.
Non mirare minas belli armorumque peritum
Formandum ad pugnam ſe dedit Melitiæ
Doctus ibi: in medios iuit feliciter hoſtes
Diſce domi, vt ſis hic quem iuuet eſſe foris.

Stephanus tertius filius Stanislai, qui Salomonis veritatem penſitando, quod ſcilicet ſublunaria hæc nihil aliud ſint, quàm vanitas vanitatum, S. Ignatij Loiolæ ſocietatem & vota ſecutus eſt. Igitur ſecurè exclamat cum D. Bernar. in Epiſt. O ſæculum nequam, quod tuos ſic ſoles beare amicos, vt Dei facias inimicos: planè enim qui amicus eſſe vult tuus, inimicus Dei conſtituitur. Amicus igitur mundi, excluditur à conſilio amicorum Dei. *Albertus quartus filius Stanislai, qui vt adoleſcentiam ſuam aptam reddidit moribus cultis, ad caſtrenſia munia totum ſe militaribus trophæis deuouit. Sed Sigiſmundi III. pientiſſimi Regis Priuilegium ipſius nobis merita ediſſerat.*

Amicitia mundi.

Sigiſmundus III. Rex &c. Cùm ea ſit Generoſi Alberti Sredzinski Rothmagiſtri noſtri in Nos & Rempub. merita, & vetuſtæ nobiliſſimæ familiæ

ſiæ ipſius ſplendor, vt dignitatis & fortunarum per omnes occaſiones rationem habendam arbitremur; ita enim à prima adhuc pueritia Caſtris addictus rem militarem exercuit, vt & magni excelſique animi robur, ac ſingularia virtutis ſuæ facinora, per omnes expeditiones bellicas ſumma cum omnium commendatione comprobauerit, & neq; vitæ, ſanguini, fortunis, amore patriæ parcere voluerit, quod multis occaſionibus experti ſumus (in vtraq; expeditione Moſchouitica, & bello Turcico, vbi ſumma tentauit pericula, & arduos ſuperauit labores. Proinde nos grata merita Alberti Sredzinſki proſequi volentes memoria, illi villas quinq; poſt mortem Generoſi Ioannis Lachodowſki Caſtell. Volhiniæ ad nos deuolutas ad vitæ tempora concedimus. Varſauiæ 1622.

Reliquit liberos optimæ ſpei, & expectationis deſideratæ, Stanislaum, Andream, Caſimirum, ex Potocka armorum Ianina. Andreas quintus filius Stanislai, qui poſt ſtudia literaria, ad Spiritualis vitæ cultum, animum diligenter adiecit. Audiuit quod D. Bernardus ſuaſit: Vitam tuam quotidiana diſcuſsione examina, attende diligenter quantum proficias, vel deficias, qualis ſis in moribus & affectibus, quàm ſimilis Deo vel diſsimilis, quàm propè vel quàm longè, non locorum interuallis, ſed morum affectibus. *A Sereniſſimo Rege Sigiſmundo III. in Secretarium R. Maieſtatis electus, multoties Iudex Parlamenti, & Nuntius à R. Maieſtate ad Comitia particularia miſſus, & ad Compoſitionem inter ſtatus ab Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. Ioanne Pruchnicki, Archiepiſcopo Leopol. atq; ipſius Ven. Capitulo deputatus fuit. Demùm Præpoſitus Præmyslień & Officialis Leopolień. creatus, in Epiſcopum Nicopolień. & Suffraganeum Leopolień. inauguratus eſt.*

Fies magne Pater plebi bonitatis imago,
Se pinxit illa, viuidis coloribus.

Chriſtophorus vltimus filius Stanislai, qui redditis Patriæ obſequijs in Curia, Caſtris, & Comitijs, ex Camerario Sigiſmundi III. & Aulico Vladislai IV. Sereniſſimis Regibus, Pocillatoris Halicień. honorem obtinuit. Celebrato matrimonio cum Taranowſka, filiam Annam ſuſcepit. Sorores autem horum & filiæ Stanislai erant. Zophia Petri Kowienicki, Notarij Terr. Præmyslień. arm. Traby, & Barbara primum Ioannis Łyczko de Rydlice, armorum Sulima, deinde Sigiſmundi Vcbańſki de Sluzewo, armorũ Radwan conſortes. Albertus tertius filius Sigiſmundi ex Petro. Hic pro Patria pugnando cum Ioanne Potocki Palatino Braclauień. & Generali Podoliæ ad Bauorouiam, à valida Tartarorum manu oppreſſus, glorioſè vnà cum Iacobo Strus occubuit. Cuius ſepulchrum Stephanus Kolozuarius tali Poëmate condecorauit.

Stemmate Lcliuius contra ſtetit arma Sredzinſki
Albertus, multoſque Scythas demiſit ad orcum:
Obrutus tandem non multa morte quieuit,
Pro Patriaque animam ſuperis ſic reddidit aſtris.

Fœlix Sredzinſki, alter Petri quem in capite poſuimus filius. Qui adhibitis

hibitis calcaribus virtuti & nobilitati, literis, educatione, & exe militari, in virum laude celebrandum euaſit. Fœdus matrimonialis culi tenuit cum Zaporſka, arm. Gryf, cum qua filios quatuor poſſe. Ioannes primus filius Fœlicis, grauis armaturæ miles, Stephani Potoc Palatini Braclauien. Camenecen. Laticouien. Felinen. &c. Præfecti piarum Vicesgerens, contra Michaelem ad Teletinum in Moldauia p gnando, occubuit. Camenecię in Podolia ſepultus. Andreas alter lius, Secretarius R. Maieſtatis, & Ioannis Zamoyſcij ſtrenuus miles, ſ gulis expeditionibus præſens. Huic Zamoyſcius conſanguineam ſuam armis Iclita, Annam de Łaznino, in matrimonium collocauit, quæ poſt m riti fata Maximiliani Trzcinſki, arm. Rawa, conſors fuit. Georgi tertius filius, Sigiſmundi Regis Secretarius, multarum linguarum exte narum peritiſſimus, ac ſedatis moribus vir. Chriſtophorus quartus lius, Tribunus Chelmen. qui lacte Bellonæ enutritus, plurima in bello fa cia expertus fuit. Ioannes Zamoyſki Supremus exercituum Præfect dum iuxta animi ſententiam, milites ſtrenuos à ſignis euocatos in vnam c hortem inſtruebat, quam Elarios ſeu electos milites vocabat, eos ante exe citus faciem pugnare voluit. In bello contra Michaelem directo, elect in Elcarium Sredzinſki, Camerarium aſſiſtentem lateri Wodæ Moldaui cum armis & ſignis arripuit, atq; ad Præfectum militiæ deduxit. In exp ditionibus contra Tartaros continuò ſtrenuum militem ſeſe præſtitit, q multorum animos cum recto affectu in ſe conuertit. Reliquit ex Troian vna Andream nunc ſuperſtitem, militem cum Illuſtriſſ. Cancellario Reg Supremo Thoma Zamoyſki, cui nobiles & ſtrenui actus plurima fortu bona proponunt. Horum armorum Catherina de Melſtyn, dicta Białuſſyna, Nicolai de Michałow, Caſtell. & Capit. Cracouien. conſors, ſingularis benefactrix Fratrum Ordin. Prædicat. Cracouiæ ad Ædes SS. Trinit. commorantium, chori templi illorum (vt in Archiuo illius Conuentus habetur) duabus vicibus fornicem, & clypeum illius ibidem Chori magnis ſuis ſumptibus fieri fecit, Clenodia inſignia in Caſulis, Cappis, Dalmaticis, Antependijs ſericeis, margaritis & auro textis Sacriſtiæ illius Conuentus contulit, vixit poſt annum D. 1462. mortua ſepulta eſt in dicto Choro, præ foribus Sacriſtiæ ante Altare S. Spiritus penes Sacriſtiam exiſtens, quod ipſa dotauit datis duodecim centenis florenorum Vngaricalium, pro cenſu perpetuo Fratribus.

Monduidus, *Gedimini M. D. L. filius Palatinus Vilneñ. Dominus in Kiernow & Slomin qui primus in vnione M. Ducatus Lit. cum Regno ſuſcepit arma Leliwa pro tota domo ac tota familia ſua & fratris ſui, quod Comitia Regni Hrodlen: referunt Anno* 1413. *Reliquit duos filios, Olechnum & Iuchnum, ſeu Alexandrum, & Ioachimum aut Ioſephum. Olechno Monuidi filius habuit liberos, Petrum Præfectum Culinæ M. Duc: Litua-*

Lithuaniæ Nicolaum, Andream, & Stanislaum qui ſteriliter deceſſit. Nicolaus qui ex officio Præfecti Culinæ quem Kuchmiſtrz *vocitamus, Kuchmiſtrzowic dictus fuit. iam actibus claris, nomen & poſteritatem altioribus honoribus digniorem reddidit. Nam cum ipſe Enſiferi titulo honoraretur, ſuus filius Nicolaus creatus fuit Palat. Polocen. Erat vir in Marte & amore Reipub. ſummus, nam plurimis vicibus excurſiones Tartarorum diſrupit, fugauit. 1577 in Moſchouia ad Polockum, Pſkouiam, Luky, ſumptui proprio & vitæ non parcendo magna tentabat & efficiebat, Illius germani eximij milites fuerunt, Ioannes, Stanislaus, Petrus. Ex his Droboſtaiſcij. Nicolaus alter filius Olechni, Filij illius Ierzik ſeu Georgius, Zuk, Andreas, Felix. Gaſpar Ierzikowic à quo in Lithuania Ierzykouicij Succam. Mielnicen. cuius filij Ioannes & Melchior quorum vnus Capit. Mielnicen. & Loſicen. & filia illius Eliſabeth. Capit. Bedzinen. Prouana coniunx. Ab aliis verò fratribus, Gaſpari derelicta poſteritas Ierzykouicij nuncupati, ob claritatem meritorum, & maiorem vnitatem familiæ vnæ. Matthias Ierzikowicz, cuius filia Bogdani Kopec coniunx.* Drobotayſki. Ierzykowicz.

Iuchno *ſeu Iuſko, aut Ioſephus, alter filius Monuidi Palat. Vilnen. reliquit filium Ioannem, quem Glinſcius vita priuauit, dederat ſibi cognomen Zabrzezinſki. Habuit filium Ioannem quoq; & Georgium. Ioannes Zabrzeźinſki, vnicam filiam habuit, quam vna cum bonis Palat. Trocenſi Duci in Zbaraz contulerat. Georgius qui etiam ſe Zabrzeźinſcium nominauerat, filium habuit Nicolaum, & filiam Annam, quam Kiſka in coniugem tenuit. Monduidus Monuidi germanus Palat. Vilnen. poſt deceſſum fratris, receptus ad arma Lelina, à fratre in Hrodlo. Habuit filios Wiaz & Chleb.* Zabrzezinſki Mondwid.

Wiaz *à quo Wiazienicouij ſtrenui & eximij milites vſq; in præſens, ſed poſt fidem Catholicam, quam illis Iagello prædicauerat & ſeminauerat in hæreſim illapſi. Sed velim dicant cur condita ſit lex.* Wiazewicz:

Bis ſex in tabulis, aut cur rubrica minetur
Quæ prohibet peccare reos.

Chleb *Montuidi filius Palat. Smolenſcen. & Drobobuzen. à quo Chlebouiciorum familia in M. D. Lithu. excelſa & Patriæ ſummè deuincta. Reliquit filios Georgium, Stanislaum, & Rucium. Georgius Chlebi filius Palat. Smolen. poſt deceſſum parentis, reliquit Nicolaum, & Ioannem. Nicolaus Georgij filius, perpetuus miles contra Iuanum Ducem Moſchouitarum, ad Wiedruſkum dum exercet fortis animi virum deuictus ab hoſte, vnà cum Conſtantino Duce in Oſtrog, & Litouaro, & aliis in captiuitatem Moſchouiticam deuenit. Proximus Iuanus morti poſt annos ſeptem liberos pronuntiauit captiuos, qui dimiſſi citato curſu redierunt, ipſe Dux in Oſtrog captiuus remanſit. Verùm breui dum obſi-* Chlebowicz.

M det

det Smolenſcum Moſchus, vbi Georgius Nicolai *parens præſidebat, filius vices ſenis parentis obijt, & dum maximis donis militem ſibi conciliaſſet, fortiter arcem Smolenſceń. defendit, tametſi igne arx conſumpta fuiſſet in longum. Receſſit confuſus Moſchus. At Nicolaus tot laboribus fractus breui deceſſit, Mæſtus parens Alexandro Regi arcem reddidit, cui Rex Wolkouiſcum contulit cum cæteris bonis. Ioannes alter filius Georgij Aulicus Regius, Mſcislau. Capit. Palat. Vitempſc: demum Poloceń. dum exercitum Moſchouiticum à Polocia repreſſit. Tentabat cum Starzechouio, & Sebiezum retinere. Anno* 1536. *Legatus in Moſchouiam miſſus. Iterum* 1549. *Legatus in Moſchouiam, cui vt redijt, Sigiſ. Palatinat. Vilneń. & Cancell. M. D. Lithu. contulit. & Capit. Bobroiſceń.*
Bartoſowic. *tenuit.* Stricouius lib. 24. cap. 5. & lib. 25. cap. 1. *Reliquit ex Bartoſo-*
Sapieha. *wicowna filias quinque, Sapiehæ coniugem, cum quo habuit filiam Nicolai*
Sieniawſki. *Sieniawſki, Caſtell. Cameń. Ducis exercituum coniugem. Sophiam Zie-*
Zieniewicz. *niewic, Caſtell. Poloceń. coniugem, à qua Chriſtophorus Zieniewic, &*
Michaelis Wiſniowiecki coniunx. Chriſtinam Kumaiewſki coniugem.
Kumaiewſki. Solomierecki *Annam Solomierecka, Caſtell. & Capit Mſciſlau. filiam. Elizabeth*
Siemieth. *Siemieth coniugem, & filiam Bielewicz, Capit. Samogit. coniugem. Ex*
Bielewicz. *ſecundo verò matrimonio cum Anna Duciſſa in Zaſław, Iawnucij poſteri-*
Wolſki. *tate, ſuſcepit filium Ioannem, & filias. Barbaram Wolſka, Caſtellani Czerſceń. coniugem, ex qua fuit Nicolaus Wolſki. Helizabetham Ody-*
Odyniec, ſeu Odyncowicz. *niec Capit. Orſaneń. coniugem, quæ poſtmodum Michaelis Wolowicz, fuit conſors Capit. Slonimeń. Dorotheam Rey coniugem. Ioannes Ioannis filius poſt literaria exercitia & profectus, deſtinatus à vidua parente in Aulam Cæſareæ Maieſtatis, vbi redijt Auguſti Regis Aulicus effectus, in cuius conſpectu cum Nicolao Wolſki nuptiarum cum Sueciæ Rege tempore, militarem haſtam in trophæum laudis deduxerat,* 1563 *Anno, Polociam defendendam diſceſſit, quàm Moſchus validè oppugnabat & expugnabat. Plurima ibi fortis animi indicia intus & extra munitionem demonſtrauit cum Droheyſcio Chlebouicius, ſed cùm inter arma hoſtilia & ignem non erat poſſibile ſubſidia ferre, Palatinus Dowoyna Poloceń. Haraburda Vladicus Ruſſorum Chlebouicius, & omnes alij, præter Wierſchlenſcium Sileſium, qui mori voluit, ceſſerunt arcem hoſti, quos tamen hoſtis in captiuos recepit, & in Moſchouiam deduxit. Hac in calamitate, qua ante alios plus affligebatur Chlebouicius, literas fraudes hoſtis notum facientes, in Regnum tranſmittebat, quæ, dum ſemel interceptæ fuiſſent, reſpondit quærentibus, & quis Patriæ ſuæ propriæ non eſſe amans & fidelis commonſtrabitur? Laudauit Tyrannus, & magnificauit, ſuos redarguendo, dictum Chlebouicij. Et quoniam profeſſus fuerat, ſe non Catholicæ ſed Luteri dogmata ſequi, dixit Tyrannus: Faciam te dediſcere hæreſim. Adiutor tamen Deus ob fidele obſequium, & à veneno, & à captiuitate*

ptiuitate pro Pleſczowo & Olcchino, in commutationem dato, eliberauit. Sparſerat namq; ſermonem in facie Ducis Moſchorum Iuanus Kozłow, quandoquidem ſterilis eſt Auguſtus Rex Pol. poſt mortem eius, te, vel filium tuum, in Regem eligere cupiunt, quocirca hos dimitte captiuos, nam & miſericordem te, & dignum laude, à dimiſſis præſtabis. Audiuit, & conſenſit Moſchus. Honoratus fuerat titulo Caſtell. Minſcen. Obſequia bellica magno ſumptu complebat ſub Stephano ad Polociam, Wielkołuki & Pſcouiam, vnde pro meritis Palat. Trocen. & Theſaurarius Supremus M. D. Lit. denuntiatus fuerat. Celebrauit matrimonium cum Krotowſka, Palat. Inowlocłau. filia, ex qua ſuſceperat Ioannem & Nicolaum, filios. Alter filius Chlebi germanus Georgij Stanislaus. Magni conſilij vir & authoritatis, qui Alexandro regnante, cum Petro Myſzkowſki, Palat. Lancicien. & Ioanne Buczacki, Palatino Podoliæ, ipſe Palatinus Polocen. ad componendam pacem, ad ſexennium in Moſchouiam miſſus fuerat. Bielſc. fol. 494. *Reliquit filium Stanislaum, Palat. Podlachiæ, virum ad negotia Regni apprimè neceſſarium, & Nicolaum, qui ob nimiã humanitatem, quã in debita deuenerat, minus prudens dictus fuerat. Petrus filius Palat. Podlachiæ, Połonſki appellatus, cuius ſoror Radziuilij Venatoris M. D. L. conſors fuerat. Ioannes ex Ioanne, Palat. Trocen. & Theſaurario M. D. L. filius primus, poſt plurima indicia amoris in Patriam, profuit domi & foris Reipub. & domui, fortitudine, vtilitate, honeſto. Nicolaus alter filius, Caſtris, conſilio, & religione inſignis. Enituit in eo fortitudo Maiorum, dum cum Ioa. Carolo Chodkiewicz contra Sudermanorum Principem Carolum ad Dynamentum, Parnauiam, Korcholinũ pugnauit. Enituit inquam, dum ſub Sigiſm. III. memoriæ ſanctæ, totam Moſchouiam in longum & latum cum exercitu, vti Achilles, imperterritus peragrauit. Religio Catholica per illum quoq; propagata fuit, ſicut per anteceſſores ſuos denigrata. Nam Hæreſi abnegata, Eccleſiam in Zaſław à multis annis præoccupatam reformauit, reddidit, dotauit. Inſuper Ordinem S. Franciſci de Obſeruantia, in Dabrowno propè Smolenſcum abundanter fundauit. Sacellum Vilnæ, & Sacroſancti Sacrificij celebrationem, pro viuis & defunctis perpetuo fieri curauit. Celebrauit ſacri matrimonij vinculum cum Duciſſa in Korec, ex qua habuit filios, ſed nunc vnicum ſolum ſuperſtitem cernimus Georgium Carolum.*

Donec ſtella micat, curritque per æthera luna,
Chlebowicz maneant inclyta ſigna domus.

Georgius Carolus, vnica ſpes & ornamentum M. D. Lit. cui, dum quæ optimus parens ſibi optabat & illi, iam natura, educatio, & vitæ curſus tribuerunt, petimus à Domino cælorum, ne aliqua aduerſitatis interpoſitio inter lunam hanc & ſtellam mundo Ducatus Litu. lucentem adſinuetur; ſed creatus ex fortibus & bonis, magna honeſta & deſiderata Patriæ fælici-

fælicitcr proſequatur & efficiat. Hic iuuentutem Vladiſ. IV. peregrinanti in continua obſequia deuouerat, cuius & Aulicus & Camerarius vſq́ in præſens. Honoratus à Vladiſ. IV. Præfecturis Radoſlouień. & Onikſtenſi. Obſeruat matrimonij vinculum cum Catharina Ducis Radziuilij Chriſtophori, Exercituum M. D. L. Supremi Præfecti, Palat. Vilnenſis, &c. &c. filia. Cui dum Charis ingenium & mores, Venus aurea formam, Iuno genus, mentem caſta Minerua dedit, vnicum hoc reſtat, vt eam ſancta Eccleſia Romana in filiam adoptet & recognoſcat. Beatus enim homo eſt, qui cum reuerentia ac tremore ad Sacroſancta Myſteria Saluatoris accedit, ſeque vitam æternam ſuſcipere non ignorat, quæ extra Eccleſiam (*quam S. Auguſtinus agnouit poſt hæreſim*) manentibus non datur.

Dorohoſtayſki Dorohoſtayſcij, *ex Kuchmiſtrouicijs ſunt, vt ſuperius diximus: bello & pace clari, originaliter autem ſunt ſicut & Tyſkieuicij à primo Monuido.* Bielſc. pag. 313. *Fuit autem iſte Monuidus frater Patruelis Wladislai Iagellonis Poloniæ Regis, cuius ſuaſu ille inſignia Leliwa, antiquiſſimæ familiæ Tarnouiorum, in ſe & ſuos poſteros, conſentientibus Tarnouijs ac volentibus in ſymbolum amicitiæ eos ſuis armis ornare, ſuſcepit. Ioannes Dorohoſtayſki,* de quo habet Stricou. lib. 25. cap. 4. *Petrus Polociam defendit ſub Auguſto Rege.* Papr. in Stemm. fol. 659. *Nicolaus Dapifer Lithuaniæ, Tenutarius Vilneń. Ciuonus Godzineń. ab Auguſto Rege ad correctionem Statuti Lithuanici deſtinatus. Iſti demum Dorohoſtayſcij, cognatos atq́ familiares ſuos, Rege ſic iubente aut annuente, eorundem clenodiorum participes fecerunt, pro meritis cuiuſq́ Elogia in datis Priuilegijs recenſendo. Hos inter vnus, primi humani generis Parentis nomine, in ſacro Baptiſmatis lauacro, appellatus quod & in bellis Scythicis cum Vitoldo Duce, & in legationibus ad eoſdem barbaros, in Tauricam Cherſoneſum aliquoties à Rege Iagellone miſſus, ſtrenuè ſe atq́ amanter pro Patria geſſerit, à ſupra memorato Principe Monuido, ad Stemmatis Leliwa dicti claritudinem admiſſus, quam acquiſiuerat præter natalium ſplendorem, virtutis nobilitatem, Adamoniciorum cognomine, pro gentis conſuetudine, ſucceſſores ſuos appellari voluit, publicumq́ à Rege popularibus tunc ſuis fauentiſſimo, literarum teſtimonium atq́ monumentum facilè impetrauit. Hi igitur complures in ſtirpes propagati, ſuccedentibus temporibus, quæ mores etiam atq́ conſuetudines gentium, volubili ſuo curſu immutare ſolent, varijs cognominibus, vel à villarum poſſeſſionibus, vt Pokriunicij & Starouolſcij, vel ab euentibus, vt Mutikalſcij & Rakouicij, ſunt inſigniti. Pauci Patronomico cognomine contenti, Adamouicij ſimpliciter vocari volunt. Quos, ne ſanguine nimium à ſe diſtare Starouolſcij aſſirment, in Actis & monumentis publicis Palatinatus Breſcianenſis, ſemper ſeſe Adamouicios, Starouolſcios eſſe fatentur.*

Præci-

Præcipuè Baſilius Adamouicius Staroùolſcius Sigiſm. Auguſti olim Regis Aulicus, qui conſorte Sophia Zarankowna felix, filios quinq; militari ſtudio claros (vt hic filias duas, nobilibus viris quoque, Buchoueccio, & Vereſczaka, matrimonio iunctas omittam) ipſe ſexagenario maior, reliquit Samuelem, Moſchouiticis, Tartaricis, atq; Liuonicis bellis illuſtrem. Ioannem Hungaricis, Turcicis, atq; Germanicis expeditionibus ſub Rudolpho Imperatore exercitum. Alexandrum Suedicis, Hieronymumq; Scythicis atq; Valachicis congreſſibus inſignem. Tum Simonem deniq; Tarnouienſi Canonicatu Cantoris titulo, poſt tot aulicos bellicoſq; ſudores præditum, multorum librorum in lucem editorum ſcriptorem eruditiſſimum, verè alterum Lipſium Polonorum. A cuius ſupradictis fratribus germanis, atque patruelibus alijs, tot ſunt deinceps procreati liberi, tàm fæminei, quàm virilis ſexus, quos hic ſingulos vanum enumerare eſſet, ſufficiet ad immortalitatem virtus vnicuiq; ſua.

Tyskieuicij, *in M. D. Lit. & in Palat. Volhyniæ, Podoliæ. Antiqua & perilluſtris familia, ingenio, potentia, fortitudine, meritis atq; præmijs clariſſima & ſplendidiſſima. Miſko ſeu Nicolaus. Hic à ſtudio Magno Principi Lit. obſequijs deferendo, nunquam defuit: ſed Maiorum maximus imitator quod fuerit, ex dignitate progeniti filij apparet. Vetuſtas namq; temporum atque Hiſtoriæ M. D. Lit. ſcriptorum penuria tulit, vt ſuperiorem lineam attingere ſit impoſſibile. Itaque conſequens linea, antecedentem in meritis & præmijs, in dignitate & titulis, tàm in toga quàm in ſago demonſtrando, colluſtratam declarabit. Calennicus ſeu Calixtus, filius Nicolai. Et quoniam filius eſt ſpeculum parentis, & imago meritorum & morum: tantum profecit ex educatione & exercitio, vt Magni Ducis Litu. Suidrigelonis, Marſchalcus & Præfectus Putiulenſis atq; Zuinogrodenſis conſtitueretur. Quod ex Priuilegijs in archiuo Tyſkieuiciorum conſeruatis colligitur. Reliquit duos filios. 1. Dobr ſeu Bonifacius, qui poſt militaria trophæa, ſine quibus nobili vitam ducere erat tunc nefas grande, ſine prole deceſſit. 2. Tyſko ſeu Timotheus. Verus imitator parentis, qui tantis meritis Maiorum addit propria. Non enim proſunt munimenta, niſi vir fortis ea tueatur. In tanta præmia deduxit ille ſui nominis gloriam, vt præficeretur in Ducem Terræ Chyouień. & ornaretur Præfectura Perebaſtanień. Oportet, vt magnum & generoſum ille ſenſum induat, qui circa ſumma Reipub. & honeſtiſſima Principi verſatur. Reliquit ex Duciſſa Rabianka filios ſex magnificæ famæ. Ioannes Baptiſta primus filius, qui ardore ſpiritualis vitæ & contemplationis, religionem Monaſticam S. Baſilij elegit & obſeruauit. Denuntiatus Archimandrita Pieczarień. breui ad meliorem vitam & digniorem coronam diſceſſit. Sicut Linea familiæ Tyſkieuiciorum affirmat. Laurentius alter filius. Hic vigilando, agendo, benè conſulendo, vt ſibi omnia* Tyſkiewicz.

proſperè cedant, animaduertere non deſiſtebat. Quapropter deduxit progeniem numeroſam in plurimos annos. Theodorus primus filius Laurentij. Hic laborioſa iuuentutis ſtudia deduxit in iucunda ſenectutis otia. Patriam defendit, virtutem exercuit, boni exemplum reliquit. Deceſſit ſterilis progenie, fœcundus meritis & trophæis. Matthæus alter filius. Honeſti & decoris obſeruator & cultor. Reliquerat filium vnicum Andream. Marcus tertius filius Laurentij. Cui dum Mars animo, fronte & pectore fauet, inter fremitus bellicos, & arma ſanguine madentia, vitam deduxit & finiuit. Michael vltimus filius Laurentij. Hic negotiorum pacis commoda, poſt exercita in ſago munia eligendo, ſuppleuit in familia ſteriles fratrum anxietates. Reliquit filios quinque eximios ciues & milites. Ioannem. Hic ardua in Caſtris ſemper tentauit. Nam quod fuit durum pati, meminiſſe dulce eſt. Staniſlaum, exercitatum militem & prudenter audacem. Nam qui minus deliciarum nouit in Caſtris & in vita, ſpernit nec timet mortem. Alexandrum, qui omni deiecta ignauia, fortis animi vigum induit. Nam & fortuna fortes metuit, ignauos premit. Abrahamum, qui ipſam iuuentutem ſenilibus moribus inſtruxit. Iuuenta enim nihil eſt fugacius, quæ vbi auolarit ſemel, redit nunquam. Quapropter dum iuuentus floret, maturanda iuſtis moribus. Reliquit filios, Philonem & Ioannem, congruos paci & bello. Philonem, Exercitio fortitudinis & honeſti clarum. Humana enim vita ſimilis eſt ferro, quod ſi exerceas, atteritur & ſplendeſcit; ſi non exerceas, rubigo conſumit. Getoldus tertius filius Laurentij, qui ætatem ſuam ad ſenectutem bonam actibus virtuoſis deduxit. Reliquit tres filios, Matthæum, ſedatum moribus & vita, qui ſteriliter obijt. Alexandrum, eximium & ſtrenuum militem, & hic ſterilis obijt. Thomam, qui habuit quidem filios tres, Ieremiam, Simeonem, & Iſaiam, ſed ſine prole deceſſerunt. O heu, Non omnia omnibus æquè feliciter cedunt. Leo quartus filius Laurentij, cuius laus ſecundum nomen, Dux ceruorum, hoſtium clades, Patriæ vita. Terror hic eſt hominum, quiſquis hunc gerit, eſt Agamemnon. Reliquit duos filios, virtutis ſuæ atq; heroicorum actuum ſtrenuos imitatores, Scuminum et Zuierum. Obijt Capit. Lubecenſis. Zuierus, quod ex Sclauonico Zuier feram ſignificat, primus Leonis filius. Hinc collige, quales erant meritis et fortitudine Tyſkieuicij, qui etiam nominibus poſteros ſuos ad heroica facta, et hoſtium Patriæ ſtragem incitare contendebant. Et conueniebant rebus nomina ſæpè ſuis. Habuit duos filios, Michaelem, et Ioannem, qui, vt patet ex Linea Tyſkieuiciorum, obierunt in ætate florenti, et ſteriles. Scuminus, quod ex Græco ſignificat catulum Leonis, à quo vſq; in præſens benedictione Diuina deſcendit Magnifica et Illuſtris Familia Tyſkieuiciorum. Erat vir ſago clariſſimus, in cuius fidelitatem à Moſchorum incurſibus commiſſa fuerat Præfectura Czarnobilenſis, tanquam

quam potiſſimo Legionum ductori. Reliquit filios duos. Theodorus filius Scumini, Palat. Nouogrodeń. Capit. Grodeń. et Oliteń. Sufficit dicere præmia, qui merita cupit. Ex Theſaurario M. D. Lit. creatus Palat. Legationem ad Moſchouiæ Principem vnà cum Palat. Maſouiæ Stanislao Kryſki, et Nicolao Sapieha Palat. Minſceń. expediuit. Sicut Reinold. Heidenſt. de bello Moſchouitico refert. *Reliquit filium ex Polubinſka, quam genuit Sanguſkowna Duciſſa, Ianuſium. Ianuſius Theodori Scumini filius ex Palat. Troceń. Palat. Vilneń. Capit. Braclauienſis, Iurboſceń. et Nououoleń. Et quoniam virtutem ſequitur honos, iam colligere licebit, quod tàm pacis quàm belli tempore, plurima pro Patria pertulerit incommoda, et diſpendia vitæ et bonorum, toto ſuo curriculo ætatis. Eſt grauis Senator, optimus Bellator, magnificus virtutum æmulator, Eccleſiæ honos, Patriæ decor, Familiæ ornamentum, et Maieſtatis Regiæ ſinceriſſimus obſeruator, et profuſus amator. Celebrauit Sacramentum Matrimonij cum Naruſʒouiczowna, quam genuit Łacka, ex qua ſuſcepit filiam Catharinam Eugeniam, Ianuſij Korybuth Wiſniowiecki, Stabuli Regij Præfecti, et Capit. Cameneceń. coniugem; quæ poſtmodum eſt Radziuilij Alexandri, Ducis in Nieſuiez, Marſchalci M. D Lit. conſors. Altero matrimonio Tyſkieuicz Palatinus tenuit hæredem in Podhaice, de familia Gryf, Zamiechouſcij filiam, quæ ante fuerat Goyſcij et Lanckorońſcij Palat. Podoliæ conſors. Demetrius alter Scumini filius, Marſchalcus M. D. Lit. et Capit. Minſceń. qui ſicut iuuentutem ſenum prudentia moderabatur, ita in prouectiori ætate multis cumulatus honoribus, magnā de ſe memoriam reliquit. Reliquit filios in ſplendorem Reipub. et Eccleſiæ Chriſti. Alexander Demetrij primus filius, contemplata vanitate mundi, Ordinem Seraphicum ſub S. Franciſci Regula amplexus fuit. Georgius alter filius Demetrij, vt colligitur ex arbore Tyſkieuiciana, militari et Aulæ Regiæ deuincta reddidit obſequia. Theodorus, qui ob præcelſa ſua merita Præfecturam Minſcenſem adminiſtrauit. Ioannes, quem etſi Linea Tyſkieuiciorum non meminit, illum tamen Epitaphia Chiiouień. referunt. Vbi legitur :* Ioannes Hurin Scuminouicz Lwouicz, Marſchalcus M.D. Lit. Tenutarius Czarnobilenſis, obijt iuxta Computum Græcorum, à creatione mundi 7071. Octob. 10. *Michael Tyſkieuicz quintus filius Timothei, Campiductor Terræ Kiiouień. Splendor familiæ ſuæ, & auidus integerrimæ laudis. Reliquit filios plures.* 1. *Ioannem. Ex hoc ſuperſtites erant. Michael, qui in Liuonia pugnādo cum Zamoyſcio pro Regia Maieſtate occubuit. Dauid. Cyprianus occiſus in Moſchouia ad Moſayſcum, ſub ſignis Regijs Sigiſm. III. & Georgius qui filios habuit, Ioannem, Euſtachium, Michaelem, Martinum, Caſimirum. Georgius alter filius Michaelis. Maximus Bellator, & perpetuus Rothmiſtr. S. R. M. cuius tota vita militia erat, Marſchalcus Grodeń.*

Grodeń. O immortali laude celebrandam inſtitutionem, quæ bello & Reipub. reddit vtiles viros. Reliquit dignos Reipub. filios quinq;. Gregorium, qui ab illecebris mundi fugiendo, S. Baſilij Regulam ſecutus, Adminiſtrator Supremus Kiiouiæ Michaelicæ ædis, obijt. Sigiſmundum, qui Schiſmate reiecto, in gremio S. Eccleſiæ Romanæ profecit, ad contemptum mundi, & laudem animæ, in Ordine Seraphico vota reddendo. Chriſtophorum Dapiferum Grodeń. qui habuit filios, Ioannem & Petrum, Georgium Notarium Terreſt. Słonimeń. qui habuit duos filios, Samuelem, ex quo erat Nicodemus, & Petrum Marſchalcum Słonimeń. virum omni honore proſequendum, qui habuit Ioſephum, & alios duos filios. Ioannem eximium militem, & omnibus bonis amabilem. Stretus Tyſzkiewicz, tertius Michaelis filius. Hic ſago bene meritus Patriæ, vt aduertit medio certiori Palladem, quam Martem alumnos ſuos plerumq; in præmium deducere, progenitos ex ſe filios accuratiori literarum exercitio (quo poſſint decentibus in ſago & toga præſtare officia) educandos inſtitit. Perfecit quod enituit, reddidit claros literis, moribus, iure nobili, & arte militari. Michael primus filius Streti, in Połoceń. Palat. ViceIudex Terreſtris ex Notario, diſertus iudicio, & ſinceritate amabilis. Paulus alter filius Streti, Iudex Terræ Troceń. vir iuſtitia, humanitate, veritate commendabilis. Eius filij, Georgius, Nicolaus, & Ioſaphat, in Ordine Carmelitarum Diſcalceatorum. Qui, & Cubicularij Regis, & Linguis externis ornati. Alexander tertius filius Streti, Iudex Terræ Połoceń. vir morum integritate & ſapientia celebris, Doctoratus Laurea Pariſijs decoratus, Tragœdias Senecæ in Carmen Polonicum tranſtulit. In negotijs Reip. grauis, in Iudicijs Tribunalitijs ferè continuus. Reliquit filios, Reginaldum S. Th. Lectorem in Ordine Prædicatorum, qui antè Caſimirus vocabatur, & Chriſtophorum Notarium Caſtreń. Troceń. optimi iudicij & prudentiæ virum. Ioſephus quartus filius Michaelis. Hic poſt negotia Reipub. maturiorem ſtatum accelerauit contracto matrimonio, reliquit teſtatorem morum & virtutum Alexandrum. Qui deductis familiæ ſuæ condignis ornamentis, ſuſcepit ex maritali connubio Andream, boni æquiuè conſultorem & tutorem. Reliquit eximios milites, Alexandrum & Ioannem. Georgius quintus filius. Hic bonis artibus nedum ſibi probos amicos comparauit, ſed etiam Deum miſericordem & præmiatorem conciliauit. Sterilis deceſſit. Michael vltimus filius Michaelis. Qui dum faſcijs, meritis, atq; præſtantia bellica præfulſiſſet, contracto matrimonio. Suſcepit duos filios, Nicolaum domitorem hoſtium, cuius Nicolaus & Stanislaus filij ad Rigam occubuerunt. Chriſtophorum, cuius filij quatuor, Caſimirus, Nicolaus, Ioſephus & Samuel, vti flores, reddito bonæ famæ odore Patriæ, ſine poſteritatis fructu deceſſerunt. Baſilius vltimus filius Timothei, Palatinus Smolenſcenſis, Capitaneus Pinſcenſis. Ex

hoc

hoc iterum in familia T, ſkieuiciorum, tanquam ex equo Troiano, tot Polonici Pompeij, Marcelli, Scipiones prodierunt. Habuit in conſortem Ducis Sanguſko filiam, ex qua ſuſcepit filios quinque. 1 *Euſtachium, cuius merita ipſi tituli, & Senatoria dignitas abundè declarant. Erat Palatinus Podlachiæ, Slonimeń. & Mohilouień. Capitaneus, relicto filio Baſilio, lineam familiæ clauſit.* Meminit illius Stricouius fol. 580. 2 *Scraphinum, Caſtell. Smolenſceń. ſine dubio verum parentis imitatorem in toga & ſago. Obijt ſterilis.* 3 *Calixtum, Capit. Szereſſouień. Martis trophæa meritis ſubleuantem. Sterilis deceſſit.* 4 *Conſtantinum, Caſtell. Podlachiæ, mores, tempora, otia, iuſtam; ad libram temperantem. Nam ſi multum habet momenti Principis integritas: multò plus ciuium recta moderatio. Sine prole deceſſit.* 5 *Georgius, Palat. Breſteń. Screſſouień. Volkouiceń. Capit. Eius præclara merita plurimi Hiſtoricorum referunt, ſed præcipuè Illuſt. & Reuerendiſſ. Ioan. Demetrius Solikowſki, in Orat. Funeb. Sigiſm. Aug.* Stricouius lib. 25. cap. 1. Bielſc. lib. 5. *Qui nec labori, nec ſumptui parcebat, ſed vbiq; ſtrenuus bellator apparebat. Anno* 1561. *cum Nicolao Radziuilio in Liuonia ad munitiones Derpſten. & Tauruſcn. Moſchos debellauit. Anno* 1564. *ad Czaſniki cum eodem Duce vigintiquinq; millia ferrei exercitus, vt vocauit Illuſt. Solicouius, oppreſſit, occidit. Anno* 1567. *proprio ſumptu* 150. *equites ducendo, octo millia Moſchorum & Tartarorum cum Romano Sanguſko deuicit. Celebrauit matrimonium cum Theodora Wolouiczowná, ex qua ſuccepit* 6 *filios, columnas M. D. Lith. & defenſores Volhiniæ. Theodorus* 1 *filius, rectitudine & ſimplicitate animi & vitæ, plurimum laudabilis. Reliquit ex Duciſſa Zaſlauień. heroica fortitudine præcelſos filios, Samuelem & Hieronymum, qui in bello Moſchouitico fortiter pugnando gloriosè pro Patria in conſpectu totius militiæ occubuerunt. Ianuſius tertius filius Theodori, Palat. Kiiou. Zitomirień. Sniatineń. Præfectus, & copiarum propriarum ad quamcunq; Turcicam, Tartaricam expeditionem, magnificus & numeroſus ductor. Hic, vt Orthodoxa religione & dignitate Senatoria clariſſimus, toto pectore & forti brachio, honorem Patriæ & bonum conſeruando, nullam dimittere occaſionem, arte, fortuna, & ſumptibus occurendo, cogitauit, voluit. Et quoniam vexillum militare hoſtibus fortiter obiecit, tam animosè & hilari fronte pro Patria pugnauit, vt nec mortem, nec Tartaricam captiuitatem exhorruerit. Quinimò, vt ex captiuitate redijt, eo ipſo quod hoſtium præda fuiſſet, fortior & vegetior in hoſtes euaſit, & computatus fuit. Quapropter non immeritò quidam de illo ſcripſit:*

Hic vir, Hic eſt,
quem ſibi reperit vnum
Millibus è multis hominum, conſultus Apollo.

In domeſticis verò & inteſtinis in Regno perturbationibus, per rebelles Reipub. Coſacos, omnem vigilantiam, ferro & amore, iure & diſciplina adhibuit, illoſq; ita in Kiiouien. Palat. compeſcuit, vt pacem ſalutarem Regno reddiderit, firmauerit. Et quoniam

Ordine ſtat quæuis Reſpub. legibus & armis,
Et ſine diuorum religione perit

Maximam in promouendo cultu Diuino exhibuit deuotionem. Ille Lublini apud PP. Prædicatores, lignum viuificæ Crucis Chriſti tam altum & latum, puro auro & inſigni labore adornauit, impoſuit, adaptauit. Ille Eccleſias & Monaſteria Patribus Diſcalceatis in Berdyczou. Patribus Bernardinis in Machnowka erexit, & munificè fundauit. Ille Ord. Prædicat. ex intentione Illuſt. Heduigis de Buczac Iazłowiecka, Belzeccij conſorte, Conuentum in Morachua propria aduitalitate erigendum diſpoſuit, iuuit, & auxit. Ille Eccleſiam collapſam Zitomiriæ extruxit, & prouiſit. Ille plurimas Virgines nobiles, Deo ſeruire ex animo deſiderantes, in cætum Sanctimonialium dote propoſita religioſo affectu annumerare curauit. Ille Societatem IESV, quàm dilexit à teneris ætatis & honorum decurſu dotauit, ac vſq; ſuſtentat Vinniciæ. Tanta taliaq; merita in Eccleſiam & Rempub. meritò quidam hoc carmine deſcripſit:

Bellica perpetuas genuit tibi gloria laudes,
Euexit nomen Pallas honore tuum.
Nobilis excelſos effert Kiiouia faſces,
Non horret rigidos te dominante Scythas:
Te ſinus Oceani nouit geliduſq; Boetes,
Te venerantur eques, Teq; Senatus amat.
Tu fidei lux es, tu ſeruantiſsimus æqui,
Semper ineſt virtus inſita Tyskieuicijs.

Et P. Adalbertus Pyglawſki Societatis Ieſu, tali Elogio ipſum extollit:

Vt Turcicam Lunam terreret,
Sub Ioue Sarmatico natus:
Martium ſortitus eſt animum.
Meritis vigorem.
Diſciplinis militaribus mancipauit,
Didicitque
Priùs prodeſſe Patriæ, quàm ſibi,
Aſſuetus manu tueri Rempublicam:
Tutaturus etiam conſilio,
Dignitatem Senatoriam accepit,
Magnum exercendæ virtutis campum:
Auitæ Religionis defenſor acerrimus.
Vt Crucem Chriſti fundaret in Ruſſia,
Schiſmatico Metropolitæ Crucem ademit:
Dignus perenni laurea,
Qui ferales inferni lucos
In cæleſte trophæum aſſurgere non permittit,

Habuit in coniugem filiam Belzeccij ex Iazłowiecka natam, pientiſſimam in ætate iuuenili matronam. Hanc mæſtus Illuſt. maritus tam pretioſè auro, margaritis, argento, ſarcophago condidit, vt nemo par illi exſtiterit. Martinus alter filius Georgij, Marſchalcus Slonimeń. vir in Repub. ornatus, domi prouidus, vicino amabilis, hoſpiti liberalis, Eccleſiaſticis effuſus. Ex Pacowna ſuſceperat duos filios, Philonem, qui ſteriliter deceſſit, & Ioſephum moribus compoſitum, virtutis ſtudioſum, & familiæ ſuæ optimè merentem. Hic quatuor filios habuit, Stanislaum, qui cultam iuuentutem literis externis exercitijs in bello adornauit: & vlteriorem ætatem, militari occupatione cohoneſtauit; vir ſummæ liberalitatis, Pincernæ Kiiouień. titulo decoratus. Celebrauit matrimonium cum Niemieryczowna, Succamerarij Kiiouień. filia. Bartholomæum, Franciſcum, & Nicolaum, qui omnes Maiorum merita & ſtudia, diligenti obſeruantia in vberiorem gloriam, quantum ætas & facultas permiſerat, conati fuerunt deducere. Intentum Deus ab alto promoueat. Petrus tertius filius Georgij, Palat. & Capit. Minſceń. Qui ob amorem ſummũ Eccleſiæ & Patriæ, Parens Patriæ, & Pater pauperum appellari meruit. Poſt claros militares actus, & Reipub. publica & priuata negotia, quæ magna cum induſtria, & vtili honeſtate perficiebat: humanus, liberalis, beneuolus, & ſedatus Senator exſtitit, & cum laude bonorum obijt. Reliquit ex Duciſſa Hołowczynſka Caſimirum, Aulicum Vladiſ. IV. & eximium bello, & Caſtris Rothmag. quem Maieſtas Regia Subdapiferi M. D. Lith. dignitate, & Præfecturis Ciecierſceń. & Propoyſceń. condecorare dignata fuit. Creſcit in immenſum, quem conſcientia & virtus cõmendant. Filiæ Petri erant Marina Sakıeuicij, Succamerarij Oſmianeń. Fundatoris Ordin. Prædicat. Prouin. Ruſſiæ, in hæreditate propria, vnà cum conſorte munificentiſſimi. Sophia primùm Koleccij, poſtmodùm Kniazij Horſcij. Chriſtina Kniazij Zyzemſcij, Subdapiferi Minſceń. coniuges. Georgius quartus Georgij filius. Hic literarum cupidus, & deuotionis amans, Societatem IESV ingreſſus, optimam ſui memoriam reliquit: nam & Prouincialem bis egit, & contra Hæreticos ſcriptis pugnauit. Alexander quintus filius Georgij. Hic niſi celerata morte ereptus conſortio ex hominum fuiſſet, magno vſui fuiſſet Reip. ob robur animi & vim naturæ. Euſtachius Ioannes. Hic totum poſſe ſuum & velle, à iuuentute vſq; in ſenium, Patriæ & Marti conſecrauit. Patent ipſius merita in ſingulis expeditionibus Regni, tam ad Chieſiam quàm ad Kochenchauſen, tam contra Moſchos quam contra Oſmanum, & Tartarorum Dynaſtas. Expediuit Legationes cum laude familiæ, & emolumento Patriæ, ad Moſchorum Imperatorem & Tartarorum Mæcenatem. Filium Caſimirum contra Biſurmanum ad Chotinum cum ſtrenuo milite licet tranſmiſerit, ipſe tamen adeſſe cum alijs copijs voluit, & expetijt. Habuit duas coniu-

ges, vnam ex Familia Koributhorum, Ducum in Viſniowiec, ex qua ſuſcepit filios quinque, alteram ex Familia Sieniawſciorum, cum qua vnicam filiam habuit. Obijt hoſtium victor, & pacis contra Confederatos in Remp. & Liſowcios tutor ex Palat. Mſciſlauienſi. Palat. Breſteń. Cameneceń. Budeń. Layſceń. Mozyrenſis Præfectus. Georgius primus filius Euſtachij Ioan. ex Canonico Suffraganeus Vilneń. deinde Epiſcopus Medniceń. & Samogitiæ pietate & deuotione illuſtris, cui ad incruentum ſacrificium celebrandum accedere quædam auguſtas, prædicare verbum Dei ipſum deſiderium, religioſos pioſq; viros conuocare ad menſam tota conſolatio eſt. Amator modeſtiæ, Cuſtos temperantiæ, Parens afflictorum, deuotionis Cathedra.

Hoſtem magna hæc eſt victoria vincere bello
Altera parua quidem nobilis illa tamen
Nobilis illa tamen, ſed & vſu rara ſeipſum
Vincere: bella bonis hæc pia ſemper erunt.

Caſimirus ſecundus filius Euſtachij, Succamer. Breſteń. Dudeń. Lotuaneń. Hoſneń. Capitaneus. Hic grauitate morum ad excellentiam dignitatis accedere nititur. Nam ſi præclarum eſt per fortunam inter illuſtriſſimos admirationi eſſe, multò præſtantiùs eſt induſtria ſua, quicquid glorioſum & illuſtre eſt, adeptum eſſe. Antonius Ioannes tertius filius Euſtachij, Cubicularius Regiæ Maieſtatis Vladiſ. IV. Theſaurarius M. D. Lith. Et quoniam animi boni & mentis vegetæ, tota ratio eſt recta prudenſq; rerum gerendarum in adoleſcentia conquiſitio; hæc quia in ipſo radicatam firmauit habitationem, deduxit illum ad condignum honoris faſtigium. Chriſtophorus Leo S. R. M. Cubicularius, nec non Sacri Imperij Rom. clauis aureæ, qui dum in Volhinia & Palat. Kiiouień. multoties contra Tartaricos impetus & incurſus pugnaſſet, atq; ad Camenecum contra Abaſium bellator veniſſet, indicia fortis nobiliſq; animi inſtanter declarauit. Tenet ſacra connubia cum Voroniczowna, Vexilliferi Kiiouień. filia. Nullam tua Luna patiatur ecclipſim, qui interpoſitionem remoues. Fælix Ioannes vltimus Euſtachij Ioannis filius, ad Martem & negotia Reipub. obeunda optimè diſpoſitus, nec mouere Principem meritis ad præmia negligit. Etſi digniſſime lector, aliquos ex Familia Tyſkieuiciorum non plenè commemoraui, vel nondum omnes, illos tibi tam ſplendida arma laudatos præſentent. Nam ego

Dum Tyskieuiciam contẽplor lumine Phebem
Stella cui radijs fortibus alta fauet.
Eſſe ſago Tyskieuicios belloque potentes
Hoc ſtellæ Martis Cinthia ſi iuncta notat.

Liſowſki.

Liſowſcij *ex Czerſceń. Terra, ampla progenies & factis clara. Signum eſt, quod certam rationem rectæ vitæ obſeruarunt, ex qua & iſta eſt. Noli*

mel

ſmel huius mundi concupiſcere, ne decipiaris: dulcedinis enim illius extremum, felle & amaritudine replet amatores ſuos. Ioannes, *Gaſpar, Arnolphus, & Felicianus, Electionem Sereniſſimi Regis Vladiſ. IV. ex Czerſcenſi Terra ſubſcripſerunt.*

Sworſcij *in Sendomirien. Palat. Nicolaus Subiudex Terræ Sandomir.* 1504. *Viuunt vt ſemper viuant. Nam interrogatus Simonides quantum temporis vixiſſet, reſpondit: Tempus quidem exiguum, annos verò multos. viuunt ergo illi, vt viuant & in annos & in tempora.* Sworſki.

Kraiowſcij. *Andream, Archidiac. Cracouien. Canonicum Poſnani. Sereniſſ. Sigiſm. Aug. Secretarium, habet Epitaph. Cracouiæ in arce. Erat vir pietate præclarus, moribus grauis, lingua diſertus, ingenio acutus, doctrina ſolidus, conſilio ſolers, iudicio maturus, diſciplinæ Eccleſiaſticæ tenax. Obijt* 1571. Kraiowſki.

Kiſcij. *Petrum Varſauiæ habet Epitaph.* 1571. *de Rauenburg, S. R. Maieſtatis Stipendiarium.* Kiſka.

Mierzenſcij. *Hunc cimiterium, per Hæreticos poſt deſolatam Eccleſ. Zeroſlauicen. Stanislaum nomine, Anno* 1559. *commonſtrat. Eius filia Dorothea erat Viti Laſoccij coniunx.* Mierzenſki.

Łaskouij, *in Owrucen. diſtrictu de Laſkow, homines recti nobiles & poſſeſſionati, qui & in Braclau. Palatinatu bona Woronowice poſſident. Milites continui in Caſtris, & contra incurſiones Tartaricas. Bochdanus ſeu Deodatus, in Liuonia & poſtmodum in Moldauia ſtrenuus miles. Celebrauit matrimonium cum Catharina Mytkowna, honoratus titulo Theſaurarij Braclauien. Reliquit Baſilium cum Potoccio Duce campeſtri, militem exercitatum. Michael Bochdani germanus, poſt militaria certamina, contracto matrimonio, Fedorium reliquit.* Laſkowſki.

Pruſcij, *in Licenſi Terra, qui originaliter Chelmenſis diſtrictus ſunt, ſed militari gladio ibidem detentus, elegit ſedem pacis. Contracto matrimonio cum Romanowſka, reliquit filios milites, Chriſtophorum, qui in expeditione Pruſſica ad Nouopolim occiſus, & Gaſparum, iam vltra annos viginti militantem cum Annibale & Chocimirſcio, demùm cum Potoccio Campiductore.* Pruſki.

Sierpſcij. *Proni in virtutem & bonum, nam & nobiles equi vmbra quoq; virgæ reguntur, ignaui autem nec calcari quidem concitantur.* Sierpſki.

Miaskowſcij. *Cauti in quolibet progreſſu vitæ. Oportet enim quod pridie quotidie caueas, ne facias quod pigeat poſtridie.* Miaſkowſki.

Wierozomſcij, *in Drohicien. Terra, ordinatæ vitæ exemplaria. Nam quæ malè ordinata ſunt, etiam ea quæ benè ſunt ordinata, diſſipant.* Wierowſki.

Kopyſtenſcij, *in Premyslien. diſtrictu. Clara meritis & antiquitate familia. Plurimi ex illis milites, & fideles dominis ſuis. Spem bonam proponite, nam & aquila non ſemper remiſſioribus pennis deſcendit ad* Kopyſtenſki.

terram, ſed aliquando ſupra nubes eleuata peruolitat. Zacharias Kopyſtinſki, Archimandrita Pieczarien. Alij verò à Schiſmate recedendo, Catholici facti, & eximij milites, vt Epitaph. Leopol. in Eccleſia Bernardinorum oſtendit.

Mlotkowſki. Mlotkowſcij. *Vana non curant, rident enim dij ſemper* (inquit Socrates) *humana ſtudia inſpicientes, non enim omnes humanæ res paruæ ſint, tanta tamen illis ſtudia impendunt. Quodſi hæc rident, quomodo curam vanam non ridebunt?*

Krzeſki. Krzeſij, *in Cracouien. Terra. Antigonus Patris ſtipendia petenti reſpondere voluit. Ego non paternæ ſed propriæ fortitudinis mercedem & præmia largior. Fortes erant ex Maioribus, fortes & ex proprijs viribus Krzeſij.*

Gorkanſki. Gorkanij. *Plurimi ſunt nobiles, quos neq; dicendo neq; conſulendo aliqua gratia ſequitur, ſi cauſa horum ſunt metipſi, non dolendum: ſi ex contradictione virtuti, ſummoperè dolendum.*

Dąbſki. Dąbij. *Parentum nobilitatem ſuis moribus cohoneſtare, vt pulchrum ita & honorificum eſt. Acrimonia querci & durities accuſant, ſed tamen fructum non denegant, qui in neceſſitate vitæ, panis locò obſeruatur.*

Coborſki. Coborij, *ex Regno Hungariæ, eadem arma Lunam cum Stella in Poloniæ Regnum intulerunt. Groſij Coborij eximia poſuerunt ante merita in aureo pomo & Regno Beleorum ſeu Pannonico, nunc deſcendentes ab eis in Regno Poloniæ, eadem merita ſtabilia denuntiabunt Senatui digniſſimo. Illuſtriſſ. enim Comes de Tarnow Michael, filiam Annam Emerici Cobor Groſ, Sacri Rom. Imperij Senatoris & Conſiliarij, matrimoniali Sacramento in coniugem aſſumpſit. Ex qua iam benedictione cæleſti ſuſcepit prolem, Petrum Paulum, Comitem à Tarnow. Vtinam ex illo & in illo Luna Tarnowiorum integrum reſumat ſplendorem, vtinam quantocius receptet lumen ſuum.*

LEW, hoc eſt LEO.



DELINEATIO.

EST Leo erectus, pedibus anterioribus gladiũ vibratum ſtringit, coronatus in capite, in campo rubeo.

ORIGO.

NON niſi pro grauiter & fortiter geſtis concedebatur Leo, & quaſi primis marte animalium princeps concedebatur. Vnde Herculis Alemani. Germanorum Regis Bruſuicenſium, Maſilienſium, Veliſenſium, Scotorum, Flandrorum, Leo inſigne fuit. Quapropter *Sidonius lib. 4. cap:17.* Ducum antiquorum, dextera non minus ſolebat ſtylum tractare, quam gladium. *Et Stob. ſer.* 473. Perſarum Reges ante ſacrificia de pietate diſſerunt, antequam bibant de ſobrietate, pugnaturi de fortitudine. Quapropter concludendo *Staresb. lib.4.cap: 6. dixit.* Ex quo in principibus virtus languit, armatæ quoque militiæ infirmata eſt manus, & ipſius principatus quaſi præciſa radix.

LEO RVGIET, QVIS NON TIMEBIT?

VOX Leonis eſt terror, eſt vita: catuli namque leonum quaſi mortui nati, die tertio ad vocem leonis, quaſi terrore de ſomno expergefacti, vitalem ſpiritum ſubitò commonſtrant. Eſt tamen quod Leonem terreat, vox hominis, vox galli, & pulex, quem & loco mouet, vt tria hæc Phyſici deducunt. Vnde decori duxerunt aliqui, vt etiam ferarum nomina in honorem aſſumerent. Lyciæ Princeps Amiſodarus vni filiorum dederat Leo, alteri Draco. Tyſkieuicius in M. D. L. vni dederat filio nomen Skiminos, hoc eſt Leo, alteri dedit Fera, & quotquot erant inſigniti nomine Leonis, magni forteſq; ſemper fuerunt. Hinc Alciati interpres: Leonum nomine ſignificantur viri graues, & alioquin ſanctimonia probitateque aliqua inſignes. Quod ſi hoc ſecum Leonis nomen importat, quid Leo in inſigne nobilitatis & fortitudinis aſſumptus, non ducet in præſagium. Leonis veſtigia qui ad nullius pauet occurſum non ita quærent, quàm ſequentur. Vnde in Vngaria famelico Leoni & ſtringenti iam offam, ſeu carnem miles Polonus eripuit. *refert Cranz. lib. 9. de Saxon. c. 24.*

quo

quo facto non inſequebatur eum Leo, ſed ille Leonem, & Leo reformidatus recedebat. Eſtis iam fortiores Leonibus, & vt clarius dicam Leoninis cohortibus, vt in vobis iam ceſſauerit prouerbium: *Fortior eſt exercitus Duce Leone.* Nam Leones ſuperaſtis, & exercitus leoninos. Bellicoſus enim in vobis animus fortitudine ardens, ſuperat leonem, martemque proſternit, diſturbatque hoſtium phalanges.

Similes diuq; ſoſpites
Faciant, Patres Senatus. Atque vt plurimo
Fœlix perennet ſæculo
Domus, Deo quos dedico.

LINEA FAMILIÆ ARMORVM PRÆNONINATORVM.

Schonbergiorum familia in Miſnenſi Prouincia his armis vtitur. Quæ vt antiquitate, ita meritorum glorioſis progreſſibus illuſtris, celſa & primorum ornamentum, ex quibus & in Regnum Poloniæ militaris gratiâ aliqui deſcenderunt. Dum verò Sereniſſ. Regibus obſequiorum in Caſtris, vigilantiam, fortitudine, fidelitate, induſtria, periculis proteſtati in omnium conſpectu fuerunt: indigenæ & nobiles Regni declarati & ſuſcepti, maiora ceu Patriæ reddiderunt amoris & laboris teſtimonia. Acceperunt pro benè meritis à Sereniſſ. Regibus in prouiſionis rem cum ſummis pecuniarijs, & bona in Sendomirien. Palat. & ſubſequentes ex illis poſteris in Palat. Cracouień. atq; in Palat. Podoliæ. Theophilus Schonberg, qui à noſtris corruptè pronunciatur Schenberg & Szemberg, Eques ſancti Sepulchri, multarum nationum & Linguarum peritiſſimus, vt in Regno ex nationibus exteris, in Caſtris obſequia detulit, ſemper continuus & ſumptu magno miles Ad Smolenſcum cum Sereniſſ. Sigiſm. III. pugnando, cuniculos ſubterraneos poſuit. Propugnaculum ad Camenecum Podoliæ, iuxta Sereniſſ. Regum, Sigiſm. III. & Vladiſ. IV. modellum & mandatum fortiſſimum erexit. In Legatione ad Perſarum Regem, vbi etiam ſimul contra Turcam militauit. Obijt. Reliquit duos filios. Hyacinctus primus filius, miles eximius. Cum Illuſtriſſ. Palat. Bracłauień. Campiductore Regni Nicolao Potocki, expediuit Pruſſicam cum Guſtauo in Caſtris & campo occupationem: cum Tartaris ſæpiùs, cum Coſacis multoties: præcipuè ad Niedzwiedźie łozy, ad Kumeyki & Starzec, indè & Commiſſarius Pactorum ad Maſtouoſtauum, quibus nunc Coſaci obſtricti ordinem ſuum retinent, fuerat. Demùm pro dignitate meritorum, Rothmagiſt. S. R. M. creatus, maiora Patriæ offerre obſequia paratus eſt. Frater ſuus Germanus Literis & Iuriſprudentia nobili ornatus, Sereniſſ. Vladiſlai IV. Cubicularius, ad altiora promoueri virtute & moribus contendit.

LEO

LEO SECVNDO.



DELINEATIO.

EST Leo erectus pedibus anterioribus roſam tenens.

ORIGO.

QVomodo in Imperio acquiſita fuerint Leo commonſtrat, quod fortitudine. Roſa docet quod ſumma cum iucunditate, & odore famæ, atque integritate ſanitatis Patriæ, conceſſa fuiſſent in Regnum verò ob indigenatum Sāpachiorum, vt in Conſtitutionibus Regni apparet ſunt illata.

ODOR & DECOR FORTITVDINIS.

DVM Leo aſſumebatur in inſigne militum ſubſcribebant *Terror*, ſicut fecit Agamemnon, referente *Petra Sancta in Teſſer. Gentil.* Leo namque tunc vel gladium euaginatum geſtabat, vel flammas emittebat, vel proſtratos conterebat, vnde ſubſcribendum fuerat *Terror.* Sed cum Leo palmis anterioribus, non iam gladium, ſed pacis caduceum vel odoriferam roſam porrigebat, vt Antiochus fecerat, iam non *Terror* ſubſcribendus erat, ſed *Pax & Odor.* Dum arma veſtra intueor, ex roſa ſuauiſsimum odorem & decorem Regni conijcio nam animalium Rex, porrigens roſam reginam florum non aliud ſentire inſtruunt. Seruaſtis namque quod Theognides docuit.

Patriam ornabo pulchram ciuitatem, neque inter populum
Excellens, neque malis viris morigerans.

Seruaſtis quod monuit Sophocles.

Nunquam inimicum Patriæ virum in amicitiam
Recepi meam, hæc ſciens quod
Patria eſt quæ nos ſeruat, & dum in ipſa.
Fortunatè degimus, confabulamur inuicem
Huiuſmodi legibus, hac ego Patriam promoueo.

O Ergo

Ergo & tranſlati in Regnum, atque honoribus libertati Polonæ adſcripti & decorati, dignas referte Patriæ noſtræ gratias affectu & effectu cum dulcibus verbis. Tunc Leo veſter erit Patriæ & Regno gratiſsimus. Lego familiam Romanam victoriam hinc pro ſtemmate Leonem, quæ ſtellam aſpicit retroſtantem, victores antiquos familiam veſtram roſam in ſtellam commutaturam non dubitabo.

LINEA FAMILIÆ.

SZampachij *Comites, ex quibus Zdenkouius Comes in Chodonin & Milotyce, in Regno Poloniæ in indigenam receptus fuit. Priuilegium eorum aſſerit, quod à Leſcis Principibus Poloniæ progeniti fuerunt, magnæ dignitatis in Imperio ſemper erant, nam Artem & Marte vbique celebres. Mortuus Cracouiæ, Sepultus apud PP. Sancti Franciſci. Henricus Burianus filius eius, multarum linguarum peritus, fortitudine animi ad conſilia, corporis ad arma & caſtra à natura diſpoſitus, tale Elogium Patri ſuo inſcribi iuſſit.*

D. O. M.

Illuſtriſsimo Dño. ZENKONI SCHAMPACH S. R. I. in Chodonin & Milotyce Comiti S. C. Maieſtatis Conſiliarij, Bellico, Cubiculario & Conſtituto Supremo.

QVI

A Leſcone vſque ſuam originem ducens, poſt nauata à ſe ardua MAXIMILIANO Auſtriæ Archiduci operæ precia, Maximis Imperatoribus RVDOLPHO II. contra Turcam ingenti neruo, ſimulq; armatis legionibus ipſe Ductor armatus magno ſubſidio fuit, MATTHIÆ deuicta approbatus, vt res maximi momenti eius animoſis conſilijs, & Mauortia dexteritate perficeret. FERDINANDO II. inter illam rebellionem, & animum & victoriam per magnis pecunijs copijſque militaribus auxit, eiuſque Exercitum vt alias, ita circa Holomin à Turcis aſtu Gaborei circumſeſſum magnificè aluit, ac poſt Pragenſem victoriam ſibi concredita Hungariæ confinia defenſans, Auſtriæ propè ſeruator exitij. Porrò inter iſta glorioſa geſta memor ſuæ originis, dulciſsimæque libertatis Polonæ ſitiens, in Regni Comitijs deſiderato Indigenatu, in Patriam antiquam receptus, in Pruſsiam cum SIGISMVNDO III. Rege Pol inſignem equitatum deinceps cum alio, filium ſuum miſit, demum quod in votis ſupremis habuit, in eadem Patriæ Chriſtianiſsime excedens hic tumulatur. Deſijt viuere, vitæ ſatur Octogenario proximus Anno D. 1639.

LEO

LEO TERTIO.



DELINEATIO.

EST Leo cum faucibus hiantibus, lingua exerta, ſtans pedibus anterioribus erectus, & cauda ſurſum erecta, coronam ſuprà caput gerens, vno pede anteriore eleuatiore tres monticulos, duos inferiores ſimul iunctos, & tertiũ ipſis ſuper poſitum, & ſupra monticulos ſtellam ſex radiorum rutilantem tenens, & ſuprà circulum hæc inſignia ambientem capitalis pileus Ducum Ruſsiæ.

ORIGO.

INſignia hæc ſua propria, SIXTVS V. Pontifex Maximus ex ſua ſpeciali gratia & fauore, per ſuum Priuilegium peculiare, Inclytæ Ciuitati Leopol. quæ eſt Metropolis Ducatus Ruſsiæ in Regno Poloniæ, ob præclara eius merita & reuerentiam in S. Romanam Eccleſiam contulit, quæ prius pro inſigni Leone modo delineato abſq; tamen monticulis & ſtella, ſtante in porta aurea trium turrium vtebatur, quo abiecto in honorem tanti Pontificis, inſignijs ab ipſo collatis modò vtitur. Priuilegium verò iſtud ſic habet.

SIXTVS PAPA V.

Dilecti Filij, Salutem & Apoſtolicum benedictionem.

APeruit nobis nuper Venerabilis Frater, Ioannes Demetrius Archiepiſcopus Leopolienſis, Pater & Paſtor animarum veſtrarum, piam mentem & intentionem veſtram, quam magnoperè cupitis: vt inſignia Ciuitatis veſtræ Leopolienſis, quæ cum noſtris inſignibus in Leone conueniunt, per nos aliquo munere decorentur, ac illuſtrentur. Nos huic veſtro pio ac deuoto deſiderio, ad maiorem Omnipotentis Dei gloriam, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ decus, ac ſempiternam erga vos eximiæ charitatis noſtræ memoriam annuere cupientes, veſtriſque ac dicti Demetrij Archiepiſcopi ſupplicationibus inclinati, Leoni dictæ Ciuitatis Communibus inſignibus veſtris,

tres monticulos, & ſtellam de Leonis noſtri ſtemmate deſumptos, Apoſtolicâ authoritate, tenore præſentium perpetuò inſerimus, & adiungimus, ſperantes fore vt vos huiuſmodi ſtellæ, & montium myſtico præſidio muniti, de inimicis veſtris quibus cum bellum continuum gerendum eſt, exoptatam victoriam reporteris: arma ſiquidem militiæ noſtræ, *vt Apoſtolus ait*: Non ſunt carnalia, ſed potentia Deo ad deſtructionem munitionum, conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti, & in promptu habentes vlciſci omnem inobedientiam. Quid enim aliud per Leonem intelligi debet niſi Chriſtus, iuxta illud *Apocalypſis* 5. Vicit Leo de tribu Iuda, *Et Amos cap.* 3. Leo rugiet, quis non timebit? Dominus locutus eſt, quis non Euangelizabit? De quo etiam *Num: cap.* 54. Accubans dormiuit vt Leo. Quid per monticulos niſi Eccleſia Catholica ſuper ædificata ſupra firmam petram, in confeſsione Sanctiſsimæ Trinitatis, iuxta illud *Eſaiæ cap.* 2. Mons Domus Domini in vertice montium, & eleuabitur ſuper omnes colles, & fluent ad eam omnes gentes, & ibunt populi multi, & dicent: Venite aſcendamus ad montem Domini, ad Domum Dei Iacob, & docebit nos vias ſuas. Quid denique per ſtellam deſignatur, niſi Beatiſsima Virgo Maria? quæ & Mater gratiæ, & Mater miſericordiæ, pro ſalute fidelium ſuorũ athletarum, ſedula exoratrix ad Chriſtum verum Leonem, quem Maternis lactauit vberibus, intercedit, *vt Num. cap.* 24. Orietur ſtella ex Iacob, & conſurget virga de Iſrael, & percutiet Duces Moab. Sumite ergo vos benedictionis filij, exemplar inſignium noſtrorũ præſentibus hic expreſſum, illudq; contra quoſcunq; inimicos veſtros, viſibiles & inuiſibiles gerite, vt eiuſmodi adminiculo innixi, poſt adeptam à vobis de vtroq; hoſte in hoc mundo victoriã, præmia cæleſtis gratiæ in alio ſæculo conſequi poſsitis. Quoniam verò contingere poteſt, vt noſtra hæc inſignia, veſtris inſignibus aliter quam repræſententur inſerta, & adiuncta ſecundum temporum conditionem, locorum ſituationem, ac ipſius rei qualitatem magis decori publico, & Chriſtianæ religioni congruere, & inſeruire valeant, vobis illa ad libitum veſtrum, vbi quãdo & quomodo videbitur decentius inſerendi, adiungendi, & collocandi facultatem & authoritatẽ per præſentes concedimus, & impertimur, contrarijs non obſtantibus quibuſcunq;. Dat. Romæ, apud S. Marcum ſub annulo Piſcatoris. Die XV. Septem. M. D. LXXXVI. Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

Thomas Gualterutius.

LEWART

LEWART ſeu LEOPARDVS, Domus FIRLEIORVM INSIGNE, aliàs WALNY.



DELINEATIO.

LEopardus, lingua Franconica Lewart appellatur, depingiturq́ue in armis ab antiquo, pedibus anterioribus in dextram partem erectis, quaſi pugnaturus cum hoſte; & ore hianti linguam protenſam habens, quaſi defatigatus è bello: In vertice verò habet coronam, vt victor: & caudam complicatam inter pedes ſurſum fortiter erigit, vt è prælio geſtiens, coloris eſt ſubfului, cum tincturis nigris, in campo cæruleo. Super coronam verò galeæ, itidem ſtat erectus Leopardus, ſed medius tantummodo prominens, etſi ijſdem cum delineationibus.

ORIGO.

DVO in origine obſeruabit clariſsimus Lector: Primò, quod inſigne hoc nobilium Lewart ab antiquis Hiſtoricis Poloniæ

præcipuè à *Ioanne Dlugoſſio* nuncupatum, ante tempora Vladiſlai Locticì proclama ſuum Walny retinuerit, habueritque pro ſymbolo & teſſera vſque in hodiernum diem, hoc acclama conuocandorum hominum in poſſeſsionibus Firleiorum ad repellendam vim, atq; noxam inopinatè ſuperuenientem. Sarmatarum namque antiquorum mos conſuetudoque inualuerat, conglobato agmine hoſtem propulſare, inde mos non intermiſſus obſeruatur. Hinc ſermo Polonis W'álem/ Wálem: Hoc eſt vnanimi animo & conſenſu non verò viritim vel diſperſim. Succeſſu verò temporis à Marchionibus Lewart, atque illorum gentilicijs, politicum hoc quoque obſeruatum fuerat, vt Walnorum Familia, ab illis quoque qui iugo ſubditi fuerant Lewart nuncupata extitit. Notandum ſecundò; Quod Scriptores noſtri Leopardorum Familiam referentes, cum Vladiſlao Lo̧ctico è Franconia in Poloniam commigraſſe nunc primùm aſſeruerint, ſed quam à veritate ob ignorantiam priuilegiorum receſſerint, hoc vnum demonſtrabit quod centum quinquaginta & amplius annis à Caſimiro Iuſto ante Locticì tempora in Regnum Poloniæ, (ſicut Illuſtriſsimæ Firleiorum Proſapiæ priuilegia edocent,) nobilium in Regno dignitatem retinuerint. Idque tali ex occaſione. Abierat in Germaniam Caſimirus, vel peregrinationis cauſa, vel tractandorum negotiorum in Aula Imperatoris, vti vicini Principis, & in Bohemiæ Reges infeſtiſsimos tunc Polonorum hoſtes, Supremi animaduerſoris. Vbi aliquandiu immoratus, per quam humaniter à quodam Marchione Dominij Colonienſis nomine Lamfrido, de Armis Lewart fuit exceptus, inque ſuis poſſeſsionibus pro gentis more, & conſuetudine ſua, ſæpius venationibus, ac ſi in hæreditario ſuo Principatu recreabatur. Quam humanitatem viri liberaliſsimi, regio animo rependere cupiens, nepotem ipſius Vichfridum, Borgoſij Filium, in reditu ſecum in Poloniam deduxit, & multis honoribus ac poſſeſsionibus ornatum, liberum inter ſuos Barones, de lege & conſuetudine Theutonum eſſe iuſsit. Quod ſuum Priuilegium ſic teſtatur.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen.

NOtum ſit tàm præſentibus, quàm futuris, Dominum Vichfridum eduxiſſe de Terra ſua Theutoniæ, per Ducem Caſimirum Cracouienſem, & Sandomirienſem, ac totius Poloniæ. Dicti verò Vichfridi erat auus nomine Lamfridus Pater Borgoſij quidam Marchio Colonien. Prouinciæ. Ego Dux Caſimirus Dei gratia, cum fueram Terræ Theutoniæ, voluntatem ſuam gerens, dictus Lamfridus auus Vichfridi, mihi ſua caſtra commodauit & ſua bona. Propter tam bonam ſatisfactionem intuitu diuinæ miſerationis Ego Dux Caſimirus

ſimirus, conuocatis ſuis Baronibus in Cracouia ſua miſeratione, & cō-ſilio proborum virorum dicto Vichfrido filio Borgoſij contuli ſcilicet Sandeſch, Oſwiecim, & Sewor, iſta tria caſtra vſque ad mortem. Inſuper dedi & hæreditates & in eis libertatem, quæ eum poteſt excipere ab omni exactione Iuris Polonici, ad Dominum Ducem pertinē-tis, & poſteris ſuis ſicut nuncupatur. Nullum Prewod ducat, non prouocari coram Iudice Caſtri, nec coram Caſtellano, nec etiam coram Palatino ſed tantum coram Domino Duce, non Camerario, ſed annulo dicti Ducis, & etiam homines ſui in hæreditatibus eorum & vbique acquirunt & poſteri ſui Strozam non ſoluāt nec Stan. nec Prewor, nec cuſtodem ad aliquas res Ducis cuſtodiendas, nec vaccam, & ſi contigerit Ducem aliquā vrgente neceſsitate ſtare in tuo, nec educas nec paſcas. Et quicquid pertinet de iure ad Dominum Ducem eum abſoluimus & poſteros ipſius, vel quicunque eos conuenit, ad Caſtrum, ad Caſtellanum vel ad Palatinum, primo ponat Domino Duci marcam auri & ei marcam argenti finiti & puriſsimi ſoluat, tabernam in ſuis hæreditatibus vbique ponat, & vbicunque eius generatio acquirit, & poſteri ſui talem libertatem eis conferimus vſque in perpetuum. Eorum nationi quicunq; nocuerit, vel dehoneſtauerit XV. ſoluat, & ne fortè in varietatibus temporum aliquando deficiente iuſtitia poſteritas ipſius ad exterminationem lineæ nobilitatis ſuæ aliqua opprimatur iniuria, prædictus Vichfridus has literas roborando Sigillo Ducis Caſimiri ad memoriam conſcripſit. Item duo proprij homines ſi interficiuntur in ſuis hæreditatibus, Comes recipiat pœnam & poſteri ſui. Et hæc acta ſunt Anno Incarnationis Dñi M.C.LXIII. ſub horum teſtimonio: Zyra Palat. Maſouiæ, Nicolaus filius Stupotæ, Papibor, Vitalis, Suliſlaus, Sulek Nedzwedzki, Florianus qui Priuilegium conſcripſit. Et vt hoc tàm præſentes, quàm futuri rarum habeant noſtri Sigilli munimine roboramus. Quicunque huius ſcripti violator fuerit, aut Frater meus, aut Filius meus, aut aliquis Palatinus, maneat ſuper animam eius in die Iudicij. Amen.

LEOPARDORVM MONS.

INter montes celeberrimos in Orbe, Author Orbis noui, in deſcriptione Terræ Sanctæ per Brocardum, montem quoque Leopardorum cenſet, famoſum à fonte hortorum verſus Tripolim procedentium, diſtantem verò vna leuca à monte Libano. Maximè tamen memorandum à monumento & ſepultura illuſtris illius Ducis populi Iſraelitici Ioſue, qui in gubernanda illa multitudine Moyſi ſucceſſerat. Verùm ego à Sacra Scriptura edoctus, per montem Leopardorum intelligo, inclytæ huius Familiæ Lewart Heroas, in ſago & toga illuſtres, quod

quod omnium in Sacra pagina eruditorum opinione, per montes viri magni, & ingentibus dotibus præditi paſsim ſignificari ſoleant. Et è Familia Firleiorum innumeri penè viri illuſtres, tum bellica virtute, tum domeſtica prudentia, tum pietate deniq́ue conſpicui prodierunt, ita vt nullus ferè dignitatis in Polonia gradus ſit, qui non Firleiorum Familiam exornaret, aut quem verius Firleiorum adminiſtratio non exornaret. Euerunt Palatini, Caſtellani, vrbium & Prouinciarum Præfecti, Marſchalci, Theſaurarij, Reipub. cuſtodes, Duces bellorum & Tribuni, Epiſcopi deniq́ue ac Primates Regni. Congruè itaq́ue in veſtra arma, ô Inclyti Heroes, quidam Poeta luſit.

Quid video Leopardus atrox clariſſime Firley,
Eſt gentilitiis nobile ſtemma tuis.
Hoc ſcimus Graias Pellæum fronte phalanges,
Aſſyriumq́ genus condecoraſſe ſuum.
Iſte Leone viget, Pardo celeberrimus ille,
Horum ſed neuter clarus vtroq́ ſimul.
It velox fateor Pardus, Leo fortis in armis,
Non tamen alterius non eget alter ope.
Sed duo ſi iuncti veniant, ſtant certa trophæa,
Et quæ non proſunt, ſingula iuncta valent.
Firleiis ſpolium Leopardus iure reliquit,
Fortibus & promptis, hoſtis in exitium.
Quas illi ſtrages Moſchus, quas Pruſſia debent?
Quas celeres Turcæ, fulmineiq́ Getæ.
I Chaldæe Leone ferox, Pardoq́ Pelaſge,
Sis Leo, ſis Pardus, non Leopardus eris.

ÆTAS DIVTVRNA.

VT ad conſeruandam vitam diuturnam Altiſsimus remedium dedit, Parentum venerationem: *Honora Patrem & Matrem, vt ſis longæuus ſuper terram.* Ita ad conſeruationem tempore diuturno familiarum illuſtrium, Catholicæ Religionis propagationem, quinimo & ad conſecutionem vitæ æternæ. *Non enim habebit in cælo Deum Patrem, qui hic in terris Eccleſiam non habuit matrem.* inquit D. Auguſt. Hos verè ætas diuturna, hos triumphi in terris coronæ in cælis expectant. Quapropter B. Mylus Abbas in beatitudinibus dicit: *Beati qui Domino vigilant cum ſobrietate & caſtitate protegentur enim ab eo in die iudicij, & vt ſponſi comitesq́ atq́ amici cum gaudio & lætitia eum ſequentur & aſpicient.* Vnde obſecro mentem propriam vnusquiſq́ue domi, Eccleſiæ loco habeat, ibiq́ue veræ Eccleſiæ ſacrificia porrigat. Addit idem D. Abbas Martyr in Sent. Tropolog. Iam fælices vos

ces vos Leopardorum progeniem lubens aſſeram quia firmiter Catholicam religionem iam profitemini, cum tot Eccleſias, altaria, fundationes conſtruxiſtis, fundaſtis, imò defenſores, Patroni, ipſi quoque Epiſcopi, Archiepiſcopi, Primatesque Eccleſiæ in hoc Regno ſacrato, electi conſtitutique fuiſtis Celer equidem inuictusque eſt Leopardus, atque cuiuſcunque animi varietatem introſpicit. ita profectò, celeres vos bellicis ciuilibusſque negotijs, prudentia, conſilio, fortitudineque vbique perſeueraſtis, atque ea quæ Patriæ, Reipub. Regij quoque ſana vtiliaque erant, deſudaſtis. Igitur durabitis, quam diu orbis hic, ſi orbitam hanc non deſtitueritis, & ſicut cæpiſtis ſacrorū tutores prrmanſeritis. Hinc Palladas apud Stob. ſerm. 38. admonebat.

Si quis odit hominem quem Deus amat,
Maximum ſibi malum inducit.
Manifeſte enim contra Deum pugnat,
Maximam iram ex inuidia recipiens
Amandus eſt enim ille quem Deus amat.

PATRES REGNI POLONIÆ, ET TRIVMPHATORES.

GRæcorum & Romanorum Patres conſcripti neceſsitate vrgenti vota publica Dijs ferebant. Sed inter ſolennes Hecatombas, centum aras erigebant in vno loco, & centum in eis boues, centum oues, centum ſues, vno tempore immolabant. Si verò Imperatoris votum eſſet, centum leones, & centum aquilas vnâ mactabantur, Patres triumphatorum iure meritò vos Firlei nominabo. Nam triumphis veſtris Reſpublica noſtra ſecura, Patria libera, Senatus pacatus, Rex quietus ſteterunt & permanſerunt ſatis numeroſo tempore. Veſtra prudenti opera, pacis fœdera, Caſimirus Rex inter Regnū Poloniæ, & Baiazetum Principem Turcarum fecerat. Veſtra vigilantia & ſudore omnis hoſtiū ardor repreſſus fuerat. Vos ſupremos Duces in Exercitu, primos Conſiliarios in Senatu, inuictos milites in hoſtili congreſſu ſpectabat ſemper & mirabatur Reſpublica, qui centies pectora pro Regno, & Patria obtuliſtis. Ariſtoteles quondam Alexandro perſuadebat: ô Rex clementiſsime ne ſurgas, nec ſedeas, nec cibum aut potum ſumas, nihilq; penitus ſine periti Mathematici conſilio facias. Perſimile his Sereniſsimi Reges exſecuti fuerunt, nam in omni negotio Regni, in bellicis expeditionibus, in cauſis vrgentibus nihil ſine Firleijs fecerunt, ſtatuerunt, ſed vt ſingulares patres Patriæ, veros Regni conſultores, antiquos triumphatores obſeruabant, colebant amabant. Lego in Collectaneis Hierog. additis à Pier. Leopardum Principibus inſeruiſſe cicuratum, quem in ceruos & feras emit-

Alex. ab Alexand. lib. 3. cp. 22.

tebant, qui terno ſaltu ferã aſſequebatur. Vnde celeritatis & induſtriæ in rebus peragendis ſymbolum eſt. Rectè adumbratos his Firleios video, venerunt, vicerunt, dixerunt, concluſerunt. Quapropter iam ab illis alienum eſt vulpis dicterium apud *Plutarchum poſitum in Moral.* Contemnere (inquit) vulpem ſolitum Pardum, quod ipſe tot colorum lepore varietem haberet. Cui vulpes reſpondit: In animo ſibi eſſe eam colorum varietatem, quam ille in tergo haberet. Erant Firleij decentes corpore, candidi animo, perpulchri moribus & ſapientiâ rectâ. Quapropter de Petro Firley de Dąbrowica Palat. Ruſsiæ in Epitaphio Lublini legitur.

Patria ſeu pacem tractat, ſeu Martia Caſtra,
In me conſilij ſumma caputq; fuit.
Diſuaſi vacuum cauſis & inutile bellum,
Vtile cum ſenſi primus in arma rui.
Experti mea tela Scythæ, Moſchiq; ſuperbi,
Orſa, vbi ſubiectos flumen inundat agros.
Pannonium ad Regem deuicto nuntius hoſte,
Captiuos duxi, Martia dona Ducis.

LINEA FAMILIÆ LEWART.

PRimus de armis Lewart, in Poloniam venit ex Germania, Marchio Vitſridus, Borgoſij F. Lanfridi Nepos, quem Princeps Poloniæ Caſimirus Iuſtus, è Colonienſi Prouincia ſecum euocauerat domo, & in noſtris oris collocatũ, plurimis honoribus auxerat, & poſſeſſionibus dicauerat. Præcipuè verò Præfectura Sandecenſi, Oſuiencimenſi, atq; Seuerienſi, vti ſuprà poſitum Priuilegium teſtatur, Datum eidem Anno Chriſti 1163. *Quæ autem huius Vitfridi progenies fuerit, ob vetuſtatem temporis, & literarum tum temporis inter noſtrates ignoratione, prorſus neſcitur: niſi quod ex ſuis ſucceſſoribus præcipui nominentur, à Dlugoſſio Hiſtorico noſtro duo fratres ſupra nominati. Derslaus Præpoſitus S. Floriani Cracouiæ, pietate & eruditione conſpicuus, vti ex monumentis Eccleſiæ illius, & ſacra ſupellectili apparet. Et Oſtaſius Dapifer Cracouienſis, qui primus cognominatus eſt Firley. Hic inter poſſeſſiones ſuas exſtirpatis americis, villam de ſuo nomine appellatam Oſtaſſow, in diſtrictu Lublinenſi locauit, quæ hodiernum diem eodem cognomine gaudet. Cumq; fungeretur officio Dapiferi Terræ Cracou. quod Germanico vocabulo Firlegier dicitur, imperitum vulgus, corrupto vocabulo Firley appellauit. Erat etenim tum temporis, prout & nunc, in Regia linguæ Germanicæ maximus vſus, ob gentis vicinitatem, & aſſidua inter ſe populorum commercia. Ab eo igitur tempore manauit, vt Marchiones Armorum Lewart, cum tota ſua Familia Firley, in hodiernum nuncupentur. Et cum in Aula Vladiſlai Lokietkonis*

kietkonis Oſtaſius gratioſus fuiſſet, ob merita & virtutes, obtinuerat à Rege, multas donationes alias, ſed præcipuè translationem bonorum ſuorum, de iure Polonico, in ius Theutonicum, vti Priuilegium ſibi datum teſtatur. Anno 1517. In die Beati Andreæ Apoſtoli, ſub atteſtationibus Teſtium ſupraſcriptorum, videlicet Comitis Pacoslai Caſtell. Cracouienſis, Comitis Nauogij Sandomirień. Tomiſlai Cracouień. Palatinorum: Comitis Petri Sandomirień. Michaelis Radomień. Caſtellanis: ac Oſtagnei Iudicis Sandomirień. Datum per manus Magiſtri Franciſci, Cancellarij Cracouień. *Habuit Oſtaſius iſte duos filios, Iaroslaum ſeu Stanislaum qui ſteriliter deceſſit, & Euſtachium multorum liberorum patrem. Hi ambo ab obitu Patris ſui, bona hæreditaria acceperunt, Beſce, Podoliny, ſortes in Stoianowice, Kolamczyce, Brzeſcza, Nowa Cerkiew, Klimontowice, Zakrzew, Zarkopolice, medium Mleczkow, Goſcza, Melgiew, Ianowiec cum adiacentibus, Dambrowicá, Slawin, Moticz, Bochotnicá, Wierzchoniow; Rutká, Márkuſsowice, Serocko, Leſkowice, Serwice, Ciecbanice, medietatem Tarkowice, & alia complura. Rex verò Caſimirus Magnus, ratione pœnæ triginta marcarum, ademerat eis duas villas Seroczko & Leſkowice, Anno 1369. Sed tandem Nicolao Palat. Lublineń. in Comitiis Varſou: executionis, per Diuum Sigiſmundum Auguſtum, ſunt reſtitutæ. Scribit Ottomanus Iureconſultus in Commentariis ſuis Stanislaum hunc regnante Caſimiro Magno, alam Equitum duxiſſe contra Tartaros Lublinum per dies duodecim oppugnantes, & rem ſtrenuè cum hoſte geſſiſſe; quod negant hoc Bielſcius & Paprocius, nullam tamen cauſam adferunt, cur implicet hoc fieri, quandoquidem multi viri bellatores ex hac nobiliſſima Firleiorum Familia prodierint. Euſtachius itaque tantarum poſſeſſionum Dominus, paterna veſtigia ſequens, primò Subdapifer Cracouień. à Caſimiro Magno creatus erat, poſtmodum Caſtellani Lublinenſis titulum geſſit, Comes à Rege appellatus, vti in Priuilegio ſibi dato legimus Anno Dni* 1339. Quod fideles noſtri Abraham videlicet Czader, & Clemens de Zagorze, ſani mente & corpore, coram nobis & noſtris Baronibus, omnes pariter ſunt confeſsi, hæreditates ſuas vulgariter Viazd, Wiczdziec & Gwola militi noſtro Euſtachio, Subdapifero Crac. in ducentis marcis groſſorum latorum Pragenſium ſe liberè obligaſſe, tradentes & donantes poſſeſsionem &c. *Quas quidem poſſeſſiones Priuilegio iſto Rex Caſimirus transfert de Iure Polonico in ius Theutonicum, & Præfatum Subdapiferum variis immunitatibus ornat. In alia verò inſcriptione poſteriori Anno Dñi* 1354. *à Nicolao de Strachocino & aliis facta, iam non Subdapiferum, ſed Caſtellanum Lublinenſem eum nominat, & Comitem appellat. Hic moriens reliquit filios duos Petrum & Iacobum. Petrus pro ſorte ſua haſce acceperat poſſeſſiones Anno Verbi Incarnati* 1380. *Beſcze, Zakrzew, Bochotnice, Rutki, Markuſsowice, Kli-*

ce, Klimuntowice, Stoczek, Płonki, Wierzchowice, Boguſałowice, Drzewian y Gutanow. Reliqueratq́ vnicum filium Ioannem, qui Caſtrum Bochotnicá cum adiacentibus villis, vendiderat Clementi de Kurow, Caſtellano Sandecenſi duobus millibus marcarum, groſſorum Pruthenicorum, prout teſtatur inſcriptio Anno D. 13?8. regnante Vladislao Iagellone facta. Et ab iſto Ioanne proceſſerunt Familiæ Konarſciorum, Bronowſciorum & Markuſzeuiorum, qui cùm eſſent de domo Firleiorum, à villis & poſſeſſionibus ſorte ſibi obuenientibus ſua cognomina acceperunt. Diſerta attamen mentio vnius ex filiis eius nomine Andreæ reperitur compluribus in locis, quod fuerit Caſtell. Zarnouienſis, vt legitur in Approbatione Sbignei Epiſcopi Cracouień. cum pro erectione Xenodochij Radomienſis marcas ſexaginta donaret. Tum in alia quadam ſcriptura ſponſoria Anno Dñi 1444. confecta, quæ ipſum Firleium nominat. Iacobus verò Euſtachij F. pro ſorte ſua acceperat Nowa Cerkiew, Podolany Melgiew, Ciecibanki, Krzeſimow, Ianowiec, Domum in Lublin cum allodio & agro, Stawin, Dabrowice, Moticz, Ianiki, Bunie, Ploſowice, & Dobruſsow. Hic cum rerum militarium peritus fuiſſet, contra Scythas, contraq́ Crucigeros cohortes primò, poſtmodum alis Equitum, regnante Vladislao Iagellone ductabat, vt Ottomanus Iureconſultus, in Commentariis ſuis de pignoribus, meminit ſub Anno 1357. & ſequentibus, reliquit is duos filios, Adamum & Iacobum viros ſtrenuiſſimos, rerumq́ Oeconomicarum peritiſſimos, quorum alteri Adamo ceſſerunt bona ex diuiſione Anno 1401. Nowa Cerkiew, Zatopelie, Golędzin, Moticz, Dabrowicá, Stawin cum ſuis attinentiis Dobruſsow, Ianiki, Płowiſsowice atq́ alia. Habuit hic filios tres, cum vxore Iachna de Krwáty Ioannem, Petrum, & Nicolaum. Iacobo verò cum alia portione hæreditaria, ceſſerunt Podolany & Melgiia, à qua deinceps ſui ſucceſſores ſunt appellati Melgewſcij. De quibus in Actis publicis diſtrictus Lublinenſis luculenta fit mentio: quod vnus ex illis fuerit Subiudex Terræ Lublinenſis, alter Vexillifer eiuſdem Satrapiæ Lublineń. tertius verò Canonicus Lublineń. & hinc eſt origo Melgiewſciorum. Ex filiis autem Adami Firley Anno 1436. Petro ex diuiſione hæreditatis ceſſit Stawin & Wola Dabrowicka cum ſuis attinentiis. Cæterum ſteriliter illo decedente, hæc omnia ceſſerunt ſorori illius Heduigi, coniugi Domini Dzik. Nicolaus quoq́ vnicam filiam hæredem bonam relinquens, ditione Moticzenſi, auxit fortunas Czyzeuij de Miedzygorze, cui eam matrimonio copulauerat. Solus Ioannes decora domus Firleiorum retinuit, habens ex diuiſione Dambrowicam & Plowiſsowice cum reliquis, Anno Chriſti 1435. Qui & filios duos progenerauit, Petrum natu maiorem, & Ioannem natu minorē. Petrus fuit Iudex Terreſtris Lublineń. vir pietate, vita & morum integritate conſpicuus, vt certa ſcriptura teſtatur, eidem Data à Prouinciali Ordinis S. Franciſci Minorum de Obſer. qua ipſum recipit ad participationem

Origo Konarſciorum Bronowſciorum, & Markuſzeuiorum.

Origo Melgiewſciorum.

tionem

tionem meritorum Ordinis Seraphici Anno 1442. Quod comprobat & alia ſcriptura ad exſtinctionem dotis in Acta publica inſerta Anno D. 1485. Is pro ſorte ſua accepta Anno 1477. Dabrowicá, Płowiſſowice & Łuczka, cum vnicum filium ex vxore ſua Heduigi Oſmolſka de Prawiedniki, Nicolaum nomine reliquiſſet, obijt 1493. Ioannes autem cui ceſſerunt Krwaty, Golędzin, aliaq́ bona materna, fuit progenitor Firleiorum Krwaſciorum, qui non ita pridem cum tota ſua proſapia defecerunt. Et hic eſt origo Krwatſciorum.

Origo Domus Krwatſciorū in diſtrictu Radomenſi.

Nonus in generatione Firleiorum illuxit Orbi Sarmatico Nicolaus Petri Iudicis Terreſtris Lublinen. filius, primùm Vexillifer Terræ Cracouień. poſtmodum Lublineń. atq́ Sendomirień. Palat. deniq́ Caſtellanus Cracouień. & ſupremus Regni Pol. Exercituum Imperator vir cum ob eruditionem, tum ob. vitæ probitatem, atq́ præclara domi foriſq́ facinora patrata, quibuſuis Chriſtianis Regibus optimè notus. Is regnante Caſimiro Iagellonide rebus bellicis deditus, per omnes militiæ gradus procedens, ad ſummum deinceps ſub Sigiſmundo I. caſtrenſis diſciplinæ decus peruenit; profligatisq́ primò ad Sauraniam fluuium Scythicis legionibus, audacius poſtmodum eorum impetui ad villam Kopeſtrinum dictam reſtitit, binasq́ acies eorum in fugam effuſiſſimam conuertit, vt patet ex Priuilegio Alberti Regis pro vexilliferatus Cracouien. dignitate illi dato Anno 1497. Radomiæ. Cumq́ vir prudens & maximæ experientiæ fuiſſet, varias pro Repub. & ad diuerſos Principes legationes obiuit: quarum illa celebrior aliis fuit, quæ Regis Caſimiri Iagellonidis nomine, ad Baiazetem II. Turcarum Imperatorem inſtituta erat. De qua Cromer. Nempe quod Caſimirus Rex fœdus icit cum Baiazete Turcarum imperatore, per Oratorem ſuum Nicolaum Firleium, gente Leopardium, qui poſtea Caſtell. Cracouień. & Dux Exercitus Polonici fuit, hac lege ne quid alter alterius ditionibus & hominibus incommodaret. Sed & iterum à Rege Alberto ad eundem Baiazetem miſſus, rem ex voto confecit, vt aſſerit in ſuis Commentariis Ottomanus IC. & melius comprobat Priuilegium Alexandri Regis, datum ipſi pro Capitaneatu Lublinenſi, cuius tenor talis.

Alexander Dei gratia Rex Poloniæ, Maguus Dux Lithuaniæ, &c. Significamus tenore præſentium, quod propter ſeruitia quæ Generoſus Nicolaus Firley de Dąbrowicá Vexillifer Crac: nobis ac Reipub. Regni noſtri non minus diligenter ac fideliter, quam etiam vtiliter impendit impendereque conſueuit, præſertim itinera remotiſsimarum partium ad Principes Chriſtianos atq́ue in Græciam & Thraciam, ad Imperatorem Turcarum, non ſolùm nobis feliciter regnantibus; verum etiam viuentibus Sereniſsimis olim Caſimiro parente atq; Alberto Fratre Regibus Poloniæ prædeceſſoribus noſtris, non abſque periculo rerum ſuarum & perſonæ obeundo aliaq; negotia tam intra Re-

gnum, quàm extra illud expediendo gerendoque, qui Nobis Regnoq; noſtro, ſicut &c. horum intuitu &c. Dat. illi Caſtrum Lublin. Capitaneatum & Ciuitatem, quoaduſque ipſi vel eius ſucceſſoribus perſoluatur mille florenorum in auro, & octingentorum in moneta, & medijs groſsis, &c. Datum Vilnæ &c. Anno Dñi 1513.

Idem Rex Alexander merita eius in Patriam remunerari cupiens, quinquaginta illi marcas annuæ penſionis in Salinis aſſignauit, tali cum Elogio condecorans in textu Priuilegij. Quia habentes ſingulariter commendatum &c. quem virtus ſua & probitas ac merita in Rempub. nos ſingulari gratia proſequi cogunt &c. His igitur permoti &c. Datum Anno Dñi 1502. Cracouiæ. *Regnante verò Sigiſmundo I. honore & titulo Palatini Lublinenſis fuit decoratus Anno 1507. Contraq; Glinſcium perduellionem, vt aſſerit Decius in Lituaniam cum exercitu miſſus.* Sigiſmundus his cognitis, initijs obſtare decreuit, Firleium cum exercitu militis mercenarij ſine cunctatione expediuit &c. *Quem deinceps, poſt deceſſum Ioan. Tarnouij Sendomirienſi Palatinatu auxit, addito eiuſmodi encomio.* Et præſertim qui etiam in multis bellicis expeditionibus, quas aduerſus infideles & Schiſmaticos faciebamus, nobis & Reipub. vtiliter ducatum cæteris præbens Ducis exercituum vices geſsit (viuente adhuc Kamieniecio Supremo Exercituum Regni Duce) ac fideliter inſeruiuit, & in hac expeditione contra Magnum Ducem Moſchouiæ, vbi felicisſima, & diu memoranda Deo adiutore victoria potiti ſumus nobiſcum perſeuerauit, ad dignitatem Sendomirienſis Palatinatus vacantis, de Lublinen. &c. Datum Vilnæ Anno Dñi. 1519.

Hic primus ſiquidem à Bellis Bohemicis rediens, vt teſtatur Paproc. *morem & modum caſtra metandi in Poloniam intulit, & comitatui Regio maxima cum induſtria præfuit, prudentiamq; Senatoriam & authoritatem, in Conuentu Sigiſmundi Regis cum Maximiliano I. Imperatore, & Vladislao Rege Hungariæ, exteris hominibus monſtrauit. Vnde rediens cum gloria & fama Supremus Exercituum Regni Imperator fuit declaratus, vt ex Priuilegio patet, Anno Dñi 1515. Cracouiæ.* Sigiſmundus Dei gratia, &c. *Vbi etiam Andreæ Koſcieleccio, Caſtellano Voynicenſi, Theſaurario Regni, & aliis pro tempore exſiſtentibus præcipitur, vt ſibi ſalarium ordinarium, quod aliis Exercituum Ducibus dari erat in vſu, quotannis perſoluatur. Motis igitur contra Crucigeros Caſtris, prouinciam Pruſſiæ in quinquaginta diſtrictus diſpartitam, feliciter pacificauit, profligatiſq; eorum exercitibus, Albertum Marchionem Brandeburgenſem, Magiſtrum tunc temporis illorum Supremum in ordinem redegit, & impoſito ei titulo Ducis Pruſſiæ, fidem Regis Sigiſm. ſequi coegit. Quam herclè victoriam, non modò Patria illi gratulata eſt vniuerſa, ſed extranei quoq; Principes omnes atq; ipſe Summus Pontifex Leo X. qui cum in ſuo*

Breui

breui Comitem appellat hiſce verbis: Tua igitur nobilitas, vt etiam Comites decet &c. Dat. Romæ Anno Dñi. 1512. *Rex verò Sigiſmundus in præmium Oppidum Koczko, cum ſuo caſtro & adiacentiis, in Tractu Lublinenſi donauit, (quod poſtea Reſpub. Nepotibus eius, regnante Auguſto Rege confirmauit, & Caſtellanum Cracouienſem appellauit Anno Dñi 1520. Datum in Toruneń. ciuitate. Cumq́ ex Anna Melecia, duos filios Petrum & Nicolaum ſuſcepiſſet, quatuorq́ filias viris in Repub. primariis in matrimonium elocaſſet, tandem Supremo illo Imperatore cæli euocāte, ſtationem ſuam quam in Patria habuit, ritè munitus Sacramentis deſeruit, & vnde originem ſumpſit, in aſtra migrauit Anno 1526. Sepultusq́ eſt in Eccleſia S. Stanislai Lublini, apud FF. Ord. Prædicat. vbi tale Epitaphium habet.*

Illuſtri & Magnifico Domino, Dńo Nicolao Firley de Dąbrowicá, Caſtellano Cracouienſi, Supremo Exercituum Regni Capitaneo, Petrus de Dąbrowicá mœſtus filius poſuit.

Mole ſub hac Nicolaus ego Firleius iniquis
Ereptus fatis iaceo: Caſimirus in aula
Regali iuuenem primis me eduxit ab annis
Albertus mihi ferre dedit Mauortia ſigna
Ad Bucouinum ſteterat cum triſte Valacho,
Bellum inferre truci: Friderici ad Cæſaris aulam.
Inde ego Legatus in magno de fœdere mittor
Biſque adeo Turcas de rebus nuncius ijſdem.
Rege ab Alexandro viſus pacemque reporto,
Deîn me Lechiades Ductorem Sarmata vidit
Rege Sigiſmundo, & medijs data iuſſa Polonus
Audijt in caſtris, mox noſtro Pruſsia ductu,
Et virtute viri, Regni pons facta Pruſsiæ ductu,
Quid memorem toties fuſos Moſchosq́, Scythasq́,
Heu niſi quod Scythica fili Nicolae ſagitta
Victus orbis, noſtro dum munere fungeris audax.
Oraſti Patrem, atq́; arcis primus arrha Socalæ
Nec Patris infelix morientis lumina claudis.
Præſtitit hoc Petrus Frater, corpusq́, ſepulchro
Condidit, æthereas repetiuit ſpiritus arces.

Ex filiis itaq́ Nicolai Firley Caſtell. Cracouień. & Exercituum Ducis, natu minor Nicolaus nomine, ſtrenuus miles ac fortis cohortium Ductor, abſq́ prole occubuit, in acerrima illa pugna Socalienſi cum Tartaris, multitudine barbarorum oppreſſus, & ibidem Lublini ſepulchro paterno apud FF. Ordinis Prædicat. appoſitus, cum tali Epigraphe.

Epita-

Epitaphium Nicolai Firley, Socalień. pugna à Tartaris interempti, &c. Per Andream Cricium Epiſcop. Præmiſlienſem, &c. &c.

Si quem pro Patria pro religione, viator
Inq; armis pulchris fata ſubire putas.
En tibi magnanimum iuuenem ſic fortiter actum,
Et dignum Hectorea conditione legi.
Clara Palatini Soboles Firleia proles,
Inclyta & inſignis digna propago patris.
Communem in pugna cecidit tutando ſalutem,
Cum numero inuicti præualuêre Scythæ.
Funderuntq; ſuo multo cum ſanguine robur,
Militiæ ac rarum nobilitate decus.
Felicem iuuenem cœleſti ſede locatum,
Matre pio & cuius fama perennis erit.

Petrus verò maior natu, inclytæ huius Familiæ decimam progenerationem fecit, & ex Catharina de Tęczyn filias quatuor, præcipuis poſtmodum in Patria viris elocatas, filiosq́ tres viros ſucceſſu temporis nobiliſſimos ſuſcepit Ioannem, Nicolaum & Andream. Hic Capitaneatu Kaſimirienſi primò, poſtmodum Radomienſi opes priuatas auxit, dignitatemq́ deinceps titulo Caſtellani Chelmenſis Anno 1527. Octob. 29. Vislicienſis deinde, tandem Palatini Lublinenſis Anno 1532. Ad vltimum fatis ſublato Stanislao Odrowaſio, Generali Ruſſiæ Palatini amplitudine, cumq́ cultus Diuini eximius in familia cultor exiſteret, & in Senatu authoritate præ aliis pollebat, & in legationibus ſemper Numen propitium expertus eſt. Præcipuè in illa Hungarica ad Regem Vladislaum, à Sigiſmundo I. inſtituta, in qua captiuos Moſchouitas è prælio Orſanenſi, munus Regi illi gratiſſimum à fratre Rege Sigiſmundo præſentauit. Cumq́ pietatem ſuam in Deum viginti Eccleſiis diuerſis in ditionibus ſuis exſtructis, abunde teſtatus fuiſſet, & lauta ſupellectili, fundationeq́ prouidiſſet, tandem Anno 1553. vitæ conceſſit, & in Eccleſia S. Stanislai Lublini apud FF. Ordinis Prædicat. ſepultus eſt tali Epitaphio condecoratus.

Magnifico Domino, Dño Petro de Dabrowicá, Palatino terrarum Ruſsiæ Generali, Radomieñ. Caſimirieńq; &c. Capitaneo, Ioannes, Nicolaus, & Andreas de Dabrowicá, mœſti filij poſuere. Obijt Anno 1553. Die prima Septembris.

Petrus ego Firleius auis ſpectatus & æuo,
Extinctus ſenio condor in hoc tumulo
Tota Palatinum captum me Ruſsia luget,
Mæſta ſuum lachrymis proſequiturq; ſuis.
Patria ſeu Pacem tractat, ſeu Martia caſtra,
In me conſilij ſumma caputq; fuit.

Diſſuaſi

Diſſuaſi vacuum cauſis & inutile bellum,
Vtile cum ſenſi, primus in arma rui.
Experti mea Tela Scythæ Moſchiq; ſuperbi,
Orſa vbi ſubiectos flumen inundat agros.
Pannonium ad Regem deuicto nuncius hoſte,
Captiuos duxi, Martia dona Ducis.
Struxi Templa Deo, ſtatuiq; Altaria Diuis,
Plurima ſic ſuperum ſedula cura fuit.
Adde duas arces quarum hæc ad fluminis Apri,
Altera ad Iſtuleas ardua ſurgit aquas.
De Dambrowica quæ geſtat nomen auitum,
Maſcula progenies trina relicta mihi eſt
Artibus inſtitui quam belli & pacis amicæ,
Patria de vnius funere fœnus habet.

Ioannes Petri Palatini primogenitus, à Ioanne Wieliczka viro doctiſſimo artibus optimis egregiè inſtitutus, uti oratio Altorphiana in vita illius ediſſerit, mox vt ad ætatem maturiorem deuenit, peracta ſtudiorum gratia peregrinatione Europæa, cum Stanislao Tenczynio Succamerario Sendomirienſi cognato ſuo, in Ægyptum & Terram ſanctam peregrinationem ſuſcepit, multisq; Aſiæ & Africæ partibus viſis, redux in Aulam ſe Sigiſmundi Auguſti contulit. A quo ad Carolum V. Imper. Comitia tunc Vormatiæ celebrantem Orator publicus miſſus, rem ex voto confecit. Anno 1545. *& pro meritis Præfectura Robatinenſi auctus, tale in Priuilegio encomium obtinuit.* Perſpicientes &c. cum varijs dotibus virtutum præditum, & qui veſtigia anteceſſorum ſequens, ſeruitijs & itidem meritis ſuis Sereniſſ. olim Parenti noſtro, & nobis in aula ſeruiens ſe commendatum reddidit &c. Dat. Cracouiæ Anno Domini 1550. *Breui poſtmodum in Valachiam miſſus, Homagium à Bogdano loci Palatino recepit, ipſe titulo Caſtellani Belzenſis tum temporis conſpicuus, vt patet ex Priuilegio Regis Auguſti, qui tale de eius virtutibus exhibet teſtimonium.* Eam nos perſpexiſſe in Generoſo Ioanne de Dabrowica Capitaneo Caſimirienſi in nos fidem & obſeruantiam, ac maiorum eius Patriſque proximè mortui, Senatoris optimi, in maiores noſtros & Rempub. merita, vt quem in Senatorum noſtrorum numerum referamus te dignũ eſſe putemus, Dat. Parcouij Anno Dñi. 1554. *Cumq; Poſnolienſem reſpectu Regni Bohemici in Morauia peregiſſet, Belzenſi Palatinatu cohoneſtatus fuit, ac tandem Lublinenſi, poſtmodum Cracouienſi vna cum Capitaneatu ſuo Generali. Quibus demum honoribus habuit adiunctum officium Supremi Marſchalci Regni, & Præfecturam Robatinenſem, eius ſtudio & induſtria vnio Magni Ducatus Litu: cum Regno Poloniæ finem ſuum ſortita eſt, & Ducatus Oſuencimenſis in Prouinciam redactus.*

Quamobrem Maximilianus II. tantam eius virtutem & genium veneratus, talibus eum in ſua Epiſtola alloquitur. Vobis autem hic omnino perſuaſum cupimus, hos imprimis curæ habituros, vt quotiescunque talis aliqua occaſio ſe offeret, qua vobis veſtriſque Fratribus, ac toti iſti Nobiliſsimæ Firleiorum Familiæ commodo eſſe poſsimus, tales vobis præſtemus, vt quis noſter ſit animus re ipſa pótius, quam verbis teſtatum reddamus. Datum Viennæ 3. Nouembris. Anno Dñi. 1573.

Similiter & Ioannes Rex Sueciæ, in cuius Epiſtola talia leguntur. Pro veſtra verò erga nos, chariſsimamque Familiam noſtram integritate, obſeruantia & ſtudio, vobis æquam gratiam deberi agnoſcimus, ac ſi res noſtræ vna ex ſententia, & veſtra optima voluntate optatum finem ſortitæ fuiſſent. Itaque omnino exploratum vobis eſſe volumus, ſi quid ſit in quo vobis veſtriſque viciſsim gratificari poſſumus, nos cum chariſsima coniuge noſtra ad id præſtandum ita propenſos eſſe, vt nil potius habeamus, quàm nobis commodam occaſionem offerri, quam re ipſa magis quam verbis declaramus, voluntatis noſtræ veſtrorumque officiorum, quibus de nobis tam bene meriti eſtis, memoriam perpetuo viuere & vigere, &c. Datum Stokolmi, Anno Domini 1573. 16. Septemb.

Sed & Auguſtus Rex quanti eum fecerit, quantiq; domum Firleiorum æſtimauerit, libuit integrum eius priuilegium pro Capitaneatu Cracouień. & Palatinali dignitate datum, de verbo ad verbum inſerere, quatenus ſera poſteritas Maiorum ſuorum encomiis incitata, validiore conatu in ardua tendat, ſtudeatq; ſimilibus Elogiis exornari.

Sigiſmundus Auguſtus Dei gratia &c. Significamus præſentibus, &c. Cum multæ ſint in Regno noſtro Illuſtres & præſtantiſsimæ Familiæ, tum noſtra quidem opinione paucæ admodum, quæ vel generis ſplendore, vel virtutum rerumq; geſtarum gloria, cum ampliſsima & clariſsima Firleiorum de Dabrowica familia comparari, nullæ verò quæ illi anteponi poſſe videantur. Hæc enim, ſi ipſius antiquitatem ſpectes eſt vetuſtiſsima, ſi propinquitatum & neceſsitudinum vincula omnibus primarijs Familijs coniunctiſsima, ſi virtutum inſignium genera, ea quidem adeo plura ſunt, & varia præſtantia & memorabilia, vt ad imitandum ſumenda perpetua exempla accommodatiſsima. Ea verò quæ hoc loco opportunum videtur commemorare, qualis quãtus fuerit ex ea Familia Caſtellanus ille Cracouień. prudentiſsimi Senatoris & optimi Imperatoris laude cumulatus, præclara enim ipſius & immortalia facta, & Illuſtria in Rempub. noſtram merita, Scythas, Moſchos, & Valachos ſæpius viciſſet, ac Magiſtri Pruſsiæ rebellione compreſſa Pruſsiam in Prouinciam Regni redegiſſet, literarum monumentis abunde conſignata & teſtata ſunt. Neque etiam neceſſariũ

eſt

eſt recenſere quantæ virtutis, prudentiæ, grauitatis & experientiæ fuerit ex eadem Familia Palatinus ille Terrarum Ruſsiæ, id etenim & nobis ipſis compertum & omnibus notiſsimum eſt. Huius tamen vt reliquas eximias laudes, quas poſteritas prædicabit ſilentio prætereamus, eas nunc libenter agnoſcimus & profitemur, quod tres præſtantiſsimos filios liberaliſsime educatos & inſtitutos Nobis ac Reipub. ad ſummum honorem & vtilitatem reliquerit. Inter quos licet omnes magnis virtutibus præditos eſſe cernamus, tamen quoniam hoc tempore Magnificum Ioannem Firley de Dabrowica Palatinum Lublineñ. & Regni noſtri Supremum Marſchalcum Rohatinenſemque Capitaneum, ampliori dignitate & inſigniore officio ornare ſtatuerimus, meritò ipſi & ipſius virtutibus hoc teſtimonium tribuimus, nimirum ſemper nos illum, à prima illius iuuentute, dum adhuc in aula Diui Parentis noſtri & noſtra verſaretur, hominem excellentis ingenij, doctrinæ ſingularis, multarum rerum cognitionis, optimi animi & ſtudij erga nos & Rempub. noſtram cognouiſſe. Proindeque ipſi admodum etiam adoleſcenti aliquot legationes honorificas apud Summos Chriſtiani nominis Imperatores obeundas commiſiſſe, quas ille vt ſua cum laude eximia, ita quoque cum noſtra & Regni noſtri præſtanti dignitate obijt. Hinc nihil mirum quod in florenti adhuc ætate in numerum Senatorum à nobis aſſumptus eſt. Paulò enim amplius annos natus triginta, Caſtellanus primum Belzenſis à nobis creatus fuit, nec multo poſt Belzenſis Palatinus factus, quos honores cum gereret, tum magis illius prudentiam, optima conſilia, grauitatem & præclaram in Nos & Rempub. voluntatem perſpeximus. Etenim & in Senatu cum vel de Reipub. neceſsitatibus, vel de iudicandis cauſis hominum conſultationes haberemus prudentiſsimas, & quas præcipuè ſequi ſoliti ſumus, dicebat nobis ſummas, & quouis belli tempore nobiſcum in exercitu fuit, vbi non noſtris ſtipendijs, ſed ſuis ſumptibus inſignem alam equitum ſemper habuit, noſque ſuis optimis conſilijs iuuit. Itaq; talem & eiuſmodi virtutum laudibus tanquam præclaro nomine præditum cùm illum cognitum haberemus, iure optimo paucis poſt annis Palatinum Lublinenſem eum fecimus, atque mox Supremo Regni Marſchalcatu, id eſt Regiæ noſtræ & Regni noſtri dignitatis moderatorem conſtituimus. Quo in officio & dignitate ille à nobis conſtitutus, plures annos ita ſeſe libenter, grauiter, & moderatè gerit, vt nos quod iam pridem facimus eo nomine libentius quoque ſingulari beneuolentia eum proſequamur, & quibuſuis honoribus ampliſsimis, ornare & decorare velimus. Omnes propterea cuiuſuis ſtatus & conditionis homines dum ipſius probitatem, & in rebus gerendis prudentiam & grauitatem animumque placidiſsimum perſpiciunt mirificè il-

 lum di-

lum diligunt, atque Senatorem omnibus pacis & belli præclaris artibus inſtructum eſſe verè & ex animo celebrant. Quapropter huic tãto, & tam excellenti viro, Senatorique prudentiſsimo & grauiſsimo, propter eius præſtantiſsimas in omni genere virtutes, ſummaque in nos, & Rempub. merita, libenter hoc tempore Palatinatum & Capitaneatum Cracouieñ. obitu Magnifici olim Staniſlai Barzy à Błozow, Palatini & Capitanei Cracouienſis, vacantem dandum & conferendum duximus, prout quidem damus illi & conferimus præſentibus literis noſtris, idque ad extrema vitæ ipſius tempora, &c. Data Varſauiæ, Anno Domini 1572.

Vt verò poſt obitum eiuſdem Regis, tempore Interregni ſeruierit Patriæ, prudentiáq; eam conſilio iuuerit, nemo eſt qui neſciat, vel inſpecta tantummodo Patria Hiſtoria. ibi probitatem viri leget & indolem facilè colliget, cum eum aſpernantem munera Caroli IX. Galliarum Regis, fratriſq; eius Henrici Ducis Andegauenſis, nec non matris eorum Reginæ Catharinæ, per quendam Nobilem Polonum miſſa animaduertet, quod non crimine modò, ſed ſuſpicione etiam criminis carere voluiſſet. Cumq; in Regem Sueciæ propenſiori animo eſſet, & multorum calculos in ſuam ſententiam vti primarius in Repub. Senator haberet, maluit attamen cedere de opinione, & maiori parti ſatisfacere volens, ne ad bellum ciuile deueniret Henricum Ducem Andegauenſem, pro officio ſuo vti Marſchalcus in Electione Regem publicauit, minimè vtilem atq; conſentaneam Patriæ noſtræ eius Principis coronationem & dominatum præſagiens: quod poſtea euenit breui. Ipſe obijt hæreſi Caluiniſtica infectus Anno Domini 1574. die 27. Auguſt. tumulatuſq; in ſua ditione Kocko appellata, habebat vxores tres. Primam Sophiam Bonarownam, ex qua ſuſceperat filios quatuor, (ac totidem filias) Nicolaum, Andream, Ioannem & Petrum. Secundam vxorem habebat Dzikownam, ex qua Annam filiam procreauerat, quæ nupta fuit Zbigneo Oſolinſki Palat. Sendomirienſi, cum quo Supremum Cancellariæ Regni Georgium reliquit. Tertiam Muiſkownam, ex qua quintum ſuſceperat filium nomine Henricum.

Secundus Petri Palatini Ruſſiæ, filius fuit Nicolaus, vir omni politiori literatura inſtructus, & natura ad facundiam formatus, quapropter ad diuerſos Principes Europæ à Sereniſſimis Regibus Orator expeditus fuit: quas hercle legationes cum pro decoro, & cum laude gentis ſuæ expediuiſſet, diuerſis honoribus in Repub. pro meritis exornatus erat, nimirum a Sigiſmundo Auguſto Caſtellanatu Viſlicenſi, à Stephano Batoreo Caſtellanatu Rauenſi, à Sigiſmundo deniq; III. Palatinatu Lublinenſi, vna cum Capitaneatu Kamionacenſi. Genuit ex Sierchowſka quatuor filias, Annam Pouctowſkam, Sophiam Boguſſowam, Catharinam Sieninenam, atq; Eliſabetham Kazimierſkam, maſculum verò nullum. Mortuus Anno Domini 1588. 5. Septembr.

Tertius

Tertius Palatini Ruſſiæ filius Andreas, ab ineunte ætate rei militari deditus, inſignis poſtea legionum ductor in varijs bellorum occaſionibus fuit, vt meminit Priuilegium Regis Sigiſmundi Auguſti, pro fruendo Capitaneatu Sendomirienſi ei datum. Ex hac igitur clara & illuſtri Familia Generoſus Andreas Firley procreatus cum ſe præſtat, dum maiorum veſtigijs inhærens, aſsiduè de nobis cum alijs officijs, tum verò rei militaris ſeruitijs benè meretur, vt ipſum meritò & amemus &c. Datum Anno 1569. *Hinc facile poſt obtentam de Gedanenſibus inſignem illam victoriam, in qua ſtrenuè ac animoſe ſe geſſit, vti bonum ciuem decuit, proprijs ſtipendijs cohortem cataphractorum atq; peditum alteram ducens, Caſtellanatu Lublinenſi à Stephano Rege condecoratus fuit. Genuerat ex Srenſka Palatini Plocenſis duas lectiſſimas filias, primarijs deinceps in Repub. noſtra viris connubio iunctas, & vnicum filium nomine quidem Felicem, re autem ipſa nequaquam, quod præmaturo Fato, maximo cum dolore Parentum ſuorum atq; conſanguineorum, Viennæ fuerit exſtinctus, Anno Domini, 1576.*

Ioannis verò Palatini Craconienſis natu maior filius, qui duodecimam inclytæ Firleiorum proſapiæ in Sarmatia noſtra generationem propagauerat, fuit Nicolaus nomine, quibuſuis grauioribus ſcientiis expolitus, primam legationem inierat in Galliam reuocando Henricum Regem in Poloniam. Secundam ad Maximilianum Imperatorem in Auſtriam. Tertiam cum Cardinali Radiuilo ad Imperat. Rudolphum & Principes Imperij. Pragam in Bohemiam, ratione tranſactionis Będzinenſis. Idem Archiducem Maximilianum proprio ſumptu è Polonia redeuntem, comitatus eſt in Germaniam. Regnanteq; Stephano Bathoreo, cum Gedanenſibus non ſine labore & ſumptu quidem, ſed maxima cum admiratione ciuium canæ prudentiæ illius, nomine Reipub. tranſegit, & cum Demetrio Soliconio in Liuoniam miſſus, Ducatum illum in Prouincias & ordinem redegit. Quapropter Capitaneatu primò Caſimirienſi ab Auguſto Rege donatus fuit Anno 1561. Ditione deinde Prybyslauicenſi ab Henrico Andegauenſi 1574. à Stephano demum Caſtellanatu Biecenſi, & officio Referendarij Regni, qui eum hiſce encomiis in Priuilegio dato condecorauit. Eius etiam ſingularis probitas, ac de nobis & Repub. bene merendi præſtans ſtudium, itemque & præclaræ eius, & animi & corporis dotes, doctrina & vſus rerum non vulgaris, denique Legationes eius honorificæ, quibus pro Reipub. dignitate, ſumma ſua cum laude functus eſt, ita nobis charum & commendatum effecerunt &c. vt habeat de ſuis virtutibus noſtrum apud omnes iudicium: Datum Torunij, Anno Domini, 1576.

Sed & Sigiſmundus III. optimè de eius meritis & virtutibus perſuaſus, non abſimili cum encomio condecorauit, cum molendina Korcinenſia

dando ipſi talibus cum aſſatus eſſet in Priuilegio ſuo. Senatori vſu rerum peritiſsimo, conſilij dexteritate ſagaciſsimo, animi magnitudine atq; conſtantia grauiſsimo, fide & integritate ſpectatiſsimo, in remuneiationem eius virtutis &c. Anno Domini, 1588.

Idem Rex deinceps & Palatinatu Cracouienſi eum honorauit. Anno ſequenti, & prouentibus Caſtellaniæ Cracouienſis iuuit, quod in legatione ad Rudolphum Imperatorem priuatas ſuas fortunas nimium attriuiſſet. Et quamuis Corcinenſem, Pilſnenſem, atq; Caſimirienſem Capitaneatum poſſideret, Chordezam nihilominus & Szerokomlam iure feudi obtinuit Anno 1599. maximamq; Sapientiſſimi Regis erga ſe propenſionem agnouit. Quin & ab exteris Principibus ſummoperè diligebatur, vti ex fragmentis Epiſtolarum ad eum ſcriptarum facilè colligere licet.

Clemens Papa VIII. in ſuo Breui.

Idem tibi de noſtra erga te beneuolentia, & propenſa voluntate prolixè teſtabitur. Diligimus enim te, & plurimi facimus virtutes tuas. Datum Romæ Anno Domini. 1596.

Maximilianus II. Imperator.

De qua noſtra fiducia ac in vos propenſiſsimo animo cum Conſiliarijs & internuncius noſter Magnificus, Fidelis, Nobilis dilectus Andreas Dudicz, plura vobis noſtro nomine expoſiturus ſit, aliud non addimus, ſed ad illum cui fidem præſtari cupimus, nos remittentes, &c. Anno Domini. 1575. Iulij 10.

Rudolphus II.

Ac inde quidem ſit, at omittere haud poterimus, quin noſtrum viciſsim erga vos propenſiſsimum animum hiſce literis declararemus. Eum vero talem eſſe vobis perſuaſum cupimus, vt illud inprimis deſideremus, tales ſubinde ſe offerre occaſiones, quæ ad veſtram veſtrorumq; commodam dignitatem & ornamentum maximè pertineant. Neque enim admittemus, Anno Domini. 1587. Ianuarij 24.

Erneſtus Archidux.

De me ſic viciſsim vobis perſuaſum velim, quauis occaſione iſtud præcipue ſemper & in ijs quam ad veſtram, & eorum qui vobis chari ſunt dignitatem, ornamentum, & commoda pertinebunt mihi curæ fore. Anno Domini. 1587. Maij 6. Pragæ.

Matthias Archidux.

Spectabilis Domine. Et ſi meas ad vos ſtatim 10. Aprilis datas literas vobis redditas exiſtimem, quarum exemplum his adiunxi, nolui tamē intermittere quin has quoq; mandarem amoris mei erga vos & beneuolentiæ teſtes, vt ſpero futuras, &c. Anno Dñi. 1587. Iunij 9. Lintz.

Alphonſus

Alphonſus Dux Ferrariæ.

Magnifice Domine. Præſtantiſsimæ virtutes Magnificentiæ Tuæ quæ Parentis ampliſsimi Senatoris degenerē eam non reddunt, humanitaſque Dominationis Tuæ. Quam eos Nobilis excepit vt ipſi mihi cumulatiſsimè expoſuerunt, fuerunt in cauſa vt eis ſtrictè iniungerem vt M. D. T. inuiſerent, illique ſtudia atque officia mea cumulatiſsimè offerrent, &c. Anno Domini 1575. Homi.

Huic Palatino Crac. duæ vxores fuerunt. Prima, Elizabeth Ligęzianka, ex qua vnus illi filius Nicolaus, & quinque filiæ fuére. Sophia Goſtomſka, Palatini Caliſsienſis vxor Anna Tuczynſka, qui Caſtellani Poſnanienſis dignitatem habet. Catharina Kopciowa coniunx Caſtellani Breſtenſis, & Elizabeth atque Chriſtina, vitam Sanctimonialem profeſſæ. Altera illi vxor Agnes de Tenczyn. ex qua duas ſuſceperat filias, itidem vitam Sanctimonialem amplectentes, & filium vnicum nomine Ioannem.

Secundus filius Ioannis Palatini Cracouień. fuit Andreas, Malogoſtienſis primò, deinde Radomienſis Caſtellanus, Capitaneus Couclienſis. Qui ex priori conſorte Kocinſka ſuſcepit filios duos, Ioannem & Andream filiasq; tres. Annam Tarnowſka Palatinam Vendenſem, (cuius filius nunc eſt Capitaneus Krepiecenſis, filia verò vxor Sapiehæ Marſchalci Curiæ Magni Ducatus Lituaniæ) altera Czurylowa, tertia Kaſsowſka. Quarum proles extant. Altera verò vxor ſua Marianna Leſsczynſka ſterilis deceſſit; quam deinceps ipſe ſecutus eſt Anno 1553. Ex filijs autem eius natu maior Ioannes duxit in matrimonium Catharinam Orzechowſkam, ex qua vnicum ſuſcepit filium atque vnicam itidem filiam iunctam conſortio nobili viro Borkowſki. Ex altera vero vxore Sienicka nullam ſuſcepit prolem. Minor verò natu filius Andreas vir militiæ deditus, à puero ſtatim exornat ſæculi ſui decus & Familiæ, titulo Tribuni in Caſtris, & titulo Caſtellani Belzenſis in Senatu Sarmatico. Duas habuit vxores Dorohoſtayſkam & Przyiemſkam, ſed ex quarum neutra ſuſcepit prolem. Tertius Ioannis Palatini Cracouienſis filius Ioannes, linguarum exoticarum peritiſſimus, & à Sigiſmundo III. Rege ſapientiſſimo, primò Theſaurarius Regni Supremus, poſtmodum Caſtellanus Voinicenſis fuit creatus, adiuncto ei pro meritis Capitaneatu Lublinenſi. Supra quam donationem Priuilegium datum tali cum Elogio exornat. Interregno præterito cum à quibusdam haud dubiam rerum omnium perturbationem in Rempub. induci videret, pacata ſalubrioraque conſilia eſt ſecutus, nobiſq; diuinitus, & liberis Ordinum ſuffragijs ad gubernacula Regni iſtius conſtitutis, legationes nobilitatis Palat. Cracouień. nomine, magna cum laude dexteritateque ſingulari, fide & diligentia ac fortunarum ſuarum diſpendio diuis & in omnibus de Repub. deliberationibus, &c. Datum Varſouiæ Anno Domini 1590.

Offerebatur

Offerebatur ei Palatinatus Sendomirien. à Rege, ſed certas ob rationes ſuas recuſauit eum acceptare, Nihilominus virtutes & encomia illius in Priuilegio ad id ſibi miſſo contentæ non certè reticendæ, vt qualis ſtirps Firleiana viros Patriæ producat, eo facilius intelligere poſſis. Dicit enim ibi ſic. Neque verò domi tantum in ſuaque Patria præclara hæc virtutis, prudentiæque ſuæ idem dedit documenta, ſpectarunt hæc & cæteri Chriſtiani Principes, atque imprimis proximè vita defunctus Romanorum Imperator Rudolphus eius nominis ſecundus, ad quem à nobis magnis de cauſis negotijſque legatus miſſus, ita ea legatione perfunctus eſt, vt omnia ex animi noſtri ſententia Regnique dignitate confecerit, ac proinde priuatim, publicè, domi, foriſque ſingularem virtutem, magnamque prudentiam declarauit, &c. Datum Varſouiæ Anno Domini 1613.

Is idem militem confœderatum in Rempub. ob non exſolutionem ſtipendiorum aliquot vicibus propria pecunia ſedauit, hæreditariis poſſeſſionibus ſuis ære alieno oneratis. Moriens verò Anno 1614. Reliquit ex Gertruda Opalinſka filias quatuor, & filios duos Andream & Henricum. Ex filiabus duas elocauerat in matrimonium, Sophiam Succamerario Lublinenſi Noſkowſki, alteram Catherinam Caſtellano Vislicienſi Lanckoronſki. Duæ verò factæ ſunt Moniales Marianna & Dorothea Abbatiſſa Lublinenſis. Ex filiis verò Andreas Capitaneus Caſimirienſis & Mediceń. deduxit ad Chotinum contra Oſmanum Turcarum Imperatorem, militiam propriis expenſis vbi & audacis fortitudinis ſigna demonſtrauit. Filius ſuus Stanislaus Leſniowolſki Capit. Braniceń. filiam conſortem habuit, & ex Catharina Danilowiczowná, Palatini Ruſſiæ Filia procreauit filium vnicum Stanislaum. Alter verò vitæ Eccleſiaſticæ addictus, puta Henricus, atq; cum fratre Andrea, in Aula Sigiſmundi III. floruit; & primò Referendarij Regni officium geſſit, poſtmodum Abbatiam Tinecenſem adminiſtrabat, & in Senatum cooptatus Præmislienſem primo Epiſcopatum rexit, & deinceps ad Poſnanienſem promotus, cuius virtutes, merita, grauitatem, ita Sereniſſimus Rex commendatas eſſe voluit Eminentiſſimo Cardinali Barbarino, dum ad Epiſcopatum Poſnanienſem illum nominauerat. Nominauimus ad Eccleſiam Poſnanienſem, poſt ſublatum fatis Reuerendum in Chriſto Patr. D. Adamum Nowodworſki, Reuerendum Dominum Henricum Firley Epiſcopum Præmiſlienſem, virum clariſsimæ in Regno noſtro ſtirpis ac prælatum omni virtute laudum conſpicuum, vt foret virtuti præmium, religioni præſidium, Eccleſiæ ac Religioni ornamentum, &c. *Ad Capitulum verò Poſnanienſe nominando eundem ſcribit:* Cuius ea generis eaque virtutis ac meritorum eſt amplitudo, tanta in domo ſua honorum ſatietas, vt magis ambiatur quàm ambiat. Et magis iam timeri

poſsit

poſsit ne oblatos honores reſpuat, quam dubitari, an maximis dignus parque ſit. Quod ipſum in deferendo illi Epiſcopatu Poſnanienſi verebamur, cum magis noſtra ac Reipub. intereſſet vt illi deferatur, quam vt ſua acciperet. Iure ergo ſibi R. V. gratulari poſſunt, obtigiſſe illis talem Prælatum, in quo priſca illa Firleianæ Familiæ integritas ac prudentia vigeat, & hæroicarum pariter Eccleſiaſticarumque virtutum ornamenta fulgeant, quibus iſthæc Cathedra clarius reſplendeſcat, & nouis commodis ac ornamentis fæliciter refloreſcat. Paucos intra Annos obijt 1635. Vterque literis & longa peregrinatione excultus. Quodque Firleijs quaſi adnatum, in prima adhuc adoleſcentia prudens. Quid cum vſus rerum, & tractatio negotiorum Reipub. acceſſerit? quid cum ætas maturior, & ad ſeria tantummodo accomoda? *Cui Epitaphium dignè adſcribo.*

D. O. M.

Nulla dies ſine merore

ORTVS FVERAM

Splendidis ex parentibus quos nimirum Leopardus illuſtrauit.

IN IVVENTVTE

Merorem fugiens vixi, Virtutis, bonitatis, honeſti, literarum, Pietatiſque alumnus.

ÆTATEM

Dum quaſi virilem attingo

Merorem fugiens Domino altiſsimo dies deuoui, reddidi.

CONSECRATVS.

Leuitarum Presbyter, Abbas, Epiſcopuſq; deſignatus, exemplo ſpeculo, & Lydio, optimis extiti.

ALTIORA

Præſcidit ſors: at fluxa in meliora commutauit.

NAM

Gaudia remearunt, cum fugitiua auolarunt,

Tertia dum coronandus inſula eſſem, ad cæleſtem remigando coronam viatorem optime precare deſidero.

Sed nos ad Petrum, quartum Ioannis Palatini Cracouienſis filium tranſeamus, qui itidem ab ineunte ætate in exteris nationibus, honeſtis artibus inſtructus in Regia floruit, militiæq; deditus Moldauienſi, & Liuonicæ expeditioni cum laude interfuit, cohortes ſumptibus propriis duxit, & Tribuni nomine compluribus cateruis militum præfuit. Factus pro meritis Caſtellanus imprimis Zauichoſtenſis, poſtmodum Biecenſis, tandem Woynicenſis, ad vltimum Palatinus Lublinenſis. Duxerat in vxorem Heduigim Wlodkownam Palatini Belzenſis filiam, natam è ſorore Magni Ioannis Zamoſcij, Cancellarij & Exercituum Regni Ducis Supremi, genuitq; ex ea filios Stanislaum, Petrum, Nicolaum & Ioannem, filiasq; duas, Sophiam & Euphroſinam, Prior nupta Palatino Braslauienſi Nicolao Potocki Campiductori Regni, & prolem generoſam iamq; Reipub. & Patriæ in Caſtris merentem reliquit. Poſterior Pocillatori Lublinenſi Laſocki, ipſe plenus bonorum operum & laudis obijt. Anno Domini 1616.

Vltimus Ioannis Palatini Cracouienſis fuit filius Henricus, è Barbara Muſſkowna 1574. natus, baptizatusq; Cracouiæ 16. Februarij, aſſiſtente compatre Henrico III. Poloniæ & Galliæ Rege, qui ipſi nomen ſuum imponi fecit. Hic vbi ad ætatem maturiorem deuenit, optimis artibus in Patria imbutus, cum altiorum ſtudiorum causâ Romam iuiſſet, à Clemente VIII. Camerarius Secretior factus, Comitis Palatini, nec non Prælati Domeſtici, ac vtriuſque Signaturæ Referendarij, Protonotarijq; titulum obtinuit. Et Eccleſiaſticæ militiæ adſcriptus, in Patriam cum Caietano Cardinali redijt, pro primo Prælato illi à Summo Pontifice additus, qui Legatum de Latere ad hoc Regnum miſſus cum pleniſſima facultate egit, & eiuſmodi Breue, ad Fratrem Henrici Ioannem, a Sancta Sede tulit.

CLEMENS PAPA VIII.

Dilecte Fili, Nobilis vir, Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

FAmiliam veſtram Paterno ſemper affectu proſequuti ſumus, voſque omnes Fratres vti filios nobis & huic Sanctæ Sedi pia deuotione addictos, omni charitate complectimur. Itaque quo magis vos amamus, eò magis bona omnia & commoda vobis optamus, nominatim autem

Henri-

Henrico Fratri veſtro Notario noſtro & prælato domeſtico, quem ob modeſtiam, ingenuos mores & multæ virtutis ſpem valdè diligimus Quare nobis gratum fuit, quod Henricus idem à chariſſimo filio noſtro Sigiſmundo Poloniæ Rege (vt ſcribis) ad eius Aulam Regiam & obſequia vocetur, ea eſt enim inter nos, & eundem Regem coniũnctio, vt eodem loco habeamus perinde ac ſi nobis ipſis aſſiduè inſeruiret, quemadmodum eidem diximus, quem etiam libenter vidimus, & cum noſtra benedictione in Poloniam remiſimus, tuam verò nobilitatem plurimi ſemper fecimus, ob prudentiam & rerum vſum, & egregiam erga nos atque hanc Sanctam Sedem, in qua immerito præſidemus pietatem, noſtramque erga te voluntatem Paternam omni tempore vbi occaſio aduenerit, re ipſa libenter comprobabimus, Data Romæ 23. Ianuarij. Anno Domini 1598.

Breui igitur tempore beneficijs Eccleſiaſticis fuit honoratus à Rege Sigiſmundo III. inter q; aliá Præpoſitura Miechouienſi, cum ab eodem Rege ad Sedem Apoſtolicam fuiſſet miſſus Orator. Vbi omnibus legationis ſuæ punctis feliciter & ex dignitate Regni confectis: in Succiam ſtatim Regi ſuo fuit comes itineris. A quo Referendarius Regni primo, poſtmodum Viceca ncellarius & Epiſcopus Luceorienſis, ac tandem Epiſcopus Plocenſis factus, gregem ſuum pro officio rexit. Et ad vltimum ob excellentiam meritorum in Eccleſia Dei & Patria vniuerſa, Primas Regni ac Primus Princeps, Legatus natus in Archiepiſcopatu Gneſnen. conſtitutus. Cũq; ergá Sedem Apoſtolicam deuotiſſimus eſſet, & in Epiſcopa Plocenſi exiſtens eam pro officio ſuo viſitaſſet Sanctæ Victoriæ Virginis & Martyris corpus, á Summo Pontifice impetrauit, & in Eccleſia ſua Cathedrali in honorem illius altare erexit. In bonis verò ſuis hæreditarijs Ciemierniki dictis, vt palatium poſteris ſumptuoſiſſimum, ita & Eccleſiam in honorem Beatiſſimæ Virginis Mariæ magnificentiſſimum extruxit, & ſacerdotes pro cantando iugi officio liberali manu fundauit. Et commune maiorũ ſuorum Sarcophagum templum FF. Prædicat. Lublinenſe ornare cupiens communi totius proſapiæ ſumptu Capellam ob reuerentiam & conſeruationem Ligni Sanctæ Crucis, eleganter conſtrui fecit. Atque demum ipſe in cælum migrauit Anno 1622.

D. O. M.

PIIS MANIBVS, & PIO VIATORI.

Omnia hic miſcentur lætis
Sed ſuadent breuem præſentia luctum.

NATVS SVM

Alta ex Proſapia Firleiorum & Mniſzkonum, Proles Palatinorum Cracouienſium & Sendomirienſium.

A SACRO FONTE

Per Sereniſsimum Regem Poloniæ & Galliæ Henricum leuatus, fauſtumomen nomenque retuli.

IVVENTVTE

Virtutibus, literis, decenter ornata, in Curia Clementis VIII. inſtructus, Camerarius ſecretior, Comes, Prælatus, Referendarius, & Protonotarius excellui.

SACRIS DEDITVS,

Præpoſitus Miechouienſis, Orator ad Sedem Apoſtolicam deſtinatus omnia ex animo perfeci.

HINC IN REGNO

Referendarius Regni, tum Vicecancellarius & Epiſcopus Luceorienſis, demum Præmiſlienſem gregem, paſtor Ecc leſiæ decenter rexi.

SED

Fortuna cum meliores ſequatur, Eccleſia Sancta & prouida futurorum patria, me Primatem Regni ac primum Principem, Legatum natum & Archiepiſcopum Gneſnenſem, conſtituit roborauitque.

DICVNT ME TACENTE

Cathedræ dilectæ. Fides ſacra. Virtus pietaſq;. Patriæ cura.

Senatus

Senatus grauitas. Pauperum ſubleuatio. Eccleſiaſticorum promotio. Religioſorum compaſsio. Xenodochiorum fundatio, quid quantumq; voluerim, cupierim.

QVID INDE?

Breui heu morior.

Vale Viator. Vitam velis Vitæ viuentis.

Sequitur generatio inclytæ Firleiorum domus ex quo in Poloniam venit numero decima tertia, hoc eſt, Nicolaus Palatinus Sendomirienſis, Nicolai Palatini Cracouienſis natu maior filius, ex Elizabetha Ligęzianka natus. Nam alter minor natu Ioannes ex Agnete Tęczynia ſuſceptus anno ſuperiore 1641. ſterilis deceſſit. Nicolaus verò ab ineunte ætate artium liberalium cultor fuit, quibus aliquantum domi prælibatis, ad exteras ſeſe nationes contulit, & in Germania, Anglia, Hiſpania, Gallijs, atque Italia duodecim continuos annos confecit. In Philoſophicis Ioannem Cariolum atque Georgium Critonium præceptores habuit: in Mathematicis Antoniū Magium audiuit: in Iuriſprudentia verò Palmerium atq; Buccaferatum. In patriam verò reuerſus ad Aulam Sigiſmundi III. Regis ſapientiſſimi illico ſe contulit, & Capitaneatum primò Cazimirienſem, poſtmodum autem Lublinenſem promeritus obtinuit. In qua dignitate conſtitutus, vt Iuris & æquitatis religioſiſſimus fuerit, vt publicæ pacis cuſtos vigilantiſſimus, vt Iudiciorum Tribunalis totius Regni Præſes incorruptus & prudens, teſtantur encomia cum paſſim ciuium omnium Patriæ noſtræ, tum Sapientiſſimi Regis Sigiſmundi III. qui genio illius & probitate delectatus Caſtellanum eum primò Woinicenſem pronunciauit, & ad Ordines Regni Oratorem deſtinauit. Cæterum Bohemis ad arma verſis contra Regem ſuum ad Imperatorem Ferdinandum II. à deputata ſibi legatione ſuperſedere debuit. Cæterum anno ſequenti 1620. ad Hungariæ ſtatus, & Principem Tranſyluaniæ Gabrielem Bethlehemium expeditus & ſi cum labore ingenti, & periculo ſuo nec non & ſumptu maximo, feliciter tamen & ex voto omnia peregit. Ita vt Imperatori quoque eo in negotio ſua dexteritas & induſtria magnopere placuerit prout videre licet ex Epiſtola Cæſarea ad eum miſſa. Cuius tale exemplar eſt:

Ferdinandus Diuina fauente clementia, Electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus,

Spectabilis ac Magnifice, ſincere nobis dilecte.

Ex relatu Conſiliarij noſtri Imperialis Aulici Wolfangi Vilhelmi Lamingeri ab Albendorf, grati animi ſenſu intelleximus quam ſtrenuam atque fidelem iſtinc in legatione vobis iniuncta nobis Reipub. Chriſtianæ operam nauetis. Quibus officijs quemadmodum ſine dubio Sereniſſimi Regis veſtri voluntati egregiè correſponderis, ita vberes gratiæ noſtræ Cæſareæ fructus præclarè meremini, quas crebris occaſionibus in commoda & ornamenta veſtra promanare cupimus. Benigne porro vos hortamur, vt in eodem quo cæpiſtis feruore, eodem zelo, ſtudio atque dexteritate conſtanter perſeueretis, quod ad Patriæ & Reipublicæ procellas ſedandas maximopere opportunum nobiſque peracceptum futurum, qui Sereniſſimo quoque Regi veſtro tam arcta nobis propinquitate coniuncto, eiuſque Sereniſſimæ Coniugi ſorori noſtræ chariſſimæ, iſthanc promptitudinem veſtram de meliore nota recommendare nequaquam intermittemus. Cæterùm benigno animi affectu clementer vobis inclinamur. Datum in Ciuitate noſtra Viennæ 3. Auguſt. 1620. Regnorum noſtrorum Romani 1. Vngarici tertio, Bohemici vero quarto.

Quapropter ad ſublimiorem dignitatem pro virtute & meritis promotus, Palatini Sendomirienſis titulum geſſit, cui vxores duæ fuêre, Regina Oleſnicka Nicolai Palatini Lublinenſis filia, ex qua ſuſcepit filios quatuor & tres filias, Stanislaum qui minorennis adhuc in cætum Angelorum vocatus, gaudiis cæli perfruens, ſalutaria expoſcit ſuæ Familiæ. Henricus, qui poſt conſecrata Domino vota Peruſiis in Italia, maturiore quidem ætate & præmaturo fato, eſt conſumata pietate & ſanctimonia vitæ, vti Fælix Verducciolus ſua funebri declaratione latius commonſtrat, atque ipſi Patres Congregationis Oratorij S. Philippi Nerei apud quos ſepultus eſt teſtantur. Zbigneus & Andreas ſuperſtites manent. Ex filiabus verò maior natu Eliſabeth primò Chriſtophoro Sapieha Pocillatori M. D. Litu. nupſerat, poſtmodum illo fatis ſublato Caſtell. Cruſuicienſi, demum Palatino Sendomirienſi Oſolinſcio. Altera Catharina conſecrata Deo virginitate, ſponſo animæ ſuæ, inter Sanctimoniales Lublini, humiles offert deuotiones. Tertia Anna adhuc minorennis eſt.

Claudit

Claudit agmen totius Firleianæ propaginis Magnanimus vir Zbigneus Nicolai Palatini Sendomirienſis Filius, Capitaneus Lublinenſis. Et decimam quartam ſuæ Domus generationem, ex quo illa in Poloniam deuenit, cum fratre Andrea continuat. Qui dum alta merita in Tribunali, iuſtitia: in Comitiis Generalibus, ſano conſilio: in Caſtris, prompta animi beneuolentia cum fortitudine offert, deſideratq́ Patriæ, ſuperet annos, multipliceturq́ benedictione diuina, Duxit Zbigneus in conſortem Annam Conſtantiam Viſnieueciam, & decimam quintam generationem progenito filio Nicolao ſuſcitauit. Quem Deus Optimus Maximus, vnà cum Parentibus ſuis longæuum conſeruet & incolumem faciatq́ omnes ſeræ poſteritatis veluti priſcos illos Patriarchas, multarum gentium Patres. Quod idem votum quidã Bonamicus ſuo Decaſticho Illuſtr. huic Familiæ bene addictus exornauit noſtroq́ Leopardo colophonis ergo appoſuit.

Dum Firleianum Leopardum, vertice Regem
　　Spectat, Lublitenens Zbigneus, inquit, Herus.
Eia Duces noſtro Leopardo ferte tiaram,
　　Quæ Korybutorum cinxerat ante caput.
Mox Wiſnieuicio Conſtantia ſanguine prodit,
　　Anna Virago, tuo Zbignee digna thoro.
Arriſit cælum; Nicolaus naſcitur, in te,
　　Gens Firleyia nouo lumine ſtella micans.
Viue Trias felix, Andrea ſoſpite; veſtram,
　　In quadro Triadem ſoſpitet alma Trias.

Konarſcij *in Sendomirienſi Palat. qui ex bonorum diuiſione cognomen aliud à Firleiis ſortiti ſunt. Hos Acta & Literæ plurimæ memorarunt, vnum ex eis Iudicem Sendomirienſem referunt.*

Markuſzewſcij, *Sed hæc familia iam deſijt, niſi aliorum armorum fuerint, vt* Paproc. in Stemmat. *adnotauit. Poſuit periodum Familiæ Kazanowſcij Iudicis Lukowien. coniux. Quibus tale monumentum relinquo.*

V I A T O R.

Moriendum omnibus, Sed qui fortunam moderatè tulerit, ſapiens eſt.

E T Q V I A

Nemo natus niſi ad laborem, grauidam virtutum ſpicis reddere creatori vitam pernceeſſum eſt.

E Q V I D E M

Coronati Leopardi atq; eiuſdem cum Firleijs gentis fueramus Markuſzewſcij, & celeriorem curſum virtutis & honoris quam ætatis perfeceramus.

S E D

Virtutis honos cum celſum proſpectat Olympum, vltimum Familiæ ſuſcepimus periodum.

V A L E

Et conare amentiam fortunæ, animo forti ſuſtinere.

Melgiewſcij

Melgiewſcij *in Lublineń. Palat. ex quibus erat Subiudex Lublineń. vt Acta teſtantur, alter erat Vexillifer Lublineń. tertius erat Canonicus Lublinenſis. Omnes iſti de Dabrowicá notabant Familiam.*

Broniewſcij *de Dambrowicá, Cum enim Petrus Euſtachij Firley de Dambrowicá ſuſcepiſſet duos filios, Petrum & Ioannem. A Petro Originem Markuſſowſcij à bonis Markuſſewice duxerunt. A Ioanne verò Andreas filius, reliquit poſteros Petrum ſterilem & Nicolaum, qui contracto matrimonio cum Michowſka hærede in Broniewice & Pachnina Wola, Broniewſki nuncupatus poſtmodum fuerat. Filius verò Nicolai Ioannes eximius virtutibus & fortitudine militari clarus, in Senatoriam Polaniecenſem à Sereniſſimo Rege adſcriptus fuit, qui reliquit filios Nicolaum, Ioannem & Adrianum. Nicolaus procreauit Georgium, qui reliquit Chriſtophorum, cuius filij Alexander & Remigianus. Et hæc arbor Broniewſciorum de Dabrowicá eſt inciſa marmori Lublini, in aula Broniewſciorum.*

Ioannes verò Nicolai & Andreæ germanus, reliquit filios tres, Paulum quem à Pachnina Wola Pachniouſcium iam nominauerant. Qui dum clariſſima obſequia in Caſtris ad præſentiam Sereniſſimi Stephani Regis expediuiſſet, vocatus ad Curiam Regiam, Vice Præfecti Stabuli Regij titulum detulit, obijt ſterilis. Andreas verò ob præclara ſua merita in Liuonia, Magnus Procurator Cracouienſis, & Capitaneus Niepolomicenſis creatus fuit, Contracto matrimonio cum Sophia de Pilca Koryćińſka, reliquit eximiæ virtutis filios & ciues Patriæ, Nicolaum eximium militem, qui veſtigiis maiorum ſummam declarauit ſui affectus in Patriam exiſtimationem in Pruſſia ad Tcouiam Gorzno & Sztum, quod magnis audaciæ ſuæ in corpore ſignis vſq; modo teſtatur. Honoratus fuit à Sereniſſ. Maieſtate Subdapiferatu Cerniechouienſi, deinde Succameratu. Qui enim adoleſcentiam ſuam in Curia Sereniſſimi Regis educatam, ad Cæſaream Maieſtatem in grauioribus expeditionibus bellicis erudiendam conſecrarat, atq; delatis plurimis trophæis, merito Patriæ ſuæ obtulerat: non dedignatam præmiorum lauream deferre quoq; in Patria meruerat. Tenet Sacramentum matrimonij cum filia Comitum de Dona ex quibus ſub tempus electionis Sereniſſimi Regis Vladislai IV. Carolus Annibal Comes de Dona ad Conuentum totius Regni Legatum egit à Sacra Cæſarea Maieſtate. Reliquit ex illa Adrianum, & filiam Mariam Syluiam. Germani fratres Nicolai tres, eximiam detulerunt in Patria, & Comitiis obſequiorum promotionis grauitatem.

Gorſcij, *ex quibus vnicus iam Familiæ ſuæ ramus dum exiſtit, terminabit lineam ſuam.*

Krwatcij *in Radomień. Erant ex tanta ſtirpe deſcendentes viri in Repub. digniſſimi, & vtroq; tempore quieto & turbulento Patriæ perneceſſarij.*

neceſſarij. Iuuabant enim defendendo & conſulendo Reipub. ſtatum & Patriæ bonum. Tertius Secretarius Regis Poloniæ Chriſtophorus, qui ob excellentem virtutem Politicam (nam Caluiniſta erat) & præclara merita tum in Rempub. tum in magnos viros Regni officia in Nobilem adſcitus, ab Illuſtriſſ. Firleis ad arma eſt admiſſus, Anno D. 1581. prout ex Priuilegio nobilitatus eius clarè patet, quod eſt tenoris talis:

Vetus eſt inde à Maioribus noſtris in hoc Poloniæ Regno vſitata conſuetudo, vt ij etiam quos Sereniſſimi Reges Poloniæ, ob aliquam inſignem virtutem à vulgi grege ſecreuerint, & ad Nobilitatis gradum extulerint, in maiorum Poloniæ Familias arrogentur, &c. Nos Firley de Dabrowica infra ſubſcripti nominibus noſtris proprijs, eâ quâ illum à multis iam annis proſequimur beneuolentia, tum eius erga nos, omnemque Familiam noſtram cultu & officijs adducti, commemoratum Nobilem Chriſtophorum Tretium, Secretarium Regium, iam ante in gradu Nobilitatis Sereniſſimi Regis noſtri, omniumque Regni Ordinum iudicio collocatum, vndique eius liberos poſteroſque legitimos libenter prompteque in gentem noſtram recipiendam & arrogandam nobis eſſe iudicauimus, quemadmodum illum teſtimonio harum literarum, &c. Datum Lublini 10 Menſis Maij, Anno Domini 1581.

Nicolaus Firley in Dabrowica Caſtellanus Rauenſis.
Andreas Firley Caſtell. Lublinen. Capit. Sendomirienſis.
Nicolaus Firley de Dabrowica Caſtell. Biecen. S. R. M. Referend. & Capit. Caſimirien.
Andreas Firley de Dabrowica.
Ioannes Firley de Dabrowica.
Petrus Firley de Dabrowica.

LIS aut BZVRA, vel MZVRA.



DELINEATIO.

EST ſagitta antiqua cum ferro lato bifurcato ante pennas fracta, ad cuius medium ponuntur duæ cruces ex capulis ſeu defendiculis gladiorum, ſuper galeam & coronam erecta vulpes ad medium cum exporrecta cauda. Sagitta cum crucibus coloris albi in campo rubeo.

ORIGO.

NObili armorum vulpis à Caſimiro primo contra Iacuingos cum Lithuanis

S

thuanis pugnanti, poſt victoriam partam conceſſa fuerant ad fluuium Bzura vel Mzura 1058. Parua namque manu à fronte & à tergo inſcio hoſte bipartiti exercitus, hoſtem fuderat, ſignum verò pugnæ ſagittam cum ſulphureo igne ſurſum emiſſam dederat, in quo bello binos contundit gladios; tanto victori Caſimirus ſagittam cum crucibus framearum in inſigne conceſsit, & vulpem proſpicientem audacter, in decorem armorum diſpoſuit. Nomen militis Bzura aliqui ponunt, ſed quia fluuij nomen eſt vbi pugna commiſſa fuit ad Sochacouiam, difficile erit diſcernere, an arma à viro, vel à fluuio nuncupata fuerint.

Ius in Armis.

IVS SANCTIFICATVM IN ARMIS.

Dii cum gladio & in armis pingebantur.

GRæci Deos omnes in vniuerſum ferro accinctos fingebant, innuere volentes armis omnia parare, & ius omne in armis eſſe. Pier. lib. 42. cap. 1. cui concordat Thucyd. lib. 1. in Concion. Athenien. Cùm à Medo hiſce grauiora paterentur, ſuſtinebant tamen. Noſtrum verò imperium durum non immeritò vobis eſſe videtur: nam ſemper præſens ſtatus ſubditis eſt moleſtus. Arma veſtra dum intueor, ſagittam ſcilicet & cruces ex defendiculis framearum ſuper ſagittam acutam ferro confectas, IVS video in armis & ius diuinum. Dicite velim quid ſit rei? An quod prauæ conſuetudines à prauis initijs oriuntur, quarum ſi dabitur proceſſus & negligentur, maiorem vim acquirunt? an quod innouatio in Republica conſurgens onerum exactionis, cauſam rebellionis excitat? an quod priuatæ inimiciæ, publicis negotijs infenſæ? omnia hæc ſunt clariora ſole, & veriora vero. Quapropter ius meritò in lite & armis. Sed vos ſanctificatum ius reddidiſtis armis, nam patriam qua nihil meliùs, iucundiùs, pretioſiùs, optimo Ciui patriæ exiſtimandum eſt, ab hoſtibus iura Regni & Eccleſiæ labefactantibus fæliciter defendiſtis, vndè eorum ſagittis fractis crucem gladiorum affigere meruiſtis. Sanctificaſtis ius, quia vobis Eccleſiæ iura primitus ſunt diuinitus commendata, & illuſtrata, in Sancti Martyris Staniſlai fide, & meritis ſanctificaſtis, quia Schiſmate reiecto Ioannes Sapieha Palat. Vitepſceñ. Magnus Dux Lithuaniæ, Legatus à Rege ad Pontificem, ibidem iura Eccleſiæ & authoritatem ſuſcepit, adorauit. Quod etiam Bogdanus Sapieha iterum præſtitit. Hic in arma veſtra Vilnenſis Vniuerſitas:

Semper ſtatus præſens ſubditis moleſtus.

Mala extirpanda.

Patria nil meliùs.

Sapieha fit. Cathol.

Fortè ſerenati picto ſub margine cæli,
Adſuit è patrio miſſa ſagitta ſolo.
Cùmque viam vellet, ſed non via clauſa pateret,
Eſt ait vna mihi, non benè clauſa via.
Dixit & Herouni Chriſti latus accipit illud,
Quod pia Longini fregerat haſta latus.

Chriſte tui lateris pulſabo vulnus apertum,
Quod mihi pulſanti reddet in aſtra viam.
Chriſte, polum ſoli pulſanti dicis apertum,
Sta verbis, poſtes en ego pulſo tuos.

HERCVLEA SAGITTA.

Sagitta Herculea.

EX diuerſis capitibus Herculeam ſagittam deducere licet. Nam copia ſagittarum indeficiens poteſt nuncupari primo Herculea ſagitta. De qua Homerus in Olympijs Ode 2. Multa mihi tela velocia ſub cubito in pharetra ſonantia. Iterum delectus miles ex militibus herculeus dicitur, & ſagitta ſua herculea. Quare Romani conſcribendo militem, primo loco militem conſcribebant omine bono, tanquam indè fauſtum fœlixque auſpicium futurum ſit. Et Perſæ profecturi ad bellum, in ciſtam ante Regis tribunal ſinguli ſingulas mittebant ſagittas, reduces recipiebant, & quis forti animo occubuiſſet, ex derelictis cognoſcebant, vt Alex. ab Alexand. lib. 1. cap. 20. Sed Herculeam ego ſagittam vocabo, quæ crucibus ex capulis framearum adornatur, & vulpe cuſtoditur. Aſsyriorum Reges nominabantur Xerſes, ſicut Baleus octauus Rex, referente Ioan. Annio, libro, 15. Alij verò Artaxerſes. Hoc ideò, quia Xerſes ſignificat bellatorem, triumphatorem: Artaxerſes verò ſignificat maximum bellatorem, ſummum triumphatorem. Iam ſi arma hæc ſunt ſagitta & onuſta duabus crucibus ex anſis framearum confectis, nedum appellanda erunt herculea ſagitta, ſed addendum eſſet Herculea & Achillea ſagitta. Herculem vulneratum fuiſſe in cor Plutonem, inquit Pier. hierog. 42. cap. 8. Me herculè ſi victor veſter commonſtrat ſagittam, & fractos duos gladios, vulneratum ab illo hoſtem nedum in corde, ſed etiam in cerebro conſtat. Vt non immeritò de veſtris armis quidam reliquerit.

Conſcriptio militum ſit à bono incipiendo.

Sagittæ in ciſtam iactatæ

Cur dicuntur Reges Xerſes & Artaxerſes.

Sagitta Herculea, Achillea.

Hercules vulnerat in cor Plutonem.

Vna triumphatis crux ſufficit hoſtibus, ecquos
Non vincet geminæ iuncta ſagitta cruci.

Sed indè Herculeam ſagittam afferam, quia Hercules veſtros Reges & Principes ſemper promptè, & vbiquè, verè, ſincerè, fideliter defendiſtis, protexiſtis. Teſtatur hoc Boleſlaus Laſconogus. Teſtatur Caſimirus, Auguſtus, Stephanus, Sigiſmundus, Vladiſlaus Reges in Priuilegijs. Teſtantur bella ad Haliciam, Gedanum, Moſchouiam, Pruſſiam, Liuoniam. Teſtatur ipſa origo armorum, & nedum ſagittæ, ſed etiam vulpis. Nam fortes & præſtantiſsimi milites patriæ, & Regum primi amatores, pellibus vtebantur ferarum vice galeæ, & caſsidis. Quales Homerus fortiſsimos nominat Cydones, quales Æthiopes, Albanos, Hiberios, & inter alios Thraces, qui ex pelle vulpina caſsides ferebant. Alex. in Genial. lib. 20. refert. Addo ex Taumatographia

Pelles ferarũ pro Caſside.

phia naturali Ionſtonij. Vulpes reperiri qui etiam arietem occidunt ferociſsimum, & tenerum vitulum. Ergò

Erigas nunc Martem, ſit in Hectore fortis Achilles
Frangitur, in tabula fortis, & Irus erit.

CLAVIS CÆLI.

IPſe Doctor ſupremus & Saluator Chriſtus octo beatitudinibus declarauit ingenio hominis clauem ad cælum. Beatus enim eſt, qui virtutem operibus profitetur ac prædicat. Virtutem enim verbis profiteri, & re ac factis virtuti contraria ſequi, ſalutem non affert, nec qui de modeſtia ac temperantia diſſerit, & flagitiosè viuit, præmium aſſequitur. Docuit S. Ephrem de recta vitæ ratione. Video ſymbolum Serpentes tres ad inuicem caudis ad medium complicati, qui in capitibus erectis ſingulas columbas retinent, quibus ſubſcriptum. *Felix ſimplicitas iuncta prudentiæ*, & contrà: *Felix prudentia iuncta ſimplicitati*, quaſi innueret. Omnibus prodeſſe, & nulli obeſſe, virtutem colenti, quæ clauis beatitudinis eſt, & cæli oportet. Arma veſtra non pudet me dicere clauem cæli eſſe. Si namque Longini lancea clauis illi ad cælum fuit, cur obeſt ſagittam ornatam crucibus pro Deo & fide clauem cæli nominare? Huic ſagittæ ſanitas mentis in Fulcone Palatino Cracou. & filio ſuo Poznano cum ſanitate corporis. Anno 1082: dum pronus ad Sepulchrum S. Staniſlai ex reuelatione Dei procedit, conceſſa. Huic ſagittæ datum vt Staniſlai canonizatio cura illius ex Archiepiſc. Gneſneñ. fiat. Huic ſagittæ datum tot Eccleſias erigere, xenodochia ædificare, altaria ornare, fidem Catholicam tueri, religionem plantare, prædicationem Sacramentorum promouere. Quid igitur reſtabit dicere, quam quod clauis ad cælum & iter eſtis, fuiſtis. Sagittam carbonibus ignitis circumuolutam, quis non dicet clauem eſſe ad inferos? Ita namq; Pſal. 119.. *Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus deſolatorijs.* Igitur ſagittam crucibus ornatam, clauem ad cælum meritò nominabo. Eſt namque hæc ſagitta, quaſi ſagitta in vite non ad proſternendam, ſed ſubleuandam vitem in fructus vberiores producendos. Hinc in arma veſtra Academia Vilnenſis poſuerat.

Quis potuit crucibus geminam ſponſare ſagittam,
Vnaq; ſit geminæ vincta ſagitta cruci?
Non tam deuotæ veniunt incude ſagittæ,
Quas ſolidus Brontes, quaſue Typheus agit.
Cætera ſtant morti, reſtant tibi ſtemmata Chriſte,
Stemmata dilectæ, miq; tibiq; Cruces.
Vanum ſit reliquis iactari ſtemmate, ſoli,
Sed iactare mibi ſtemmata noſtra licet.

LINEA

LINEA FAMILIÆ LIS ſeu MSVRA, aut BZVRA.

Bzura *in Cracouień. Terra, miles ſtrenuus, & militarium copiarum Supremus. Hic dum vulpe pro inſigni vteretur, ad Sochaczeuiam contra Lithuanos in ripa præterfluentis Mſuræ ſeu Bzuræ, fortiter & feliciter pugnando alia arma promeruit, nempè ſagittam cum duabus Crucibus fractam ad auriculam accepit, exindè & nouam appellationem à flumine Bzura, & Proclama. N. Bzura, villam ex ſuo cognomine conſtituerat, quam poſtmodum Conuentui Iendrzeiouień. inſcripſit.* Hoc fundatio illius Monaſterij commonſtrat, & Anonymus.

Fulco *Pal. Crac. cuius filius erat Poznanus, refert Baſko Canon. Poſnanień. Hiſtoricus, quod poſt mortem S. Stanislai habuerit ſomnium ſanitatem recepturum quemq; infirmum ad Sepulchrum S. Epiſc. & Mart. obtulit filium ad Sepulchrum, & ſanus rediјt,* 1082. *Petrus Epiſcop. Wroclauień.* 1091. refert Longin. *Fulco alias Pelca, Epiſc. Cracou. cuius tempore Ioannes Cardin. Malabranca, & Petrus Capuanus Cardin. Legationem à Lucio III. perficiebant. Erexit Eccleſiam S. Ioan. Baptiſtæ Cracou. & Xenodochium, quod medietate bonorum Stawkow prouidit, quæ vtraq; Religioſis S. Spiritus, qui albam Crucem in atro habitu deferunt, in diſpoſitionem & curam obligauit. Vir erat magni nominis inter nobiles, vt ad nutum ferè ſibi correſponderint. Electus erat tutor vná cum ſuo fratre filiorum Caſimiri Iuſti.* Cromerus lib. 7. *Alia in laudem ipſius meminit* Kantſcius, *Collector Archiep. & Epiſ. Cracouień.*

Fit liber ſub eo Clerus magis, ipſe ſecundum
  Obtinet in ſolio conſilioque locum.
Quod maius: coniunx fuit hoc paſtore relicta,
  Et caſta à ſacris vita recepta viris.
Res præclara ſatis, quæ præmia prima meretur,
  Quam fælix iſtud qui bene currit iter.

Aſſumptus 1186. *Mortuus* 1207.

Nicolaus Epiſ. Cracouień. germanus, Palat. & Generalis Cracouień. Tutor Regni, & filiorum Caſimiri, Leſci Albi Electi Regis Pol. & Conradi, quanta propulſauerit pericula à Regno, refert Cromer. lib. 7. *ab initio, vbi & aduerſa fortuna à matre Leſci* fol. 123. *recenſetur, anno* 1201, *Fulco Comes Caſtell. Cracouień. de Koziegłowy, in confirm. Priuilegiorum S. Crucis, Anno* 1194. *Fulco Archiep. Gneſneń. qui* 24 *annis rexit Eccleſiam, ſub eo Canonizatio S. Stanislai Mart. facta. Huic Vladiſ. Princeps Pol. donauit villam Grzegorzow. Obiјt* 1258. *Petroslaus heres in Mſtyczow, Caſtell. Cracouień. in Monaſt. Iendrzeiouień.* 1319. *Vexillum bellicum armorum Lis, in Moldauia Caſimiri Magni temporibus deuictum.* Miechou. 1359.

Giebultowſki. Giebultowſcij *procedunt ab illis, vndè notant familiam de Kozie glowy in Cracou. & Pilzneń. diſtrictu. Erant fratres vterini. Chriſtinus Caſtell. Sadeceń. cui Vladiſ. Rex Pol. villas Giebultow, Torun, Chol towice, &c. in Terra Cracouień. ſitas, dedit Priuilegium Iuris Teutoni ci in Radoſzyce,* 1424. *Prandotam Priuilegia Giebultow* 1366. *Chriſtinum* Cromer. lib. 21. *refert, Chriſtinus* inquit, *Koziegłouius vltus eſt Sileſios, Gleueciam arcem cepit, Kotſicium cum ſuis ſocijs pellit, &c. erat Koziegłowſki.* Bielſc. fol. 351. *Iacobum de Koziegłowy Giebultowſki, Capit. Premislień.* refert Priuilegium 1466. *Bona Koziegłowy Princeps Pol. Cardinal. Fridericus à Chriſtiano acquiſiuit & Ioanne fratre ſuo, quorum ſoror erat Dorothea Deo ſeruiens, vt patet ex Priuilegio & inſcriptione ſub Vladiſ. Rege Pol.* 1440. *Ioan. Chriſtini germanus reliquit Zbigneum, qui ex Przerębſka Caſtell. Siradień. filia, armorum Nowina, reliquit Ioan. Præpoſitum Pileceń. Ioſephum & Vincentium Celibes, & Stanislaum virum Marti & Mineruæ deditum, ſincerum, veracem, amantem Patriæ. Albert. Andream. In laudem Giebultowſciorum ita quondam in Hymæneo Bartholomæus Wreſanus.*

Vertice ſupremo ſpeculatur callida vulpes,
Vt capulos geſtat dira ſagitta vides.
Quiſquis es hoſtis abi, nam Giebultouia proles,
His fulget ſignis & ſua bona fauet.
O quantum hæc Moſchi Turcæ timuêre Geloni,
Et Valachi virtus, impia caſtra fugat.

Chriſtinus Caſtell. Sadeceń. cuius frater Ioannes de Bakow, in Tuchołow, Maloſtow, Giebultow, Kowalow, maiori & minori heres. Zbigneus vir benedictione Diuina ad conſeruandam gloriam & familiam deſtinatus. Eius digniſſima proles Ioannes Præpoſitus Pileceń. Ioſephus, Vincentius celibes, è cælis vocati, & Stanislaus vir in ſcientia ſubtilis & doctus, in moribus probatus, cui negotia Patriæ amori, honori, & diligentiæ fuerunt, quem omnes boni amabant, obſeruabant, nam & ille plus Patriæ quàm ſibi deſiderabat. Reliquit ex Anna Koryćinſka digniſſimam Patriæ prolem, Ioannem, Sigiſmundum, Albertum, Andream. Albertus de Bakowce Giebultowſki, Secr. R. M. cuius filius Ioannes *Giebultowſki in Lgocie, Przylibſko, Skarzyce, Kryſtoporzyce heres, quem fortibus auſis ardens euexit ad æthera virtus.* Electionem Vladiſl. Sereniſſ. Regis ſubſcripſit Ioannes Hyacinthus ex Palat. Cracouien.

Michowſcij. *Iacobus de Michow Epiſc. Caphen. horum armorum,* vt refert Epitaph. Iendrzeiouiæ, 1531.

Goluchowſcij. *Ex quibus Paulus de Goluchowo ibidem in Eccleſia Iendrzeioukień. ſepultus. vt* Paproc. in ſtemm. *retulit, Verùm ego Goluchouios armorum Leliwa noui, & de Goluchowo.*

Bole-

Boleſtraſzyccij, *Swiatopelcij antè dicti à Swiatopelco Ruſſiæ Duce fratre Iaropelci, qui ob continua bella, & diſcordiam fratris in Ruſſia, ad Premisl. ſedit. Swiatopelcus Comes, Palat. Lencicień.* 1310. *Cuius filij Clemens & Steph. villam Ra..ow Monaſterio Iendrzeiouień. donant. Stanislaus Rothmag in Moſchouiam Aug. Rege regnante, qui cum Barbara Dziedoſzycka duos filios reliquit, quorum tutores erant Stanislaus Dębienſki, Capit. Chęcinen. Ioannes Pilecki, Capit. Rodolen. Ioannes Plaza, Capit. Lubacouien. & Ioannes Boratynſki frater eorum exmatre. Hinc colligere licebit, quantus fuerit Boleſtraſzyccius, qui tales tutores filijs ordinauit, ex Cracouień. Terra in Ruſſiam translati ad Premisl. Stephanus poſt ornatam literis & virtutibus ætatem, cum Zborowſka ſuſcepit matrimonium, ex qua reliquit duas filias, ſecundò cum Zarębianka. Eraſmus frater Steph. vir ad Reipub. magna negotia aptus, cum Chlewicka, quam progenuit Koniecpolſka Caſtell. Polanceeń. filia, tenuit matrimonium. Ioannes Boleſtraſzycki poſt Caſtrenſes & militares occupationes, ex Gorayſka ſuſcepit Ioannem, & Martinum, qui ex Pſtrokonſka ſuſcepit prolem.* Boleſtraſzycki Swiatopelcij.

Zawadcij, *in Cracouienſi Palatinatu eorundem limitum cum Suiatopelcijs. Poſtmodum in Ruſſiam aliqui tranſierunt ad Palatinatum Belzenſem. Ioannes & Venceslaus germani viri in armis & conſilio excellentes & benè patriæ meriti.* Zawacki.

Grodowſcij, *eorundem limitum cum Suiatopelcijs. Plus inſtitutioni quam conſtitutioni dederunt intellectum. Nam licet plurimum momenti habeat Principis integritas, ſuperlatiuè tamen habet id ciuium recta inſtitutio.* Grodowſki.

Kwilenſcij, *cum Boleſtraſzyccijs eorundem limitum in Biecenſi diſtrictu, declarant id quod ratio temporis expoſtulat, in tumultu bellum in pace pacem.* Kwilenſki.

Wroblewſcij, *Addunt bonis & honeſtis, bona & honeſta. Nam extraneis bonis vix melior aliquis.* Wroblewſki.

Poſtrumienſcij *in Vislicień. Hi conſiderando quod non omnia omnibus æquè fæliciter cedunt, virtuti incumbunt.* Poſtrumieński.

Sikorſcii, *in Sendomirienſi Palat. Qui euentus rerum non ſunt in hominis manu Deo ſupplicare contendunt, & roborantur.* Sikorſki.

Mnichowſcij, *in Sendomirień. Palat. Curant vt in omni actione fiat decor illorum familiæ. Warcicius Mnichowſki cum Vitoldo contra Tamerlanum pugnat Rothmag.* Bielſc. 282. *Albertus Mnichowſki Caſtell. Zauichoſten. Anno* 1452. Bielſc. fol. 394. Mnichowſki.

Czarnoccij, *in Sanocen. Terra, & Cracouien. Palat. Vir militari deditus, & vſq; ad ſenium agilis, & alter Achilles.* Papr. in Nido virtut. de quodam ex illis. *Stanislaus Iudex Sanocen. Terræ, Auguſto regnante, Auli-* Czarnocki.

te Aulicus Sigiſm. I. ſtrenuus miles, Iuſtitiæ cultor, cuius decreta nunquam retractata fuerunt, filius eius Victorinus Linguarum multarum peritus, ſed dum redijt & militaris fortitudinis vir affectu efficitur, in itinere bellico verſus Moſchouiam, tyro militia, maturus iudicio obijt, ſepultus Varſauiæ. Paulus Czarnocki ſubſcripſit Electionem Vladiſ. IV. ex Palat. Sendomirien.

Zaleſki. Zaleſcij, *in Maiori Pol. virtuti & literis deditiꝫ quapropter multis titulis & honoribus inſigniti fuerunt. N. Cuſtos Gneſnenſis, eius germanus Martinus Notarius Caſtren. Sieradien. Subſcripſerunt Electionem Vladisl. IV. Zaleſcij ex Sieradienſi Palatinatu. Stanislaus de Otok Pocillator Sieradień. Alexander Subiudex Sieradień. & Paulus, & ex Palatinatu Lencicienſi, Eremianus de Otok Zaleſki.*

Rudnicki. Rudniccij, *in Sieradienſi & Caliſienſi Palatinatu, optimi Patriæ ciues & pietatis obſeruantiſſimi. Deducunt originem ſuam ex Comitibus in Bechcice. Ioannes Caſtell. Roſperſcenſis magnæ prudentiæ, & dexteritatis vir. Reliquit filios pietate & religione inſignes, Ioannem Archidiaconum Vniouień. Canonicum Gneſneń. & Poſnanień. & Clementem cuſtodem Gneſneń. & Archidiaconum poſt deceſſum fratris Vnieiouień. Eorum Epitaphium Gneſnæ. Ioannes Ioannis quoq; filius, primò Vexillifer Sieradień. poſtmodum Caſtell. Sieradień. Et qui recte peregit viam in ſolo, data eſt ei quies in polo. Ei Epitaphium tale expoſuit germanus illius & Epiſcopus.*

Illuſtri & Magnifico Domino Ioanni Rudnicki de Rudniki Caſtell. Sieradienſi, erga Deum, Eccleſiam, & Patriam pietate inſigni, cultus diuini propagatori munifico, Sereniſſ. Regum obſeruantiſsimo, in Equeſtri & Senatorio ordine optimarum partium ciui. Qui cum ob præclara in Rempub. merita primum Vexilliferatu, demum Caſtellanatu Siradienſi ornatus fuiſſet, Eccleſia hac (Grodziſcenſi) exſtructa & dotata, Canonicatu itidem in Eccleſia Collegiata Vnieiouień. fundi hereditarij & paterni, vbi natus eſt Rzecica vnâ cum Illuſtriſsimo & Reuerendiſsimo fratre ſuo & fundato die 23 Maij Anno ætatis 71. Chriſti verò 1620. in Domino obdormiuit. Animæ eius Deus ſit clemens & propitius.

Habuit filios, Ioannem, Stanislaum, & Valentinum, cuius etiam eſt Epitaphium in Grodziſko.

D. T. O. M.

Manibuſque.

Generoſi Valentini Rudnicki Magnifici Caſtell. Sieradień. filij ab antiquiſſima & Nobiliſſima familia Comitum in Bechcice oriundi,

Hic

Hic
Ad eximiam in cœlites pietatem,
Ad ſinceram in ſuos obſeruationem,
Ad raram in morbis tolerantiam.
Adiunxit quoque.
Eccleſiæ Romanæ Catholicæ fidem & amorem, ritè omnibus diuinis humaniſque curatus, violentia morbi xxxi, ætatis anno decedens.
Parenti dolorem,
Coniugi orbitatem,
Propinquis funus,
Humo corpus.
Omnibus deſiderium ſui reliquit.
Anno Dei Hominis M. D. C. XVII. 12. Nouembr.

Simon Rudnicki Caſtellani Siradien. germanus, ex Cuſtode Gneſnen. Archidiacono Vnieiouien. Canonico Cracouien. & Secretario S. R. M. Epiſcopus Varmien. creatus. Hic quis & qualis fuerit, illius Epitaph. referat & ſufficit.

D. O. M.

Meos quiſquis tranſis greſſu citato cineres
Subſiſte,
En tuo pedi ſubſternor ego
Simon Rudnicki Magnus primum Pol. Reipub. Secretarius.
Princeps poſt Ermladienſis, & Epiſcopus Varmiæ.
Amor ille Patriæ, Amor Reipub. Amor Muſarum, Amor clientum, Amor Epiſcopatus. Vnde lachrymas ſuſpiria & perenne mei liqui deſiderium.
Quid plura moror?
Fuimus hoc; hoc ſalutabamur,
At nunc,
Nihil, niſi cinis reuerſus in terram, & quicquid erat terreni terra tenet, Me cum meis Polus.
Abi iam, ſed memor,
Lege nos natos eadem.

Filiæ Ioannis Rudnicki erant quinque: Heduigis conſors N. Grodzinſki, armorum Kuſaba, Catharina, Anna, Sophia, quarum vna ex his iuncta erat matrimonio Spitkoni Buzynſki, armorum Roſa, Caſtellano Konarſki Siradien. Altera N. Micielſki, tertia N. Tarnowſki, quinta Margarita coniux N. Sarnowſki. Hæ quoniam fratres earum deceſſerunt nulla prole relictá, bona paterna, & patrui ſui Epiſcopi Varmien. ad ipſas deuoluta, in alienas familias diſtraxerunt.

Oſſendowſcij. *Literis & militiæ dediti, Stanislaus ob virtutem & ſcientiarum dignitatem, in Academia Cracou. promotionis expectabilis.*

Zadambrowſcij. *Semper aut belli aut pacis ſeruierunt artibus. Petrus Maiorum ſuorum titulos & honores dexteritate obtinuit, Caſtell. Konarenſis.* *Zadambrowſkii.*

T Bisku-

Biſkupſki. Biskupſcij, *in Sieradien. Palat. Sunt viri docti, & virtute conſequenter prædicti. Nam bona doctrina mala opera habere non poteſt. Andreas, Martinus, Adamus, Franciſcus, Biſkupſcij, ſubſcripſerunt electionem Vladislai IV. ex Vielunenſi Terra, ſed ſi eorundem armorum mihi non conſtat, quia alij Biſkupſcij ſunt quoq; armorum Srzeniawa.*

Lipicki. Lipiccij, *in Sieradień. Palat. Perennem vitam, & perennem memoriam quærunt.*

Łacki. Łąccij, *in Sieradień. Palat. Literarum cultores, cùm literæ ſint omnis induſtriæ & laudis nutrices. Nicolaus Vexillifer Poſnanień.*

Liſowſki. Liſowſcij, *in Sieradień. Palat. Cùm nil rectè gubernatur abſq; amicis, ſocijs, & fidelibus, Liſowſcij in his vniuerſales ſunt. Matthias ſubſcripſit Electionem Vladislai IV. ex Palat. Sendomirień.*

Mikolaiewſki Mikolaiewſcij *à Lutomirſko. Ingenium acuit dolor, quapropter laceſſiti Capitaneum Sieradien. armorum Iaſtrzębiec, non ſine graui ſua pœnâ occiderant. Subſcripſerunt ex Palat. Sieradień. Electionem Vladislai IV. Sebaſtianus & Albertus.*

Wilkanowſki. Wilkanowſcij *à Wilkanow, in Viſſogrodeń. diſtrictu, poſtmodùm in Płocen. Goſtineń. Ciechanouień. Nicolaus vir fortis, quo immortalem ſibi adeptus eſt gloriam, & à poſteris laudatur. Ad Toruniam & Puckum in præſentia Caſimiri Regis, ſub Petro Dunin, præcipuam conſecutus eſt laudem. Hunc* Cromer. 28. lib. *meminit, ſterilis deceſſit. Adamus germanus ſuus, qui vincendi & viuendi finem præſtolabatur iucundum. Huic Caſimirus, ratione fideliſſimorum ſeruitiorum, Caſtrum & Oppidum Nidburg cum villis, & magnam pecuniæ ſummam conceſſerat,* 1467. *ad Oliuam pugnanti.* Meminit hunc Crom. lib. 26. Erat numerus militum non exiguus cum Adamo Vilkanouio. *Cruciferos vaſtantes, Maſouiã ex munitione Działdouień. fudit, diſperſit. idem Adamus Niderburſc. & Sarnou. Capit.* Bielſc. fol. 434. Anno 1464. *Reliquit filios, & filiam Zbigneuam Dzierzgouij, Caſtell. Ciechanouień. coniugem, quæ genuit illi Archiepiſc. Gneſneń. ex Palat. Maſou. Nicolaus filius I. Adami, Archidiac. Gneſneń. Płocen. Varſauien. Canonicus. Adminiſtrator Epiſcopatus Płocen. vir literatiſſimus. Nihil doctrina præſtantius eſt, nam præſtat, vt etiam præteritis ſeculis vixiſſe videamus. Adamus alter filius Ordin. S. Franciſci de Obſeru. Matthias cognominatus Wilczek. Sbigneus quartus filius in Pruſſia, tenuit bona cum Wiecwinſka, armorum Prus, Caſtell. Płocen. filia, reliquit filiam Ioann. Działynſki, Caſtellani Chelmen. coniugem. Chrconus ſeu Chriſtianus quintus Adami filius, qui tenuit bona in Maſouia, in Płocen. Goſtinen. Ciechanouien. diſtrictu, poſt heroicos actus in Caſtris & Iudicijs ex Dłuzniowſka Zawiſzanka, Caſtell. Płocen. & Capit. Viſſogrod. filia, reliquit filium Adamum, & Annam Lachowſcij Tribuni Liuen. Dorotheam Łękowſcij, coniuges. Adamus*

Wiecwinſka.

mus Chriſtiani filius. magni ingenij vir, Auguſto Regi dilectus, Caſtell. Viſſogroden. Wyſcen. Plocen. poſtmodum Ciechanouien. Præfectus. Erat vir in conſilio grauis, & plurimi illius conſilio directi, reducebat Reginam Bonam ex mandato Regis in Sileſiam. Ex Sobocka armorum Doliwa, Thomæ Iudicis Lencicien. filia, ſuſcepit filias ſex, & filios duos. Albertus I. filius, in exteris nationibus educatus, cum profectu eximio rediit, Sigiſm. Auguſti, Henrici, & Stephani, Regum temporibus, munia in Comitijs dexterè obibat. Sub Interregno Nobilitas Wiſſogroden. Terræ, dum Caſtellanei dignitas vacaret, illum in Caſtell. elegit, quem Stephanus Rex confirmauit illo recuſante. Cum Heduigi Macieiowſka armorum Ciołek, Palatini Lublinen filia, reliquerat Nicolaum, Stanislaum, & Petrum. Nicolaus alter filius Chriſtiani, vir fortitudine corporis & animi præcipuus. Habuit filium Albertum, & filias tres ex Catharina Mdzewſka, Vexilliferi Plocen. filia. Sorores illorum erant, Helizabeth Ciemniewſka, Agnes Okunij Piekarſki, Anna Koſobuccij, Catharina Dzbowſcij, Dorothea Symakowſcij, Heduigis Ciecierſcij, coniuges. Stanislaus Caſtell. Viſſogroden. Adamus Succamerarius Viſſogroden. Nicolaus Pincerna Viſſogroden. Petrus Wilkanowſki, qui cum tribus ſuprà nominatis ſubſcripſit Electionem Vladiſ. IV. ex Terra Viſſogroden.

Sobocka. Macieiowſka. Mdzewſka. Ciemniewſka Piekarſka. Koſobucka. Dzbowſka. Symakowſka. Ciecierſka.

Olſzewſcij, *antiqua familia in Maſouia, Ducibus obſequentiſſima, Caſtris & armis famoſa, ſicut Acta Plocenſia ſub Ducibus illis referunt, 1449. Petrus poſt trophæa bellica filios ſeptem habuit, & filias ſex, Karnkowſcij Archiepiſcop. parens vna fuit, altera Koſobuccij Caſtell. Liuen. coniux, aliæ Iaroſzewſcij, Nieborowſcij, &c. Nicolaus Petri filius, ad Socalum à Tartaris in bello maximè cruento captus, per annos viginti detentus. Ioannes alter filius, vix ſaluus euaſit ex eodem bello, & ad Obertinum pugnando, maxima fortitudinis præmia reportauit. Stanislaus tertius filius, in Regia Aula Sigiſm. ſtudia virtutum collegit, miles ſtrenuus, & Regi fidelis & Regno euaſit, cuius adiutorio fratrem è captiuitate Scythica liberauit. Nihil eſt excepta virtute & fama, quod mortali animo ac manu immortali quæri poſſit. Reliquit filium Ioannes, Stanislaum, quem Aug. Rex Legatum in Moldauiam, et alibi dirigebat. Titulo Burgrabij Cracouien. honoratus fuerat.*

Olſzewſki. Iaroſzewſki. Nieborowſki.

Kanigowſcij. *Magnorum meritorum Andr. Capit. Plocen. 1449. Ioannes ſubſcripſit Electionem Vladiſ. IV. ex Ciechanouien. Terra.*

Kanigowſki.

Wichorowſcij, *in Ciechanouien. Terra. Dexteritate in rebus Reipub. tractandis, et ingenio clari. Melchior ingenij dotibus, et amplitudine honorum conſpicuus, Notarius Ciechanouien. Habuit in coniugem Noſkowſcij Epiſcopi Plocen. neptem. Chreonus ſeu Chriſtianus germanus illius, Canon. Plocen. Pultouien. Theſaurarius Epiſcopi Cracouien. Gamrati. Multarum linguarum peritus, cultam ætatem reddidit in Aula*

Wichorowſki.

Cæſareæ Maieſtatis. *Ioannes tertius eorum frater ad negotia Regni benè diſpoſitus & omnibus amabilis. Reliquit filios & filias.*

Buchczycki. Buchczycci, *Hieron. Canonicus Varſauien. ſine doctrina & ſapientia nihil ſtare poteſt, at prima ſapientia Chriſtiana eſt diſcere benè mori.*

Kutylowſki. Kutylowſcij, *meriti optimè Patriæ & Reipub. Valentinus Capit. Louicień. Tribunus Nurſceń. vt Epitaph. Varſau. apud PP. Bernardinos refert.*

Oltarzewſki. Oltarzewſcij, *in Varſavień diſtrictu.*

Mieſzkowſki. Mieſzkowſcij, *ex Plocceń. Palat.*

Radziminſki. Radziminſcij, *in Ciechanou. Terra. Quia imperium & conſiliis fortibus & præliis fælicibus retinetur, in eo exercentur.*

Maluzenſki. Maluzenſcij, *Quia bellicoſo populo quies nocet, exercitium Caſtrenſe elegerunt.*

Kroinſki. Kroinſcij. *In eodem ſolo raro admirandæ fruges & ſtrenui bello viri naſcuntur. Ideo exterorum caſtra & confiniorum quærunt.*

Glinſki. Glinſcij, *vt progreſſus rerum, ſit eorum fælix, ex bonis propriis & ſpoliis hoſtium, pauperibus conſignare ſtudent.*

Pieczyngowie Pieczonkowie. Pieczyngouij, *qui poſtmodum appellati Pieczongouij, deinde Pieczonkouij, in Sendomirienſi Palat. antiquis temporibus. Veniunt ex Pieczingiorum gente, qui Ducibus Kiiouienſibus fidelitatem & amicitiam tam pace quàm bello conſeruabant. Sicut patet* ex Cromero lib. 4. fol. 57.

Chomętowſki Chomętowſcij, *in Sendomir. Palat. in diſtrictu Vislicień. qui propriè Pieczingouij ſunt, ſed à bonis Chomętow, Chomętouſcij poſtmodum nuncupati fuerunt. Conſtat hoc ex multis priuilegiis, ſed præcipuè ex priuilegio Sigiſm. primi, qui illis pro meritis in caſtris & aliis ſeruitiis bona conceſſerat, vbi nominantur Pieczinki de Chomętow. Stanislaus poſt militares eximios actus, & promptum in patriam affectum declaratum ſtatiua ſua in Ruſſia elegit. Progenitus ex Chycka. Martinus Pieczinka Chomętowſki ad Gedanum miles ſub Seren. Stephano Bathorio, de cuius dexteritate in rebus Caſtrenſibus dicendum venit, quod non computauerit hoſtem ſed fuderit ex Ruſiecka progenitus. Martinus Pieczinká Chomętowſki, patruelis prius dicti Martini ex Swięcicka progenitus, toto vitæ tempore bono & ſecuritati patriæ, fidelis perpetuus & ſtrenuus miles prouidebat. Rothmagiſter demum copiarum ductor in Valachiam, ſub Præfecto exercituum Regni Zolkieuio. Obijt cum aliquot ex fratre filiis in congreſſu bellico cum Valachis ad cornu Saſouienſe, cum Stephano Potocki Palat. Bracl. Litinenſi, Camen. Laticou. Zelinceń. Capitaneo dum filium Ieremiæ in Palatinat. Valachicum deducebat. Eius illud ad poſteros echo.*

A teneris duro patiens aſſueſce labori;
Olim bellorum ſis qui initurus iter.
Doctus veni, in medios ibis fæliciter hoſtes
Diſce domi, vt ſis hic, quem iuuet eſſe foris.

Filia

Filia huius virago & virgo, Deo dicata per annos triginta, mater ſororum Cœnobij Buſcenſis, Religionis & pietatis obſeruantiſſima. Stephanus Martini in bello Valachico occiſi filius. Qui, dum ſpecimina bellica in diuerſis expeditionibus Regni laude celebranda deduxiſſet, cum Illuſtriſſ. Præfecto Generali exercituum Koniecpolſcio, in Pruſſia contra Guſtauum, in Regno contra Cantimiri filios & Galgam, in Confinibus contra rebelles Coſacos, belli negotia continuauit. Ab eo Iudicis Caſtrorum dignitate honoratus fuit, celebrauit matrimonium cum Conſtantia Kochanowſka, Vexilliferi Regni filia.

Sunigal, *Caſtell. Troceń. qui in Vnione Regni cum M. D. Lith. in Comitijs Hrodlenſibus ſuſcepit in inſigne nobilitatis arma hæc.* Sunigal.

Sapiehouij. *Perantiqua familia in M. D. Lith. originaliter quidem tribus lilijs claritatem ſuæ familiæ adnotabat, ſicut apertè* Olſzeuius è Societate Ieſu in Funebralibus Concionibus *dicit, ſed in Vnione cum Regno in Comitijs Hrodlenſibus Anno* 1413. *arma iſta Lis, & Mzura dicta aſſumpſerunt. De Lilijs autem illorum vide ſi placet arma Lilia ſecundò. Ponigaylo Sapieha Caſtell. Troceń. hunc, recogitando nomen, Olgerdi tempora aut anteferre aut referre.* Olſzeuius Soc. Ieſu in Conc. Funeb. Chriſtophi Sapieha ex autenticis *memorat. Bogdanus in Opakow & Ielna, Palat. Smoleń. qui matrimonium tenuit cum Principis Seueriæ filia, qui regnauit vltra Kijouiam. Ioannes Sapieha Palat. Podlachiæ, cuius filius Nicolaus literis & doctrina præditus, memoriam nominis ſui inter virtuoſos reliquit.* Papr. in ſtemm. fol. 665. *Bogdanus Sapieha Palat. Minſceń. vir beneuolentiâ & humanitate præcipuus, ideò in bello felix. Hæc enim conciliant animos militum. Andreas Sapieha Palat. Poloceń. cui tantum tribuit natura, quantum generoſitas ſua expoſtulauit. Erat ſtrenuus & fortis, quia nunquam crudelis. Paulus Sapieha Caſtell. Kiiouień. periculi caſus prudenter euaſit, nam vires in periculo non minuebat, ſed colligebat. Semion Sapieha, cuius filius Iuanus Cancell. M. D. Lith. Tanquam optimi ciues operam quam gratuitam Reipub. offerebant, dum ipſam in periculis & cladibus extraordinarijs proſpiciebant. Bogdanus, Stephanus, Chriſtophorus, noti M. D. Lith. Omnia pro dignitate ſua tentarunt, fecerunt, voluerunt. Michael, Ioannes, Dominicus, Secretarij Sereniſſ. Regum. Horum omnium mentio eſt in dicta Concione Funeb.* Olſzouij Soc. Ieſu. *Ioannes Sapieha Palat. Witepſceń. Capit. Braclauień.* 1508. Papr. in ſtemm. fol. 663. *Paulus Palat Nowogrod. filius Ioannis ex Chodkiewiczowna, Magnus in Repub. Senator, & ornamentum M. D. Lith. atq; protectio.* Stricou. l. 25. cap. 1. *Nicolaus eius filius ex Duciſſa Olſaneń. Palatinus Minſceń. Legatus in Moſchouiam ad Iuanum Moſchorum Principem.* Bielſc. fol. 741. *Bogdanus alter filius Caſtell. Breſteń. Andreas filius tertius Palatin.* Sapieha.

Nouogrod. viginti quatuor millia Moſchorum cum Tartaris deuicit, vt deſcribit pulchro ordine Papr. ſub armis DD. Sapiehorum. Ex Dębienſka Capit. Cięcinen. filia, & Nepte Caſtell. Cracouien. ſuſcepit tres filias, Annam, Alexandram, Marinam. Ioannes Sapieha Capit. Vſuatenſis, qui cum Illuſtriſſimis Ducibus exercituum Chodkiewicz & Radziwil, totam ferè Moſchouiam in longum & latum, forti pectore & manu penetrauit, æternum ſui nomen in mortalium animis & bellatorum reliquit. Suſcepit non diſſimilem ſibi filium, qui ab ipſa iuuentute non aliud quàm renouare familiæ & addere nomen cogitauit. Coram Sereniſſ. Rege Vladislao Smolenſcũ Moſchis obſidentibus, fortia animi multis vicibus demonſtrauit, atq; ſubterraneis cuniculis tormentario puluere diſruptus, in periculo vitæ vix animam conſeruauit. Cum Zieniowiczowna (cuius ſoror Radziuilij in Nieſwiecz coniux fuerat, quæ poſtmodùm Zebrzydowſcij eſt) matrimoniũ celebrauit. Lucas Sapieha heres in Czarnobyl, qui poſt militaria trophæa in Moſchouia & in confinibus, cum Kmicianſka tenuit connubia, vnicum filium habuit, qui in ætate immatura è viuis ſublatus eſt. Fundarunt Ordini Prædicatorum Conuentum in Czarnobyl, vbi & corpora illorum in pace requieſcunt. Summam merentur laudem, quod Schiſmate reiecto, veram ſanctam Orthodoxam & Catholicam fidem amplexati ſunt, atq; in partibus vbi Eccleſiæ defuerant, inter medios Hæreticos & Schiſmaticos, Catholicis in ſyluis degentibus, Sacerdotes & Sacrificia obtulerunt. Sit eis Dominus miſericors, & votis reſpondeat ipſorum in gloria. Bogdanus Palat. Minſcen. cui diſpenſationem exactionum M. D. Lith. Comitia Regni Generalia in Anno D. 1591. commiſerant. Paulus Sapieha in Olſzany Dominus, Vicecancell. M. D. Lith. Oſmianen. Homelſcen. Camenecen. Gieranouien Siemienſcen. Præfectus. Hunc & tantis titulis quantus vir meritis & qualis authoritate fuerit, facilè conijciendum venit. Cum Sereniſſ. Rege Vladislao IV. magnum deduxit ad Smolenſcum exercitum, & præſens impetum munitioni Dari in conſpectu Regis detulit, atq; fortiter inuaſit, ibiq; filijs ex fratre Thomæ & Paulo occaſio benè Patriæ merendi non immodica fuit. Chriſtophorus Sapieha Palat. Mſciſlauien. Præfectus in Prepoyſko, & miles ſtrenuus, & Orator ſummus, & hoſpitalitate memorabilis, quapropter in Senatu grauiter docendo, in Caſtris fortiter pugnando, domi beneuolè excipiendo, referebat ſuam ab omnibus laudem. Ex Holowczynſka ſuſcepit deſideratam prolem, Nicolaum, qui cum Gaſiowſka Palat. filia ſuſcepit matrimonium, ſed obijt. Deodatus Alexander Sapieha heres in Oſtrowno, poſt maxima indicia fortis animi in Caſtris contra Moſchos, Ponthum Ducem Suecorum, & omnes Patriæ hoſtes, deſiderauit non aliud, quam quod decet bonum & amantem Reipub. virum, prodeſſe Patriæ, & mori pro Patria. Pro tantis meritis & affectu Præfecturis Orſanen. &c. honoratus. Reliquit

liquit duas filias ex Chodkiewiczowna. Et quod pietatem ipſius maximè demonſtrat, fidem Catholicam, ad confinia Moſchouitica fundando Ordinem Prædicatorum, verſus Rigam, Polociam, & Smolenſcum ſummoperè dilatauit. Quapropter in laudem ipſius tale ad ſtemma epigramma relinquo.

Quiſquis honorato quæris ſplendeſcere cultu,
 Nec nubis cæca nocte latere cupis.
Irradians clari Sapiechæ reſpice ſtemma,
 Et ſibi coniunctam cum pietate fidem.
Et diuinus honos crucis, & victoria Chriſti,
 Hoc ſua finxerunt ſydera clara loco.
Iam vel nocte viam carpas licet aſtra latebunt,
 Crux ſolem radios illicò bina dabit.

Leo Sapicha Vir Marty nominis & animi, magnus genere: ſummus authoritate. Genere inquam quia & ampliſſima natus in domo, fortitudinem auitam in maiorum reperit veſtigijs factis non nomine tenuit & à Ducibus Lithuaniæ maternam ducit lineam, quam vir armatus gladium euaginatum tenendo & ſuper equum cataphractum ſedendo adnotauit, quam progenuerunt Duces qui colliſum gladium lunis adornatum quadrinis in ſymbolum nobilitatis deferunt. Authoritate verò, quia ex Præfecturis Slominen. Retouicn. Bludnen. Mobilouicn. Parnauicn. Reginæ Poloniæ, & Sueciæ Supremus Aulicus, & M.D.L. Supremus Cancellarius deinum Palatinus Vilnen. vbi ſe Leonem eſſe præſtitit in terrēdo Sectarios Hæreticorum̄ illud quod Leoni de tribu Iuda dictum ſibi eſſe reputans, Leo rugiet quis non timebit, &c. *Et Supremus Dux Exercituum M.D.Lithuaniæ, in quo officio nunquam fuit Ceruus, ſed ſemper Leo, neq; enim Ceruorum, ſed Leonum Exercitum ſibi ſua humanitate comparabat. Hunc Sapientiſſimus & inuictiſſimus Rex Bathorius, in rebus bellicis ſtrenuum, in rebus agendis dexterè ſolertem, vbi conſpexit & probauit, ſibi atq; Regiæ curiæ perpetuò addixit, atq; Succeſſori in Regno amandum, promouendum, exaltandum, ob virtutem, ſinceritatem, & prudentiam commonſtrauit. Prælucebat ille cum omnium admiratione & veneratione omnibus & maioribus & iunioribus in familia Sapichouiana. Prælucebat ille pacis tempore authoritatis ſplendore, belli fortuna, promptitudinis vigilantia. Prælucebat in Senatu conſilio, in iudicio veritate, in Eccleſia fide & pietate, nam res rebus, geſtu geſtis, merita meritis, virtutes virtutibus cumulauit. Nam vbiq; fuit Leo: mortem ipſam terruiſſet, niſi ab ea meliorem vitam accepiſſet. Et quod maximè virum commendatum reddit, crexit & fundauit plurimas Eccleſias numerantur 24. & monaſteria Patribus Carmelitis in Bialynice, PP. Bernardinis in Mohylow, Monialibus corundem Vilnæ, & Breſtiæ Lithuaniæ fundauit Collegium Societatis Ieſu, & plurimas Parochias,*

rochias, Commendas per albam Ruſſiam. Quapropter de illo Helias Merochowſki Secret. R. M. iure merito hæc reliquit.

Non alium poſſet virtus ſibi ſumere vultum,
Non alia expeteret Mars ſibi membra dari.
Quam tibi, quæ candor vitæ, quæ maſcula virtus,
Quæ manus & pietas quæ peperêre cruces.
Ceſſa iam poſthac pictor depingere corpus,
Mentem hic quam pingas ecce Leonis habes.

Coniux illius erat Eliſabeth Radziwilia, Ducis in Bierze & Dubinki filia. Ioannes Stanislaus Sapieha primus filius Leonis, Palatini & Supremi exercituum M. D. Lith. Marſchalcus M. D. Lith. Slominen. &c. Præfectus, qui in ipſo ætatis flore ſpes publicas ſtatim fulcire cæpit. Reſpondebat quidam quæ Reſpub. videretur ſibi laudatiſſima, Romana an Græca? Laudem inquiebat ille, ponunt Romani in armis, Græci in lingua. Habebat prænominatus Marſchalcus vtrumq;, & arma & literas, arma in Caſtris, literas & conſilium in Senatu; rebus quàm proficuè communibus prauidendo, conſulendo, obuiando. Hoc vnicum ſatis æſtimandum virum tibi demonſtret, quod magnus ille bellator & Scipio Regni Pol. & M. D. Lith. Ioannes Carolus Chodkiewicz, Supremus Regni, & M. D. Lith. exercituum Dux, vnicam filiam cum haberet, illi in Sacramentale conſortium obtulit, quæ, dum ad ſuperos euocata fuiſſet, magnus conſilio & alter Cato in M. D. Lith. Wieſiołouias, eidem ſanguinis ſui è Wodzinſciorum familia plantulam conceſſit. Secutus eſt aundè Maiorum ſuorum gloriam, atq; Parentis optimi veſtigia in toga & ſago, at inuida morte præpeditus in medio curſu vitæ, ſequi vlteriùs deſijt. Cui ſit in Epitaph.

Ades Spectator
Mors eſt, quæ de animis verum dicit:
Non Hic
Palladium Theodoſij curſorem quære,
cui impenſum illud Romani Imperij ſpatium
tridui iter fuit.
Sed Qui
Longa ac futura annorum ſpatia ante ætatem præcucurrit,
Vitam ante mortem conſumauit.
Cùm
Senilem iuuentam præmatura morte
Depoſuit
Ioannes Stanislaus Sapieha, Marſchalcus M.D.Lith. Slonimen. Præfectus.
Ætatem ſpecta,
Sed
Incipe illum virtutibus æſtimare.
Sempiternus eſt
Ex Quo
Humanæ vitæ longitudinem addiſces, in qua tantum
ſapientes laborarunt:
Ampliſſimum quippè vitæ ſpatium eſt, vſque
ad virtutem viuere.

Chriſto-

Chriſtophorus Nicolaus Sapieha ſecundus filius, Not. M. D. Lithu. Marcouień. Zditouień. Capitaneus, qui vitæ ſpatium annis 24 finiuit & compleuit. Hunc, quantam de ſe reliquerit ſpem, Epitaphium enarrabit.

Momentum.
Quod
Omnibus natura conceſſit,
Illuſtriſſ. Dominus
D. Chriſtoph. Nicolaus Sapieha
genere illuſtrauit,
vita, moribus, virtute extendit.
In Quo
Breuis ætas & Adulta virtus,
Aula & Pietas,
Adoleſcentia & Integritas,
Altum ingenium & Animi demiſſio,
Fortuna & Conſtantia.
Summa imis
Diſſentia, in eius mortem
conſenſerunt.
Vt
Momentum vitæ deſtituat, & ad monumentum deſcendat:
Ora hoſpes, & lege tuum in alieno momentum monumento.


Caſimirus Leo ex Notario M. D. Lith. Marſchaleus Curiæ M. D. L. Grodzineń. Volpień. Luboſaneń. Capitaneus, in Czerca & Stareſiolo heres, tertius filius et ſuperſtes. Hunc à prima ætate ibi fortuna commiſerat ex inſtinctu S. R. M. vbi ferrea contra ſtant fata, & duro leges adamante rigeſcunt. Nam & Legationem ad Moſchouiæ Principem, quam niſi veterani & longo interuallo exercitati perſoluebant in negotio Reipub. arduo, de limitibus cum Regno de nouo ſanciendis obiuit, & Marſchalci in Comitijs Generalibus Regni officium ab omnibus Ordinibus ſuſcepit, & proſperè gubernauit. Quondam Sertorius venientem contra ſe iuuenem Pompeium cum exercitu antequam Q. Metellus acceleraſſet, ita flocci-pendebat vt diceret: Ego puerum iſtum caſtigatum verberibus domum remiſiſſem, niſi ſuperueniſſet anus illa. Me hercule, cùm Illuſtriſſ. Caſimirus Leo in ætatis primæuo à tam arduis incepit, iam regimini ſuperuenienti illius quilibet exercitatus atq; veteranus miles, Dux & Senator, ob induſtriam, rectum conſilium, prudenter audacem animum, facilè æquabitur comparabitur, licet quandoq; non ceſſerit. Celebrauit matrimonij Sacramentum cum Tarnowſka à Tarnow Comitiſſa, vt genere ita virtutibus clariſſima, quibus ſua benedictione cæleſti altiſſimus fauere & adeſſe dignetur. Et cùm

Non tam deuotæ veniunt incude ſagittæ,
Quas ſolidus Brontes, quaſué Typhæus agit:

O Sapicha, vides tantum quo ſtemma triumphat,
Cui portat geminas ducta ſagitta Cruces.:.
Vna triumphatis crux ſufficit hoſtibus, ecquos
Non vincet geminæ iuncta ſagitta Cruci.

Paulus Sapieha magni illius bellatoris atq; Moſchorum domitoris ſub Sereniſſ. Sigiſm. III. Poloniæ & Sueciæ Rege, qui in latum & longum totam Moſchouiam penetrauit, & rebellem Sereniſſimo Regi & Inuicto ſubiugauit. Filius nec diſſimilis Parenti Reipub. meritiſſimo, nam in expeditionibus plurimis, quas M. D. Lith. aſſumpſerat, promptiſſimus fuit. & Rothmag. officium ad Smolenſcum & Bialam pro Sereniſſimo Vlad. IV. de Moſchis triumphatore, dexterè & cum laude familiæ ſuæ adminiſtrauit, laceſſitus verò ſudoribus bellicis, atq; periculo vitæ ad Bialam reportato, ſedatioris gratiá cum filia Caſtellani Polocen. Zieniowicz ſuſcepit Sacramentum matrimonij, cui Deus benedicere dignetur. Chriſtophorus Sapieha, Inciſor M. D. Lith. non deuiando à Maiorum meritis, virtute illuſtrat familiam & domum.

ŁODZIA hoc eſt NAVIS.



DELINEATIO.

EST nauis oneraria, fluminibus profundis apta, coloris aurei, in campo ſanguineo. Super galeam ſunt pennæ Iunoniæ auis, eãdem nauim in medio cohoneſtantes.

ORIGO.

ANtiqua hæc arma Romanis & Græcis in vſu ipſiſq; Ducibus Regni & belli propria fuerant. Vnde in nummis Iani Auguſti Adriani reperiebantur, & Athenis celebritate feſtiua ob Theſeum donabantur. Et alij plurimi quos Pier. Valer. lib. 45. refert. Deportatæ demum fuerunt ad Cæſaream aulam nauium imagines cum ſuis protectoribus, & in Bohemia conſtiterunt. Ex quibus Anno Domini 969. in Regno Poloniæ reſplenduerunt.

NAVIS

NAVIS SECVNDA.

FÆlicem & ſecundam nauem aliqui ex Cygnis lætanter aêra peruolantibus, ſignificarunt, aliqui ex arridentibus Soli Echinis, vt Plin. lib. 9. cap. 31. Ego ſecundam nauim ex pennis pauonaceis euolare nauem ſuper aêra potentibus coniector. Eſt namq; Pauo ſoli Iunoni dicatus. In Q. Naſidij nummo, video Nauem, in cuius antenna eſt lucens ſtella, & à latere eſt caput Neptuni cum tridente, addito lemmate, Neptuni, ſubaudiendum ope & auxilio, plena velificatione in quempiam ferri, & ſeruari. Facilè dicerem ex his ſecundam fuiſſe nauem. Verùm nauis hæc veſtra felix & ſecunda eſt, quæ in omni Repub. & graui negotio, irruente hoſte, furente inimico, ſemper proficua & tuta fuit, ipſamque Rempublicam noſtram & Regnum à periculo imminenti liberauit. Quanta fecerunt Comites de Bnin, quanta meditarunt Domini de Gorka, quæ & quanta Opalinſcij, Tomiccij pro Patria ſuſtinuerunt. Hiſtoriæ referant. Eorum (inquam) opera, ſecunda & felix Reſpub. permanſit. Nam naues iſtæ ventorum temnunt rabiem fluctuſque ſonantes. Athenienſibus nauem Theſei, quam in memoriam victoriæ perennis in Delon Apollini tranſmittebant, & die feſtiuo colebant, ſalutis indicium vocauêre. Profectò, ſi Legationes varias, Interregna diuerſa, bellorum arduos inſultus, excurſiones hoſtium crebreſcentes, cæteraq; Regni officia, negotia conſueta, vel leui memoriâ perſtringere tentaueris; inſignitos naui, viros Herculeos, ciues Latonios fuiſſe, ſalutis operatores, non indicio, ſed realitate affirmabis. Fuerunt Martis domini, gens quoq; togata. Refert Ortelius Abrahamus aliquos mortuorum oſsibus pro nummis vti, nec abſimile *Herodotus lib.* 2. habet Ægyptios (inquit) legem habere, vt ſi mutuo quis dari pecuniam ſibi velit, cadauer patris depoſitum fidei creditori traderet. Veſtræ ſunt hæ diuitiæ, ô ſucceſſores Bniniorum & Gorcarum, ac Tomicciorum veſtra clenodia, fama, gloria, merita, & geſta anteceſſorum, demortuorum quidem, ſed æuiterna in memoria bonorum viuentium. Tenete depoſitum fidele, excitate gloriam, propagate progeniem, & virtute ac fortitudine florete.

MAGNOS SERVATVR IN VSVS.

VAlaminia Nauis, *ait Plutarchus in Pericle*, ſeruabatur ad res magni momenti. Quid cauſæ fuerit ignoro, ſed ſcio ſeruari nauem veſtram vobiſcum etiam in præſens Reipub. & Regi Sereniſsimo, magnos & maximos in vſus. Quis namque honor & titulus fuit in Curia, qui vobis non fuerit ſeruatus? quæ tiara Epiſcopalis in Regno, qua honorati non fuiſtis? quæ in bello & Caſtris præeminen-

tia, quam non adminiſtraſtis? quæ cum ampliſsimis Monarchis curæ & negotia quæ vos non expediſtis? ſeria & ſumma Regni Curiæ, Eccleſiæ, vobis commiſſa fuerunt. Nam ſeruant vos Reſpublica, Patria, & Reges ad magnos & primos vſus. In Agrippæ nummis roſtratam & tridentalem nauem aſpicio, eo quod ſeruatus magno Reipub. Romanæ negotio fuerat, nam aduerſus Sex. Pompeium pugnando nauali bello, coronatam nauem obtinuit. Vnde Maro Æneid. 6.

Parte alia ventis et dijs Agrippa ſecundis,
Arduus agmen agens, cui belli inſigne ſuperbum
Tempora nauali fulgent roſtrata corona.

Iam ſatis coronata veſtra nauis auro, argento, coronis, ſcipionibus, regimentis militaribus, capitalibus, vt nulli comparari, ſed omnes ſuperare videatur. Superbè adornatam nauem *lib. 9. apud Fulgoſium cap.* 1. contemplor. Cleopatra Regina Ægypti, ex Ægypto in Siciliam nauigando, eius nauis purpurea habuit vela, ſericeos rudentes, argento remos exornatos, quæ percuſsis ventis, per dimenſa ſpatia ſonum tubarum reſonabant. Ipſa ſedebat ſub aurea vmbella, circumfuſa virginum choris, in Nympharum formam auro amictarum. Ad extrema verò nauis latera, aliæ inſignes puellæ aureis turribulis ad fluminis ripas odoramenta perfundebant. Eximia res auditu, ſed plena luxu & fuco, ornabat namque locus ille perſonam magis, quàm perſona locum. Hinc inoleuit Proclama: *Venit, proficiſcitur ad Bachum.* Veſtra nauis alia fert ornamenta, quæ nunquam diffamari maculariquе valent. Purpura veſtra ſunt tot & tanti Præſules, ſericum veſtrum ſunt tot ac tanti Legati, Rothmagiſtri Generales. Vmbella aurea, innumeri officiorum Marſchalci, Theſaurarij, Palatini. Odoramenta, victoriæ triumphi, vita Reipublicæ ſalutaris, Eccleſiæ Romanæ neceſſaria. Omnibus enim vobis vna mens, operum labor omnibus vnus, ſeruire Deo & Regi, prodeſſe Patriæ, & pro illa mori. Vnde meritò de hac naui affirmandum erit.

Omine quid portat nauis contermina Ponto hæc?
Nota per Eoas Heſperiaſq; plagas?
Ei fruſtra incurſat claſsis ſcelerata latronum,
Hac ſalua, ſaluam Patria ſpondet opem.

LINEA FAMILIÆ ŁODZIA, ſiue NAVIS.

FAmilia Łodziarum non ab exteris peregrinam & aduentitiam originem trahit & deducit, ſed ex antiquiſſima Sarmatarum gente, in qua quanto tempore, quibus opibus, qua dignitate, qua rerum geſtarum gloria ante Religionis Chriſtianæ lumen nobis obortum floruerit, cum tam antiquâ

antiquâ gentis Hiſtoria, ob literarum tum temporis ignorantiam deſtituamur haud facilè dixerim. Hoc potiùs cum Poëta.

Vixere multi ante Agamemnona fortes,
Sed illachrymabiles vrgentur,
Carent quia vate ſacro.

Circa Annum 969. poſtquam Miecislaus Princeps, Chriſtianam primus ſuſcepit Religionem, Baſilicas Gneſnenſem, & Craconienſem magno ſumptu ſtruxit. Inter præcipuas Familias quæ aderant fundatione, Lodziarum quoq; nomina recenſentur, atq; in muris & parietibus prædictarum Eccleſiarum, inter alia ſtemmata viſuntur quoq; inſignia Lodziarum, quæ ſurgente fabrica apparet fuiſſe inſerta. Caſimirus Anno 1052. *ex Monacho Rex, Templum Cathedrale Vratislauiæ (quæ tunc vti tota Sileſia Polonici iuris erat) ſtruxit atq; dotauit. Inter præſentes fundationis ponuntur Lodzia. Et hinc apparet, patritios iam tum fuiſſe & antiqua ſtirpe atq; Illuſtri Domino, ſi enim abſq; vllis imaginibus eſſent, dubiò procul ad has ſubſcriptiones admiſſi non fuiſſent: cùm iſta fierent ad maiorem fidem & authoritatem rei actæ. Anno* 1061. Rycius in Chronico Hungariæ refert. *Cùm Boleslaus Andream Regem Hungariæ profligaſſet, & Bellam fratrem eius, ſuum verò Generum in Regem inaugurafſet, cohortem Lodziorum præſidiariam in Alba Regali reliquiſſe. Cureus tradit Petrum Lodzia à Boleslao Krzywouſto Glogouiæ Præfectū, eandem vrbem fortiſſimè tutatum fuiſſe & defendiſſe, cùm eam obſidione cinxiſſet Henricus V. Imperator, qui paulò poſt à Rege magno prælio fuſus in loco dicto* Pśiepole. *Hæc ſunt quæ de Generali hoc cognomine Lodziarum nanciſci potui: quod nomen Gentilitium retinuiſſe quoſdam diutiùs reperio, cùm* Cromer. lib. 11. ſub Annum 1322. *memoret Gerardum Lodziam Epiſcopum Vladislauien. (quem in Catalogo eorum Epiſcoporum vixiſſe annis* 12. *& obijſſe Romæ, illicq; ſepultum legi) fratrem ſuum Suētoslaum à Crucigeris in arce Raciazenſi (cuius Præfectus erat) captum redemiſſe exiguo litro, id eſt* 400 *marcis. Idem quoq;* lib. 14. *dicit Nicolaum Lodziam, eò, quod in partibus Domarati eſſet, à Vincentio Palatino Poſnanień. (quem item Lodziam fuiſſe certo certiùs conſtat) in Bythinio Oppido obſeſſum, & oppugnatum fuiſſe irrito conatu, quod incidit in annum* 1384. *In Catalogo Epiſcoporum Poſnanień.* Ioannes Dlugoſſus *meminit, in Anno* 1275. *Ioannis de Familia Lodzia dicti Wiſkowiec, de quo hæc inquit:* Hic Canonicus Poſnanien. exiſtens, propter eius virtutes & merita, & probè actam vitam conformiter eligi meruit. Cui⁹ electio, accedente Boleſlai Caliſsien. & Premiſlai Poſnanien. Principum fauore & conſenſu, à Gregorio Papa X. fuit confirmata. *Poſt in Anno* 1346. *idem Ioannem Epiſcopum Poſnanienſem nominat genere nobilem de Lodzia, vocatum de Kampa, qui cùm ſediſſet annis* 11. *in Eccleſia Po-*

ſia Poſnanień. ſepultus (vir elogio eius) benè literatus. Idem infrà Nicolaus Lodzia (inquit) Præpoſitus S. Mariæ in Craconia, & Canonicus Poſnanień. Anno D.1374. electus. Qui ad Curiam Romanam, in Auinionem ſe perſonaliter conferens non obſtantibus Regis Poloniæ Ludouici, & Ioannis Archiepiſcopi Gneſneń. & Cracouień. Epiſcopi literis, à Gregorio Papa XI. obtinuit confirmationem, illicq; conſecratus. Porro hoc Lodziarum inſigne plures Clariſſimæ Familiæ præferunt, ſiue adoptionem accitæ ad decora mutua, à primitiua eius ſtemmatis gente, ſiue (quòd magis crediderim) in diuerſa cognomina diuiſá Domo, quæ ex appellatione Oppidorum & villarum plerumq; Maiores noſtri ſortiebantur, vt eſt hoc certum, quò plures Familiæ eodem inſigni vtuntur, eo magis antiquitatem & claritudinem eius ſtemmatis adſtruunt. Imprimis autem Bninſcij, ſeu de Bnin memorandi ſunt. Quorum viros maximè inſignes et rerum geſtarum gloriá illuſtres, quos in Annalibus, & in Archiuo eius domus reperire potui, ſic breuiter recenſebo: Anno D.1160. Iacobus de Bnin ſub Caſimiro filio Boleslai Krywouſti, poſtquam ſæpius proſperis prælijs Pomeranos cecidiſſet, tandem multitudine hoſtium poſt ſtrenuam pugnam apud Oppidum Nakło oppreſſus eſt. Huic iure hereditario data Pila & Vſcie Oppida cum adiacentibus villis. Petrus de Bnin, apud Henricum Barbatum Maioris Poloniæ & Sileſiæ Principem, in anno 1202. Cancellarius Sileſiæ fuit, cuius nomen in Priuilegijs Sileſiorum frequens. Nicolaus eius filius à Tartaris cæſus, vnà cum ſuo Principe Henrico ſecundo. Sepultus in Zegan, anno 1241. Iacobus de Bnin filius Petri, Pal. Poſnanień. ſub Boleslao Caluo magnæ authoritatis, Duces Sileſiæ inter ſe diſcordes & Poloniæ minùs addictos, ad concordiam & officium redegit. Andreas de Bnin Caſtell. Poſnanień. poſt exiliũ Boleslai Lokietkonis, in Bohemiam Legatus miſſus, vt duceret Vencesl. Regẽ Bohemiæ ad capeſſendum Poloniæ Regnum, anno 1282. Andreas de Bnin Caſtell. Caliſſ. dum Premislius Maioris Poloniæ Princeps à Marchionibus Brandeburgeń. in Oppido Rogozno inſidiosè occideretur, ſaucius & ipſe graui vulnere Vratislauiæ obijt. Ibidem in templo S. Adalberti ſepultus, Anno 1294. vbi hæc inſcriptio legitur: Hic ſitus, vir nobilis, Andreas de Bnino, Caſtellanus Caliſsienſis, &c.&c. *Petrus de Bnin, Generalis Maioris Poloniæ, poſt obitum Caſimiri Magni, in Hungariã ad Ludouicum Regem conſenſu Patriæ miſſus, Sceptrum & Diadema tutum deferens, à quo Priuilegia magna obtinuit augendæ libertati, Anno 1374. Matthias de Bnin, primùm Succamerarius Poſnanień. poſtea Palatinus Caliſſień. Wituldi Magni Lith. Ducis Aulicus, in Comitijs Horodlenſibus in conſortium ſtemmatis adſciuit Mieczubum Lithuanum, Anno 1413. Petrus de Bnin, Caſtell. Gneſeń. primùm, poſtea Poſnanień. ad Sigiſmundum Cæſarem Legatus, in negotio Crucigerorum miſſus à Vladislao Iagellone anno 1433.*

Nico-

Nicolaus Petri frater, Epiſcopus Poſnanienſis, Anno 1439. *Ioannes Nicolai & Petri Germanus, Palat. Poſnanień. cum Vladislaum Iagellonidem in Regem Poloniæ inaugurandum ex Hungaria deduceret, in itinere obijt. Anno Domini* 1440. *Ioannes eius filius Caſtellanus Miedzerzeceń. anno* 1451. *Petrus Ioannis filius Epiſcop. Vladislauien. & Cancellarius apud Caſimirum tertium, de quo Callimachus in præfatione ſuæ hiſtoriæ ad Regem tale iudicium protulit.* Petrum de Bnino Vladislauienſem Epiſcopum Deus naſci Rex Inuictiſsime in Regno tuo voluit, non ſolùm vt eſſet in his quæ ad rem diuinam attinent, quoddam priſcæ Sanctitatis ſpecimen, vereque Religioſorum Pontificum imago, ſed etiam vt haberes in humanis Conſiliarium, prudentiâ, fide, conſtantia, grauitate antiqua præditum. *In Wolborz Sede Epiſcoporum Vladislauienſium in Aula vbi omnes Epiſcopi depicti ſunt, de eodem hæc inſcriptio legitur:* Petrus de Bnino, ex Premislienſi ad Vladiſlauień. Eccleſiam aſcendit. Doctrina magnus, ſed maior cum Religione & pietate in Deum, tum manſuetudine in homines. Vixit cum Callimacho illo Petrus coniunctiſsimè, pedibus æger defunctus vita, Vladiſlauiæ tumulatus, Anno 1493. *Circa Annum* 1441. *Cum Vladislaus eius nominis III. ad Regnum Hungariæ capeſſendum iret, Callimachus lib.* 1. *Hiſtoriæ luculenter quam de rebus geſtis eiuſdem Regis conſcripſit iſta refert:* Deſignati ſubinde qui abſente Rege velut Vicarij, in locis opportunis præeſſent ac ius dicerent. *In Prætura quidem Cracouienſi Ioannes Ciſouius (Caſtellanus Cracouień.) In Poſnanienſi Petrus de Bnino, in Podolia Theodoricus Buciacius, &c. Vtrum verò de hoc Petro loquatur incertum. Tempora certè non video multum diſcrepare, potuit enim per ætatem eo muneri par iam tum fuiſſe, vti conijcere facile eſt. Hoc magis moratur, quod Viro Eccleſiaſtico iuriſdictio & præfectura non omnino congrueret. An igitur cum adhuc non initiatus ſacris fuit & vt vulgo loquimur ſæcularis? An alius ab iſto fuit? in ambiguo eſt; cum præſertim Callimachus non addat muneris & dignitatis eius titulum. Matthias de Bnin, eius frater Palatinus Poſnanienſis, & Generalis Maioris Poloniæ. Magna gratiá viguit apud Caſimirum III. Vir prudens, animi excelſi. Cuius argumentum ſit vel hoc vnicum. Quod cùm eidem Regi Stephanus Palatinus Moldauiæ ad oppidum Kolomyia Homagium redderet, cum Ioanne Comite de Tarnow, Palatino Cracouień. tam acriter contendit, quis nam eorum præferret ſceptrum Regium, vt contentio ſopiri aliter non potuerit, quam vt (Rege & Senatu ſic decernente) Petrus de Iaroſlaw, Palatinus Sendomirien. pro hac vice id præferret. Donauit Regi bona ſua hereditaria: Vſcium, Pilam, Moſinam, exemplo Ioannis de Rytwiany, qui terram Sendomirienſem domui ſuæ magno ære oppignoratam Regi reſtituit. Hac ratione multum deceſſit opibus Domus Bniniorum, etſi penſatum eſt*

dammum

dannum magna dote, quam accepit cum Nawoika de Koniecpole. Quod ex diuiſione facta inter prædictam Nawoikam, & Patruelem eius Iacobum de Koniecpole Caſtellanum Præmisliēnſem liquet. Cuius exemplar nactus ſum ab Illuſtriſſimo Domino Koniecpolio Caſtellano Cracouien. ex archiuo Domus eius deſumptum, Ex quo iſti excerpſi Commiſſarij ad eam diuiſionem, à Rege Caſimiro per decretum Comitiorum Petricouienſium proximè celebratorum, miſſi fuêre. Petrus de Iaroſlaw Sendomirienſis. Ioannes Odrowaz de Sprowa Pruſſiæ Palatini, Raphael de eadem Iaroſlaw Marſchalcus Regni Poloniæ & Capitaneus Sendomirienſis. Henricus de Kamieniec Caſtell. Sanocen. Diuiſio facta in hunc modum, vt Iacobo Koniecpolio obtigerint Drohobicz cum Villis nouem, item Theratin cum omnibus Villis ad eum ſpectantibus, item Dobrkow cum omnibus Villis, item oppidum Moſciſka cum Villis vndecim, item oppidum Niezankowice cum Villa Oſko, item medietas ſtationum de Villis Regalibus tenutæ terrigenarum Capitaneatui Premislienſi obligatorum, item duæ lapideæ. Hæc omnia Domino Iacobo, prædictæ verò Nawoice Conſorti Matthiæ Palat. Poſnanień. & Generalis Maioris Poloniæ hæc ſors obtijt, Caſtrum & Ciuitas Premislień. integra cum villis ſedecim ibi enumeratis, item Caſtrum & Ciuitas Lelow in Terra Cracouień. ſitum, item Koſcielec, item Przekop cum villis ad eadem ſpectantibus: item Tocz datio pro Caſtro Premislień. de Zuppis Ruſſiæ. Hæc bona partim Regalia partim hereditaria, quod ſi Regalia eximerentur (apparet enim ſummis onerata fuiſſe) pecunia per medium diuidenda erat inter partes. Præſentes ſubſcripſére tranſactionem: Stanislaus de Tenczyn Wisliceń. Ioannes Rabſtinſki Zawichoſteń. Iacobus Buczacki Haliciеń. Caſtellani, Zbigneus de prædicta Tenczyn Dapifer Sendomirień. Ioannes de Chodecz Capitaneus Halicień. Henricus Kmita de Wiſnicz, & Nicolaus Stadnicki. Actum & datum Premisliæ, Anno 1480. die feria ſecunda poſt Dominicam Reminiſcere, &c. &c. Andreas de Bnin Epiſcopus Poſnanień. Nicolai filius frater patruelis Matthiæ, cuius vitam Ioannes Dlugoſz in Catalogo Epiſcoporum Poſnanień. rudi quidem ſtyllo, ſed vti non fucatâ ita fidâ Oratione ſic deſcripſit: Epiphaniæ feſto in diem ſolis, tunc ſextam Ianuarij cadente in Annum futurum M. CCCC. XXXIX. pro quo Comitia Pontificalia per Ioannem Pellam de Hyewyſch Adminiſtratorem Poſnanien. indicta erant, bifaria electio viâ ſcrutinij procedendo celebrata eſt. Wyſſota enim de Gorka Præpoſitus, Matthias Drya Decanus cum nonnullis alijs, Nicolaum Laſſocki Decanum Cracouień. Nobilem de armis Dolanga, Præfatus verò Ioannes Pella Adminiſtrator, cum maiori parte Capitularium Andream de Bnin Secretarium Regium, & Canonicum Poſnanień. eligunt: Et quamuis Vladislaus III. Poloniæ Rex ſuis literis, pro Nicolao Laſſocki, apud Eugenium IV. Papam. Bononiæ tunc agentem

inter-

interceſſiſſet, ipſe tamen Eugenius nũtijs Andreæ Buinſki ſolicitantibus neglecto Nicolao Laſocki, cui propterea quod partes Concilij Baſilieñ. promouebat erat infenſus Andreæ de Buin die Lunæ 21. Menſis Iulij, anno eodem in Bononia de Eccleſia Poſnanieñ. prouidit. Qui anno ſubſequenti per Vincentium Archiepiſcopum Gneſneñ. in Epiſcopum Poſnanienſem ordinatus: licet inſuper Nicolaus Laſocki appellationem à prouiſione huiuſmodi ad Concilium Baſilienſe interpoſuiſſet, non tamen illam fuit proſequutus. Fuit autem præfatus Andreas Buinſki Nobilis de armis Lodzia, vir modeſtus doctus & manſuetus, vitæ pudicæ & nitidæ, in Clericos impudicos ſuæ Eccleſiæ ſuæq; Diœceſis parum ſeuerus & rigidus. Fabricauit is Caſtrum nobile in Krobia ex coctis lateribus, item Eccleſiam S. Mariæ Collegiatam & Curiam Epiſcopalem in Poſnania, item Eccleſiam in Oppido Dolſko, item Eccleſiam in Kozłow, item Eccleſiam in Buin, item Eccleſiam in Krobia, item Eccleſiam in via ſua Epiſcopali in Maſouia in Zbikow, item in Oppido ſuo Patrimoniali in Smigel, item in Oppido Borek ditioni domus eius ſubiecto; Abrahæ Zbaſki Iudicis Poſnanieñ. de armis Nalecz, improbos & erroneos conatus extollentes ſe contra Religionē Chriſtianam, brachio Germanorum ſuorum Petri & Alberti compeſcuit, & tam fidei quàm ſui prædeceſſoris Stanislai Ciolek iniuriam vindicauit. Intelligens enim ſeptem Presbyteros ſuæ Diœceſis labe hæreticâ inquinatos, virus Bohemicum in Oppido Zbaſzyn, prædicationibus ſuis ad populum ſub tuitione & defenſa præfati Abrahæ publicè defendere; cum nongentis armatorum equis, habens in ſuo comitatu ſuum Germanum Petrum de Buin, Caſtell. Gneſneñ. aduenit, & portas oppidi clauſas offendens illud vallauit, nec priùs obſidionem ſoluit, donec duobus ſacerdotibus peſtem hæreticam dogmatizantibus per fugam euadentibus, quinque reſidui illi præſentati ſunt: quos exinde in Poſnaniam deductos, & de hæreſi conuictos igni publicè damnauit. Liberalis fuit & munificus in pauperes ac inopes, vt potè qui & virginibus pannoſis dotes, viduis orphanis, & aliqua calamitate oppreſſis pecuniarum, ſolatia clandeſtina adminiſtratione præbebat. Liberalis itidem in ſuam Poſnanienſem Eccleſiam, qui illi duos Calices aureos, quinque Caſulas de Axamento auro intexto, cum crucibus latis & amplis margaritis vnionibuſq; ornatas. Liberalis, & vt veriùs dicam: prodigus in omnes ſuæ Diœceſis Eccleſias, ea ſingulari largitione, quæ de nullo vnquam Pontificum, Regum, & Principum legitur, refulgens: qui pro anno quolibet quibus præſidebat, Calicem fabricabat argenteum, quo per annum vnum vnus, alicui pauperi Eccleſiæ illum lapſo anno donabat, & ſic faciebat per ſingulos annos, quibus gerebat Pettalum Pontificale. Cum autem annos triginta octo, menſes ſex, in Eccleſia Poſnanienſi cum pietate ſediſſet, plenus bonis operibus & eleemoſynis, annos duos de octoginta vel circa natus, non aliquo morbo ſed fractus ſenio, Sacramentis

Eccleſiaſticis munitus, teſtamento condito, admonens Canonicos, ut omni humano & Regis timore depoſito, meliorem in locum ſuum ad Pontificatum deligerent, inter ſe charitatem ſeruarent, ſcandala vitarent, ſtatuta quæ iurarunt obſeruare tenerent, & non ut ſæpè contingebat violarent, cum magno Cleri & populi Poſnanien. ac totius Diœceſis luctu & deſiderio in domo D. Cuſtodis Poſnanien. circa Eccleſiam ſitá, die Martis quinta Ianuarij, Anno D. M.CCCCLXX.IX. hominem exuit, & in Capella S. Andreæ die Saturni nona Menſis eiuſdem honore Pontifice digno ſepelitur, in ſepulchro quod ſibi ante annos viginti, cogitans ſe ſemper moriturum, de marmore aurichalco ſuperducto elaborari iuſſerat, Capellam autem præfatam ab alijs fabricatam, ipſe dedicauerat S. Andreæ, & dotem in ea contulit de menſa Epiſcopali, & pluribus ornamentis eam viuens inſigniuit. Hactenus Dlugoſsius. *Porro ex* Cromero *de eodem habentur iſta: Ad paciſcendum cum Crucigeris delegatus, procurante negotium hoc paciſicationis Archiepiſco Cretenſi Nuntio Apoſtolico, ſed vtrinq; diſceſſum rebus infectis ob impotentem Nuntij animum, & Polonis iniquum. Idem Anno* 1465. *ſeditionem militarem è Pruſſico bello in latrocinia effuſam placidis ſermonibus & muneribus compeſcuit. De expugnatione Zbaſini* idem refert lib. 21. lib. verò 24. *Poſt ſterilem deceſſum Zemouiti, & Vladislai Maſouiæ Ducum, ſucceſſionem ſibi iure feudi caduci debitam, flagitante Rege Caſimiro III. ad Nobiles Plocenſis Palatinatus, qui Imperium Regis detractabant, miſſus. Ab hoc ſtructum eſt Oppidum, cui in memoriam publico igne exuſtorum Hæreſiarcharum inditum nomen Opalenica, à quo poſtea Bniniæ Familiæ ramus nomen accepit. Andreas de Bnin, frater Germanus Matthiæ Palatini Poſnanien. Caſtellanus Camen. eius filij imprimis nomen Opaleniorum aſſumpſerant. Nicolaus de Bnin Opalinſki Andreæ filius, Caſtellanus Miedzyrzecenſis. Petrus Caſtellanus Landenſis. Petrus Caſtell. Gneſnen. filius Petri, vir magnus doctrina, & pacis artibus. Sub eius cura Sigiſm. Auguſtus adoleuit, à Sigiſmundo I. ad varios Principes miſſus, magnis Legationibus egregiè functus eſt. Nactus ſum manuſcriptum probatæ fidei, in quo continebantur inſtructiones in grauiſſimis negotijs ei datæ. Quarum contenta in compendium redacta operæ pretium viſum eſt adſcribere. Prima eſt ad Ferdinandum Hungariæ & Bohemiæ Regem cauſa pacificationis cum Ioanne ius in Regnum Hungariæ prætendente, & tum à Ferdinando profligato. Rex ſuadere pacem iubet Ferdinando vnica ratione nempe imminenti periculo à Turca communi omnium hoſte, qui tum diſcordem Hungariam impetebat. 2da Legatio ad Principes Germaniæ ad Comitia congregatos. Quibus dicere iubetur, ob vicinitatem Turcarum Regnis Hungariæ & Poloniæ, in ijs verò totius Chriſtianitatis præſentiſſimum periculum eſſe. Tanto autem magis hunc hoſtem pertimeſcendum*

quod

quod occaſione diſcordantis Hungariæ atrox paret bellum. Rogandi igitur Principes, vt inimicitias Ferdinandi & Ioannis componant, & Regno Poloniæ ſubſidia in communem hoſtem concedant. Georgio Duci Miſnenſi priuatim excuſandum, quod publico Regis edicto, cum Saxonia & Sileſia commercia inhibeantur, fieri id (dicet) maximè ob Lutheranam hæreſim, ne illâ Regnum Poloniæ inficeretur. 3tia Anno D. 1538. ad Paulum III. Pontificem Maximum, cui more Maiorum defert obedientiam Regis & Regni, & adeptum Pontificatum gratulatur: tum petit, vt ſeges errorum, quæ vbertim vbiq; germinat eradicetur prudentia eius, & Concilij inſtituendi authoritate, poſtremò Regem & Regnum, fauori & beneuolentiæ Paternæ eius Sanctitatis commendabit. 4ta Legatio iterum ad Ferdinandum Romanorum Hungariæ & Bohemiæ Regem, in qua petit intercesſionem eius ad Carolum V. Imperatorem, vt Ducatum Barenſem Regi Poloniæ tanquam dotem ſeu hereditatem Reginæ Bonæ reſtitueret, quem poſt obitum eius in poteſtatem ſuam redigerat: tum priuatim tractat de coniugio Sigiſmundi Auguſti filij Regis cum Eliſabetha filia Ferdinandi, cuius ſolennitatem petit differri ad hyemem vſq;. 5ta Apud Carolum V. Legatione fungitur, in qua gratulatur nomine Regis victoriam in Africa obtentam (in vindicato Regno Tunetano) vouet ei parem fælicitatem & triumphos ex quocunque hoſte, præcipuè verò ex Hæreticis, pro defenſione Catholicæ fidei quam illi perditúm eunt, in multis Regnis Chriſtianis. Conqueritur de Crucigerorum inſolentia, qui occupatum Regem bello contra Ethnicos & Schiſmaticos laceſſere non deſinant inito fædere & accita ſocietate armorum Friderico Palatino Rheni, petit eos reprimi à Cæſare, quoniam dicunt ſe eius Dominio ſubeſſe, deniq; Ducatum petit Barenſem debitum Regi iure dotis. 6ta Ad Sultanum Solimanum Turcarum Imperatorem Conſtantinopolim miſſus, à quo perpetuæ pacis fœdus primus cum Regno Poloniæ ſanxit & firmauit, Rege cum Senatu ſic iubente. Vxorem duxit domo Tenciniam, filiam Zbignei Succamer. Cracou. cuius alteram filiam Dux Opolien. duxerat. Expers prolis vixit, opes parauit magnas, Sigiſmundo, Auguſto in memoriam beneficiorũ à Patre eius Sigiſmundo I. acceptorum, teſtamento legauit ſummam centum millium florenorum. Eius frater Germanus Matthias Caſtell. Lendenſis, cuius Epitaphium exſtat ſatis eleganti ſtructura Coſteni cum inſcriptione iſta: Matthiæ de Bnin Opalinski Patri, Heduigi de Lubranіecz Matri, Andreas de Bnin Opalinski, Supremus Regni Poloniæ Marſchalcus, Maioris Poloniæ Generalis Srzemen. Lezayſcenſiſque Capitaneus, filius, pio ſuccenſus affectu poſuit. *Obijt Pater Anno D. M. D. LVIII. die Natiuitatis B. Mariæ Virginis. Sebaſtianus Canonicus Craconien. Secretarius Sigiſmundi Auguſti, atq; ad Comitia Petricouienſia, quæ in abſentia Regis celebrabantur, miſſus, vnà cum Ioanne Tenczynio*

czynio Marſchalco Curiæ Regni, huic ad honores quos dotes eius merebantur mors propera aditum præcluſit. Obijt enim Anno ætatis 33. Ioannes Caſtell. Santoceñ. Andreas filius Matthiæ, Supremus Regni Marſchalcus Generalis Maioris Poloniæ, Anno 20. ætatis, duxit Ianuſſij Koſcielecij Palatini Siradieñ. & Generalis Maioris Poloniæ filiam, ſed hoc tam maturum matrimonium, non ita illum (vt plerumq́ ſolet) rei domeſticæ & familiari addixit, vt curis publicis ſe abdicaret, quin imò frequens in Aula Sigiſmundi Auguſti cùm eſſet primùm Caſtellanum Sremeñ. poſt Marſchalcatum Curiæ promeruit, Capitaneatum quoq́ Rohatineñ. & Sremeñ. ab eodem in præmium virtutis accepit. Poſt deceſſum Auguſti ab Henrico Gallo, Marſchalcus Supremus renuntiatus eſt, quo in Galliam regreſſo aut potiùs profugo, eorum partes ſecutus eſt, qui ſuffragijs Maximilianum Auſtriacum ad ſceptrum vocabant. Sed cùm Stephanus Metropoli & Corona potiùs æmulum celeritate præuertiſſet, non reluctandum vltra ſatis ratus & Patriæ conſulens, cui intererat habere potius Regem, quam quærere, venit vltrò Cracouiam, & Regem ſalutans, libertatem ſuffragiorum nulli obnoxiam præfatus, ſe voluntati numinis quæ illum Regem deſtinaſſet concedere profeſſus eſt, & ſidem, officia, conſtantiam, quā alijs Regibus deuouerat breui & egregia oratione ſpopondit. Viguit poſtmodum magna apud hunc Regem gratiâ, qui prudentiam eius & conſilia plurimi faciebat, ab eodem Capitaneatu Lezayſcenſi auctus eſt. Poſt obitum eius Interregnum ſucceſſit, Patriæ plurimum calamitatis protendens. Ille quanquam haberet Magnum conſiliorum obicem Comitem Gorcanū Palat. Poſnanieñ. qui Maximiliano vnâ cum Zborouijs ſtudebat, tamen Maioris Poloniæ nobilitatem flexit ad partes, quæ Sigiſmundum poſtea eius nominis Tertium ad Regnum vocabant; fuit ei obuiam Dantiſcum, & magno comitatu Cracouiam deduxit, & conſtantiſſimè in tuenda eius authoritate perſtitit. Quod luculenter oſtendit, cùm in Comitijs inquiſitionis magno animo reſtitit noſtris Monarchomachis, & eius auctoritate maximè ſequuta ea quæ tùm fuit conſiliorum moderatio. Obijt Anno 1593. ætatis 53. vir prudentiæ incomparabilis, quam in grauiſſimis Reipub. negotijs abundè teſtatus eſt, quod Hiſtoria eius æui aliquando vberiùs narrabit. Petrus eius filius, Inciſor Regni, Naklenſis, Rohatineñ. Gneſneñ. Wolpineñ. Dubinenſiſq́ Capitaneus. Poſtquam cum Balthaſare Bathori exteras nationes peragraſſet, magno doctrinæ, experientiæ & prudentiæ fructu rediјt, & ad Rempub. accedens, egregiè varijs negotijs functus. Sigiſmundo Tertio apprimè carus fuit, qui in eo paternas dotes agnoſcebat, & ad magnas deſtinabat dignitates. Certè officio Inciſoris, & Gneſnenſi, Wolpienſi, Dubinenſi Capitaneatu eum auxit in iuuenili ætate. Duxerat Sieniauiam Caſtellani Cameneceñ. filiam, ſed hæc tertio ſtatim Menſe extincta, Zborouiam filiam Caſtell. Gneſneñ. ſecundo matrimonio habuit,

vir.

vir prudentiæ inſignis, & grauitatis antiquæ, in aditu ipſo dignitatis cùm maxima incrementa honorum ſperare debuiſſet, morte inopinata exſtinctus Anno 1600. ætatis 34. Andreas Epiſcopus Poſnanienſis, Marſchalci alter filius, Anno 1592. Romam à Patre miſſus, ibi à Clemente VIII. munere Camerarij præſtantioris ornatus, ab eodem Anno 1594. ad Sigiſmundum III. miſſus cum gratulatione tum primogeniti Vladislai, qua Legatione egregiè functus, iterùm ad Pontificem rediјt, ibiq; per biennium ſplendidè vixit, magno non ſolùm familiæ ſed & totius gentis Polonæ honore; reuerſus in Patriam, ad Archiducem Ferdinandum, Græcium, ad Rudolphum Imperatorem Pragam mittitur, in negotio Moldauiæ & Tranſsyluaniæ, quæ tum à Michaele turbabatur, non ſine vicinorum periculo, Anno 1604. munus maioris Secretarij cùm accepiſſet, & ad Paulum V. cauſa diſpenſationis matrimonij cum Regina Conſtantia miſſus eſt (vbi eadē occaſione effecit, vt Stanislaus Koſtka in Album Beatorum referretur) poſtquā rediјt, à Goslicio in Coadiutorem adoptatus, eo mortuo Anno 1607. Epiſcopatum adiјt, quem geſſit ex debito muneris, & Maiores ſuos in zelo Catholicæ Religionis tuendo, & propagando imitatus, Miniſtros (vt vocant) publicè & liberè hæreſim Poſnaniæ exercentes vrbe repulit nulla ſpe remeandi relicta, Ciuitatemq; auitæ Religioni reſtituit. Tandem morbo correptus, quem auxit dolor ob Baſilicam Cathedralem Poſnaniæ exuſtam exſtinguitur, Anno M. DC. XXIII. ætatis XL. VIII. De ipſo tale Elogium P. Adalbertus Piglowſki ſcripſit dignum tanto viro.

ANDREAS DE BNIN OPALENSKI
EPISCOPVS POSNANIENSIS,
Marſchalco Patre
Natus ad Paſtoricidium Pedum,
Magnorum Parentum Filijs,
Tuto maiora committi poſſe, probauit
Quanquam
Etſi auorum gloria caruiſſet,
Dignus erat, qui magna virtute ſumma quæuis
Mereretur
Eccleſiam cùm moderandam accepit.
Primùm tueri voluit quàm tenere.
Æquè beneuolus ſuis ac Nouatoribus acris
Vbi Poſnaniam Hæreſi purgauiſſet primus,
Vigilantem per omnia Paſtorem expreſſit.

Ioannes de Bnin Caſtellanus Rogozień. filius Ioannis Caſtellani Santoceń. homo quieti deditus, tùm ingenio eò inclinante, tùm cogente debili & fluxa valetudine. Obiјt 1598. ætatis 53. Habuit in matrimonio Oſtrorogeam matre Zborouia, Caſtellani Cracouien. filia natam, ex qua ſuſcepit duos filios. Quorum primus: Ioannes de Bnin, primùm Caliſſien. poſtea Poſnanien. Palatinus, Inowloclauien. Capitaneus, vir doctrina magnus

 & pieta-

& pietate inſignis. Obijt Anno 1637. ætatis 56. Petrus eius frater iunior, Palatinus Poſnanień. Capitaneus Sremenſis, iuxta pacis ac belli artibus vir magnus, Moſchouitica ac Turcica expeditionibus clarus. Cum pro ſtipendio charitatem Patriæ habens, primo quidem bello haſtatorum cohortem, ſecundò verò vnam haſtatorum, alteram Koſakorum proprio ære duxit, & plùs triennio magna gloria militauit, Senator Regni integritate rara & incorrupta libertate. Quæ quia in ore omnium & memoria recenti ſunt, non attinet vltra memorare. Obijt Anno 1624. ætatis 37. in ipſo famæ & gloriæ (cuius ſtudio maximè flagrabat) rerumq́ gerendarum curſu. Andreas Succamerarius Poſnanień. filius Inciſoris Regni. Obijt Anno 1624. cùm trigeſimum nondum attigiſſet, atque ita ſpem quam eius indoles faciebat propero fato præcedit. Reliqui quos memorabo, cùm adhuc viuant fruanturq́ fama ſui, ne videar auribus eorum dare quamuis meritiſſimas laudes breui à me Elogio dignabuntur. Rectè enim ab Eccleſiaſte cap. 11. admonemur: Ne laudaueris hominem in vita ſua, cùm præſertim vt ille ait: Suum cuique decus poſteritas rependat, quæ aſſentationis expers, virtutem debita gloria velut dote eius non fruſtrabit. *Lucas de Bnin Opalinſki filius Andreæ Marſchalci, Marſchalcus & ipſe Supremus Regni, ætate prima in ijs occupationibus acta, quas ab illo honor natalium exigebat. Poſtquam ab exteris nationibus redijt, in Aula ſplendidè vixit, Anno verò 1604. Annam de Pilca vltimam ſuæ familiæ duxit viduam Chriſtophori Koſtcæ relictam, atq́ cum illa opimam hereditatem adijt, Anno 1607. leui occaſione orta, ſed creſcentibus odijs, in tantum aucta diſſenſio cum Stanislao de Zmigrod Stadnicio, vt iniuſtum ac plenum abiret bellum cum integris penè exercitibus, aliquot prælijs commiſſis plùs biennio decertatum eſſet, & reconciliationem ſæpiùs ob impotentem Stadnicij animam fruſtra tentatæ, aliter finis inimicitiæ imponi nequiuit, quàm nece & interitu ipſius Stadnicij. Quare afflicto graui & penè extrema calamitate Opalinij patrimonio, ſubuenit beneficentia Principis Sigiſmundi III. qui poſtquam eum ad Caſtellanatum Poſnanień. tumq́ Curiæ primùm, poſtremò verò ad Supremum Regni Marſchalcatum euexiſſet, addidit quoq́ tantis muneribus ſubſidia, cùm Capitaneatum (præter Lezayſceń. quam in iuuenili ætate, ei in præmium virtutis paternæ dederat) Colenſem, Valenſem, Odalanouiceń. Camionaceń. Łoſiceń. ei contuliſſet, à Vladislao nunc feliciter regnante, Rubieſouiceń. accepit. Secundo matrimonio habet Danielowiciam, Theſaurarij filiam, cum qua etiamnum viuit, vtinam quàm diutiſſimè Reipublicæ bono & ornamento familiæ. Petrus Subdapifer Regni, & Succamerarius Caliſſień. Odolanouiceń. Capitaneus, filius alter Petri Inciſoris Regni. Chriſtophorus filius Petri, Palatini Poſnanień. & ipſe Anno 1637. ætatis 28. Palat. Poſnanień. renuntiatus, Sremenſis Capitaneus,*

Paternæ

Paternæ dignitatis ſucceſſor non degener. De quo qua integritate, qua prudentia, qua ætatem ſuperante grauitate, Senatorio munere fungatur, nolo dicere. In ore enim eſt omnium, & rependit ei præſens fama, quod olim vberius præſtabit memor & grata poſteritas. Lucas eius frater germanus, raris animi dotibus, nuper Ordinis Equeſtris ampliſſimum conſenſum rexit. Duxit Illuſtriſſ. Tenciniorum Domus heredem vltimam, eiusq́ inſignia decora ſuæ domui adiunxit. Alexander Capit. Inowloclauień. Ioannis Palatini Poſnanien. filius, vnà cum duobus fratribus minorennibus, per ætatem Deo dante augebit antiquæ domus decora, quæ vti de Patria benè ſemper bello ac pace merita, ita de Eccleſia Catholica optimè, cuius doctrinæ ſemper conſtantiſſimè adhæſit, & rara alijs familijs non vulgari laude, nuſquam auitæ religionis deſertor fuit & transfuga. Qua vel vnica cauſa diuturnam incolumitatem honore omni cumulatam, longisq́ opibus auctam, vti à Deo meretur, ita vt in ſeram poſteritatem propaget voueo & apprecor.

Zgorkij, *de Gorka oppido in Sileſia verſus maiorem Poloniam. Antiqua genere, & ſumma dignitate, familia exſtitit. Et licet originem inueſtigare familiæ Z Gorkonum difficile nunc eſt, ſed ex titulis magnificis facilè colligere, quam benè merita Patriæ & Reipub. Z Gorkonum familia fuerit. Lucas z Gorka Palat. Poſnanien. vir, ſicut ipſo in titulo apparet iudicij, fortitudinis potentiæ maximus. Claruit ad Annum* 1340. *vt ex Actis Terreſtribus & Caſtrenſibus Poſnanienſibus conſtat. Refert idem in ſecundo opere Paprocius. Viſſotius z Gorka Præpoſitus Poſnavienſis, Legatus miſſus vna cum Petro Samotulio Caſtell. Caliſſienſis, ad Nicolaū Pontificem Maximum circa Annum* 1447. *vt* Cromer. lib. 22. *meminit à Caſimiro Iagellouicio Sereniſſ. Rege cum obedientia Regali, ſicut addidit* Bielſc. fol. 385. *Erat familia z Gorkonum in tantos ramos diſtincta prænominato Anno, vt in Gorka prædicta Sileſiana quæ tum ad Poloniam maiorem ſpectabat, nouem partes diuiſæ exſtiterint. Vnus igitur horum qui partem nonam tenuit in Gorka reliquit tres filios, Vrielem, Lucam, Nicolaum, qui iuuentutem ſuam grauiter ornatam literis, aptam Curiæ Caſimiri Iagellouicij primum, tum Reipub. negotijs deſideratam, reddiderunt. Vriel z Gorka, eximiam indolem dum virtutibus diuerſis Reipub. & Patriæ florentem commonſtrauit, primùm Præpoſituris Gneſnenſi & Poſnanienſi, tum Cancellarij Regni honore decoratus fuit. Poſt deceſſum verò Andreæ de Bnin Epiſcopi Poſnanień. Adminiſtrator eiuſdem Epiſcopatus ac poſtmodùm Epiſcopus inauguratus fuit. Mortuus* 1499. *In cuius laudem ita quidam ſcripſit.*

Nec tu Gorkarum decus illaudatus abibis,
Sæpè & quando tacet fama vetuſta placet.

Lucas frater Vrielis Palatinus Poſnanienſis, tam ſago quam toga ſtrenuus

nuus vir & Senator. Deceſſit ſteriliter. fratri omnia reſignando. Nicolaus Lucæ & Vrielis frater Succamerarius Poſnanień. vir potentia, diuitijs, opibus clarus, quem ingenium, iudicium, affabilitas cum liberalitate, omnibus commendarunt. Reliquit vnicum filium Lucam. Lucas Nicolai vbi reddidit obſequia digna Regibus Sereniſſimis, & magno apparatu bellico, Caſtell. Poſnanień. & Generalis Maioris Poloniæ denuntiatus. Demum Palat. Poſnanień. fecit cum Vladislao III. expeditionem in Hungariam vt Calimachus refert. Legationem ad Solimanum dum ab Alba Regia ſeu Belgradore cedebat, obiuit. Ille vná cum Oſtrorogio ad Reginam Eliſabeth miſſus, ob fædus & matrimonium. Ille in cunctatione Caſimiro de recipiendo regimine, vt Boleslaus eligatur, Cromero dicente ſub Anno 141. lib. 22. *fuit. Ille contra cruciferes cohortum ductor fuit, ille ad Choynicium pugnando in captiuitatem deuenit. Habuit in coniugem Catharinam Samotulſka antiquæ familiæ heredem cum qua & plurima bona, in Gorkanam domum deuoluta fuerunt. Suſcepit ex illa Andream & duas filias, Annam Petri Kmitæ Comitis in Wiſnicz, Palatini & Capitanei Craconienſis, Marſchalci Supremi Regni Scepuſień. Premislień. &c. Præfecti coniugem. Altera erat conſors Stanislai Odrowazij Palat. Podoliæ. Dum verò idem Lucas legationem obijſſet á Sereniſſimo Rege ad Cæſaream Maieſtatem, ibidem Comes in Gorka, oppido a quo notabant familiam ſuam, inauguratus Cæſarea authoritate, & benignitate fuit. Tribuuntur illi plurima bona, ſed etiam non modica mala. Nam vbi potentia ibi plerunq; & oppreſſio radicatur. Sed regulam recti ſubminiſtrauit Deus ex alto, nam è viuis ſublata eius coniuge, depoſuit faſtum ſæculi & dimiſſo Palatinatu Poſnanienſi, creatus fuit Epiſcopus Cuiauień. Habet* de illo Bielſc. ſub Anno 1537. *Obijt plenus dierum & felicitatis admirandæ. Andreas Comes de Gorka Caſtell. & General. Poſnanień. filius Palatini & Epiſcopi Cuiauień. Hic meritis merita addendo, & factis maiorum facta propria conformando, obtinuit in præmium plurima regalia bona. Celebrauit matrimonium cum Kurozuanſka Vicetheſaurarij Regni filia, ex qua ſuſcepit filios tres, & duas filias. Quibus plurima bona acquiſiuit, & magnæ fortitudinis & authoritatis ob potentiam, Auguſto regnante, indicia declarauit, ſed dominus pacis tutor & memor gementium, vitæ illius curſum præcidit. Lucas Comes de Gorka Andreæ filius ſui parentis veſtigia cito in honore ſecutus Palat. Poſnanienſis & Præfectus Buſcenſis denuntiatus fuit. Bona acquiſita à maioribus liberali manu diſſeminare cæpit. Acceperat in coniugem Heliſabetham Duciſſam in Oſtrog, propter quam Demetrius Sanguſko occiſus fuerat, & quæ Duci Slucenſi in coniugem admiſſa erat, de quo dicant alij. Hic amiſit & diſperſit, quæ maiores ſui collegerant, obijt ſterilis. Andreas frater Lucæ filius Andreæ Caſtell. Miedzirzyecenſis, Valecen. Koſcianenſis, Gneſnenſis Capitaneus*

tancus. Vir prudentia, dexteritate ſingularis, habuit in coniugem ex Herbarthorum familia Barbaram, quæ ante fuit conſors Petri Kmitæ Palat. Cracouień. obijt ſterilis. Stanislaus tertius frater prædictorum, Comes de Gorka Palat. Poſnanień. Kolenſis, Vſcienſis, &c. Præfectus. Vir ad iram pronus, omnibus terrori paucis amori, habuit in coniugem Heduigim Sobecka, ſed obijt ſterilis. Bona illius in domum Czarnkouiorum qui ex eorum ſorore nati fuerunt videlicet Andreæ Caſtell. Naklen. Petri Succamerarij Poſnanień. Stanislai & Ioannis, tranſierunt. Sic tranſit gloria mundi. Sic vos non vobis mellificatis apes. Sic ſtruxerunt alij nobis nos poſteritati, aut cui contulerit Deus. Sorores horum erant, Barbara Czarnkowſcij Caſtellani Rogozinen. Capit. Koſcinenſis conſors. Catharina Konieleccij Palat Lencicień. poſt Dzialynſcij Caſtell. Breſleń. Coualeń. & Brodniceń. Præfecti. Eius Epitaphium Brodniciæ.

Hîc ego Sarmaticâ Catharina ex gente quieſco,
  Gorkanæ inſignis vera propago domus,
Me genuit Comitum magna de gente Polona,
  Hæc ſtirps Sarmatico quæ benè nota ſolo eſt.
Tradita præſtanti poſt ſum virtute marito
  Dzialynski Raphael fœdere iuncta thori.
Vnica progenies ex me relictus alumnus,
  In quo Dzialiniæ eſt ſpes generoſa domus.

Roskowſcij, *in Palatinatu Poſnanienſi, a Roſki bonis nuncupati, vnius domus cum Gorcanis. Erant Patriæ amabiles, & Reipub. proficui Si namque Gorcarum familia in nouem partes bona diuiſa tenuit, profectò deſcenderunt plurimi à Gorcanis. Ioannes Caſtell. primò Præmeteń. poſtea Poſnanień. cui Martia frons, Mineruæ ingenium fuit. Huic inter cæteros Anno Domini 1611. commiſſum fuerat dignoſcere, an in fluuio Warta poſſit eſſe tuta & ſecura nauigatio, ad mare eo modo quo ſit in fluuio Viſtula. Celebrauit fœdus matrimonij cum Pampowſka armorum Gozdawa, ex qua ſuſcepit optimos ſpei & indolis poſteros. Andreas de Gorka, Parens Illuſtriſſ Dominæ Pocillatricis Regni Oſtrorogiæ, natæ ex Słomowſka armorum Grzymała.*

Tomiccij, *in Poſnanień. Palat. antiqua familia à Gorcanis deſcendens, & Bninijs. Viri graues authoritate, conſilio, pietate, notant familiam ſuam de Tomice. Petrus Tomicki, Romæ liberalibus artibus, Iure Ciuili & Canonico inſtitutus, & Doctor creatus, apud Fridericum Cardinalem Cancellarium aliquandiu egit. Quo vita functo ad Epiſcopatum Premiſlien. & ad Vicecancellariatum Regni prouectus, officium tanta cum laude domi foriſq; geſſit, vt eo renitente paulo poſt ad Poſnanień. deinde ad Cracouienſem ſedem translatus fuiſſet. Erat vir quadruplici lingua diſertiſſimus, forma conſpicuus, animo excelſus, ingenio & conſilio admirandus.*

 ſplendidus,

ſplendidus, in pauperes & in omnes alios liberalis. Annum agens circiter ſeptuageſimum in lectione paſſionis Domini ad illa verba: Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum, *exſpirauit* 1535.

D. O. M.

Suoque poſtremo Cineri,
Petrus Tomicius
Primùm Premiſlienſis, dehinc Poſnanień. ac poſtremò
Cracouienſis Epiſcopus, Regni Poloniæ Vicecancellarius. Mortalitatis memor
ipſe poſuit. 1532.

Ioannes Tomicki, quem Andreas Cricius Archiepiſcopus Gneſneń. magno elogio celebrauit, Caſtellanus Gneſnenſis. vt Bielſc. fol. 656. & Stricou. fol. 776. *adnotarunt, matrimonij fœdere coniunctam habuit Oporowſka, Caſtell. Gneſnen. filiam, eius fuére quatuor filij. Nicolaus, Petrus, Andreas, & Ioannes. Nicolaus primus filius eius, erat vir fortis ac bellicoſus, Martis filium diceres, is exſors matrimonij, vitam Patriæ integrè dedicatam non ſine eius dolore finiuit. Petrus ſecundus filius, ætate ſed non animo minor, grauitate morumq́ comitate inſignis, matrimonio habuit Konopacka, Caſtell. Culmeń. filiam, ex matre Koſtczanka Palatini Sandomirienſis filia. Hic habuit duos filios, Chriſtophorum, & Ioannem, filias quatuor, Eliſabetham, Heduigim, Helenam, & Catharinam. Chriſtophorus eius filius, homo omni virtutum genere præditus, in tractandiſq́ Regni ac Reipub. negotijs dexterrimus, Electionem Vladislai IV. ſubſcripſit ex Terra Wielunen. Huic coniux de domo auita Laſczorum, genuit vnicum filium Petrum. Ioannes cum conſorte ſua Kucharſka procreauit tres filios, Chriſtophorum, Apollinarem, & Theodorum, totidemq́ filias, Annam, Catharinam, & Ludgardim. Chriſtophorus adoleſcens bonæ ſpei ac optimæ indolis iuuenis, poſtpoſitis omnibus certis expectationibus, Religionem S. Dominici Cracouiæ ad Sanctiſſimam Trinitatem eſt amplexus, in eaq́ nomine Doctoris Angelici, fauſto omine, Thomas Aquinas inſigniri meruit. Eliſabeth verò præfati Petri filia, fide coniugij copulata erat Sigiſmundo Kotkowſki. Fuit hic vario ingenio, & paulò quàm par erat ſæuerior; ſed mira temperie hæc maritum flectebat, ne dicam regebat; moleſtias ſupprimebat, iras mitigabat, iuſta & honeſta inſerebat. O rarũ & ſummoperè vxoribus imitandum exemplum. Hanc cùm maritus eius viduam ſine prole reliquiſſet, ipſa ſe matrem plurimorum pauperum effecit. Tota cura eius illorum neceſſitatibus prouidere, nutrire, potare, veſtire, ac Chriſti Saluatoris ſui exemplo, quotannis in die Cœnæ Domini cibare, pedes illorum cum ſumma demiſſione proprijs manibus lauare, vulnera alligare, ſubuculas ſeu induſias tribuere. O theſaurum manibus pauperum*

in cælum

in cælum deferendum: vis vberiorem pietatem? hæc in cultu lucrorum mirifica & aſſidua, nulla occupatione aut delectatione potuit ab incruento altaris myſterio demoueri; inerat illi horas ſuas Canonicas (vt loquimur) ſacerdotali exemplo quotidie legere, ipſos Sacerdotes honorare, templa exornare, atq; id ſuis aut ſuarum ferè manibus, cùm & ipſa acu pingeret veſtes, aut a famulis ſuis puellis pingi texiq; iuberet. Sed parua ſunt hæc (ſi non magna dixerimus) ſolus affectus tenerrimus in Chriſtum Crucifixum ſacro cruore madidum magnus eſt cenſendus. Cuius imaginem prodigioſam in porticu Prædicatorum Cracouiæ pulchrè & ſumptuosè altari conſtructo, vt patet, adornauit: ibiq; ad pedes eius ſibi & marito ſuo monumentum poſuit, & vt ibidem Miſſæ pro ambobus dicerentur, perpetuam eamq; optimam fundationem fecit, cùm omnia bona ſua Fratribus Prædicatoribus ob amorem Sancti Dominici, certò recompenſandum cum integro affectu ſuo dedit & dedicauit. Tantæ virtutes talem exceſſum in charta fecerunt. Heduigis ſoror eius vterina data in coniugium N. Dunin Szpet, quæ ei genuit tres filios. Helena vitam & virginitatem Sponſo ſuo Chriſto conſecrauit, S. Franciſci Religionem in cætu Sanctimonialium Crac. ad S. Agnetem profeſſa, ibiq; Pelagia vocata. Catharina virgo deuotiſſima Cracouiæ obijt, ſepulta in Baſilica Apoſtolorum Petri & Pauli apud Patres Societatis Ieſu. Andreas tertius Caſtellani Gneſneń. filius, cum vxore ſua Dzialynſka tres genuit filios, Ioannem, Georgium, & Stanislaum, filias quatuor, Margaretam, Chriſtinam, Magdalenam, & Theophilam. Ioannes iſtius filius duas fide coniugij copulatus Matronas habuit, vna erat Stobiecka, altera Strykowſka, cum ambabus prolem reliquit. Georgius Ciuis Patriæ optimus, qui etiam Electionem Vladislai IV. ſubſcripſit ex Palat. Inowloclauień. huic nupta erat Tylicka Epiſcopi Cracouień. Neptis, mulier vitæ ſanctitate, ac penitùs miraculis celebris, ex hac vnicum ſuſcepit filium. Cum Margareta nuptias celebrauit Goſtenſki, cum Chriſtina Grudziecki, cum Magdalena Herburt, omnes tres non ſine fructu matrimonij deceſſerunt. Theophila S. Benedicti inſtitutum amplexa & veſtigia ſecuta. Ioannes quartus filius, à virtutibus & magnanimitate Maiorum ſuorum non degener, cum conſorte ſua Rydzenſka vnum reliquit filium Lucam, cui in matrimonium oblata erat Czarnkowſka, ſed ambo ſteriles obierunt. De hac nobiliſſima & vetuſtiſſima atq; de Repub. meritiſſima familia, Stricou. fol. præallegato *dicit, quod Tomiccij omnes plùs debere Regno quàm Patrio nomini, vita & moribus commonſtrarunt.*

Iwienſcij *cum Tomiccijs eiuſdem diuiſionis bonorum, vt Caliſſij ex Epitaph. apparet, præter inſcriptiones diuiſionum. Ioannes Succamer. Caliſſień. cuius filius erat etiam Ioannes. eius ibidem Epitaphium. Ioannes de Tomice Iuienſki, Generoſi Ioannis de Tomice Iwienſki Succamerarij*

 Caliſſień.

Caliſſien. filius, Vir doctrina & pietate veræ religionis ſtudio & conſtantia, candore, humanitate, liberalitate, atq; alijs virtutibus præſtans. Obijt anno 1549 *parens, filius verò* 1580. *Sunt magna encomia & merita Iuienſciorum, ſed quoniam alij ſunt Iuienſcij armorum Grzymała, vt ex* Bielſc. fol. 261 *patet, difficile eſt coniecturari, de qua nam familia Hiſtorici referant. Hoc vnum ſufficiat, quod armorum nauis familia portum redimita ſubit.*

Nam tua dum medio ſpatiatur in æquore puppis,
Virtutis retulit candida ſigna ſuæ.

Poduodowſki. Poduodowſcij *aut Powodowſcij in Palat. Poſnanien. antiquitus Patriam cognationi præferunt, & quicquid publico ſalutare non eſt, alienum priuato exiſtimant. N. Powodowſki, qui liberos optima educatione dignos Eccleſiæ reddidit, & proficuos Patriæ. Ioannes filius eius Canonicus Poſnanien. pius & exemplaris. Tam namq; ſanctum eſt Sacerdotij nomen, vt nulla vitiorum nota maculari ſe ſinat. Hieronymus alter filius etiam Canonicus Cracouien. Poſnanien. & Archipresbyter Cracouien. ad ædes B. M. in Circulo. qui ex Synodo Petricouien. ab Epiſcopo Cuiauien. Contributionem pro bello Gedanen. à Sacerdotibus Stephano Regi attulerat.* Bielſc. fol. 746. *Eximius erat Prædicator, cuius opera in Concionibus exſtant, vera autem eſt illa doctrina, quam viuendi ſequitur forma.*

Kſięſki Kſięſcij, *in Maiori Polonia. Hi publica inſtituta priuata pietate anteponunt.*

Smigelſki. Smigelſcij, *in Maiori Pol. & in Palat. Sendomirien. Abundant non auro ſed præſtantia virtutis. Chriſtophorus ſubſcripſit Electionem Vladislai IV. ex Palat. Sendomirien.*

Zytowiecki. Zytowieccij. *Non nati fruges conſumere, ſed gloriam adiungere factis.*

Dachowſki. Dachowſcij, *in Poſnanien Palat. Protegere Patriam à periculo & clade, conſilio & virtute docti. Albertus ſubſcripſit Electionem Vladislai IV. ex Palat. Poſnanien.*

Starkowiecki. Starkowieccij, *in Maiori Polonia. Laudatur in eis ſenectus in ætate iuuenili, nam apta Reip. & Regi.*

Baranowſki. Baranowſcij, *ibidem. In conſilio ſunt fortes, in prælio fælices.*

Komornicki. Komorniccij, *in Palat. Poſnanien. Seruant quod ſunt, norunt enim quod virtus nobilem ſublimem, voluptas humilem facit.*

Szoldrſki. Szoldrſcij, *in Maiori Polonia, in diſtrictu Koſcienen. Virtus & fortuna contendiſſe in hac familia videtur, quapropter digni in Senatu, præcelſi in Pontificatu declarantur. Andreas magni iudicij, eruditionis Senator, Epiſcopus primò Chiouien. ex Referendario Vladiſ. IV. demum Premiſlien. tùm Poſnanien. renuntiatus. Vir eloquentia Cicero, prudentia Cato, conſilio Fabius.*

Quàm.

Quàm placido Præſul currunt tua carbaſa vento,
Dum quatit inuictam nulla procella ratem.

Andreas, Nicolaus, & Ioannes Szołdrſki, ſubſcripſerunt Electionem Vladislai IV. ex Palat. Poſnanien. Creſcit cum virtute fama, quæ etiam nauem è voragine extollit pelagi.

Gorſcij, *in Palat. Poſnanien. Si laudatur in aliquo Traiani virtus, Antonini pietas, Auguſti moderatio, magis laudanda in nobili erit, diſcretio boni & mali, honeſti, vtilis, laudabilis, ſi exercitata nedum præconcepta fuerint.* Gorſki.

Brodniccij, *in Maiori Polonia. Præſtant quæ ſunt eximio viro præſtanda, nam ſicut veritas viſu & mora valeſcit, ita Religione, amore Patriæ, & actibus virtuoſis, vir eximius probatur. Stanislaus ſubſcripſit Electionem Vladislai IV. ex Vieluneņſi Terra.* Brodnicki.

Zabinſcij, *in Maiori Polonia. Quoniam inania cum tempore vaneſcunt, ideò nobiles præueniunt & relinquunt glorioſam de ſe famam. Subſcripſit Vladislai IV. Electionem Zabinſki Albertus, Vilnenſis* Cantor, & *Canonicus Poſnanien. ex Palat. Vilnen. Hinc apparet tranſlatos ex Maiori Polonia, ad M. D. Lith. aliquos fuiſſe.* Zabinſki.

Maniecij, *in Poſnanien. Palat. De his dicere licet quod Tiberius apud Patres diſſeruit: Non poſſe motum orientem niſi Germanici ſapientia componi, nam ſua ætas, cum Druſij nondum ſatis adoleuiſſent, id vrget. Plurimi namq; ingenio, diſciplina, induſtria, ex Maniecijs excelluerunt & excellent. Stanislaus Præpoſitus Monaſterij Regularium Canonicorum Cracouiæ ad Corpus Domini, & Officialis Cracouien. Matthias Maniecki Succamerarius Poſnanien. Hieronymus Maniecki Subiudex Terreſtris Poſnanien. Ioannes Maniecki Venator Poſnanien. Iacobus Maniecki, qui omnes quatuor ſubſcripſerunt Electionem Vladislai IV. ex Palat. Poſnanien.* Maniecki.

Kokorzynſcij, *in Maiori Polonia. Auſus erat Ariſtoteles dicere:* Infælicißimum genus miſeriæ eſt fuiſſe fælicem; *Ego verò dicere auſim:* Infælicißimum eſt genus fuiſſe nobilem. *Curant profectò Kokorzynſcij eſſe & fuiſſe nobiles.* Kokorzinſki.

Tłoccij *ibidem. Lætior fuit Tiberius ſi pacem firmauit, quàm ſi bellum per acies confecit, ſed Sarmaticum & ſub Polo Polonorum ſito pacem in pace, bellum in bello cogitare & firmare; eò namq; optimus Ciuis & tutor Patriæ dignoſcitur.* Tłocki.

Kunowſcij. *Celebres reddunt homines præter imagines & pompam, laus & memoria virtutum.*

Radzewſcij, *in Maiori Polonia. Ætas, forma, genus, maximi ſunt nominis, ſed ea adornare factis, cohoneſtare trophæis, ex quibus æuiterna excreſcit laus, longè nobilius eſt. Hoc ſtatuere ſibi Radzewſcij.*

 Ponien-

Ponienſki. Ponienſcij. *Cuncta etiam fortuita ad gloriam vertenda, non dico caducam, ſed perennem, quæ nec tempore nec ſpatio euaneſcit.*

Illowiecki. Illowieccij *aut Ialowieccij. Optimo & vero nobili læta & proſpera precamur, nam non ſolum eſſe ſed prodeſſe meditatur.*

Krzeſinſki. Krzeſzynſcij *aut Krzeſinſcij, ſunt & in armis non inualidi, & in iure potentes, & in moribus affabiles.*

Brocki. Broccij, *ſi diſplicent regnantibus ciuilia filiorum ingenia nobilitas non deficiat in colligendo exercitio & experientia. Tales Broccij eſſe ſatagunt.*

Bylinſki. Bylinſcij, *erat ille Græcorum annalibus ignotus, qui ſua tantum mirabatur, Romanis verò haud perindè celebris dum vetera extollit recentium incurioſus, Polonis verò intereſt & antiquorum factorum rememorari, & præſentium atq; ſuorum non negligi: Faciunt quod exprimunt Bylinſci.*

Kobylinſki. Kobylinſcij, *quod perſuadebant antiqui Romanorum bellatores, non fraude, nec occultis, ſed palam & publicè in hoſtes ſuos & patriæ vlciſci conuenit, hoc totum in confinibus Regni, contra Tartaros, Moldauos, & Moſchos pugnando Kobylinſcij effecerunt. Patet ex Epitaphio eorum Laticouiæ in Podolia.*

Taczalſki. Taczalſcij, *Licet non ſint eadem dedecora Principibus, Viris, Imperatoribus, Populoque, omnibus tamen verus nobilis obuiare, & de omnibus dolere nouit & paratur.*

Szkalowſki. Szkalowſcij, *meditato temperamento, laudem, audaciam, extolli, ita affectus, & iræ moderanda. Sic namq; nobilis vita, ſit in nobili.*

Wyganowſki. Wyganowſcij, *Nobiliùs eſt filium parere Patri quam patrem filio, ita nobilem patriæ & Regi ſeruire, quam contra hæc pugnare. Exilio enim tales mulctandi, illi præmio coronandi. Pugnant & inſudant pro patria in Caſtris, in conſilijs, in religione Wyganowſcij. Ex quibus & in Ordine Prædicat. & Diſcalceatorum fuerant. Ita ſunt ex vtroq; Caſares & Nobiles.*

Borzikowſki. Borzikowſcij, *in Sendomirień. Palat. duobus inuictum animum cum fortitudine conſtituunt, dedecore ſui, & gloria hoſtis.*

Sluſewſki. Sluzewſcij, *in Sendomirienſi ſunt legis & libertatis tutores. Eſt namque iniquum, autorem eſſe legum & ſubuerſorem, armis tueri libertatem, & armis amittere. Iacobus & Zlochus ſtrenui milites cum Tartaris.*

Moſcinſki. Moſczynſcij *à Duſsyno, Matthias Generalis Poloniæ, contra Zeganeaſem Ducem inuaſorem Regni cum Luca Gorcano & Stanislao Oſtrorogio copiarum ductor.* Bielſc. fol. 462. *Magnus vir conſilio & Marte, qui Caſimiro Iagellonidi plurimum affabilis. Vnde etiam contra iura Palatinatum Caliſſień. ſibi obtulerat.* Bielſc. fol. 467. *Moſcinſki de Moſcina, Caſtell. Dobrzyneń.* Ianuſzouius fol. 724.

Slabkowſki. Slabkowſcij, *in Sendomirienſi Palatinatu: Michael & Andreas ſubſcripſerunt Electionem Vlad. IV. ex Palat. Sendomirień.*

Smogorzewſki. Smogorzewſcij, *in Sendomirienſi Palatinatu Hieronymus vir præſtantia Caſtrenſi eximius.*

Moſzyn-

Moſzinſcij, *Ex reuolutione multorum ſæculorum conſtitit familiam* *Moſzinſki.* *eſſe antiquiſſimam in Regno, ex diuerſitate verò titulorum & honorum, claram fuiſſe meritis colligitur. Matthias, hic in patriam cum detulit amorem & affectum, vt Sereniſſimi Reges poſt tot tantoſq; honores illi Palatinatum Poſnanienſem cum Senatoria Regni contulerint, & Perilluſtris ac Magnifica familia Koniecpolſciorum ipſum inter familiæ ſuæ coniunctiones adſciſcere voluerit, ſuſcepit ex Nauoyka Koniecpolſka Hieronymum filium. Hieronymus Pallatinides Poſnanienſis, qui Illuſtriſſimæ parentis bona hereditaria poſſedit, videlicet Vielkomlyn, Trzepie, Kruſzyne, Zaleſie, Goſciau, Zagorze, Wola Grzybowa, Myslicżow, Lazow, Nakło, Witow, Turzyn, Biala, Podleſie, Wozniki, Będziciowic, Ludinia, Koſcielec, Karniow, Luczycze, Ianuſzowce, & alia bona cum ipſis. Erat poſſeſſio horum bonorum Anno 1530. prout inſcriptiones & diuiſiones bonorum ſonant. Idem Hieronymus fecit perpetuam & ampliſſimam fundationem Patribus S. Pauli Eremitæ Czeſtochouiæ, vt pro familia viuorum DD. Moſzynſciorum Miſſæ Sacrificium peragant pro peccatis, & pro ſublatis ex hac vita, Requiem. Matthias filius Palatinidis. Hic tam generoſum declarauit animum Patriæ & Reipub. vt ſummam ſexagin a millium quàm in bonis Regalibus habebat inſcriptam Sigiſmundo Sereniſſ. Regi ceſſerit anno 1541. Profectò declarauit ille hoc facto illud in ſe ſymbolum nauis:* Fruſtra viuit qui nemini prodeſt. *Voluit ille prodeſſe Patriæ, Regi, & Regno, nec per hoc obfuit familiæ, nam filius dando aliquid matri, tanquam in proprium theſaurum demittit. Hieronymus, qui Paprocij temporibus vixit, hæres in Wielgomlyn, & alijs amplis poſſeſſionibus, vir pietatis & virtutum obſeruantiſſimus, cum Korycinſka Capit. Prædecen. filia matrimonij vinculum tenuit, & ex ea ſuſcepit filios, Ioannem, Stanislaum, Nicolaum, Adamum & Procopium, è quibus Ioannes Vexillifer Siradien. vir excelſi animi, liberalis, amicitiæ & familiaritatis primorum Regni ſtudioſiſſimus. Stanislaus Aulicus Sigiſm. 3. & miles laude præclara meritò efferendus. Hunc Priuilegium Regium quod in Bochnenſis Aduocatiæ adminiſtrationem accepit, ita extollit. Stanislaus Moſzynſki Aulicus noſter, ab ipſo primordio Regni noſtri ita ſe præclarè & eximiè vſq; ad hoc tempus geſſit, vt ſemper ab illo fidi ſubditi officium, & ſtrenui Aulici indefeſſum ſtudiũ receperimus. In Liuonia dum contra iniuſtum paterni Regni noſtri inuaſorẽ arma neceſſariò ſumeremus. In Sueticis bellis, in Moſchouiticis nuperrimè ſuſceptis, tùm in domeſticis tumultibus, cùm in viſcera ſua Reſpub. ſæuire cœpiſſet, ſemper nobis præſtò fuit, & pro dignitate noſtra, vt decet bonum Ciuem & fidelem Regis ſubitum, vitam ſuam profundere paratus fuit. Nicolaus rectus vir, hoſpitalis, & pietati deditus, cui inter aliam prolem cum Chriſtina Rzuchowſka armorũ Okſzyc Ioannes Dionyſius, in Ordine Sacro Prædicat. S. Dominici, Profeſſor*

ſeſſor et Doctor in Theologia, atq; Sereniſſ. et Inuictiſſ. Regis Vladiſ. IV. Cōcionator doctiſſimus, Prouincialis Prouinciæ Poloniæ, cui Superi faueant.

Czarniecki. Czarnieccij, *de Czarnca in Palat. Sendomirień. in diſtrictu Checineń. antiqua & præclara meritis familia, ſicut erectio Eccleſiæ in Czarnca & Epitaphia ibidem teſtantur. Cum namq; Sancti Floriani Martyris Reliquiæ Cracouiam introducerentur, hæres in Czarnca mentis præconcepta lætitia Sancto Martyri erectam Eccleſiam conſecrauit. Anno* 1184. *Florianus cognominatus Budza hæres de Czarnca, qui ſortes ſuas fratri Doboni, reſignauit in Zarnowicc Anno* 1366. *Stanislaus Parochus in Czarnca ſortes ſuas eidem Eccleſiæ inſcripſit. Patet ex Epitaph. in Czarnca. Tomco, Ianuſius, Sandziuogius, Włodko, Pelca fratres germani, quorum bona Vladislaus per Priuilegium videlicet Katy, Błogoſtew, multis libertatibus donauit, & Czarnca in ius Theuthonicum tranſtulit, excipiendo illos ab omni iure & quauis authoritate, vt coram Sculteto ſuo ſubditi eorum cauſam dicere valeant. anno* 1423. *Præſentibus Chriſtino de Oſtrow Caſtell. Cracouień. Iacobo de Koniecpole, Palat. Siradień. Ioanne de Szczekocin, Caſtell. Lublineń. Narciſſo de Rytwiany, Caſtell. Zauichoſteń. Sbigneo de Brzezie, Regni Marſchalco, Paulo de Bogomiłowice, Iud. Terræ Cracouień. Adamo de Tur, Iud. Łancicien. Datum per manus Alberti Epiſcopi Cracouień. Regni Cancell. & Venerabilis Ioannis Szafranicc, Decani Cracouień. Vicecancell. Regni. Soror iſtorum Iachna, relicta Pauli de Chrzaſtow fratribus germanis, Tomkoni & Sandziuogio ſortes ſuas in Czarnca & Wola Czarniecka, quæ poſtmodum Katy vocata, inſcripſit coram Ioanne de Sprowa Iudice, & Petro de Oleſnica Subiudice Sendomirień. Datum Visliciæ* 1437. *Ianuſius vnus ex prædictis fratribus, erat Archidiaconus Kurzelouień. conſtat ex quadam citatione de bonis cum fratre Tomcone data* 1427. *qui poſtmodum fuit Referendarius & Theſaurarius Regni, vt ex Epitaphio illius Crac. in Eccleſia Corporis Chriſti apparet. Nicolaum Czarniecki poſt bellum Gronoualſceń. Nuntium miſſum à Iagellone & Vitoldo ad Cruciferos de reddendo Magdeburgo, aliqui Hiſtoricorum referunt. Hieronymus de Czarnca, ex Dorothea de Przyłęk Przyłęcka armorum Srzeniawa, habuit filium Fælicem, qui cum Elizabeth de Tyniec Tyniecka armorum Poray, reliquit filios tres, Fælicem, cuius poſteritas hæc fuit: Matthias, qui militarem per duodecem annos in Vngaria profitebatur. Florianus, qui in bello ad Kluſſynum occiſus. Hieronymus, miles in Vngaria & in Liuonia, cuius filij ex Anna Luczycka, Stephanus miles, qui Leopoli ſepultus, & Ioannes in Societ. Ieſu. Hieronymus atq; Alexandra ſoror Krzeccij conſors. Ioannem, cuius coniux Catharina Moſkorzowſka Valeriani ex Clemente armorum Pilawa, nata ex Margaretha Dambrowſka armorum Poray, Stanislai Dambrowſki filia, quem genuit Catharina Roxicka, & Hieronymum, militem eximium.*

eximium, qui cum Goſtawſka reliquit filios militia præcelſos. Florianum ſepultum in Czarnca, qui reliquit Stanislaum in Caſtris & bello reportantem trophæa cum Illuſtriſſimo Lubomirſki in Moſchouia, tunc Capitaneo Sadecenſi, modo Palatino Cracouień. vbi duo fratres eius occiſi fuerunt, cuius etiam filius Petrus octodecem annis continuis in Caſtris ſtipendia meruit. Chriſtophorus Ioannis filius Capit. Zywieceń. & Auiicus Regius, vt ex Conſtantiæ Sereniſſimæ Reginæ literis & Priuilegio patet, ad annum ſeptuageſimum Catholicus factus, Caliſſij apud Patres Societ. Ieſu ſepultus. Poſteritas eius hæc fuit ex Chriſtina Rzeſſowſka a Rzeſſowek armorum Waz cum pomo viridi, quam genuit Paulus cum Dorothea Sztracka armorum Radwan, cuius Parens erat cum Chroſcicka armorum Rola, & hunc progenuit Iacobus ex Agnete Woynowſka armorum Nałęcz, ipſe natus ex Nicolao & Strzemienowna armorum Strzemię. Petrus I. filius Chriſtophori, in exteris nationibus educatus, cum Miſiowſka tenet matrimonium. II Adalbertus, Notarius Caſtreń. Chęcineń. cuius coniux Dubrawſka. III Paulus, qui cum in Patria per annos duodecem militaria trophæa Rothmagiſtri, & Legionum ductus in expeditionibus diuerſis compleuiſſet, in exteras partes militaris coronæ gratia diuertit, demùm in Maltam ſeſe contulit, vbi dum tanta ſpecimina ſuæ fortitudinis commonſtraſſet, dignitate Caualeria illuſtratus fuit. Inſignia nobilitatis illius iuramento affirmata in Caſtro Chęcineń. vt apud Sacram Religionem S. Ioannis Baptiſtæ Melitenſis Ordinis maiorem authoritatem haberent, cognitis iuratoribus ſubſcripſerunt: Lipſki Archiepiſc. Gneſn. & Primas Regni, Zadzik Epiſcopus Cracouień. & Dux Seueriæ, Lubienſki Epiſcopus Cuiauiæ, Koniecpolſki Epiſcopus Chelmeń. & Dux Radziuilius Palatinus Vilneń. IV filius Stanislaus, militari & Curiæ Regiæ ad Sigiſmundum III. & filium eius Principem Alexandrum deditus, demùm Cæſareæ Maieſtati Ferdinando cum quingentis equeſtribus obſequia reddidit, quæ iterùm vt conuenit Patriæ offert. V Thomas, in Diœceſi Cracouień. & Wroclauień. Canonicus & Prælatus. VI Stephanus ab ætate competenti perpetuus miles, & Patriæ defenſor, à multis annis vices gerens Rothmagiſtri, præcipuè apud Kazanouium Campiductorem Regni in Moſchouiam, vbi pro meritis ſibi atq; toti companiæ promeruit præmia, vt ex Priuilegio illius patet, dato in Szemłowie in Caſtris, in quo mille lanei, quingenti pro illo, quingenti pro compania in diſtrictu Staroduheń. ad montem Popowa conceſſa ſunt. Modo Illuſtriſſimi Palatini Cracouień. vices gereń. Rothmagiſtri armaturæ grauioris, multoties Tartaros, rebelles Coſacos ad Kumeyki & Starzec repreſſit, & pacis Commiſſarius ad Maſlouum ſtagnum conſtitutus, iuramentis Coſacorum duraturam firmauit. Retinet matrimonij fœdus cum Sophia Kobierzycka armorum Pomian, cuius Patruus eſt Caſtellanus Krzyuinenſis, & frater

illius Pocillator Caliſſień. & Capitaneus Brodniceń. Vtinam fortes creentur à fortibus, & ab aquilis aquilæ, quibus & Patria conſeruaretur, & domus præclara æuiternè floreat: VII Dobrogoſtius, qui tyrocinia militaria in Vngaria collegit, & in Patria cum Alexandro Duce in Wiſniowiec lauream militarem ex congreſſu bellico obtinuit, modo Coſacorum Białocerkiewſcium eſt vigilantiſſimus Præfectus. VIII Franciſcus, qui Religionis obedientiam in Societate Ieſu amplexus eſt. IX Martinus, in Vngaria militaris progreſſus initia collegit, cum Præfecto Stabuli Regij Duce in Wiſniowiec, & iterum cum Campiductore Kazanowſki miles ſtrenuus in Pruſſiam, contra Tartaros & Coſacos rebelles, Vexillifer, & denium vicesgerens Rothmagiſtri Margrabij Myſzkowſki, Grodecenſis Capitanei, reportauit inſignia fortis animi, globo transfixus in bello contra Coſacos rebelles ad Lubnie. X Ioannes, etiam miles cum Margrabio Myſzkowſki. Eorum ſoror Catharina primò Maſłowſki, tùm Piekarſki, vltimò Gembartij conſors. Fratres patrueles Czarnieccij exſtant: Ciriacus, cuius filius S. Pauli Eremitæ in Claro monte Religioſus. Albertus ex Madalenſka reliquit Georgium & alios. De quibus in contractu facto in Zaleſie, vbi Ioannes, Gaſpar, Nicolaus, Florianus, germani & patrueles nominantur, Anno 1572.

Da tales terra Polona Duces, vt ſint, pro Patriaq; ſui, Regiſque ſalute,
Bella mouere ſciant, bella mouere ferant.

Sulkowſki. Sulkowſcij *in Podgoria, ſed aliqui etiam in Ruſſiam & in Inowlaclauiam tranſierunt. Quaproter in Podolia reperiuntur Sulkowſcij, & ex Palatinatu Inowloclawień. Gaſpar Subdapifer Inowloclauień. Electionem Vladislai IV. ſubſcripſit.*

Iwanowſki. Iwanowſcij *in Luceorień. Ex his Alexius in Cracouień. Palatinatu, dum matrimonij fœdus accepit, etiam domicilia conſtituit. Filius eius Alexander tranſijt in Maiorem Poloniam, vbi cum Kołucka armorum Pomian tenuit ſacra connubia. Mienich in M. D.Lith.cui in vnione ad Regnum talia arma conceſſa fuerant, Anno 1413. in Comitijs Chrodlen.*

Łabęcki. Łabęccij *in Podolia. Petrus ſtrenuus & continuus miles, qui exercitia militaria collegit in Hungaria, exercitauit in Tranſiluania, Moldauia, Pruſſia, Moſchouia, finiuit in confinibus Regni, ſepultus Bari in Podolia.*

Bobolecki. Boboleccij, *de Bnino & Bobelcino notant familiam ſuam in Maiori Polonia. Lucæ meminit Epitaph. in Otorow. Matthiæ et fratris illius Subiudicis Poſnanienſibus ibidem Epitaph. Stanislaus Matthiæ filius, ex Lutomſka armorum Prawdzic natus, ſuſcepit filios ex Zdzarowſka armorum Poray, Stanislaum, Albertum, Petrum, Gaſparum, et Ioannem cum Luca Societatis IESV.*

ŁODZIA.

ŁODZIA SECVNDO alias KORAB.



HÆC gentilitia ſuperiùs in Tomo primo ſunt deſcripta, ſed quia aliquæ familiæ non fuerunt notatæ, iterum eadem hic repetimus, Lector Delineationem, Originem, Diſcurſus & Familiam, in loco prænominato videbit.

Piecznowſcij *armorum Korab tàm in Eccleſia Dei, quam in rebus Nobilium, & actibus ad bonũ Reipublicæ ſpectantibus ſunt digniſſimi. Valentinus Regens Cãcellariæ Regni & magnus Secretarius Regis Auguſti Vir ſpiritualis & Presbyter. Matthias dum vitam domeſticis curis obligare intendit, coniugem è Lakinſciorum familia accepit. Martinus frater illius poſt literaria exercitia & cultã moribus iuuentutem ex Rzeſzowſka ſuſcepit filios Lucam & Martinum Abbatem Breſleń. in Hebdow. Lucas filius Martini eximius miles cum Zamoſcio Cancellario Regni & Exercituum Magno Præfecto. Honoratus titulo Tribuni Siradień. tenuit matrimonium cum Pruſſkowſka, ex qua ſuſcepit Ioannem & Lucam, Soror Lucæ erat Iankowſka in Sendomirienſi Palatinatu.* Pieczowſki.

Sokolowſcij, *ex Cerſcenſi diſtrictu, ex quibus aliqui in Volhiniam & Podoliam translati fuerunt. Ioannes miles continuus ac ſtrenuus inter milites Caſtell. Cracouień. Ducis in Oſtrog. Habuit in coniugem ex familia nobilium in Vngaria Arſadiorum Barbaram, quæ in regnum vnà cum Illuſtriſſima Principiſſa Caſtell. Cracouień. Ducis in Oſtrog Ianuſij conſorte ducta fuerat quæ fuit è domo Szerediorum, cuius conſanguinea fuit hæc Barbara Sokołowſka. Arma nobilitatis illius, vt apparet in Eccleſia Czudnouien. erant, Corona aurea intra quam ſedet lupus, & erectis anterioribus pedibus tenet crucem, ſupra quam eſt roſa coloris rubei, illius verò Matris arma ſunt, manus hominis in veſte rubea, quæ tenet tres ſagittas, Auiæ verò arma, lupus in campo aureo mouens greſſum, ſunt bene poſſeſſionati ſuperſti-* Sokołowſki. Corona intra quam lupus cum cruce & roſa.

ſuperſtites Sokolowſcij ad Lubartowiam milites digna memoria. Chriſtophorus poſt multa Martis trophæa, cum Eua Vilzanka Sacramentum matrimonij ſuſcepit.

Kobierzyccij, *heredes in Kobierzycko, in Palatinatu Siradien. perantiqua familia, morum grauitate ac literarum eruditione celebris. Nicolaus et Iaſko fratres germani, de Maiori Kobierzycko in anno 1424. inter hereditaria bona ſtatuunt limites, et diuiſionem cum nobili Wichna de eadem Kobierzycko, derelicta vidua nobilis de Korytkowo coniuge. Patet ex Actis Caſtrenſibus Siradien. ſub actu feria ſecunda in Vigilia S. Petri Cathedrati, anni prædicti. Ioannes Kobierzycki ex prænominatis deſcendens, dum in vitam feliciorem ceſſit derelicta illius coniux Heduigis ætate grandæua, bona hereditaria inter filium ſuum Nicol. & filias Annam & Catharinam de Kobierzycko diuiſit, & Actis Sirad. anno 1502. roborauit. Nicolaus poſt exercitatam iuuentutem in literis, & diuerſorum Magnatum Aulis, celebrauit ſacra connubia cum Eliſabeth Pratkowſka de Rakowice, vt reformatio in Actis Siradień. anno 1507. docet. Reliquit ex illa filios quinque, & filias duas. Ioannes filius primus, vir literis & pietate ornatus, Parochus in Vnkow, qui ſortes ſuas hereditarias fratribus ſuis inſcripſit & donauit. Albertus ſecundus filius, eruditione & iudicij maturitate clarus, Iudex Siradień. ad annum 1545. Habuit in coniugem Euam Kobierzycka, de minori Kobierzycko armorum Pomian, filiam Bartholomæi. Acquiſiuit poſtmodum prædicta bona Iudex à Parente coniugis, & eius filio Stanislao, quapropter ſucceſſores heredes vtriuſq; Kobierzycko facti, ſine expreſſione de Kobierzycko magna familiam ſuam adnotare cœperunt. Actum Siradiæ 1552. Stanislaus tertius filius. Hic poſt cultam moribus & honeſto ætatem, cum Anna Wiktorowſka armorum Gryf tenuit matrimonium, ex qua ſuſcepit filios, Nicolaũ & Bartholomæum, & filiam Heduigim, Sebaſtiani Madalenſki coniugem, ex qua idem Madalenſki ſuſcepit doctrina & eruditione præclarum filium Ioannem Suffraganeum Gneſneń. Abbatem Landeń. & Albertum Tribunum Vieluneń. Iacobus vltimus filius, cuius maſcula proles publicis Regni obſequijs, & militari dedita, vitam nullo præſidio egentem poſſederunt. Nicolaus Kobierzycki Stanislai prænominati filius, exercitatam iuuentutem militaribus ſub Mielecio Exercituum Præfecto adornauit, ex Heduigi Pięcznowſka armorum Korab, reliquit Ioannem, in diuerſis expeditionibus contra Coſacos, Abaſsum Biſſurmanum, & in Pruſſia cum Illuſtriſſ. Palat. Cracouień. Lubomirſki, decennio miles. Tenet matrimonium cum Sophia Kobierzycka de armis Pomian, ſuſcepit filiam Helenam Iacobi Madalenſki, ex Iudice Vieluneń. filij coniugem & filios, Caſimirum optimæ ſpei adoleſcentem, & Iacobum minorem natu. Sorores verò Ioannis & filiæ Nicolai erant, Anna Koldowſka, Margareta Prioriſſa*

Oran-

Ordin. Præmonſtratēn. Lanciciæ, Sophia Konopnicka, Beata Tymieniecka. Bartholomæus alter filius Stanislai, & Nicolai Germanus, miles multis expeditionibus militaribus clarus, ad Byczynam cum Zamoyſcio pro Rege & Patria pugnando, indicia fortis animi multoties declarauit. Ex Catharina Tymieniecka ſuſcepit filios, Stephanum Religioſum S. Benedicti in Tyniec, Albertum Societatis Ieſu Religioſum, Andream Martis dignitate, ac plurimis expeditionibus excellentem, & Vladislaum. Ita coronati laudis continuæ gloria, æuiternè præmiati gaudebunt triumphatores in cælis.

Koldowſcij *de Koldow, Stanislaus eruditi animi iudicio, Vicecapit. Caſtren. Siradien. factus, reliquit non diſſimilem filium. Ioannes frater germanus, militari & rebus ſtrenuè agendis aptus, plurimis Mæcenatibus dilectus. Ex Anna Kobierzycka armorum Korab reliquit filios, 1 Nicolaum, qui in Curia Epiſcopi Cracouien. Lipſki armorum Grabie, iuuentutem excoluit, demùm maior domus Epiſc. Luccor. Gębicki. 2 Stanislaum Præfectum Stabuli Archiepiſc. Gneſnen. Lipſki armorum Lada. 3 Albertum Præfectum Stabuli Epiſc. Luccorien. Gębicki. 4 Franciſcus.* Koldowſki.

Lozij. *Stanislaus Loza Epiſc. Argiuenſis, Suffraganeus, Decanus, & Officialis Generalis Luccorien. Inſulatus Olycen. In cuius laudem & arma ita Collegium Luceorienſe cecinerat:* Loza.

Quàm placido Præſul currunt tua carbaſa vento,
 Dum quatit inuictam nulla procella ratem:
Vincenti ſolidus reddit tua vota coloſſus,
 Fuluaque iam victrix ſerta columna gerit.
Virtutis duplici cumulantur præmia dono,
 Dum velat ſacrum bina tiara caput:
Hæc tua dum medio ſpatiatur in æquore puppis,
 Virtutis retulit candida ſigna tuæ:
Æthereos quando portus redimita ſubibit,
 Præmia quæ victrix Præſule digna feret?

Radliccij. *Magnificis floribus virtutum adornati, lucidiſſima ornamenta Proſapiæ extiterunt, qui cum Laſcijs alijſq; plurimis nobilibus ſub Korab in Tomo ſuperiori de cognomine expreſſis, bonorum diuiſiones acceperunt, atq; Laſciorum Familiæ extremæ ſucceſſores nominati, in iure patronatus beneficiorum Eccleſiaſticorum Præpoſituræ Laſcenſis, Parochiæ Sadkouień. Cantoriæ Gneſnen. Decanatus Caliſſień. Reddidit hæc Radliciorum familia ex antiqua progenie & augmento virtutum maxima Patriæ encomia. Modernis temporibus Adrianus Radlicki ex Notario Caſtren. Caliſſień. in Notarium Caſtren. Poſnanien. promotus, adauget merita meritis, & ornamenta Maiorum ſuorum ornamentis. Inuidus virtuti ipſius ſtudeat adæquare animoſius.* Radlicki.

Rayſki. Rayſcij. *Hi eiuſdem bonis communicando, ob diuiſionem cum Radlicijs, demonſtrant antiquitatem familiæ, & honeſto proſequi Maiorum merita ſatagunt.*

LOPOTOW.



DELINEATIO.

SVnt framearum antiquarum defendicula in modum crucis diſpoſita. In campo cæruleo inter lineas ferreas candida.

ORIGO.

ORiginem à Ducibus M. D. Lit. habere vbi ſcilicet inueniuntur, aut à Ducibus Ruſsiæ, nam etiam in Volhinia conſpiciuntur, certum eſt, & quia ſunt cruces framearum acquiſita fuiſſe in bello clariſsimè conſtat, libris namque pax, gladijs & frameis bellum exprimitur, quibus autem cruces à gladijs conferuntur, vel quod ad ſanguinem & vitam decertauerint inſinuatur, vel quod ipſo vſque capula gladij nomen & gloriam aſſecuti fuerint, poſteritati ad imitandum adſertur.

CRVX IN SALVTEM ET EXITIVM.

DVrum quidem eſt ſalutiferæ & omnibus Chriſtianis dulciſsimæ cruci exitium adſcribere, ſed ſi de ipſo Chriſto dictum eſt: *Ecce poſitus eſt hic in ruinam & in reſurrectionem multorum*: iam non erit in vitium deducendum, ſi etiam cruci licet ſalutiferæ exitium quodam modo adſcribebitur. Lego in Hiſtoria Sinar: parte 4. cap. 17. quod non procul à Malaca arbor eſt, cuius radices in varias diſperſæ ſunt partes, quæ enim ad orientem ſpectant, antidotum præbent aduerſus quodlibet venenum febreſque pellunt cum ægritudinibus alijs: at quæ vergunt ad occaſum ipſiſsimum ſunt venenum. Poterit quidem arborem duplicem in mentem nobis referre paradiſi per quod adducti in exitium ſumus, & Chriſti per quod ad vitam reuocati ſumus. Vnde Origen. de crucis potentia. Crux filij Dei noſtra victoria eſt: illius patibulũ, noſter triumphus: gaudentes leuemus hoc ſignũ Dæmones qui aurata capitolia non timent, crucem timent. Qui contemnunt ſceptra legalia & purpuram Cæſarum, Chriſtiani ſordes, humilitatem, & ieiunia pertimeſcunt. Virga Moyſis hoſtibus occurrebat vt ſerpens mordens, & enecans; Iſraelitis erat vice baculi quo niteban-


tebantur, ſic etiam verum lignum crucis hoſtilium quidem ſpirituum, nequitiæ mors eſt, animarum verò noſtrarum baculus, tuta ſedes & vita, in qua conquieſcunt. Crucem hanc in armis ex defendiculis framearum dum video, fortiùs in politicis crucem ſalutis & exitij deducam. Vt quid enim duæ cruces ex gladijs efformatæ ſunt in crucis Eccleſiaſticæ modum & figuram? Reſpondebo cum Theologis, vbi ceſſauit crux prima ſubſecuta eſt figura ſecũda: vbi ceſſauit ſanguis, ſubſecuta pax: vbi ceſſauit exitium, ſubſecuta eſt ſalus. Reſpondebo ſecundo cum Politicis, Hoſtibus exitiũ erat crux frameæ vna, altera amicis & Patriæ ſalus. Perfidis Reip. & Regi iura & iuramenta ſacroſanctè ſeruanti & obſeruanti eſt exitium frameæ crux prima, diligentibus patriam & colentibus ſalus eſt crux ſecunda. Scio equidem quòd patriæ amantem & bonum ciuem, aut Dij tollunt, aut hoſtes occidunt, aut pericula perimunt, aut labores enecant; ſed proditorem patriæ, Reipub. periurum, Regi fraudulentum, communitati nociuum, quæ & quanta ſequuntur mala, ignominiæ, maledicta, nullus blaſphemorum & iniquus excogitabit, nam proditor nulli iniquorum adhuc placuit, placebitque nunquam.

LINEA FAMILIÆ.

L*Opotouij, Antiqua atq; militari ſtrenui Lopothate celebris in Magno Ducatu Lithuaniæ.*

Bekowſcij *in Volhinia, qui etiam in Magno Ducatu Lithuaniæ bona poſſident. Iuanum* Paproc. in ſecundo opere *meminit, Virum bello & caſtris inſignem.*

ŁOSIATINSCIORVM.



DELINEATIO.

EST Sphæra mundi, intra quam eſt Crux, ſuprà Sphæram eſt Sagitta recta, ſursùm cuſpidine eleuata. *Sagitta ſuprà Sphæram.*

ORIGO.

REgnante Ludouico Lois nuncupato, originem habuêre in Regno in duello bellico cum infideli pro fide Chriſtiana. Arma igitur nobilitatis ſunt, quæ vnum Deum & trinum exprimunt. Circulus exprimit vnitatem, nam iungitur in circulo principium fini. Exprimit & perſonam Patris, qui eſt initium originis, vt ab illo ſint aliæ perſonæ, *Circulus exprimit vnitatem in diuinis* & illa

& illa à nullo, ſicut primum punctum circuli eſt, à quo omnes lineæ, & illud ab illis non eſt. Crux, exprimit ſecundam perſonam in Diuinis, & Vnigenitum Patris, proindè enim intra circulum ponitur. Sagitta, exprimit Spiritum Sanctum, qui ab vtriſque procedit, ideò ſuprà circulum & Crucem eleuatur. Benè autem per ſagittam Spiritus ſanctus ſignificatur, tùm quia Spiritus ſanctus penetrat intima cordis ceu quædam ſagitta, tùm quia in Scriptura dicitur: *Et Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*, ſicut ſagitta fertur pennis ſuper aera. Sed addunt ſcriptores, quod tantus bellator pro fide, ad ſe directam ab hoſte ſagittam manu retinuerit, atq; eandem in hoſtem in quo magna vis belli, victoriarũ fortunata ſpes conſiſtebat, retorſit ipſumq; enecauit.

Sagitta ſignificat Spiritum Sanctum.

FÆLIX VICTORIA, SI BELLVM PRO FIDE.

Fælix victoria ſi bellum pro fide.

SIcut Deo nil meliùs, vtiliùs, magnificentiùs eſſe & cogitari poteſt, ita nil decentiùs eſt homini, quàm pro illius honore & ſanctificatione meditari aliquid & agere. Primus namque & principalis reſpectus in omnibus eſſe debet honoris altitonantis Dei. Sic namque omnis fælicitas noſtra, ſic triumphalis quæcunque victoria, ſemper & vbique promota ſtetit, & illæſa permanſit. Vbi verò reſpectus Dei defuit, infortuniorum congeries citò, licet ſecundò tempore, irrupit. Vndè Poeta:

Deo nil melius.

Dei in omnibus ſit primus reſpectus.

Contrahe vela licet ludant Delphines in alto,
Nam tunc tempeſtas non procul eſſe ſolet.

Pugnauit horum armorum protoparens pro fide, ideò fælix victoria exindè ſtetit. Refert *Sophocles in Philoctete*, quod victa Troia nunquam eſſe potuit niſi ſagittis Herculis, ideò à Græcis Neoptolemus Achillis frater cum Vlyſſe, in inſulam Lemno ad Philoctetem pro recuperandis ſagittis Herculis miſſi fuerunt. Nolo indagare quid veritatis dictum habeat, ſed indè moueor non immodicè in laudem Loſiatinſciorum, & ſi qui ſunt qui his armis vtuntur, quod ſine eorum ſagitta inimicus fidei & Patriæ hoſtis deuici nunquam potuit. Fides, eorum addidit vires, religio diſpoſuit digitos, bellum amor confecit, & ſcutum, gladium & arcum confregit. Fidem autem dico non hanc quæ nunc diſcrepat à vero Eccleſiæ & obedientiæ, ſed illam, quæ vna erat cum occidentis Eccleſia, vltra quam vt non eſt ſalus, ita & nullum gratuitum & fauorabile donum. Hæc ſunt laudis & gloriæ veſtræ clareſcentia ſigna, vt nullus vobis inferre iniuriam valeat. Dicebat quondam Polybius: *Strenuus ac benè de Repub. meritus, minimè contemni aut iniuria affici debet, ſolet enim huiuſmodi iniuriam ſibi factam, ſeditione plerumq; vlciſci.* Profiteor liberè, quod nunquam hoc vobis

in men-


in mentem cadit quod cauet citatus Polybius, ſed noſtrum erit vobis de patria benè meritis debitas referre laudes. *Vt vos*

Et Gades etiam venerentur, & vltima Thule.

LINEA FAMILIÆ ŁOSIATINSCIORVM.

EXſtant opibus & dignitate Loſiatinſcij in Volhinia. N. miles antè eximius, reliquit filium militem ſtrenuum, & filias conſecratas Domino in Ordine S. Brigittæ.

L V B I C Z.



DELINEATIO.

EST ſolea coloris albi vncibus demiſſa inferiùs, ſuper ſummitatem ipſius eſt crux aurea, & intra ſoleam altera crux. Super galeam ſunt tres Strutij, campus eſt violaceus.

ORIGO.

DEſcendit ab armis Pobog dictis. Militi namque in bello fæliciter pugnanti facta fuit additio ad arma Pobog, ſed à quo Rege & quo anno eſt inter Scriptores controuerſia. Nam Baſko Hiſtoricus Poſnanieñ. Canon: ponit ſub Caſimiro Monarcha acquiſita fuiſſe in bello cum Pruthenis. Anno 1190. Pacatis domi rebus Caſimirus Pruſsis ijs quos Poleſianos vocant, bellum intulit, vt fratris Henrici mortem vlciſceretur. Secuti ſunt eum ad expeditionem Boleſlaus Mieciſlai, Boleſlaus altus, & Mieciſlaus Vladislai fratrum filij. Ibi in conflictu, cum ex inſidijs hoſtes in noſtros irrupiſſent, miles quidam ex familia quæ babatum cum cruce defert, cum ſuis quos in poteſtate ſua gregales habuit, impetum fecit, omnes ſine mora terga dederunt, & dux illorum ab illo milite captus, & ad Caſimirum adductus, & illi donatus. Cui Caſimirus in recompenſam multas poſſeſsiones dedit. Notans autem illius clara obſequia auream crucem alteram illi ad vetus inſigne ſupra babatum appoſuit. Alij autem originem armorum ponunt in bello cum Cruciferis, regnante Vladiſlao Łokietek, Anno

1333. Sed arma Pobog ex armis Zagloba quia ſurgunt, & ex Pobog arma Lubicz, ex annorum computatione poteſt colligi annus armorum Lubicz. Initia armorum Pobog ſunt ante annum 1038. vt ex Catalogo Archiepiſcoporum Gneſnenſium Ianicij apparet. Maxima igitur conicctura eſt, quod anno à Baſzko poſito arma Lubicz originem habeant. Quapropter & Paproc. in ſecundo opere ſeipſum correxit. Et cum ex Catalogo Eccleſiæ Lekowienſis de armis Lubicz, annus ex Epitaphijs colligitur 1081. ſi rectè aſſeritur, & non eſt in ſecundo opere Paprocij impreſſoris error, dicendum venit, illic non arma Lubicz, ſed Pobog fuiſſe. Nam apparet ex Baſcone arma Lubicz Anno 1190. conceſſa fuiſſe, & eo modo in linea familiæ intelligendum erit. Vocantur verò arma Lubicz à profluenti, ad quod bellum confectum fuit, & inde originis vocabuli initium retinet. Habet idem fluuius & aliud cognomen Drwęca, ſicut ex Conſtitutionibus Regni Anni 1611 patet, fol. 36.

PROTECTORES PATRIÆ & ORNATVS.

DVO ſunt quæ hanc totam mundi machinam cælum inquam cum centro terræ comprimunt, ne quando dilaberetur, vt Vraniſcriptores aſſerunt. Polus inquiunt arcticus & antarcticus. Sed relinquamus illis diſcurſus præſentis nobilitatem. Mihi dum patria offertur, duobus hanc immobilem & nobiliſsimam fieri cerno, ornatu & protectione. Ornatu inquam non Perſico, nec Græco, qui in veſte, luxu, prodigalitate, inſatiabilitate conſiſtit, ſed vt ornetur artibus, ingenio, religione, fide. Artibus honeſtis, ingenio maturo, religione Chriſtiana, fide orthodoxa. Eo namque modo ornata patria, illius regnum florere ſtrenuè adminiſtrari, ciuibus ſaluti, hoſtibus damno eſſe conſtituit & facit. Si verò defuerit hic ornatus in peſſum iri patriam & ſubitò ruinari, neceſſum erit. Facile namque vbi hæc non ornant patriam, irrumpunt crudeliter cædes, flagitioſè libido, barbarè auaritiæ incendium, & ſic cruentatæ, inquinatæ, patriæ euertuntur. Protectio eſt alterum fulcrum patriæ, etſi protectio fortis vel fortiſsima fulcrum fortiſsimum, fortis verò protectio eſt, ſi illi qui præſunt patriæ, ſunt fortes; quales namq; ſunt ij qui præſunt, tales eſſe & illos quibus præſunt certum eſt. Vnde Claudianus:

Polus duplex

Componitur orbis.
Regis ad exemplum nec ſic inflectere ſenſus.
Humanos edicta valent, quam vita regentes.

Meritò vos ô Generoſi Lubicij protectores patriæ, & ornatum nominabo, dum ferream ſoleam veſtram, & auro ſplendentes cruces intueor. Sole enim clarius eſt hæc, nonniſi forti protectione & graui ac deſi-

ac deſiderato ornatu ſaucientis patriæ condonata fuerunt. Philip. 3. Hiſpan. Rex acceperat in Symbolum dicente Salomone Neugeb. duas ſphæras, vnam cæli, alteram terræ, & his addidit lemma TVERI DEI HONOREM & PATRIÆ, ſubintelligebat, deſidero. Non diſsimile habet inſigne veſtrum Lubicij, ſolea tuemini patriam, Crucibus ſplendentibus Dei tuemini honorem. Vndè in Linea Familiæ veſtræ video tot Triumphatores, Senatores, Præfectos, Epiſcopos, Prælatos, Milites, Rothmagiſtros, comparandos cum Iulijs, Fabijs, Camillis, Scipionibus, Annibalibus, & ſanctimonia illuſtribus Epiſcopis, colligo: ornatis & protegitis Patriam. Lego Henricum III. Valeſ. Regem Galliarum, aſſumpſiſſe in virtutis incentiuum tres coronas, quarum duas poſuit in continenti expoſitas tempeſtatibus, tertiam verò appoſuit in cælo, cui ſubſcripſit: MANET VLTIMA CÆLO. Senſus erat, quod duorum Regnorum Galliæ & Nauarræ Rex, ita cupiebat adminiſtrare neceſsitatem Regni & Regna, vt prædictis coronis non amitteret coronam perfectiſsimam & incommutabilem in cælo. In veſtris armis tria quidem video, Cruces duas, & equi Soleam, ſed quia hæc Solea commutanda eſt in Crucem in Patria, cùm victorem mundi per Crucem armorum poſſeſſores aſpiciendo contemplabuntur, ſubſcribendum veſtris armis venit: MANET VOS VLTIMA CRVX IN CÆLO.

VITA CÆLESTIS.

Vita cæleſtis.

VItam cæleſtem dulci motus afflatu S. Ephrem beatitudine 34. delineauit: *Beatus, qui ex Dei præſcripto viuit, paret & obſequitur proximo ſuo, res aduerſas fert æquo animo, tanquam confeſſor enim in Domino coronabitur.* Eſt cæleſtis vita ex poteſtate Dei ordinaria inchoatiuè, ex vita optima & decenti in terra. Sic namque D. Ioan. *Et qui bona fecerunt, ibunt in vitam æternam.* Iacobus primus Rex Scotiæ, vt inchoaſſe vitam cæleſtem proteſtaretur, ex corona eminentem Crucem, & gladium in ſymbolo deduxit, & ſubſcripſit: PRO LEGE, & GREGE. Subintelligebat, *paratus ſum pugnare & mori, ſed nunquam cum detrimento propriæ ſalutis & honoris Diuini.* Inſpicio veſtram Soleam circumamictam vtrinque Crucibus, cùm nec poteſtas Soleæ erumpit in Cruces, nec intra Cruces deliteſcere faſtidit, immò ex Crucibus gaudet & delectatur, vitã veſtram cæleſtem coniecturari & affirmare non erit dubium. Ioan. Ferus in Theatro impreſſarum depinxerat Crucem, cui ſubſcripſit: OMNES REGES SERVIENT EI. Verè Solea veſtra exprimitis Reges, non dico Coronatos, licet digna ſit ſpecies veſtra, & tanto honore, ſed Reges, qui ſciunt conſcientias ſuas regere. Vndè grauati quondam malo

 animi,

animi, noſtis adhibendam medicinam, & Crucibus adornati fuiſtis! Talem ex vobis Reuerendiſſ. Tylicium Epiſcopum Cracouien. & innumeros fœminei ſexus numerabo, ſed præcipuè Zolkieuium Cancellarium Regni Poloniæ, & Exercituum Ducem Supremum, quem P. Albertus Piglowski Societatis Ieſu, tali Elogio celebrauit.

Fuit.
Geſtorum magnitudine,
Rei militaris diſciplina,
Dux nobiliſſimus.
Non minùs in gerendo promptus,
Quàm excogitando,
De inſtantibus cùm veriſſimè iudicaret,
De futuris callidiſſimè conijceret.
Didicit.
Nunquam aduerſis frangi ſed erigi,
Non minùs bonus amicus ſuis,
Quàm fortis inimicus alienis,
Ad bellicam clauam Regni ſigillum,
Accepit.
Dignus vtroque,
Qui Moſchouiæ Imperatoris ceruices
Calcandas SIGISMVNDO Regi
ſubiecit.

LINEA FAMILIÆ LVBICZ.

N. *Nobilis de armis Pobog, cui talia gentilitia conceſſa, Anno* 1190. *à Caſimiro Monarcha, poſt pugnam, de hoſtibus fidei Poleſianis, ſicut in origine armorum dictum fuit. Ita Baſko in deſcriptione Ducum Maſouiæ: Canonicus Poſnanień. Vnde corrigitur Paproc. qui ſub Vladislao Łokietek Anno* 1333. *cum Cruciferis in pugna acquiſita fuiſſe dixerat.*

Lękowſki. Lękowſcij, *in Palatinatu Płoceń. notabant familiam à Lekow. Paulus Pincerna Płoceń. Hunc Catalogus Eccleſiæ in Lekow fundatæ antiquitus, & quaſi à principio fidei in regno, cuius adminiſtrationem magnæ authoritatis Eccleſiaſtici curarunt, vt potè Ioannes Borukowſki Cancellarius Regni & Epiſcopus Præmislień. & alij meminerant, vná cum Suentoslao Cuſtode Płocenſi. Paulus filius Pauli, Subdapifer Płoceń. & Matthæus Caſtell. Viſſogrod. Alios ibidem refert plurimos, poſt annum* 1200. *N. Lękowſki Vicecapit. Caliſſień. anno* 1383. Bielſc. fol. 262. *Matthæus cuius ibidem meminit Catalogus ſub anno* 1388. *Caſtell. Viſſogrod. notabat familiam à Lekow, qui reliquit Nicolaum, Baccalaureum Artium, Canonicum Płoceń. & Parochum Lękowień. Andream etiam Parochum Lekowienſem, qui Romæ obijt. Matthiam Aulicum Adalberti Regis, qui cum filia Caſtellani Zakrocimeń. Kucharſki, celebrauit matrimonium. Reliquit ex illa Nicolaum, Staniſlaum, Andream, Ioannem, Fæliceem. Stanislaus cum*

cum Bogacka Palatini Maſouiæ filia tenuit matrimonium, ſuſcepit ex illa Nicolaum & Stanislaũ, & filiam Heduigim de Wierzbica Dapiferi Płocẽñ coniugem. Nicolaus habuit in coniugem Catharinam Golinſka Caſtellani Czerſceñ. filiam, cum qua reliquit Stanislaum, & filias Dorotheã, & Annam. Stanislaus erat Ciechanou. Subdapifer, qui ex Anna Caſtellani Czerſceñ. Stanisl. Leſniowolſcij de Obory Ducis Campi in Lith. Auguſto regnante 1563 filia, reliquerat multos filios ſed breui præter Adalbertum ſunt mortui. Secundò matrimonio ex Anna Wichorowſka filia Notarij Ciechanouieñ. habuit Andream Nicol. Iacob. Zophiam, & Margaritam. Ioannes filius Matthiæ ex Golinſka habuit Franciſcum qui ex Wilkanowſka ſorore Caſtellani Płoceñ. ſuſcepit Adamum, Annam, Sophiã, ex Nieborſka verò Simonem, Ioannem, & Bogumilam. Adamus alter filius Pocillator Płoceñ. Celebrauit coniugium cum Gumowſka. Soror illorum Heliſabeth Borukowſcij coniux, quæ genuit Epiſcopum Premislieñ. & Vicecan. Regni, ac illius fratrem Abbatem Płoceñ. Cuius in Epitaph. Bogacki. Golinſki. Wilkanowſki. Borukowſki.

ECHO MAIORVM AD POSTEROS.

A teneris duro patiens aſueſce labori,
Olim bellorum ſis qui initurus iter.
Si teneros annos tibi ſoluat inertia deſes,
Et ſenior factus deſidioſus eris.

Szydlowieccij *in Płoceñ. Palat. Paulus exercitia iuuentutis honorabilis, in M. D. Lith. ad Gaſtaldum, confecit. Dein miles ſtrenuus Sereniſſ. Sigiſmundi, & fortunatus, à Rege ex captiuitate Cruciferorum liberatus, Iudex Terræ Zakrocimueñ. fuit. Ex Kobylnicka armorum Prawdzicz, habuit filios quatuor: Stanislaum, Marti dies qui vitæ ſuæ obtulerat, ad Stanislaum Odrowazium Tribunum Płoceñ. Petrum Vexillifer. Viſſogrod. Andream, Cancellarium Płoceñ. Eraſmum, Venatorem Płoceñ. qui cum Sieniawſki Exercituum Duce, & cum Leſniowolſcio ad Poſwoliam & Neulum, pugnabat: vbi locum Rothmagiſtri peragebat. Petrus prænominatus, cum Kraſinſka habuit filios quinq; 1 Stanislaus, qui aptè excoluit iuuentutem literis, poſt adoleſcentiam ad Curiam Epiſcoporum Starozrebſcij Chełmeñ. & Franciſci Kraſinſki Cracouieñ. ex Canonico Chełmeñ. & Kurzelouieñ, Abbas Breſteñ. Præmonſtratenſium. 2 Ioannes, perpetuus miles, & Caſtrorum obſeruantiſſimus. Ad Polociam in captiuitatem Moſchouiticam venerat, & Stracaniam conductus, cura Auunculi Epiſcopi Cracouieñ. liberatus fuit. 3 Andreas, militiæ deditus, in Ruſſia contra Tartaros, Moldauos, bellator cum magnis Ducibus Exercituum, Iazłowieccio & Mieleccio. 4 Paulus, eximius & probatus miles cum Potoccio, Præfecto & Gener. Podoliæ, & Strus, maxima contra Tartaros, pugnando ad Raſtouiciam, conſtantia; nam ſagittis ſexies confixus, nec bellicum ſignum amiſit, nec ſuperatus receſſit. Denium* Szydłowſki.

 Auun-

Auunculo Epiſcopo Cracouień. Kraſnicio dum exhibet obſequia, cum Narębſka celebrauit connubia, & in Terra Cracouien. incola adſcribitur inter primores nobilitatis. 5 Albertus, Canonicus & Cuſtos Cracouien. & Præpoſitus Wſlęzycen. Paulus alter frater Iudicis Zakrocimen. Niemierius, poſt actus Martiales, cum Moſtowſka armorum Dolega reliquit filios quinque. Mortuus Venatoris Płocen. dignitate honoratus. Huius filij militarem toto pectore proſequendo, in varijs Palatinatibus domicilia elegerunt. Vndè ex Palatinatu Sendomirien. Ioannes Szydłowſki, ex Samogitiæ Terra Balthaſar, ſubſcripſerunt Electionem Vladiſ. IV. fæliciter regnantis, quem nobis Diuina Maieſtas diu incolumem ſeruet.

Moſtowſki.

Borzewſcij in Dobrzynen. Terra, Matthias Abbas Lenden. optimus & exemplaris vir, cuius merita gloriam à nobis, & præmium in cælis congruum obtinent.

Borzewſki.

Szawiccij in Podlachia. Matthias erat Caſtell. Podlachiæ, eius filius Adalbertus Capit. Mielnicen. cum Dłuſka armorum Kotſic tenuit matrimonij vinculum.

Szawicki.

Vſzynſcij in Podlachia. Sed aliqui eorum armorum Pobog reperiuntur.

Dluſki.

Tyliccij in Cuiauia, Antiqua familia in Regno, ſago & toga celebris. Petrus Tylicki ex magno Secret. Regni, Præpoſito Gneſnenſi & Canonico Cracouienſi, Epiſcopus Cracouień. & Dux Seueriæ. De quo inter Epiſcopos Cracouienſes:

Tylicki.

O decus eximium, ô pulcherrima gemma Senatus,
Tilici, ô doctæ lauſq; decuſq; togæ.
Te pia poſteritas linguis fæcunda diſertis,
Atq; canora tuum templa loquentur opus.
Alma Lycæa Patrem venerantur, vox ſonat vnâ
Hic Pater eſt Patriæ, qui ſolet eſſe Scholæ.

N. Tylicki Caſtellanus Caliſſienſis, Breſtenſis, Człuchouień. Rogozneń. Capitaneus. Iacobus Pincerna Caliſſien. cuius filia Alberti Glebocki Pocillatoris Caliſſien. conſors.

Stogneuij, in Palatinatu Płocenſi. Viri ob celſitudinem animi in iudicio magni, in caſtris eximij, quos pulchro carmine non immeritò Paprocius celebrauit. Hi propriè ſunt Zolczynſcij. Nicolaus Stogniew, quem Acta Płocenſia referunt, quod ante centum octuaginta annos bona Dembſko, Vbyſsys, vendiderit. Ioannes qui militaris laureæ gratia, in Podolia & Ruſſia domicilia ſua conſtituerat. Eius diſpoſitionis res in Actis Terreſtribus Camenecen. ad Annum 1516. ita exprimitur. Iacobi de Hubarow Iachnowicz Catharina filia, genuit cum Paulo Zembicki Euphemiam, quæ erat locata in matrimonium Ioanni Zolczynſki alias Stogniew, ex qua ſuſcepit Nicolaum, Laurentium, & Dorotheam Bolanowſki Ioannis conſortem.

Stognieuui.

ſortem. Ioannes vnus ex illis qui in Ruſſia colonias obtinuerant, poſt militaria trophæa in Moſchouia, & in alijs expeditionibus Regni, cum Sieniawſka Iudicis Terræ Halicienſis filia, fœdus matrimonij contraxit. Suſcepit ex ea Stanislaum magnum bellatorem, ſub ſignis Procopij Sieniawſki Exercituum Regni Præfecti. Honoratus erat titulo S. R. M. Rothmag. ad varias expeditiones & incurſiones hoſtium, felix triumphator. Celebrauit ſacra connubia cum Lopacianka armorum Szalawa, ex qua ſuſcepit eximios & cupidos laudis milites, Georgium qui in congreſſu cum Tartaris ad Raſtouiciam ſub ſignis magni bellatoris Struſſij glorioſè occubuit. Valentinum, qui ſub Inuictiſſimis Regibus, Auguſto & Stephano, Ducis Szanguſzko Romani, erat copiarum Vicesgerens, contra Moſchos & Tartaros. Habuit alteram coniugem filiam Czachrowſki, ex qua ſuſceperat nouem filios, & omnes ferè milites, ex quibus erat Marcus eximius bellator, qui demum contracto matrimonio cum Blizynſka, reliquit non degenerem filium Procopium, qui ex milite optimo, Rothmag. S. R. M. eximius, & honeſti Reipub. ac propriæ familiæ cuſtos vigilantiſſimus fuit. Alij vterini illius fratres erant, Chriſtophorus non contemnendus in militari experientia. Nicolaus & Sebaſtianus ſub ſignis Palatini Belzenſis Wlodek militarunt, Petrus, Procopius, & Ioannes illorum glorioſa veſtigia ſecuti fuerunt. Nicolaus filius Valentini ex Eliſabeth Starzycka, qui a iuuentute ad ſenium continuus & indefeſſus miles, quocirca multis ac ſpecioſis honoribus in caſtris donatus fuerat. Et quoniam nullam expeditionem Caſtrenſem intermiſit, ſed vbiq; hilariter, promptè, fæliciter pugnauit, Sereniſſ. Vladisl. IV. ante Principis, nunc Dei gratia Regis Pol. inſigniorum bellicorum promotor in bello, & tutor perpetuus deſignatus fuit. Demum pro tantis meritis, contra Skinderpaſam ad Cecoram, Oſmanum Turcarum Dynaſtam ad Chotynum, Guſtauum in Pruſſia, Moſchos, Scythas, Coſacos rebelles ad Niedzwiedźie Lozy, Kumeiki, & Starzec, vitam pro Patria & Rege deuouendo, Præfecturam Chmielnicen. in præmium obtinuit. Expediuit alias functiones viro militari & experientia ſedato conuenientes, Legationem ad Turcarum Imperatorem Muſtapham, ad Comitia Regni nuntium. Poſt cladem Cecorianam erat copiarum ductor, & poſt duces amiſſos, militum non occiſorum in patriæ defenſionem caput. Quapropter Vladislaus IV. meritorum remunerator munificus, officium Metatoris Caſtrorum Regni illi contulit & commiſit. In cuius Priuilegio hæc adnotauit. Nicolaus Stogniew vt primam ætatem militiæ idoneam adijt, conſtanti fide, ſolertia, promptitudine ad omnem bellicam occaſionem perſiſtit. In bello Pruthenico ſelecti militis conſcripti Vladisl. IV. Præfectus illorum & Turmarum fuit, contra Moſchos ad Smolenſcū feliciter pugnauit. Creſcas in nomen maximum, vt te conſanguinei & milites Exercituum Præfecti & Senatus patriæ, ipſeq; Sereniſſimus Rex, honore debito & memoria virenti proſequantur.

Wolinſcij *aliàs* Wolienſcij, *in Maſouia, in Ciechanouien. diſtrictu, ab antiquo notant familiam ſuam à Wierzbowſka Wola. Plurimi herum in Caſtris manifeſtè animi ſui magnitudinem, & in hoſtes Reipub. dexteritatem demonſtrarunt. Ioannes Wolinſki, aliàs Wolienſki, dum nobiles actus generoſitate factorum colluſtraſſet, matrimonij fœdus amplexus, quatuor filios, qui taliter bona paterna & materna inter ſe ſortiti fuerunt, ſuſcepit. Andreas & Nicolaus, acceperunt in Terra Viſnenſi bona Dobrzyiałow, & ſortem in Wola Wierzbowſka, & medietatem Villæ Loiowa. Stanislaus accepit alteram medietatem villæ Wola Wierzbowſka. Vielislaus accepit bona Choynowa vtraque, & quartam partem villæ Przywilcze. Stanislaus deſcendens ab iſtis, poſt cultam moribus & actibus heroicis adoleſcentiam & iuuentutem, reliquit Iacobum. Iacobus filius Stanislai, vir honeſti & virtutis amans, reliquit filium Martinum ex Felice Iacobi de Kozdroy filia, vt in Terminis Ciechanouien. apparet, vbi reformationem illi facit in bonis Wola Wierzbowſka, Anno* 1511 *inſcribendo ducentas quinquaginta marcas. Filiæ illius erant Lagonij & Leſczynſcij conſortes. Martinus, poſt nobiles actus cum Eliſabeth Niebórſka ſuſcepit matrimonium, vt docet Reformatio in Caſtro Ciechanouien.* 1544. *Reliquit filium Stanislaum, & filias Nicolai Zochowſki, Iudicis Ciechanouien. Podoſcij & Dabrowſcij Wilk dicti conſortes. Stanislaus, qui dum in Suecia audacis ac ſtrenui militis documenta reliquiſſet, ſpectante Sereniſſ. Sigiſmundo III. cum Gorſka Palatini Maſouiæ ſorore nata ex Gizicka, quam Ciołkowna progenuerat, celebrato connubio, ſuſcepit Martinum ſtrenuum, & magnæ experientiæ militem, qui ab anno ætatis ſuæ decimo octauo vſq; ad ſenium intermiſsè Caſtra bellica obſeruauit & coluit. Pugnauit, Sereniſſ. Rege mandante, pro Conſtantino Mobila, Palatino Moldauiæ contrà rebelles; cum Ioanne Potocki tunc Copiarum fortunatiſſimo ductore. Pro Demetrio Moſchorum Duce cum Rozynſcio Duce. Iterùm cum Præfecto Exercituum Regni Stanislao Zolkieuio, vbi ad Stolicam obſidione cinctus militaris audaciæ & virtutis inſignia in corpore reportauit, & quodam infortunio fortunam conſeruauit. Vltimò contra Tartaros & rebelles Coſacos, multoties cum Stanislao Koniecpolſki, Supremo militum Præfecto, glorioſè militauit. In negotijs Regni iteratis vicibus, ad Siliſtriæ Dynaſtam Machmeth Diak Paſſam, ab Exercituum Præfecto Legati munus obijt. Qui cùm domicilia ſua in Podolia conſtituere elegit, celebrauit matrimonium cum Catharina Kiemliczowna, ex qua ſuſcepit Stephanum eximium militem, qui ſub ſignis Supremi Præfecti exercitus pugnando, etiam ad Vezerum Turcarum ab eodem Præfecto Nuntium egit. Secundò matrimonio habuit Krezelowſcij filiam, ex qua ſuſcepit filiam Sophiam. Erat vir domi et foris prudentia, humanitate et beneficentia in pauperes et Religioſos conſpicuus. Honoratus fuit titulo*

tulo Tribunis Podoliæ, meruerat & altiora niſi infirmitas obſtitiſſet, ſed curabit progredi relicta poſteritas. Albertus, Matthæus, & iterum Albertus Volinſcij, ſubſcripſerunt Electioni Vladiſ. IV. Regis Sereniſſ. ex Terra Nurſcenſi.

Makowieccij, *in Dobrzyneń. terra, erant viri benè meriti Patriæ, & plurima officia à Regibus commiſſa in Lithuania obibant. Retinent ſua domicilia ad fluuium Lubicz. Valentini cum fratribus quorum poſteritas familiam ornat, Hiſtorici meminerunt.* Makowiecki.

Arinkouij *in Maſouia. Seruant ruborem iuuenes, conſilium ſenes.* Arinck.

Lugouſcij *in Lucouień. diſtrictu, Stanislaum excellentem in rebus agendis Caſtrenſibus militaribus referunt Hiſtorici. Plurimùm namque animat & confirmat milites Ducis ſtrenuitas, & præſentia in periculo militum.* Lugowſki

Orlowſcij, *in Dobrzynenſi Terra, ad obſequia Reipub. & Regum optimè diſpoſiti, vndè & Secretarij Regum, & obſeruantiſſimi literarum, & amatores Caſtrorum fuerunt.* Orlowſki.

Rebelenſcij *in Maſouia. Hi milites facti liberè pugnarunt, nam inuitus & coactus miles facilè vincitur. Erat ex illis ante annum 1590. Canonicus Gneſneń.* Rebelenſki.

Zolczynſcij. *Georgius continuus miles Stephano regnante, Præfectus Zidacouien. ex coniuge Brozowſka non ſuſcepit prolem. Fratres illius germani duo, Albertus, qui reliquit filiam Piaſeccij Notarij Terræ Buſceń. coniugem. Stanislaus, ex quo Georgius Camerarius Granicierum Sanoceń. reliquit poſteros. Tranſierunt in Ruſſiam Zolczynſcij militaris gratiâ ex Palat. Ploceń. à Zolczyn. Exſtat familia virtute nobilitatem ornans.* Zolczynſki.

Zolkiewſcij *in Zolkiew & à Zolkiew, in Belzen. & Ruſſiæ Palatinatibus, qui in hos Palatinatus ex Ducatu Maſouiæ deſcenderunt. Antiqua & meritorum ſplendoribus Patriæ & Reipub. clariſſimi & ſummè dilecti. Hinc grauiſſimis honoribus Regni & titulis, tam in Caſtris, quàm in Senatu adornati, magna pro Rege & Repub. tentarunt, fecerunt. Et quia ex vngue cognoſcitur leo, paucos & modernos adducendo ad præſens, antiquiores quantæ authoritatis & dignitatis fuerint, exindè aſſumes. Nicolaus Palat. Belzen. hic Maiorum ſuorum antiquam benè merendi Reipub. conſuetudinem amplectendo, totus in Caſtris contrà Tartaros, Moldauos, & quo occaſio, neceſſitas Reipub. poſtulabat, permanſit et vixit. Reliquit filios, Nicolaum & Stanislaum imitatores ſuos. Ad hos è tumulo Echo parentis.* Zolkiewſki.

Amemus Patriam, pareamus Regiæ Maieſtati, tueamur Eccleſiam, priuatas præcellentias negligamus, æternitatis gloriæ ſeruiamus, cogitemus denique corpus virorum fortium magnorumque hominum

 eſſe

eſſe mortale, animi verò & virtutis Chriſtianæ Catholicæ gloriam fore ſempiternam.

Nicolaus filius primus Palatini Belzen. ſtrenuus imitator factorum parentis ſui, qui cum Mielecio maxima fortis animi demonſtrauit indicia, tùm in bello ad Sokol contrà Moſchos, vt Papr. in Stem. fol. 122. *meminit, quàm in alijs expeditionibus Regni ad Gedanum & alibi. Erat honoratus titulo Præfecturæ Medicen. Stanislaus alter filius Palatini, qui vnà cum fratre à Maiorum monitis & exemplis, nec vnguem latum abſceſſit, ſed merita meritis, trophæa trophæis, ſua illorum adiunxit & addidit. Hunc Reſpub. & Sereniſſ. Rex multis honorauit titulis, præcipuè Palatini Belzen. & poſtmodùm Ruſſiæ. Hic negotijs Regni quieti conceſſis, celebrauit connubia ſacra cum Sophia Lipſka de Goray, ex qua ſuſcepit duos filios magnos Reipub. ciues, Nicolaum & Stanislaum Nicolaus filius primus Stanislai, Succamerarius Leopolien. vir literis & toga, in Iudicijs Tribunalis, Senatu Legatorum, grauis, amœnus, & iuſtus. Reliquit filiam Caſtell. Camen. Capit. Scalen. Herburth coniugem, & duos filios Adamum & Lucam, quibus vires & vitam Patriæ ſuæ negare & turpe erat & nefas. Sepultus in Brody hereditate propria, quæ iam tranſijt ad Koniecpolſcios. Adamus primus filius, vir vt generoſitate animi, ita Caſtrenſibus negotijs maximè commendabilis. Probarunt ipſius actus Martiales oblati tituli à Sereniſſ. Rege, inter quos & Metatoris Caſtrorum officium egit. Lucas alter filius, cuius laudes merita animum in Patriam, vt paucis comprehendam, illius Epitaphium in Eccleſia Societatis Ieſu Pereaslauij ab ipſo fundata & erecta appenſum in medium adferam.*

LVCAS ZOLKIEWSKI,

Nicolai Succamerarij Leopolienſis filius, Staniſlai Supremi Exercituum Ducis & Magni Cancellarij nepos, Palatinus Braclauienſis, Calui. Chmielniceń. Peraſlauień. Mirbogrod. &c. Capitaneus.

Verus patriæ Ciuis.

A pueritia honeſtis deditus artibus, exteras nationes etiam iterato Comes Vladiſlai IV. Poloniæ Regis à Sigiſmundo III. Patre adlectus peragrauit.

Carus Regibus.

Reliquum ætatis, & ampliſſima patrimonia Patriæ ſaluti, & Honori ſagatus conſecrauit.

Bellator in Valachia,

Nouus militiæ Tyro, à Scythis captus, in Turcia biennali carcere detentus.

In Pruſſia,

Militum Tribunus multoties Illuſtriſ. victor Duces Guſtaui ſub Hamerſthen victos Regi captiuos deduxit.

In Moſchouia,

Moſchum fœdifragum, imperium eius ferro & igne depopulando, ad fœdera pacis compulit.

Rebellibus,

Fuit ſemper terrori.

Bonis

Bonis,

Fuit vbique amori,

Erat vir,

In toga ſapientiſſimus, in ſago fortiſſimus, in templo Catholiciſſimus, in Religioſos beneficus, & Patrum Societatis Ieſu Collegij Periaſlauień. fundator ampliſſimus.

Cælebs,

Non tam ætate quam bellorum incommodis fatigatus, Anno 42 vitæ, Sacramentis omnibus Catholicè munitus, ad cæleſtes triumphos. 5 Idus Nouembris, Anno 1636 exceſſit.

Huic tale Elogium ſcripſit P. Adalbertus Pigłowſki Societatis Ieſu.

LVCAS ZOŁKIEWSKI,

Genere & animo magnus,

Virtute manuq́ue maximus,

Ad bella natus, non dum puer, iam miles

Martis, non matris inſediſſe ſinum videtur:

Geſtaſſe ferrum non faſcias,

Turcarum, Scytharum, Coſacorum fulmen,

Vbique fortunæ ſuæ dominus,

Cum nunquam nutauerit, nunquam inſultauerit,

Ne patriam, non etiam Eccleſiam amaſſe videretur,

Societatem Ieſu Pereaſlauij fundauit.

Stanislaus alter filius Stanislai corona et pulchritudo familiæ Zolkieuianæ. Cui in Elogium ad arma ſubſcripſerunt.

Et Regno & Generi Zolkieui magnæ tuorum,
Æternam viuens famam morienſq; dediſti.
Zolkieuij ad ſolcam Suecus Turcuſq; Getheſq;
Et Moſchonitæ ſuppoſuère caput.
Quid, quod ad occaſum Cæſar cum Cæſare ad ortum,
Zolkieuium in Lechis ſenſerat eſſe virum.
Zolkieuij pietas, & Mars noſcere per æuum,
Vult non vulgarem crux geminata Ducem.

In ipſo enim vno enituerat id totum quod de Sarmatis antiquis Maro cecinerat: Noſtrum à ſtirpe genus, literis duramus & armis: venatu inuigilant iuuenes, ſiluaſque fatigant: flectere ludis equos, longis proluditur haſtis, tot patiens operum belloque aſſueta iuuentus, quatit oppida bello. Omne æuum ferro territur, hoſteſque fatigat haſta, ne tarda ſenectus debilitet vires animi, mutetque vigorem, canitiem etiã ipſi galea premimus. *In illo vno id totum, quod Reſpub. conſeruat, tenet & tuetur, tanquam in vero & legitimo tutore reunita remanſerunt. Nam nec dignitas aliqua, nec honor, nec titulus Regni erat, in quo lauream ſuam non præſentaret Zolkieuius. Quapropter in ſuo fortalicio*

Zolkieuiano ſic legimus exaratum. Stanislaus Zolkiewki, Caſtel. Leopol. Exercituum Regni Pol. Generalis Dux, nec non Chrubieſouień. Rohatin. Kamiona. Kaluſsien, Mediniceń. Capit. dùm pluribus bellis nauat Patriæ operam, ad ſuos ſuique vicinos à ſubita hoſtium incurſione tuendos, præſidiarium hoc à fundamentis erexit. Hic dum vſque ad 70 annum ætatis perpetuus Dux Exercituum Regni fuiſſet, ſicut maxima fortunæ & virium in diuerſis partibus, & hoſtium excurſionibus trophæa deduxit, ita ſummis quoq; honoribus adornatus remanſit, quod ex duplici illius Epitaphio colligitur. Primùm eſt in Valachia trans Tyram in Coloſſo ſublimi in loco, vbi occiſus ſepeliri voluit.

DEO TRINO ET VNI,

Hoſpes, Si Chriſtianus huc accedis pro Chriſti fide interempto vota non denega. Si Paganus venis, lapidi ne inuideas locum. Quiſquis ades, quam dulce & decorum ſit pro patria mori, Ex me diſce.

Stanislaus in Zolkiew, Zolkiewſki Regni Poloniæ Cancellarius, & Exercituum Dux Supremus Bareń. Camionaceń. Iauorouień. Capit. Poſt reportatas de Coſacis rebellibus, ac de Tartaris victorias, poſt actos, ſubiugata Moſchouia triumphos, Re(que) publica Polona, qua pace qua bello præclare gubernata, fortiter cum Tartaris dimicando.

Hic occubuit.

Vos meo ſanguine conſperſi campi, debitæ meæ in Deum & Patriã pietatis fideles perenni memoriæ eſtote teſtes, Anno 1620. 6 Octobr.

Aliud eiuſdem Epitaphium in Zolkiew,

Staniſlaus in Zolkiew Zolkiewski, Cancell. Regni Pol. & Exercituum Dux Supremus Baren. Iauorouien. Capitaneus.

Coſacis rebellibus debellatis.

Tartaris ad Vdyczum profligatis.

Moſchorum Tyranno capto, & eorum Monarchia dormita, cum victor & triumphator orbi terrarum clareſceret ne & in cælis triumphali pompa & victrici corona careret, in Moldauia ad Tyram cum Tartaris fortiter dimidicando.

Pro fide Chriſti & patria, ſacra

Victima occubuit.

Truncus eius publico luctu domeſticis penatibus illatus, & caput Bizancij Barbarorum inſolentiæ expoſitum, magnaque poſtea mæſtiſsimæ coniugis cura inde reportatum in hoc teguntur tumulo.

Tibi hoſtis ad terrorem, Tibi hoſpes ad exemplum.

Reliquit ex Regina de Herburthis filium Ioannem, & filiam Sophiam Ioannis de Oleſko Danilowicz, Palatini Ruſſiæ coniugem. Ioannes Zolkiewſki Capit. Rubieſouień. quem dum Reipub. ad negotia aptum reddere deſide-

deſiderat optimus parens, in regreſſu à Cecora verſus Tyram, vbi parens & bellator occubuit, ibi ille in captiuitatem Tartaricam deuenit. Dum verò ex manibus hoſtium in Patriam rediјt, licet debilis & claudus ex hoſtium armis, imitator tamen Parentis magni eſſe concupiuit. Obijt ætatis ſuæ 28. Salutis anno 1633. Aprilis 26. Cui in Zolkiew tale poſitum Epitaphium:

Ioannes Zolkiewski, Chrubieſou. Iauor. Kaluſ. Capit. Magni Patris ad magna natus filius vnicus ac glorię eius vbiq; dum per ætatem licuit comes. In eo prælio quo Pater occubuit à Tartaris captus ac poſtliminio reuerſus (fortuna in rebus humanis ludente) inter ipſas Patriæ & eius ſpes à votis oculiſque omnium præpropero fato ereptus, Ætatis ſuæ florem, in eam, quæ nunquam marceſcit, cæleſtem gloriam magno luctu commutauit. Pugnauit dùm ex nationibus exteris rediјt multoties cum Tartaris, Coſacis rebellibus, & in omni expeditione promptiſsimus.

Ioannes Zolkiewſki, occiſus à Coſacis in Kumeyki. Exſtat adhuc optimus Zolkiewſki.

Borchowſcij, *in Palatinatu Podlachiæ, Drohiceń. diſtrictus. Milites eximij & Patriæ, literis, & rerum peritia in Iure, & Prouincialibus Comitijs digniſſimi. Procopius militaribus celebris occupationibus, ex Borchowſka eiuſdem armorum reliquit Gregorium, Ioannem, Matthiam. Gregorius eximius miles in Moſchouia & Pruſſia, ex Barbara Skierczynſka reliquit filios Patriæ digniſſimos, & milites, Thomam, Albertum, Gregorium, Ioannem, qui in Cecora occiſus, ſicut ille in Moſchouia, & Simonem Sacerdotem, filiæ erant Grochowſcij & Cickanowſcij coniuges. Ioannes alter Procopij filius miles, ex Burzanka reliquit Gregorium, qui in Pruſſia occiſus. Matthias tertius Procopij filius, miles, & occupationi Reip. atq; Patriæ deditus. Ioannes Brochowſki, Caſtell. Zakrocimeń. vitæ ordinatæ & ſingularis beneuolentiæ vir. Chriſtophorus, Notarius Terræ Zakrocimen. qui virtute adornatam ætatem, meritis decentibus Patriæ & Reipub. commendauit.* *Borchowſki.*

Wierzbowſcij *in Podlachia, Andream Cantorem Vnieiouień: & Canonicum, Parochum Opatouień. meminerunt quædam Epitaphia. Sunt etiam in Lomzenſi & Zebrouienſi diſtrictu. Aduertite obſecro, quod labore in Patria nobili, omnis felicitas domus accreſcit, otio verò nimio tùm domi mores ſancti, tùm foris & in bello ſtrenuitas amittitur.* *Wierzbowſki.*

Gradowſcij, *in Rauen. Palat. Laurentius maximus coadiutor Bonarij in reſtauratione arcis Cracouień. & Zuparum adminiſtratione, rationem reddebat adminiſtrationis poſt deceſſum Bonarij. Honoratus titulo Pincernæ Sochaconień. reliquerat filium ſed degenerem.* *Gradowſki.*

Dobrzyialowſcij *à Dobrzyialow, qui verè ſunt Volinſcij in Ciechanou. Terra & Viſnen.* *Dobrzyialowſki.*

Lyſakowſki. Łyſakowſcij, *in Ciechanouień. diſtrictu antiqua familia. Habent Lyſakowſcij Priuilegium vnà cum Iaſtrzębſcijs, à Conrado Duce Maſouiæ, vbi nominantur Stanislaus & Nicolaus de Lyſakowo. Sed quia diuerſa ſunt arma Iaſtrzębiec & Lubicz, à diuerſis puto Lyſakow denominati fuerunt, aut error aliquomodo irrepſit. Iacobus Lyſakowſki armorum Lubicz, Succamerarius Lomzeń. erat viuentibus Ducibus Maſouiæ ſtrenuus bellator, qui Cruciferos ad Strzelnam hereditariam villam, ad Lyſakow ſpectantem, fudit. Eius filij erant: 1 Paulus, qui ex Iezewſka armorum Iaſtrzębiec, ſuſcepit Iacobum & Petrum, Iacobus ex Kucharſka armorum Lubicz, reliquit Stanislaum & Ioannem, Stanislaus ex Karniewſka armorum Rogala, reliquit Nicolaum, Iacobum, Valerianum, Hieronymum, Andream, & Laurentium, ex quibus Nicolaus collegit ornamentum iuuentutis in Italia, Iacobus in Portugalia, Valerianus Bambergi. Filij verò Petri, qui erat frater Pauli ex Succamer. Lomzenſi, erant quatuor. Mortuus Iudex Terræ Nurſceń. 2 Filius Iacobi Nicolaus habuit filios, Andream, Lazarum, & Ioannem, ex quibus Iacobus habuit Ioannem* *Laſocianka.* *Succamer. Nurſceń. qui ex Laſocianka armorum Rawa, reliquit Nicolaum Ordinis Minorum, Ioannem & Stanislaum, Nicolaum Caſtellanum Chełmeń. qui ex Ciecißewſka filios quatuor habuit. 1 Iacobus Aulicus Stephani Regis, qui in Vngaria expenſis Regijs educatus, ſtrenuus miles euaſit. 2 Iaroslaus. 3 Adalbertus, milites cum Tarnowſki. 4* *Lazniewſka.* *Stanislaus, Zamoyſcij miles Præfecti exercituum. Eorum ſorores erant* *Vaſiczenſka.* *Helena primùm Lazniewſcij, poſt Gaſparis Vaſiczenſcij coniux, & Mar-* *Solomerecka.* *garetha Kniazij Solomereccij conſors. 3 Succamer. filius Iacobi Stanislaus, vir multarum literarum peritus, pacis & virtutis ſtudioſus. 4 Ioannes Notarius Zaukrzenſceń. occiſus tempore Interregni à Moſtowſki armorum Dolega, coniux prægnans breui mortua, relictis liberis, Adamo, Abrahamo, Anna. Andreas verò alter filius Nicolai, & Iacobi frater, Succamerarius Lomzeń. habuit filios, Stanislaum & Matthiam. Lazari verò fratris Andreæ, Chriſtophorus & Franciſcus breui cum ſua poſteritate deceſſerunt. Ioannes horum ex Nicolao frater, in Patria ſua Parochus ordinatus vitam ſpiritualiter finiuit. Stanislaus Lyſakowſki ex Terra Nurſceń. ſubſcripſit Electionem Vladiſ. IV. Regis Pol.*

Niezabitowſki Niezabitowſcij, *in Palat. Lublineń. ex quibus Iacobus feliciſſimus bellator fuit, cum Mielecio ad Chotinum profligauit Turcas, Bogdanum Alexandri filium in Dominium reſtituit, Tartaros ad Grodecum anno 1574. ad Tarnopole anno 1575. ad Zbaros anno eodem, ad Dubnum anno 1577. & ad Oſtrog pugnauit. Contra Moſchum ad Wielkoluki, 1580.* Papr. in ſtemm. fol. 339. Bielſc. fol. 742. *Ioannes ſubſcripſit Electionem Vladiſ. IV. Regis ex Palat. Lublineń.*

Chabowſki. Chabowſcij, *in Płoceń. Palat. ex quibus Martinus, dum in Palat. Cracouień.*

Cracouień. fœdus matrimonij conſtituit, etiam & domicilia firmauit. Reliquerat filium Hieronymum, virum doctrina & moribus illuſtrem.

Gruſzeccij *à Gruſcce magna & parua in Chelmenſi Terra. Matthias ſtrenuus miles, cui Iagello Rex bona prædicta Kruſce contulerat, & titulo Vexilliferi Regni cum eiſdem decorauit. Ex Malicka ſuſcepit Andream, optimum militem Sigiſm. & Steph. Regum tempore, occiſus à Caimiro fratre patrueli, poſtquam ex Sophia Hanſka reliquit Petrum, ſequentem veſtigia parentum in militari. Hic ex Anna Orchowſka octo filios reliquit, ex quibus ſex diuerſis prælijs occubuerunt, ſeptimus Bronislaus cognomento Szumiliſt, in Ruſſiam militando tranſijt. Erat apud Zborouium Viceſgerens Rothmag. in Moſchouiam, Iudex Caſtri à Kazanouio, nunc Tribunus Czerniechouien. N. Gruſzecki frater Matthiæ, cognominatus fuit Baran. Albertus filius ex Komorowſka ſuſcepit Stanislaum, Ioannem, Petrum, & Andream. Stanislaus ex Dubaniowſka habuit Thomam militem, qui occiſus ad Haliciam, dum vicem ageret Rothmag. Lachodowſcij à Tartaris Cantymirianis, Nicolaum Vexilliferum, & loco tenentem Przeleſcij Dapiferi Cracouien. filij, poſtmodùm Potocciorum ſtrenuus miles. Ioannem Sieniawſcij Pocill. Regni vices gerentem in Caſtris, demùm vices gerens Notarij Caſtren. Kazanouij, iuuentutem ſuam in Vngaria exercitatam ad præſtantia facta in bello aptam dignis officijs reddidit, ex Poſtruminſka natus. N. Gruſzecki, tertius Matthiæ frater, cognominatus Chuyſki. Eius poſteritas, Ioannes, Valentinus, Albertus, & Petrus germani fratres. Ioannes vir militaris cum Potoccio, reliquit ex Sophia Pelczanka Iacobum, militem cum Tarnowſki, Zamoyſki, Kanowſki. Albertus miles ex Molinſka habuit Thobiam, manent in Volhinia, cum Wichrowſki et Kazanowſki, Præfecto Bochuſlauien. miles Thobias. Petrus à Tartaris occiſus in Pocutia, relicto filio Martino optimæ ſpei.* Kruſzecki.

Krzyccij. *Andreas reliquit filium Stephanum, militem cum Notario Caſtren. et Præfecto Bochuſlauien. Kazanowſki.* Krzycki.

Sierkouij, *in Lublinen. Palatinatu.* Sierkouij.

Borzechowſcii, *Ibidem.* Borzechowſki

Piczkowſcii *ibidem, ex quibus aliqui in Podoliam tranſierunt, militando eximij.* Piczkowſki.

Białobloccij, *in Chelmenſi à Białobloty.* Białoblocki.

Sędziccij, *in Chelmenſi qui propriè ſunt Białobloccij, ſed à bonis diuiſione bonorum acceptis Sędziccij appellati. Andreas miles ad Gedanum & in Moſchouiam, qui domicilia ſua conſtituit poſtmodum in Palatinatu Lublineń. cum Sophia Chobrzynſka reliquit Ioannem, Vilhelmum militem & Rothmag. Nicolaum cum Odrzywolſcio Præfecto Zydacou. & Potoccio Campiductore militantem, Martinum cum Caſtellano Camenecenſi* Sędzicki.

Herbur-

Herburtho militem, & Adalbertum cum Odrzynolſcio militantem. Iacobus Andreæ frater in Moſchouia belli congreſſu vitam finiuit. Georgius tertius eorum germanus in florenti ætate ad vitam immarceſcibilem translatus eſt. Viuite feliciter magis in caſtris quam domi geniti, plus in contubernio legionum quam conſanguineorum educati.

Domanieuſki — Domanievvſcij, *Literis & militiæ deditis quidam in Stanislaum tale Anagramma conſtruxerat.*

Quêis ego te dignor titulis Staniſlae fatiſco,
Nil ſupereſt, niſi quod, vel Anagramma refert.
Fert Anagramma Staniſlaus Domanieuius I ſtans,
Æui laus Chriſti, vi quoque Schiſma domans.

Florianus reliquit Matthiam militem eximium cum Zolkieuſki Cancellario Regni, ex Tomaſſeuſka armorum Bonca filios ſuſcepit Stephanum, Florianum, Conſtantinum, Boguslauium.

Goreckouſki — Goreckovvſcij, *in Rauenſi Palatinatu, magnitudine rerum et periculorum alios hebeſcere, ſed virum nobilẽ excitari his ſæpenumerò contingit.*

Rozycki. — Rozyccij *in Maſouia, claritudinem ſuam præſtantibus obſequijs in Rempub. protegunt. Iacobus ex Palatinatu Lencicien. ſubſcripſit Electionem Vladislai IV. Regis.*

Borouſki. — Borovvſcij, *in Chelmenſi. Libertatis et boni patriæ amantes. Indignũ eſt enim nobilem eſſe et libertatem nolle vel non promouere. Vnde Tiberius curiá egrediendo dicebat. O homines ad ſeruitutem paratos.*

Szerokouſki. — Szerokovvſcij, *in Podlachia.*

Wortkovvſcij, *qui propriè ſunt Szerokouſcij. Nobilem vt decet viuere viuunt, occupantur literis, virtute, caſtris.*

Lubouij. — Lubouij, *in Podlachia, Nobilium quanto quis ſeruitio promptior, tum Patriæ, tum Regi, tanto opibus et honoribus extolletur.*

Raczenſki. — Raczenſcij, *decet Principem vt militem donis, populum annona cunctos dulcedine otij pellicere, ſed grates dignos obſequentes.*

Obrapalſki. — Obrapalſcij, *ex Drohicenſi, ſi patrum iuſta minus Principi grata, proprijs meritis erunt excitanda præmia. Andreas Notarius Caſtrenſis, Halicien. Subcapitaneus Strus, Vir iudicij peritus, æquuſq;.*

Skiuſkij — Skivvſcij, *Et de bono facto reddenda eſt ratio Senatui et Deo. O quam triſte nullum habere bonum, de quo reddas rationem. Curant hi et reddere et mereri.*

Chromatſki. — Chromatſcij, *in Sochacouicñ. terra, Obſcura initia impudentibus auſis polluere vt ignominioſum eſt, ita illuſtrare geſtis, et prudentia dirigere, ſummè decorum.*

Murzyn. — Murzynouij, *in Lithuania. Deuitatur ſignatus à natura, ſed ſignatus à virtute et fortuna placida, minimè.*

Goslicki. — Goſliccij, *de parua Goslice in Plocenſi Palatinatu. ex quibus Franci-*

ſcus

ſcus miles ſtrenuus et Viceeapitaneus Barenſis in Podolia fuit 1556. *occiſus à Tartaris. Eſt in Eccleſia Tarnonienſi cuiuſdam Epitaphium.*

Viator

Mortalitatis domicilium aſpice,
Heu miſerum mortuum moriturus conſidera,
Et orbatum mortis ſpolium expende,
Sic in mundo diſces cuncta fuiſſe & eſſe mortalia.

Sed tale Epitaphium eſt hominis ignaui, qui moriuntur pro patria illorum mors eſt fortunata, nam tales definitum locum obtinebunt inter angelos Dei. Nicolaus in Cracouienſi terra.

Mniſzewſcij, *de murato Mniſzowo in Płocenſi Palatinatu. Tulerunt auxilium magisq; in tempore Patriæ et Reipub.* Mniſzewſki.

Oyczynſcij, *in Maſouia, Ex quibus Martianus domicilia ſibi in Lithuania conſtituit, Mereri et non præmiari tædet, ſed Principes ſunt vt dij, iuſtas ſupplicum preces audiunt.* Oyczynſki.

Wierzbiccij, *ex Lomzenſi Palatinatu. Iucundum quidem eſt, diem ædificationi, noctem conuiuijs tradere, at quod principalius eſt iſti faciunt. Excellunt factis proprijs merita maiorum.* Wierzbicki.

Oyrzenſcij, *cognominati Mieczykowie in Ciechanouienſi Terra. Sunt animi moderatæ altitudinis, qua ſumma pericula modica fiunt et vulgatis leuiora. Iacobus ad Płonſko domicilia ſua elegit in Starzechow.* Oyrzenſki.

Ponikiewſcii, *in Maſouia. Nobiles ſe eſſe ſciunt, & moribus probant. Florianus Ponikiewſki. Stanislaus & Albertus ſubſcripſerunt Electionem Vladislai IV. ex Nurſcenſi Terra.* Ponikiewſki.

Brzezinſcij, *qui à diuiſione bonorum cum Ponikiewſcijs ſic nuncupati. Feret Cornel. Tacit. quod ſpectatus vir intecto capite pro Romanis bellum ciebat oſtentandæ virtutis,, Nobiles Poloni ſe & ſua Patriæ liberè fouent, niſi ciuis Reipub. degener fuerit.* Brzezinſki.

Proſtkouij, *in confinibus Lomzenſis Terræ verſus Pruſſiam. Talia agunt, ex quibus nec ignominia domus, nec infamia perſonis naſcitur.* Proſtek.

Swiderſcij, *in Lucouień. Hi cura rectè factorum ſibi gratiam compararunt.* Swiderſki.

Samkouij, *ex Mielniceń. Studia illorum plena laudis & gloriæ, grauia & ſeria.* Samek.

Liſowſcij *ex Płoceń. Palat. In externis Regnis potiſſimum bellatores, nam externis victorijs aliena, ciuilibus etiam noſtra conſumere didicimus.* Liſowſki.

Choromanſcij, *in Sochacouień. Terra. Fugiunt illa quibus Senatus ad pænitendum inclinatur, & Princeps nec interiectu temporis mitigatur, amplectunt verò vndè laus celeberrima domus ſuccreſcit.* Choromanſki.

Sielſcij, *in Płoceń. Palatinatu, viri Caſtris, virtuti, & iuſtitiæ dediti. Cum Præfecto Exercituum Koniecpolſki in Pruſſia, contrà Tartaros*

 & rebel- Sielſki.

& rebelles Coſacos erat ſtrenuus miles. Paulus Electionem Vladislai IV. Regis ex Palat. Plocen. ſubſcripſit.

Zaorſki. Zaorſcij, *ex Nurſcenſi Terra. Legem & Regem honorificè obſeruant, nam neq; metus nec pudor eſt, ſi ea tranſcendit.*

Bledziewſki. Biedziewſcij *ad Sierpſkum. Aliqui illorum animum literis, aliqui Marti & Bellonæ conſecrarunt. Sic namq; & Romani propoſuerant, vt* Corn. Tacit. lib. 3. *refert. Poſtquam cædibus ſæuitum, & magnitudo famæ exitio erat, cæteri ad ſapientiam conuertére.*

Krzywonowſki. Krzywonowſcij *ad Praſniſiam. Vnica virtus in honore conſtituit vniuerſos, ſed retrahere à vitio tria poſſunt, nobiles pudor, pauperes neceſſitas benè vſa, diuites ſatietas. Sed iſti virtutem ſibi elegerunt, firmarunt.*

Radzyminſki. Radziminſcii *in Ciechanouień. Terra. Cunctis equidem rebus ineſt quædam velut orbis, vt quemadmodum temporum vices, ita & morum vertantur. Hi ſunt ferro ſtabiliores, ſolea firmiores. Sigiſmundus & Martinus Electionem Vladislai IV. Regis ex Ciechanouień. Terra ſubſcripſerunt.*

Kloſienſki. Kloſienſcii, *in Dobrzynen. Terra. Non tegunt virtutem cinere, nam graues dictis factiſq; ex poſteritate eſſe, non habent ſatis.*

Choieccij. Choieccij *in Maſouia, ex quibus & Kloſienſcij deſcenderunt. Satiùs proprijs quàm Maiorum gloria ſibi gratulantur, nam nec omnia apud priores meliora, ſed noſtra quoque ætas, multa laudis & artium imitanda poſteris, tulit.*

Lipſki. Lipſcij, *in Ciechanouień. Terra. Nil Principibus cordi eſt, quàm optimus ciuis Patriæ, & ſincerus conſultor & tutor. Tales Reges & Principes, ſicut Iulia Auguſta Tiberij nomen ſubſcripſit ſuo, ſcribunt & imprimunt memoriæ & occaſioni. Probarunt hoc & experti ſunt Lipſcij.*

Szulimirſki. Szulimirſcij, *in Maſouia. Certant meritis ad præmia. Ita namq; à maioribus inſtitutum eſt: vt ſi anteiſſent delicta, ſequerentur pœnæ, ſi verò præcedent, & numerabuntur merita, offerantur præmia. Aliqui ex his aucupando militis coronam & honorem, in Podoliam tranſierunt, & ad Vinniciam ſtatiua ſua firmarunt, ſunt Adamus & Petrus poſteritas relicta.*

Mlodynſki. Mlodynſcij *in Zaukrcze. Nullus arguebat ornatum ad Rempub. & poſterum gloriam conferre. Ideò hi id totum quod poſſunt contulerunt.*

Brzozowſki. Brzozowſcij, *literis & dignitate celſi. Iacobus Canonicus Plocenſis, & Præpoſitus in Plonſko. Beatus qui in cella ſua, vt Angelus in cælo puras & caſtas colit cogitationes, & ore ſuo collaudat eum, qui ſpirituum & rerum omnium habet poteſtatem.*

Kroſnicki. Kroſniccij, *in Ciechanouień. Terra. Cùm vidiſſet Germanicus Thebis literas Ægyptias in quadam magna mole, iuſſit interpretare. Retulerunt hic habitaſſe ſeptuaginta millia militum. Medorum, Æthiopiæ,*

Perſa-

Perſarum, Scythiæ, &c. victores. Nobis tantus numerus deeſt, ſed ſunt qui pedem pedi, gladium gladio, pectus pectori, pro aris & focis alacriter opponant, & vincere vel mori deſiderant. Tales vos eſſe cupimus.

Cieſielcii, *milites eximij, & viri boni amatores. Beati qui Domino vigilant, protegentur enim ab eo in iudicij die.* *Cieſielſki.*

Rakowſcii. *Pulchrum quidem eſt ceris ornare atria maiorum, & Catonem vel Auguſtum repræſentare. Hæc tamen Caſſius ac filius eius Bruto non præſentabat. Sufficiant namq; ſua ſi ſunt viro amanti Patriam demonſtrare merita, eorumq; deportare imagines. Iacobus & Albertus Rakowſcij, ex Ciechanouień. Terra ſubſcripſerunt Electionem Vladiſ. IV. Regis Poloniæ.* *Rakowſki.*

Strzeſzewſcii, *in Płoceń. Palat. maturum annis ſpectatum bello iuuenem, quis non veterum & ſingulorum imaginibus exornabit? Exornant cruces babatum, illuſtret mentes eorum in Cruce triumphator Chriſtus.* *Strzeſzewſki.*

Smoſzewſcii, *in Płoceń. Palat. Priuata odia publica vtilitate remittere eſt lidius viri amantis Patriam, alterum lidium Smoſzewſcij adhibuére, non excuſare laborem nec pænitere pro Patria pati & mori.* *Smoſzewſki.*

Szuſcii, *in Płoceń. Palat. Vnum Reipub. corpus, vno animo regendum. Pacis & tranquillitatis ſtudioſi Szuſcij. Erat vnus in Ordine Prædicat. eximius Prædicator Cracouiæ, & Prouincialis in Bohemia Pater Hyacinthus Szuſki Doctor Theologiæ.* *Szuſki.*

Łopienſcii. *Erat ex illis quidam Abbas Mogeleuień.* 1550. *amator communitatis & loci. Beatus qui charitate ſublimis eſt, ſic enim tutus eſt in Domino Saluatore.* *Łopienſki.*

Glęboccii, *in Maſouia: Faciunt quod decet viros non quod mulieres. Et quid mulieres faciunt ob ſuperbiam domus? Audi* Cornel. Tacit l. 1. *quid de Liuia dicat:* Liuia grauis in Rempub. mater, grauis domui Cæſarum nouerca. *Virum autem conuenit ſubuenire Patriæ. Albertus Gladifer Breſten. in Cuiauia cum Sebaſtiano Electionem Vladislai IV. ſubſcripſerunt.* *Głębocki.*

Skulimowſcii, *in Varſauień. Terra. Quàm exercenda eſt res, dum bona iuuentæ flagitioſa obliterat ſenectus, ita ſanctimonia celebranda, ſi gratioſus dijs perſeuerauerit in finem. Hoc vobis Skulimouij precamur.* *Skulimowſki.*

Bialynſcii, *ibidem. Merentur ſuum honorem, nam Auguſtus mandabat honores, nobilitatem Maiorum, claritatem militiæ, illuſtres vita domi ſpectando.* *Bialynſki.*

Chelchowſcii, *in Ciechanouień. Terra. Militiæ & actibus virtuoſis dediti. N. Chelchowſki Vexilifer Rozaneń. cuius filius Henricus Notarius Theſauri in Pruſſia, & Secretarius Regiæ Maieſtatis.* *Chelchowſki.*

Zaleſcii, *in Podlachia. Albertus Camerarius Drohiceń. qui reliquit filios quatuor, Matthæum, Ioannem Notarium Terreſtrem Drohiceń. Ia-* *Zaleſki.*

cobum & Valentinum, aliqui ex hac familia in M. D. Lith. tranſierunt. Petrus, cuius filius Sigiſmundus Notarius Wolkonicen. eius verò germanus Iudex Terræ Vpitſceń.

Rokicki. Rokiccii in Dobrzyneń. Terra. Militia clari, & ad Regni ſtudia induſtrij.

Nieborſki. Nieborſcii, in Ciechanouien. Terra. Præſtantiſſimi viri in Caſtris, & in conſeruatione boni Patriæ. Martinus cum Karnicńſka, Gothardus cum Noſkowſka, matrimonium celebrauit, Iacobus Gothardi filius, iſtius verò filij Vladislaus Theſaurarius Zakrocimen. & Martinus ſubſcripſerunt Electionem Vladislai IV. Regis.

L V B A R
D V X V L O D I M I R I Æ.



LVbaros ſeu Lubartos quatuor Hiſtoriæ referunt, vnum Gedimini filium Ducis Lith. De quo ita Crom: lib. 14. fol. 242. Gediminus Dominatum partitus eſt in hunc modum, vt Monivido Kiernouia & Slonimum, Narimundo Pinſcum de Ruſſis quæſitum, Olgerdo Creua, Kieyſtuto Troki, Coriatho Nouogrodum, Iaunutio Wilna obueniret. Lubartus autem cum Ruſſam vxorem Vladimirień. Ducis filiam duxiſſet, à Socero heres factus eſt, & nullam inter fratres ſortem accepit. Alter Lubartus fuit Olgerdi filius, natu decimus, iuxtà Cromerum lib: 14. fol. 242. Columna 2. Tertium Lubartum Ruſſorum Ducem. De quo Cromer. lib: 12. fol. 211. Fecit Caſimirus Expeditionem in Ruſſiam Anno 1349. vt eam quoq; partem, quam Lubartus vſurpabat, Regno adijceret. Sed iſte Lubartus non fuit alter niſi Gedimini filius, à quo & Lubar ſeu Lubartouia in Volhinia fundata eſt, quæ à Ducibus in Oſtrog ad Palatinum Cracou. Lubomirſcium, ac ſucceſſores illius ex Duciſſa in Oſtrog tranſijt. Lubartus Gedimini filius ſucceſſor, ob filiam Vlodimirień. Breſceń. Chelmen. Belzenſiū Ducis, cui dum Caſimirus eripuit bona, iterum Ruſſi ad eum redierunt. Hunc Caſimirus Anno 1351. iterum deuicit, & in carcerem coniecit. Liberatur percuſſo fœdere, & Fidei Catholicæ iuramento. Fidem non diu tenuit. Mouet iterum in Vlodimiriam, & obtinet. Cromerus lib. 12. fol. 212.

Poſt

Poſt annos tredecem à Caſimiro Lubarto recuperata Volodimiria, & tributaria facta, eiectoq́ Lubaro Alexandro Duci Michaelis Coriathi filio, Gedimini Nepoti tradita. Cromer. lib. 12. fol. 218. *Hanc poſt mortem Caſimiri iterum obſidione recuperauit, & diruto muro quem Caſimirus erexerat, nouo præſidio firmauit.* Cromer. lib. 13. fol. 222. *Iterùm recepta a Ludouico, atq́ ibi Cathedra Epiſcopi erecta & conſtituta, quæ poſtmodum erat Luccoriam ſeu Luſcum translata.* Crom. lib. 13. fol. 228. *Vngaris tota Ruſſia conceſſa,* fol. 229. *Poſt mortem Ludouici ab Vngaris Lubarto Lucenſium Duci prodita.* Crom. lib. 14. fol. 233.

LVCENSIS DVCATVS.


Hunc quartum Lubartum Lucenſium Ducem in Hiſtorijs video. Demum Theodorus Lubarti filius, Ducis Lucenſis, iurauit Iagelloni Regi Cracouiæ cum alijs Ducibus. Crom. lib. 15. fol. 245. *Sunt qui deſcendunt à Premislo Bohemorum Principe. Nam Nezamyslum habuit ex Libuſſa filium, cui ſucceſſit Mnata, iſti Voien aut Vorcius, poſt Creſomislus & Vratislaus, ille Viſſegraden. iſte Lucenſis ſeu Zatecenſis Dux fuit. Huic Vlaſtislaus, illi Necla ſucceſſit, qui occidit Vlaſtislaum cum eius filio Zbislao, Neclæ ſucceſſit Hoſtiuitus, illi Borinoius, qui Religionem Chriſtianam primus in Bohemia fundauit cum vxore Ludimilla, hic filio ſuo Spitignieuo, quo mortuo, Vratislao alteri filio conceſſit Principatum. Hic ex Drogomiria impia, & aliena à fide Chriſtiana, Venceslaum & Boleslaum, illi Auſtralis ora poſt Parentis mortem, iſti Septentrionalis. Sed Venceslaum, cui Otto Imperator diadema impoſuerat, Boleslaus interemit. & ſolus Principatum retinuit. Suſcepit ex Brena Boleslaum, & Dambrowcam filiam Miecislai Pol. Principis coniugem, à qua Fides Catholica in Regno Pol.* Crom. lib. 3. fol. 37. *Sed iſti Duces Lucenſes dicebantur in Bohemia. Eſt verò alia linea Lucenſium Ducum, ex quibus erat Lubartus Lucenſis Dux, qui idem eſt quod Luccorienſis, vt patet ex* Cromero lib. 9. fol. 162. *Vndè iſte Lucenſis Lubartus erit, idem qui erat Gedimini filius, & Vlodimiriæ Princeps, & eius filius Theodorus Dux Lucenſis iurauit Iagelloni. Et ſæpius Luſcum apud* Cromerum, *vt arx Luſcia, vocatur arx Lucenſis, vt patet* lib. 20. fol. 303. *in vtraq́ Columna, &* fol. 307. *dum Lucenſibus datur Priuilegium Regium. Eſt etiam in Lithuania Ducatus Lucenſis, de quo Reinolaus Heidenſteinus Moſchouiticæ Hiſtoriæ ſub Stephano Rege ſcriptor libro quarto, & apud Cromerum editionis. Colonien. fol 799. Lubarti verò Ducis ante Vlodimir. poſt Lucenſis ſeu Luccorienſis erant filij, Michael, à quo proceſſerunt Duces in Czartoryſko, Alexander, à quo Dux Szanguſko, & Iuonius, à quo Duces in Koſyr.* Papr. in Nido virtutum. 1143. *Illius Dominium* Stricou. fol. 408. *refert.* *Lubarti filij.*

LVCOMLENSES DVCES.



DVces Polocenſes & Lucomlenſes fuerunt. Hos diſturbauerat Iagellonis frater Viguntbus, qui apud Ruſſos Religionem Chriſtianam profeſſus fuerat, & nomen Andreæ in Baptiſmo acceperat. Induxerat enim Magiſtrum Cruciferorum Conradum Colner ſub nuptias Regias, qui longè latèq; Lithuaniam depopulatus eſt, & Lucomliam arcem vi cepit, vbi Andream Iagellonis fratrem præfecit. Sed Rex per Skirgelonem & Vitoudum, Lucomliam & alia recuperauit, & Andream captum in arce Chęcinenſi incluſit. Crom. lib. 15. fol. 246. quem poſt triennium Vitoudo & alijs Ducibus interuenientibus. Regiq; pro ipſo fide iubentibus, dimiſit. Cromer. paulò inferiùs. Cui poſtmodum Polocia cum alijs munitionibus ſeſe ſubdidit. Stricou. lib. 13. fol. 476. Modo ruinæ oſtendunt arcem fuiſſe munitiſſimam. Conſtantinus Kniazius in Lukomlia, hic poſt ſuos anteceſſores, de quo Stricou. vbi ſuprà cum Romano Szanguſko bellator fortiſſimus ad Vle contra Moſchos, Anno 1568. vt Bielſc. fol. 623. Paproc. fol. 648. Stricou. fol. 774. Et cum Nicolao Radziuil, Supremo Præfecto Exercituum, arcem Sokoliam, inde miſſus ad Turouliam arcem cum toto apparatu bellico à Moſchis recepit. Stricou. fol. 784. anno 1579. Iuanus Lukomlſki, cuius filius Romanus ex diſtrictu Orſanen. fuit Contributionum Regni exactor, Anno 1606. Boriſſus Lukomleń. Kniazius, cuius Iuanus filius erat exactor Contributionum Orſaneń. 1601. Iudex Orſaneń. qui reliquit Baſilium. Hic Baſilius cum ſuo Patruo fundauerunt in Lukomle Fratres Ordinis S. Franciſci. Andreas Dux Lukomleń. Palat. Nouogroden. receſſum Vnionis Ducat. Lith. ſubſcribunt, vt Ianuſzouius habet in Statut. fol. 762. Paproc. in 2. opere fol. 648.

ŁVK ſeu ARCVS BELLICVS.



DELINEATIO.

EST arcus Scytharum tenſus & paratus, vnà cum ſagitta.

ORIGO.

ANtiqua ſunt arma in vſu, nam eiſdem vtebantur Piſkarzewſcij in Palat. Pomeraniæ vt refert Paproc. in Stem. pag. 682. In Regno autẽ quia in Boruſsia originem habent, vt notauit Paprocius ibidem, acquiſita fuiſſe in pugna cum Litauis apertè demonſtratur. Fortiter namq; cum aduerſario pugnanti, accelerauit quoque ipſi mortem, qui iam ſibi ferocem dirigebat ſagittam.


FVGITE à FACIE ARCVS.

ARcus & bombarda videntur ſe habere tanquam excedens & exceſſum in ferocitate. Quid igitur eſt quod ſacer textus dicat. *Dediſti metuentibus te ſignificationem vt fugiant à facie arcus*, & non à facie bombardæ? Fortè quod bellatores cum arcu qualis erat Attila & ſunt Scythæ, aſſumpſerit in flagellum Chriſtianorum, vel ſicut vulgò dicitur, flagellum Dei. Sed quo fugiendum ab ira Dei? *Si aſcendero in cælum tu illic es, ſi deſcendero in infernum, ades. Pſalm.* 138. Referunt Hiſtorici quod in bello Bohemico cum Polonis vnus militum ex aduerſa parte cæpit acclamare à tergo idiomate Bohemo. Fugite fugite, & ipſi cæperunt fugere, & perierunt. Et nos quocunque fugiemus ab ira Dei, peribimus, implet enim vt maieſtas, ita & gladius eius iræ totum orbem. Herodotus refert fugientes Scythas perſecutori miſiſſe ſagittam murem & ranam, vnus militum explicauit ſignificare his ſubiectionem, quaſi inquit, hic diceret quid me perſequeris pauperem ranam & murem: alius verò dixit, ſignificat his Scytha minas & ferocitatem, quaſi diceret ita vos perſequar cito, vt curſus eſt ſagittæ & ſiue in luto, ſiue in valuis veſtris vos vt mures & ranas latitantes inuenero, ad extremum perſequar. Et hic tetigit mentem Scytharum Ita quem perſequitur ira Dei fugabit centum, & nemine perſequente fugient. Arma hæc, ſi animum bellatoris inſpiciemus, non aliud referent, quam fugite à facie arcus. Erant illi qui his inſigniuntur ſtre-

nui milites, experti duces, optimi triumphatores. Vnde arcum intenſum & paratum ad defendendam Patriam, & Principis honorem conſeruandum.

Viuuntur his Piſkarzewſcij in Pruſſia in Pomeraniæ Palatinatu, ex quibus in Regno aliqui remanſerant. Adamus ex Breſtenſi in Cuiauia Palatinatu electionem Vladislai IV. Sereniſſimi Regis ſubſcripſit.

L V K O C Z.



DELINEATIO.

EST Aper ad medium ſuprà murum Ciuitatis expoſitus, in ore tenet duas ſpicas triticeas in campo violaceo, pennæ Strutij ſuper galeam, vt *in ſtemmatibus habet Paprocius.* Alij caput Aprugni ponunt cum manu hominis ad roſtrum inferiùs Apri. Sed hæc diuerſa arma videbis in armis Swinki.

O R I G O.

LEgitima origo ex relatione non ita colligitur ſicut ex Priuilegio, ſed quia Priuilegium non habemus, relationi adhibeatur fides. Inquiunt ad Gnieuum Pruſsiæ Oppidum conceſſa fuiſſe, eâ ratione, obſidione à Polonis cinctum habebant diebus plurimis, ita, vt Gnieuum fame profligatum fuiſſet. Amicus obſidi cuiuſdam, porrigebat amico per murum in victualia aprum, & inter roſtra appoſuit triticum cum literis quærentibus an obſidio iſta illis noceat, Reſpondit, non adeò, ſed ſi potiri vultis Oppido, ad hanc partem oppidi vires adhibete, fecerunt, & in effectum læti proceſſerunt. Data igitur illi ſunt arma hæc, qui hoc ſecretum retulerat obſidentibus. *Papr. in ſtemm. fol.* 502.

NON DORMIT QVI CVSTODIT.

VIgilantiam cuſtodis à gruibus deſignatis, aliqui calamo proſtruxerunt tenere lapidem pede eleuato, & collo extenſo, cui ſubſcripſerunt: NON DORMIT QVI VIGILAT. Quod etiam pro ſymbolo Henric. 6. Gall. Rex aſſumpſit, vigilantia tamen in Regno


in Regno ad conſeruandum & protegendum, non ita eſt à nobis quàm à Deo, vt Pſal. 126. *Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam.* Talis namque cuſtodia vera, firma & indubitabilis eſt. Perſarum Reges, pro inſigni florentis Regni, ferebant caput Aprugni, quem ſagitta per roſtrum ferit, vt Gentilitiorum Collector Petraſanta refert. Exprimunt profectò hæc cuſtodiam & fortitudinem Herculis, & eius certaminum imitatoris Theſei. Sed cuſtodiæ ab alto, cuſtodia hæc comparata, vmbra eſt. Cuſtos fuit Caſtrorum vigilantiſsimus, nec dormituriens parens horum armorum, qui tota animi & corporis vigilantia obſidionis effectum affectabat, vndè aprugno illius, non ſagitta feriens, ſed ariſtæ triticeæ collatæ fuerunt. Ceruum cum ariſtis in dorſo lego plurimas familias pro inſigni nobilitatis ſuæ tenere. Ceruinorum familia in Ethruria, Giſlandiorum, in Regno. Kielchleriorum in Bauaria, Troyſleniorum in Myſnia, eò, quòd prompta opportunitate & velocitate ingens præſidium belli, & gloriæ deſideratiſsimæ abundantiam ſuis adhibuerint. Eadem vigilantia promptitudine animi, gloriam & victoriam primus Lukociorum progenitor inueſtigata hoſtium debilitate ſuis bellatoribus accumulauit. Huic meritò ſubſcribendum venit:

Ille tibi primùm viduos cultoribus agros
Replebit: procul eſuries maleſuadaq; vertit
Terga fames: & qua peſtis non triſtior vlla eſt
Hoſtis: & erecto libertas Patria vultu.
Ibit.

LINEA FAMILIÆ LVKOCIORVM.

LVkocij, *in Pruſſia. Amplianda familia occaſionem & modum ſequi nunquam neglexerunt. Excitatur enim præmijs & laudibus nobilis & ſtrenuus animus, vt ſit in Rempub. ardens & officioſus. Ioannes Lukocki, deduxit domus ſua familiam, & in Magnum Duc. Lith.*

LVZIANSKICH.



DELINEATIO.

SVnt piſcis marini dentes cum radijs octo bini, coloris albi, in campo rubeo. Super galeam ſunt alæ Aquilinæ duæ, intra quas eadem arma

ORIGO.

IN Regno Miſcenſi acquiſita fuerunt, in bello nauali & ſatis cruento ac triumphali, vt ex colore & alis oppoſitis apparet. In Reg. Poloniæ indè illata fuerunt, qui ſuis meritis non modica præmia honorum & prouiſionis retulerunt.

PRÆFECTI DIGNISSIMI.

PIſcem marinum ſymbolum fuiſſe dominij maris, permulti Hiſtoricorum aſſerunt. Auguſtus, cùm propè Siciliam contra Pompeianos infeliciter pugnaſſet, iniquo animo eam ferebat ignominiam, nec antea recepit animum, quàm piſcis vltro è mari ſaliens ad pedes eius accidit, atque à vatibus ob eam cauſam reſponſum eſt, Siciliam in eius poteſtate fore. *Xenophilinus in Auguſto, Sennus quoq; lib. 6.* Deliadis ſcribit Athenienſibus in Delo ſacrificantibus, lauandis manibus aquam haurientem puerum vrnam demerſiſſe, ac è phiala ſimul cum aqua piſces effudiſſe: Oraculumque ipſi à Deliacis vatibus redditum maris fore dominos tali oraculo pronuntiauit:

Vince mari, iam terra tua eſt.

Cùm vos dentes piſcis ingentes marini pro nobili inſigni video deferre, non aliud vobis his augurijs promiſsis ominari licet, quàm Præfecturis digniſsimos. Sed quod natura ſuadet, fortuna blanditur, alacritate vultus, agilitate corporis, induſtria animi, compoſitione morum, amplecti ſatagite. Inter piſces reperitùr etiam Pauo in India, capite & cauda aurea inſignis, refert *Philoſtratus lib. 3. cap. 1.* Qui agit vitam mutabilem in honore & virtute, habet caput aureum vt Pauo marinus Indicus, qui verò perſeuerauerit ad finem in virtute, habebit caudam auream, hoc eſt, laudatum finem operibus, & glorificatum

ficatum

ficatum in Patria, reſplendens. Erit ibi non ſolùm Præfectus, ſed Rex coronâ.

Hæc enim terrenæ
Lex neceſſitatis,
Binis ex crateribus mortalibus
Vitam fundit.
Purum autem,
Impermixtumq́; bonum,
Deus, aut Diuina.

LINEA FAMILIÆ LVZIANSCIORVM.

LVzanſcij *in Palat. Chelmeń. victoriis & amore Patriæ præcipui. Eſt namq́; hominis ingenui & liberaliter educati velle benè audiri à parentibus, propinquis & bonis viris, atque futuræ poſt mortem famæ blandè conſulere.* Ioannes Palat. Chelmeń. *qui diligentem dedit operam, vt hominum aures optimo de illo ſermone complerentur. Cuius filia Dabrowſcij coniux, quæ Heyconem Radzinſceń. Præfectum, & Ioannem progenuit. Fabianus Luzianſki Epiſc. Aſpergeń. maximus cultor virtutis & veritatis. Beatus qui in Dei opere tanquam generoſus miles ſe ſtrenuè gerit, ignauos excitando, & timidos cohortando in via Domini.*

LVBECENSES aut MAGNOPOLENSES ſeu MECHELBVRGENSES DVCES.

Magnopolenſes Duces. Mechelburgenſes Duces.

T*Antorum Ducum meminit* Crom. lib. 2. & 3. *Leſcus tertius ex legitima vxore vnicum filium Popielum habuit, ex concubinis verò ſuſcepit Boleslaum, Caſimirum, Vladislaum, Vratislaum, Otam, Barnimum, Pribislaum, Premislum, Iaxam, Ziemianum, Ziemouitum, Ziemomyslum, Bogdalum, Spicignieuum, Spicimirum, Sbigneum, Sobieslaum, Viſſimirum, Cieſſimirum, & Vislaum. Ex quibus Popielum ſucceſſorem ſibi deſignauit, cæteros iuramento, vt Popielo parcant, adegit, inter quos occidentalem & maritimam oram partitus eſt, qui etiam alias arces, & poſteri illorum oppida & munitiones erexerunt, & ſuis Ducatibus addiderunt. Inter hæc igitur addita erecta fuit Bucouecia, quæ à Germanis Sclauicè Lubeca vocatur.* Crom. lib. 2. fol. 23. 24. Anno 804. *Erant ſub regimine Regum & feudatorum, bona inter filios Leſci diuiſa vſq́; ad tempora Boleslai filij Miecislai, ſed inertia Principis Anno 1032. ſucceſſores Duces & Præfecti defecerunt à Rege. Lubecenſis autem Reſ-*

pub. abrogato vnius imperio poſteriori tempore opibus creuit, & ex ea quæ erat Lubeca creuerunt Holſatiæ Comites, Mechelburgenſes ſeu Magnopolenſes Duces, Alderbungici Rugij Pomerani, & nonnulli alij eius oræ Duces & Comites. Crom. fol. 46. lib. 3. & ſuprà lib. 2. fol. 24.

LVPVS ſeu WILK.

DELINEATIO.

EST Lupus ſedens intra coronam Regiam, erectaque parte anteriori, tenet pedibus anterioribus eleuatam Crucem, ſupra quam Crucem eſt flos roſæ coloris rubei, in campo cæleſtino, ſuper galeam idem Lupus cum Cruce & Roſa.

ORIGO.


EX Hungaria reperiuntur arma hæc in Regnum veniſſe. Nam Caſtellanus Cracouienſis, Dux in Oſtrog, dum ex Hungaria de familia Szerediorum coniugem accepiſſet, virgines nobiles ex Hungaria ſecum adduxit. Ex quibus erat Barbara de familia Aſſardiorum, quæ Ioanni Socolouio de Czerſcenſi diſtrictu locata in matrimonium, vt potè bellicoſiſsimo Rothmagiſtro fuerat. Huius igitur arma erant, Lupus prædictus intra coronam Regiam aſſidens, manus hominis veſtita ad palmam rubeo colore ad cubitum turcuſino, quæ tres ſagittas tenet intra digitos, ſurſum auriculis obuerſis, tria flumina vngarica, & Lupus currens in campo flauo. Hoc ex illius Epitaphio habetur in Czudnow. Pono autem hæc arma propter poſteritatem ſi quæ eſt, aut ſi inter indigenas Aſſardij recepti.

PRÆMIVM SINGVLARE.

LVpus etſi natura rapax, tamen de illo dicit Scriptura ſacra, *diuidit ad veſperam ſpolia.* Quapropter & ab Athenienſibus cultus ita fuit, vt ſi caſu ab aliquo lupus occiſus fuiſſet, decenti ſepultura mandari terræ, lege ipſa, ab occiſore iuſſus fuit. *Pier. Valer. l. 6. c. 2.* Hoc ſingulare præmium lupo exhibitum, deducit animum, vt ad arma hæc adſcribamus: PRÆMIVM SINGVLARE. Quid enim hæc Corona? quid Lupus? quid Crux? quid Roſa aſſerunt? Non aliud, quàm Parentem horum armorum, à lupo rapaciſsimo Hunga-

Hungariæ Regnum diſcerpente, maximè defendiſſe, immò ſalutariter & cum odore bonæ famæ defendiſſe. Lego quendam Lupum nomine, natione Venetum, qui tantæ pietatis fuit, vt pro omni debitore ſponderet liberè. Accidit deambulanti in campis, quod venatores occurrerent cum lupo viuo capto, qui illudendo ſimplicitatem illius, dixerunt: Si ſpondes pro lupo, & damna recompenſabis, dimittemus lupum, ſpopondit ille & ſoluit. Lupus ſequebatur ſponſorem ſuum, & currens plurimas equas non notatas ſigno aliquo adegit à longè in domum ſponſoris, quæ dum cuius eſſent neſcirent, notatæ ſunt ſigno lupi, & lupiferæ appellatæ. *Strabo lib.* 5. En lupus ſingulare eſt præmium. Nec Parenti horum armorum tale ſtemma ſine ſingulari præmio, ſi Corona, ſi Crux, ſi Roſa cum Lupo inter arma poſita manent. Refert *Ælianus lib.* 17. *cap* 16. ad Mæotidem paludem lupos inueniri, qui cum piſcatoribus verſantur, à quibus, ſi maritimæ prædæ partem aſſequuti fuerint, piſcatores pacem ab illis habent, ſi nihil conſequuntur, eorum retia lacerant & diſtrahunt, & pro eo quod nihil dederunt, damnum retribuunt. Profectò indè apparet quod lupus eſt præmium ſingulare. Vir, cui hæc arma collata fuerunt, etiam lupum retulit in præmium ſingulare, nam & Patriæ ac Principi erat fideliſsimus, & hoſtibus aduerſantibus ſemper inimicus: vt nec donis, nec minis illorum, nec verbis, nec rebus, voluit apponere affectum & animum, idcircò corona ſibi, & in ſedem ſtabilem collata & adſcripta cum poſteris fuit. Valuit enim quaſi lupus ab armis.

MADROSTKI.



DELINEATIO.

EST Ahenea auricula, intra quam eſt ſagitta alba, in medio Crucem retinens ex gladij offendiculo, ſupra galeam tres pennæ Strutij, in campo ſanguineo.

ORIGO.

PRoueniunt ex armis Nouina, vbi pro gladio ponitur ſagitta cruce ornata, ob nouum meritum contra hoſtem Chriſtianitati aduerſum feliciter pugnantis.

HONORI HONOR.

NON eſt dignum referre gratias niſi de benè & honeſtè actis, neq; etiā conueniens eſt præmia referre, niſi his qui meruerūt. Quapropter *Cic. obijciebat Orat.* 4. *Varro.* quod indigniſsimos in Concione annulis aureis donaſſet. Et in lib. de Finibus: Epicuri ſtudioſos tales potiùs eſſe vult (qui imaginem eius, non modo in tabulis ſed etiā in poculis & annellis habebant) quàm virtutis. Cùm arma veſtra conſpicio, nimirùm quod armis Gentilitijs Nowina additur Sagitta & Crux. Honorem honori additum fuiſſe aſſero, nam ſi referente Aſconio, honori & lucro ſunt haſtæ, vexilla, phaleræ, coronæ, annuli, conuenienter his adnumerandi gladij & ſagittæ, quibus cominus bella geruntur & fiunt. Talis namque animus tamque generoſus requiritur in nobili, vt meritis maiorum merita propria adaugeat, & præmiatos Parentes ſuis præmijs cohoneſtet. Quod non in concinno ſymbolo Carol. V. Imper. exprimere voluit, dum in medio mari duas Columnas ſuſtentantes Coronam Regiam firmauit, & titulo hoc adumbrauit. PLVS VLTRA. Quaſi diceret, licet terram iam tranſcendimus & mare ingredimur, adhuc tamen progredi vlterius intentum. Ita & Nobilis ac generoſus animus magnis meritis magna adnumerare deſiderio habet. Sed vnum vobis in remedium & cautelam

telam adfero, Rudol. 2 Imper. formauerat currum cum quadrigis, in quo ſol reſidebat, cui ſubſcripſit: NVLLVS MAGNVS SINE DEO ET VIRTVTE: Maiora igitur tentanti hæc duo ſummè neceſſaria ſunt, Deus ſine quo nihil eſt, & virtus, cui via nulla inuia.

Vnde de Dei nomine *Laert. lib.* 1.

Quinque ſimul iunctis conſtat vocalibus vna
Dictio, & eſt magno maius in orbe nihil.

De virtute verò quidam Diſtichon.

Quem non vincat amor caſtæ virtutis & ardor,
Virtus tanta poteſt, vincat vt illa feram.

LINEA FAMILIÆ.

Wilk. Wilk, *in Cracouień. Palat. vir ingenio & fortitudine clarus, in conſeruanda verò authoritate Patriæ ſummè induſtrius, N. Wilk Cancell. Cracouień. Anno* 1367. *qui vnà cum alijs Zuparum Salariarum regiſtrum & prouentus ordinauit, vt* Ioannes Ianuſzowski in Statuto fol. 35. *refert. Ioannes Wilk ex his qui in Kaſſuby domicilia tenuerunt, Suchodolſcium Ducem Confratrum Hungariam vaſtantium Croſnæ interemit dum ab illis defecerat, neq; puniri de homicidio iuſſus.* Bielſc. lib. 4. fol. 458.

Wilczek. Wilczek *diminutiuum à Wilk, in Cracouień. Palat. viri maturi iudicij et conſilio graues. Wilczek Naborowſki Subiudex Terræ Cracouień. Anno* 1371. *qui à Senatu cum Pelka Zambra Iudice Terræ Sendomirień. commiſſum habuit, vt iudicio illorum definiatur negotium inter Reipub. bona, et Caſimiri Regis teſtamento ſucceſſoribus legata.* Bielſc. lib. 3. fol. 243. *Mauritius de Rzezuſna Rothmag. Petri Zborowſki Generalis Cracouień. Ioannes frater illius Rothmag. Sigiſmundi Auguſti, et Reginæ Hungariæ Iſabellæ, Varadini in Hungaria mortuus. Stanislaus tertius eorum frater Rothmagiſter in Moſchouiam Auguſti Regis.*

Plurimi eiuſdem Gentilitij vti deberent, ſed aliqui ad Arma Nowina tranſierunt.

MAKA-

MAKAROVICIORVM.

DELINEATIO & ORIGO.



SVnt tres Cruces ſuper ſagittam fractam coloris albi. Super galeam & campum, vide arma Lis à quibus iſta deſcendunt arma, facta namque eſt additio viro armorum Lis, cùm poſt vnionem M. D. Lith. cum Regno, & Fidem Catholicam receptam contra infideles fortiter & feliciter pugnauit. Originem habuit in Lithuania, vnde ibi reperiebantur in Minſcenſi Palatinatu, viri Caſtris & militari dediti, & reperiuntur in præſens. Ex his aliqui contra Tartaros pugnando, in Volhiniam, & ad Chiouienſem Ducatum tranſierunt, manent ibidem in Palatinatu Chiouienſ.

IAM IN AVGE.

MAgni nominis, famæ & gloriæ eſſe in auge, eſt indubitabile ſignum. Luna creſcat, niſi fiat in Plenilunio, eſt nondum in auge. Stella micans, niſi ſit propinqua Lunæ & Soli, nondum eſt in auge, ſemper namque in gloria domus decet nobilem proficere, & nunquam deficere. Quapropter Henricus filius Franciſci Gall. Regis Lunæ creſcenti hoc Lemma ſubduxerat: DONEC TOTVM IMPLEAT ORBEM. Scilicet, ſic creſcere fama & virtute cupiebat, donec laudem & magnanimitatem parentis factis adæquaret proprijs. Dum veſtra arma Sagittam tribus Crucibus ornatam intueor, ſubſcribere animus eſt: IAM IN AVGE. Trinum hoc perfectum Crucium ſalutarium monet intentum. Quærebant aliqui, quo Romani celebriores & nobiliores euaſerint, an ſigno annuli in digito, an ſigno Lunæ in calceis, ſunt rationes extollentes vtrumque, ſunt & deprimentes. Extollit annulum non aurum, ſed perſonæ. Gygis, Seleuci, Ioſephi, extollunt Lunam Senatores, Prætores, Gubernatores. Depriment annulum ſerui qui illum geſtabant, & ſuperbus

perbus Samniorum Polycrates, deprimunt & calceum degeneres Senatorum Romanorum filij. Arma verò veſtra iam æuiterne manebunt, Cruces & Sagittæ. Vndè ſi duabus Coronis in continenti poſitis Valeſius ſubſcripſit: MANET VLTIMA CÆLO. Iam ego tribus his Crucibus lætus ſubſcribam: IAM SAGITTA IN AVGE. Ante bellatores ſagittis auguria faciebant, & ſortis ſuæ ac felicitatis progreſſum auſpicabantur, vobis verò augurij & felicitatis cùm ſit Crux ſalutaris ſignum, tres cruces ſummi augurij & felicitatis erunt nuntij. Eſtis in auge. Nam de tenebris Orci hæreſi, Acheronti abiecta, leuati in gremium Eccleſiæ ſanctæ redijſtis, & ſe ac ſuos ſeruitio veri Dei & Sanctæ Matri Eccleſiæ mancipaſtis. In auge eſtis, nam his aptiores ad Regni præſidia, Patriæ conſilia, dignitatum honores manetis. Non enim decreta Sereniſſ. Regum quæ nunc in Senatu ob reſpectum non obſeruantur de hæreticis à Deo benedictione reficiuntur, licet ab hominibus promoueantur, niſi priùs Deo & Eccleſiæ fuerint reconciliati & vniti.

LINEA MAKAROVICIORVM.

WAſzenſcouicij *antè vocati, ſed à poſſeſſione Makarow aliter nominati. Chrechorius exactor Contributionum Regni Minſceń. A.* 1589. *Gregorius Iudex Terræ Minſceń. Ioannes Subiudex Minſceń. Nicolaus Viceſgerens Palatini Kiioνień. ex Anna Charlinſka Succam. Kiiou. filia ſuſcepit Chriſtophorum, qui cum Anna Malinſka tenet matrimoniū. Alexandrum, qui in Hungaria cum Turcis in bello occubuit, & Andream militem ſtrenuum in Patria. Ex altera verò coniuge Catharina Grabianczanka ſuſcepit filios, Ioannem & Georgium, atq; duas filias, Helenam Valeriani Laſzcz coniugem, & Sophroniam Sanctimonialem Ordin. S. Dominici.* Paprocius in 2 opere *refert vnum ex illis fuiſſe Capitaneum Kijonień. virum armis & bello præclarum.*

MASALSCIORVM



DELINEATIO.

EST litera M maiuſcula, ad cuius verticem eſt crux. Pingitur intra ſcutum Cæruleum coloris aurei crux, litera albi, ſed alij vtrumq; varijs coloribus efformant. Paproc. campũ rubeum ponit, arma aurea.

ORIGO.

KNiazij Maſalſcij in Moſchouiæ gremio procreati militia celebres, fortitudinis ſuæ indicia contra Lithuanos pugnando ibidem firmauerunt. Quapropter ſicut Miſniæ Præfecti militaria ſigna, literam M aſſumpſerant, vt *Cæl. refert lib* 18. *cap.* 1. Ita & Maſalſcijs litera cognominis principalis M cum ſignum nobilitatis Polonæ conceſſa fuerunt. Et quia Chriſtiana ablutione animas ſanctificarunt, crux illis ad cognominis literam appoſita fuit. Demum gloria Caſtrenſis quæ magis ac magis hominem celeberiorem reddit, etiam illos claros in multis Palatinatibus & Ducatibus effecit & indigenas conſtituit.

MILES CHRISTIANVS.

MAgnæ differentiæ ſunt notæ literarum α & ω apud Græcos, a & c apud Latinos, non minor differentia reperitur inter armatam & Chriſtianam militiam. Naſcenti namque homini cum natura militia venit militat hic in ſcholis, hic in agro, hic in pelago, hic domi, hic foris, hic prope, hic peregrè, vnde qui vitam hominis militiam definiuit acri iudiciorem librauit. Addo interiorem pugnam, in anima namq; continuum bellum eſt, vitia illam obſident atque oppugnant, prauæ conſuetudines debellant. Vnde B. Nilus in Sent. Tropol. *Omne opus malum contra nos diabolus armat, armatus verò grauiter contra armatos inſurgit.* Armata verò militia, ferro membra conſtringit, imbrem ſolemq; galea excipit ferro indutus clypeo operitur, hunc dormiens claſsico excitatur, anceps & cruentum officium, quod plures ad inopiam, ad carcerem, ad ſeruitutem, ad violentam ſubitamque mortem perducit. Et ſi quid honeſti & memorabilis habet, Marcelli ſtatuæ hoc aſsimilare licebit. Marcellus Auguſto

Cæſari

Cæſari ſtatuam conſecrauerat, ſed Tyberio poſt Auguſtum ad Imperium euecto, amputato ille Cæſaris Auguſti capite Tyberij faciem indidit *Cornel. Tacit. lib.* 1. *in Tyberio.* Talem referunt honorem milites armati, dum viuunt, nomen & titulos referunt, dum verò moriuntur, memoria eorum obliteratur & eraditur. Vndè Poeta:

Nulla fides pietaſq; viris qui Caſtra ſequuntur,
Eſt cupidus belli mortis aperta via.

Miles verò Chriſtianus ſuperat quemque militantem, non enim cupiditate & calliditate, ſed virtute & pietate ſuperat & pugnat. Vndè Princeps Mauritius, cùm illi ex præda Hiſpanica enſis inſignis auro & gemmis prædiues, quem ante Ordines Flandriæ, Arreſiæ & Hannoniæ Comiti de Fuentes donarant, obueniſſet: liberali eum animo Bruxellas eidem Comiti remiſit. Ita miles Chriſtianus, qui nonniſi pro Deo, Eccleſia, anima pugnat, nil aliud intendit niſi honorem, ſanctitatem, pietatem, Patriam perennem, ſi viuit lætanter viuit, ſi moritur gaudenter moritur: vocantur enim potiùsquam moriuntur. Vndè *Iſidorus lib.* 3. *cap.* 66. Finem iuſtorum optimum, vocatio tranquilla commendat, vt ex eo intelligatur Sanctorum hinc conſortium Angelorum, ex quo ab hoc corpore ſine vexatione dura tolluntur. Tales milites Chriſtianos vos arma ô Gener. & Illuſt. Maſalſcij demonſtrant. Hoc Crux, hoc eminentia illius ſuprà arma præſagiunt. Aduertite igitur, quod vnica fuerit Crux Chriſti, vna quoque eſt illius Sponſa & Eccleſia, quam ornare, promouere, defendere, in eaq; mori totius Chriſtianitatis veræ imitatores & ſequaces, deſiderant.

Auxilium pateat, lux & ſapientia cunctis,
Quàm laudem meritò qui benè facit habet.

MENSA PIETATIS.

SIcut menſa ſummæ ignominiæ eſt Epicurea cum menſa Pythea, ita ſummæ dignitatis & gloriæ eſt menſa pietatis. Epicuream menſam expreſsit in ſe Hugotius Piſæ & Lucæ quondam Dominus, qui vno prandio has vrbes deuorauit, cùm à conuiuio ſurgere ad ſedandum populum noluit. Expreſsit Thimocreon Rhodius, qui omnes ſuas facultates comedendo deuorauit, cui propter cibi & vini auiditatem, tale Epitaphium à morte, *vt Lycoſtentes refert*, erectum fuit:

Multa habens, tum multa vorans, malè plurima dicens
Multis, hic iaceo Thymocreon Rhodius.

Pythea autem menſa auarorum eſt, Pythes Xerxi tempore floruit, inexplebilis cupiditatis fuit auri, vt omnes relictis artibus aurum effodere, purgare, &c. cogeret. Multis igitur pereuntibus, mulieres ad vxorem eius ſeſe contulerunt, vt miſerijs coniugum ſubueniret, iuſsit

bono animo illis diſcedere, conuocatis igitur artificibus, iuſsit ex auro panes, cibos, poma, & quibus Pythen delectari nouerat conficere, vt cænam popoſcit Pithas auream ei menſam mulier appoſuit, panes, cibaria, fructus aureos nullo eſui aptos deponit. Quibus delectatus Pythes, ſatur iam ſpectaculo cibum popoſcit, illa mittit iterum aurea obſonia. Indignanti & ſe eſurire dicenti reſpondit. Tu non paraſti alia niſi hæc, omnes enim artes, omnis agricultura deſerta eſt, robora virorum in aurifodinis occupantur. Res digna Tantalo vnde etiam Martialis lib. 4. de Varro.

Ad cænam nuper Varus me forte vocauit,
Ornatus diues paruula cæna fuit,
Auro non dapibus oneratur menſa, miniſtri
Apponunt oculis plurima, pauca gulæ.
Huc ego non oculos, ſed ventrem paſcere veni
Aut appone dapes, Vare, vel aufer opes.

Menſam vero pietatis quod commendatam reddiderunt velim audite. Baron. in Iuſtiniani Annum 31. Iuſtinianum in magnifico Sophiæ templo, cuius deſcriptio eſt apud Euagrium lib. 4. c. 30. ſacram menſam feciſſe refert Cedrenus opus imitatione nulla æquandum. Conſtabat verò auro, argento, omniſque generis lapidibus, lignis, metallis omnibuſque rebus quas terra fert, mare & vniuerſus mundus. Ex omni materia pretioſa plura, meliora, potiora collegerat: liquatiſq; his, quæ fluunt, ſicca illis immiſerat, atque in formam menſæ abſoluerat. Ita Varium illud opus contuentibus ſtuporem inijciebat. In orbem hanc habuit inſcriptionem. *Tua de tuis tibi offerimus ſerui tui Chriſte, Iuſtinus & Theodora: ea tu propitius accipe, fili Dei Verbum qui noſtri cauſa carnem aſſumpſiſti, & cruci affixus fuiſti, ac nos in tua recta fide conſerua. Et quam nobis commiſiſti Rempub, eam ad tuam gloriam auge, & tuere intercedente Sancta Deipara Virgine MARIA.* Plena pietatis & reuerentiæ menſa diuinis oblationibus & ſacrificijs dedicata, à pleniſsimo corde Charitatis ſupremæ proueniens. Vobis in exemplum hoc proponitur, qui vt menſam ſtruere in terra pietatis in Eccleſiam & Eccleſiaſticos incepiſtis, ita conſummatam in patria habeatis.

LINEA MASALSCIORVM.

Tymoſ ſeu Thimotheus Maſalſki, eius filius Georgius. De quibus Epithaph. Kijouiæ in Ruſſorum Eccleſiis. Iuanus Maſalſki 1562. eius filius Vaſili ſeu Baſilius qui ex Anna Iuani Iuanowicz Bochdan reliquit Iaroſium ſeu Hieronymum. Hos diuiſio bonorum atq; confirmatio diuiſionis in bonis Targouica Acta Luceorienſia referunt Anno 1555. Demetrius

trius Maſalſki Tribunus Braclauień. ex Palatinatu Nouogrodeń. Lithu. ſubſcripſit Electionem Sereniſſimi Regis Vladislai IV. Georgius Maſalſki Dapifer Braclauienſis. ex Vilnenſi Palatinatu eandem ſubſcripſit. Leo Maſalſki Exactor contributionum Regni Grodnenſis. Anno 1589. *Hieronymus Maſalſki Exactor contributionum Regni Mſciſlauienſis eodem Anno. Federius Meſalſki Marſchalcus & Commiſſarius inter nobiles Grodneń. & Eyſiceń. quem Conſtitutio Regni meminit* 1613. *Maſalſcios Kniazios Paprocius in ſecundo opere refert ex Smolenſcenſi Ducatu ortum tenere. Alexander Maſalſki Bohuſius ipſius filius cui Sigiſmundus Rex contulerat magnificam prouiſionem in Regno. Petrus filius Bohuſij vir bello & caſtris clarus. Iuanus filius Petri non recedens ad vnguem ab animo parentis & fortitudine. Alexander & Leo Maſalſki Electionem Vladislai IV. ex Pinſcenſi ſubſcripſerunt.*


MAZOVIÆ DVCES.

VTebantur pro inſigni Aquila vt ex regali ſtirpe procedentes, ſed demum Conradus Maſouiæ Cataphracto equite vtebatur pro inſigni cum haſta. Differenter tamen, nam tempore belli vtebatur haſta ille vir armatus ſuper equum vibrata ad pugnam, tempore verò pacis, eleuata haſta ſurſum vt Bielſc. adnotauit fol. 172. *ſub anno* 1247. *Miecislaus Monarcha Poloniæ terrarum Maſouia nuncupatarum verus Dominus & hæres fuit, nec ante illum Maſouiæ nomen fuerat, ſed è viuis ſublato Anno* 1034. *Maslaus ſiue Maſos Pocillator Miecislai dominatum, ſibi in tractu Plocen. & Confinio Pruſſorum arripuit, & Maſoſſiæ ſeu Maſouiæ ei oræ nomen dedit. Qui dum per Caſimirum filium Miecislai euocatum è Monaſterio Diaconum profligatus fuiſſet, atq; iterum minoribus auxilijs in fugam conuertiſſet, captus in Pruſſia à barbaris, excarnificatus & in crucem actus fuit, cum inſultatione.* Alta petiiſti, alta tene. *Anno* 1042. Cromerus lib. 4. fol. 48. ad 52. *Vnde qui contendunt Maſouiam dictam à Maſſagetis non à Maslao ſeu Maſſo, valcant, quando quidem ante Maslaum illa ora nunquam Maſſouia appellata fuit. Leſcus albus, tenuit ſucceſſiuè oram Maſſouiæ quam fratri ſuo Conrado cum Cuiauia de conſilio Conuentus in ſortem patrimonij conceſſit. Anno* 1220. Crom. lib. 7. fol. 129. *Et exinde à Conrado veri duces Maſouiæ fuerũt. Zemouitus dux Maſouiæ. eius filij Conradus & Boleslaus de quibus multa Cromerus in Boleslao Pudico. Conradus ſine prole deceſſit. Boleslaus ſuccedit, qui habuit primum matrimonium cum Preiſlaua Lithuana, Ziemouitum & Troiedenum.* Ex Boema *verò habuit, Vanconem, ſeu Venceslaum. Qui poſt mortem Patris Maſouiam ita inter ſe partiti ſunt, vt Ziemouito Cirſcum, Raua, Liuum, Goſtininum, Troideno Varſauia. Sochacouia:*

chacouia, W,ſkitki, Ciechanouia, Nouigroaum & Nouiduorum: Vanconi verò Plocenſis tractatus cederet. Zemouitus vnum filium Zemouitum reliquit Troideni filij Boleslaus & Caſimirus, ſed Boleslaus Ruſſiæ Principatum adeptus veneno extinctus fuit. Vanconi filius Boleslaus. his omnibus Caſimirus tutor & Princeps fuit, illi autem illius vel vi vel authoritate feudatarij facti & ſi quis ſine liberis maſculis exceſſiſſet, bonorum illorum Rex hæres eſſet. Boleslaus Płocenſis Dux deceſſit, & Caſimirus ſucceſſit, qui dum ſine liberis moritur Caſimirus Rex Ploſcum & ditionem eius omnem in ſuam poteſtatem redegit. Zemouitus ſucceſſor Caliſſiæ, Anno 1355. ad pedes Regis vexillum publicè proiecit & feudatarius Regi iurauit. Cromer. lib. 12. fol. 214. Zemouito mortuo 1426 filij illius ita bona ſua partiti ſunt. Zemouito Rauenſis, Vladislao Płocenſis, Caſimiro Belzenſis, Alexander autem Epiſcopus Tridentinus poſt Cardinalis Præsbyter fuit. Sorores autem illorum, Cimbarca Erneſto Auſtriorum Duci nupſit, ex qua Fridericus 3. Cæſar natus. Euphemia Venceslao Ceſinenſiũ Duci, Cuniſia Boguslao Stolpenſium Duci, Oſca ſeu Agathia Michaeli Duci qui fratris Vitoldi Sigiſmundi filius fuit. Quinta innupta obijt. Cromer. lib 19. fol. 293. Sed cum omnes ſine maſcula prole deceſſiſſent, in Caſimiri poteſtatem Anno 1461 venerunt omnia bona: Belſenſes verò in verba Regis iurarunt. Cromer. ad finem libri 14. Sed dum Ianuſius Płoceń. Dux obijt. Ducatum Ioannes Albertus Rex Regno adiunxit. De reliqua verò Maſouia cum eius fratre Conrado tranſactionem fecit. Cromerus 439. fol. lib. 30. Anno 1496. Conradus vltimus qui Ioannem & Stanislaum ſteriles filios progenuerat, Anno 1503. obijt.

MIESZA;

MIESZANIEC.



DELINEATIO

EST aquila media in medio parmæ ad dextram coloris albi, & in altero medio parmæ, ſunt duæ roſæ albæ, vna ſub alia poſitæ, etiam coloris albi, in campo rubeo, ſuper galeam ſunt tres pennæ Strutij.

ORIGO.

EST prouerbium Polonis. Plus filatricem ſuper verticeum, quam militem ſuper haſtam à Dynaſtis ſeculi quandoque accipere. Talia arma ſic in Regno ortum habuiſſe aliqui affirmant. Data inquiunt ſunt à Caſimiro Nemiræ & Pelcæ fratribus extra thorum regium ex Heſter progenitis. Quapropter licet ſunt in armis aquilæ & roſæ, non aliud tamen meditare, quam illud Hierem. 4. *Aſpexi & ecce vacua & nihil.* Arma enim ſunt, ſed lux in eis non eſt. Verùm hi ſteriles deceſſerunt quibus conceſſa fuerant vt *Bielſcius adnotauit lib. 2. fol. 239.* Vndè ſi alibi talia arma reperiuntur, alia & nobiliori occaſione iterum conceſſa fuerunt, vel ob celſam coniunctionem cum familia illuſtri, vel ob acquiſita bona deceſſorum, vel ob clara geſta & debitam reuerentiam in Regem & Patriam, quibus prior indecentia obumbrata fuerat. Aut ſi aliqua poſteritas remanſerat, id claris factis recompenſarunt, ſi quid originis dehoneſti tenuerunt. Non portabit enim filius iniquitatem patris ſed teſtis erit iniquitatis ipſius. Et ſic authores originis conciliandi veniunt.

ANTIDOTVM MORALE.

MAlis & improbis non ex geſtis & moribus, ſed ex genere & ortu Scytha porrexit antidotum, dum cuidam genere ſumme nobili dixit. Ego quidem origine ſum ignobilis ſed tu moribus, ego iam decori ſuis tu indecori patriæ. Militaris & Caſtrenſis vita ſpectata virtute & audacia corrigit quod natura errauit. Antidotum

dotum autem nobilibus quandoque eſte curia Regia, quandoq; matrimonij vis, quandoque ipſa ætas. Curia quidem, nam dum educatur filius alicuius Ducis in ſuo oppido inter ſeruos & vaſallos patris ſui, ab omnibus veneratur, & omnes ante illum diſcooperto capite genu flectunt, & ille aliquando ſuperbit, & tantam de ſe ipſo æſtimationem habet, vt credat nullum ſibi præferri ſuper terram. Si verò pergit ad Curiam Regiam vbi tantam magnitudinem cernit, videt tot Duces, tot Marchiones & Comites, tot Principes, videt Regis maieſtatem, eius potentiam & diuitias, & tunc quidem humiliat ſe & per comparationem illorum, pro nihilo ſe reputat, & ipſemet ſeipſum reprehendit. Quandoq; etiam matrimonij vis morum antidotum eſt. Non dico ideo quod prouerbio noſtro dicitur: Qui incomptis moribus eſt vniatur vxori: ſed quia multa incommoda morum tolluntur à libero & ſoluto, dum ſibi non liber & alteri coniunctus eſt. Rupertus Holchot in Sap. 4. ait, dum dicitur: *O quam pulchra eſt generatio cum claritate*: *Tria* inquit in honeſtate matrimonij ponũtur, Sacramentalis ſanctificatio quæ confert pulchritudinem corporalis cohabitatio qua ſeruatur caſtitas & hæc dicitur caſta generatio, & prolis educatio, & hæc dicitur claritas. Reſpondent autem iſta tribus quæ in matrimonio reperiuntur. Fides, proles, Sacramentum. Confirmatur verò hoc antidotum, Eccleſ. 35. *In tribus beneplacitum eſt ſpiritui meo, quæ ſunt probata coram Deo & hominibus, concordia fratrum, amor proximorum, vir & mulier ſibi conſentientes.* Ætas etiam ipſa antidotum morale eſt. Bulla namqne geſtanda pueris, toga verò viris. Vnde cum Romulus vt Plato ait ducem Veiorum in triumphum deduceret, ad collum illius bullam irridendo appendit. Inſtruendo quod bellum & rixa iuuenem, pax verò & quies deceat ſenem. Nec quid ſtolidius fieri poteſt, ſi mens ad perfectionem non contendat feſtinare, quando totius corporis habita ſenectute confectus, ad interitum properat, dum oculi caligant, aures grauiter audiunt, capilli defluunt, facies in pallorem mutatur, dentes lapſi numero minuuntur, cutis areſcit; flatus non ſuauiter olet, pectus ſuffocatur, tuſsis cachinnat, genua trepidant, talos & pedes tumor inflat; etiam homo interior qui non ſeneſcit his omnibus aggrauatur, & hæc omnia ruituram iam domum corporis citò pronuntiant. Quid igitur ſupereſt, niſi vt huius vitæ defectus appropiat, nihil aliud cogitare, quam quomodo futura habitatio proſpere comprehendatur, quilibet ſenex appetat: Ætas ergo ipſa antidotum moris hominibus eſt, & eo magis dum Caluaria hominis & tumuli menti & memoriæ viuentis opponuntur, & oculis obluſtrantur. Et queniam arma hæc commixtionem reſonant, tale antidotum in receentem præſeruationem habetote.

MIKV-

MIKVLINSCIORVM.



DELINEATIO.

EST litera M maiuſcula triplicata, vna ſupra aliam poſita, ſupra ſupremam verò literam crux ponitur, in Campo cæleſtino, color alijs aureus, alijs albus, ſuper galeam autem & coronam ſunt pennæ Strutij.

ORIGO.

ANtiqua arma hæc à Romanis adinuenta ob differentiam cohortum militarium. Hunc morem ipſorum ſecuti ſunt quoq; Græci & inde ad Roxolanos vſus peruenit, Milites enim ſub ſignis bellicis hoc modo notatis conſcribebant. Omnibus enim hæc litera M, Romanis, Græcis, Latinis, Ruthenis, communis eſt, ſub quibus ſignis & Mikulinſcij nomen & dignitatem ſuam cum armis acceperunt & retinuerunt.

HIC VIRTVTIS HONOS.

ANtiqui Virtutem & Honorem magna differentia adnotabant. Conſtruxerant namq; templum ex templo Romæ, & primum virtuti, alterum honori conſecrarunt: nec erat aditus ad templum honoris, niſi per templum virtutis; innuebant tali ac tanto exemplo, neminem ad verum honorem peruenire poſſe, niſi per virtutis meritum. Vnde meritò inſcribendum erat aureis literis in templo honoris. *Hic virtutibus honos*, ſed quod antiqui docebant templis & demonſtrabant, hoc idem militibus ſcuta proponebant, diuerſis etenim meritis militaribus, diuerſa in ſcutis præmia exarabant, nunc leonem, nunc aquilam, nunc fulgura, &c. Et ſi contingebat militem ſcutum album multo tempore & poſt varios congreſſus in bello deferre, animi minus generoſi ſignum fuit, qui vt ſibi in præmium meritorum aliquid ex Senatus iudicio in ſcuto ad declarandum ipſius fortitudinis animum, exararetur penicillo, vſq; modo non promeruerat.

rat. Quapropter ſcutum nudum ignauis erat deditionis ſignum, *vt Appianus refert.* Afanij & Petreij turmæ à Cæſare circumuentæ capita clypeis ſubijcere deditionis indicio, inquit ille: ſcutum vero ſigno notatum aliquo & præcipuè litera Alphabeti aliqua in honoris & dignitatis nomen fuit. Quapropter bellicoſiſsimi Lacedæmonij in ſuis bellicis ſignis ipſam literam L deferebant, & ſtrenui & militari experientia clari Meſſenij vexillis bellicis literam M apponebant. *De quo Pier. Val. Hierogl. lib. 42. Cap. 50. ita loquitur.* In Meſſeniorum clypeis qui & ipſi clariſsimi olim extitêre M. deſcriptum erat, in ſui & ipſius populi ſignificationem, vbi igitur in ſcuto delineatum aliquod fortitudinis ſignū erat, meritò ſubſcribendum pro lemmate erat. *Hic Virtutis honos.* Dum Arma hæc Mikulinſciorum inſpicio, & literam triplicatam video, magnum quid ſuſpicor fortitudinis, audaciæ, virtutis. Ego ita interpretabor Arma eorum nobilitatis Maximi Milites Mikulinſcij pro Chriſto & Eccleſia. Inquo, ſi mihi crux & literæ faueant, ſubiungam lætus: *Hic virtutis honos.*

LINEA MIKVLINSCIORVM.

F*Amiliæ antiquæ, ex quibus à ritu quem Ruſſi in ſchiſmate obſeruant, in gremium Eccleſiæ Catholicæ deuenerunt, paucis perſtringo ob diſtantiam. Exſtat vſq; in præſens moribus, dignitate, & hoſpitalitate celebris in Vinnicienſi diſtrictu Romanus Mikulinſki.*

MOHYŁA.



SVnt duæ frameæ euaginatæ decuſſatim poſitæ, in quarum ſummitatibus ſunt cruces. Supra autem has intra idem ſcutum ponitur caput Vri cum cornibus, intra quæ retinet ſtellam, & ad oris dextram mediam lunam, in ore tenet circulum, caput eſt coloris nigri in campo candido, & luna nigra.

ORIGO.

ARma ſunt compoſita ex inſigniis nobilitatis & Palatinatus Valachiæ, nam dum Regibus Poloniæ Valachicum dominium reddebat obſequia, & ſubiectionem, tale habuit inſigne dominis, dum verò in Turcarum poſſeſsionem venit

addita

addita fuit Luna: Mohylorum verò inſignis & præilluſtris familia, quia dominium multo tempore Valachicum gubernauit, deſcendentes ab illis eiſdem armis vtuntur, addendo his arma ſua propria gladios euaginatos in crucem diſpoſitos.

PAGANORVM CLADES.

GLadium deriuatũ à clade non ſine animaduerſione Varro fuiſſe dixit. Deſtinatus namq; gladius non ad aliud eſt niſi ad cladem puta iniquorum hoſtium & rebellium: Habent Hiſtorici quod fortiſsimi hæroës & victoriarum parentes pro forti in bello congreſſu, cognomina ſua gladij appellatione retinuerint. Claudius Marcellus à Romanis, gladius ob rem promptè agiliter & ſine cunctatione diuturna cum hoſte factam dictus fuit, Ludouicus IV. Gall. Rex viciſſe gladio Alæmanico Saracenos in Ægipto proclamatus fuit. Quintus verò Metellus quia cunctando agebat rem, ſcuti cognomen aſſumpſit, Vnde Liuius de gladio, ventum eſt ad gladios, vbi Mars acerrimè furit. Frameæ veſtræ, ò Illuſtriſsimi Principes Mohylij & Nobiles Regni Poloniæ, dum crucem ſeipſis efformant, acinatem crucibus eliminant, profectò clades non cruce ſignatorum, ſed paganiſmi efferitate rigidatorum fuerunt. Vnde de Conſtantino Principe Valachiæ in Inſignia illius ſcribendo dicitur,

Multa tibi hic pacis ſunt multa inſignia belli,
Sunt Conſtantino hæc digna trophæa Duci.
Quem dum Sarmatiæ iungit ſibi nobile robur,
Nulla manet noſtro vis metuenda ſolo.

Veridicus Philoſophorum Demonax, dum Athenienſes vidit barbarorum more & paganorum ludos gladiatorum inducere velle in vrbem, commotus intrametipſum exclamauit: Nolite, inquit, ô Ciues crudelitatem iſtam prius in vrbem veſtram admittere, quam miſericordiæ aram in vrbe hac venerationi expoſitam deſtruatis. Non enim conueniens eſt ferinam ibi permitti crudelitatem, vbi miſericordia pro Dea habetur. Non diſsimilis contemplatio fuit Illuſtriſsimorum Principum Valachiæ Mohylorum, dum frameas nudatas, earumq; acinatem crucibus ornarunt. Dicebant namque: Sunt iſti gladij non contra aras & ſpirituales, ſed pro illis, & contra hoſtes Chriſtianitatis. Familia perilluſtris in Gallia Corteiambæ ferunt pro inſigni duas frameas, vt in Regno Regis Chriſtianiſsimi, non alio principio & fine, quàm pro Deo Eccleſia & nomine Chriſtiano. Non alio etiam fine & vos defertis, & magis ſignificanter defertis arma veſtra. Nam dum in frameis veſtris exaraſtis iam crucem, perfeciſtis intentum veſtrum

non ſignatè ſolùm, ſed etiam exercito actu, non ſola intentione continuatis intentum, ne dum in præterito, ſed in præſenti, dum ex lumbis veſtris reſuſcitata per generationes poſteritas, faciunt experimentum vitæ in Tartaris, Turcis, & Machometanis.

ACCVMVLATA GLORIA.

SEneca dum gladiorum ante ſe obuerſaſſet gloriam & bonitatem propriam dicebat: Bonus & glorioſus eſt gladius, non cui deauratus eſt baltheus, nec cuius vagina gemmis diſtinguitur, ſed cui eſt ad ſecandum acies ſubtilis, & qui omne munimentum rumpit. Britonum verò Rex Arturus, tum accumulatam gloriam ſui gladij prædicabat, cum illo quadringentos & ſeptuaginta hoſtes occidit, *vt Segebert. in Chron. refert.* Video etiam accumulatam gloriam gladij ex perſonis & ingentis gloriæ viris. Gitcorum Rex gladium ſine dubio præſtantis operis dono contulerat Alexandro Magno, quo ille in omnibus prælijs vſus fuerat, illumq́; multoties publicè laudauit, *vt Plut. in vita Alexandri.* Satis accumulatam habere gloriam tantorum virorum gladij. Sed dum in arma veſtra oculos flecto, ſuperat quamq́ue accumulatam gloriam. Ornant namq́; gladios veſtros ſtella, luna, annulus, & inſigne Principatus Valachici. Ornant gladios veſtros, dum Principes terrarum Moldauiæ, Valachiæ, & digniſsimi Nobiles Regni Poloniæ atq; indigenæ adſcripti permanetis. Ornant, quia Chriſtianitatis oppreſsæ à Turcis & Tartaris, veri patroni & parentes fuiſtis. Ornant, quia tot victoriarum de hoſte Biſurmanico ad Cecoram de Michailo Woda, & rebellibus ad Stepanowce, triumphatores perpetui exſtitiſtis. Ornant, quia Regi & Regno Pol. fideles ſemper & obſequentes voſmetipſos exhibuiſtis. Refert in Symbolis Petra Santa Laurentium Medices Hetruriæ M. Ducem aſſumpſiſſe in Symbolum annulum aureum cum adamante, ac ternis plumis ſtrutij, alba, viridi, rubea, cui appoſuit lemna: SEMPER. Erat ſenſus, Propono ſemper prodeſſe honeſto & decoro Patriæ vt floreat fide, ſpe, charitate.

Non aliud deſiderium Principum Moldauiæ & Valachiæ fuit. Deſiderabant à tempore quo nobilium ordini & dignitati Poloniæ adſcripti, ſemper prodeſſe, nunquam obeſſe. Nam quos ſibi Tyrannus Vaſallos & tributarios fecerat, illos eo ipſo in nomen Chriſtianitatis & confideles, inclinatioris ſemper & maioris affectus conſtituit. Quapropter gladios veſtros cruce fidelitatis munitos corona adorno, lauro & palmis complico, vt accumulatæ gloriæ, accumulatiſsimam reportetis. Manet namq́; Echo fidelitatis veſtræ.

Vre meum potius flamma caput, & pete ferro
Corpus, & intorto verbere terga ſeca.

LINEA

LINEA FAMILIÆ MOHILORVM.

MVtius, hic ex Romano Imperio primus in Græcorum imperium bellando deuenit, cuius poſt modum poſteritas in Tranſſyluania, Moldauia, & Dacia conſedit. Et quia Mutiorum familia Romæ quæ fuerat norma amantium patriæ M. Sceuola, in Teſſeram gentilitiorum duas clauas Herculeas defert, ſicut tradidit & Petra Santa in Teſſeris gentilitiis: ilic tanquam alterius gentis incola, ne clauis videatur antecedere gentē, ad ipſorū conſuetudinē clauas in frameas conuertit, & pro gentilitiis recepit. Extāt tantæ origini literæ in pargameno Italico idiomate conſcriptæ in Archiuo Illuſtriſſimi Ducis Samuelis Korecki, qui filiam Hieremiæ Mobylá Palatini Valachiæ in conſortem tenuit. Hoc etiam ipſa Rom: familia affirmat. Mobylá, cognomen nobilitatis acquiſitum in Beſſarabia vel Dacia, vbi Sclauonicæ linguæ vſus manet, ſignificat autem Mobylá cipum ſub quo occiſorum hoſtium vel bellatorum cadauera conduntur. Et quia deſcendens ex familia Mutiorum magnæ & ſuprema Martis tentando plurimos patriæ hoſtes gladio demetierat, atq; ſua virtute bellica tumulis hoſtium ripas Danubij repleuerat, cognomen Mobylá accepit. Ioannes Mobylá hic nominis ſui gloriam in Hungaria ita plurimum belli moderamine dilatauerat, & Huniadis familiæ amor & decor extiterat, vt filiam Deſpotij in coniugem ipſi obtulerit. Hic vtriuſq; Valachiæ fuit Adminiſtrator perpetuus ſub Alexandro Principe Valachiæ, cui etiam ex Deſpotiis coniūx fuerat, nam debilitate oculorum & corporis conſumebatur. Reliquit hos filios. Hieremias primus filius Palatinus Valachiæ. Hic tantum declarabat in Regnum Poloniæ affectum, vt etiam mori pro Regno non denegarit. Ob cuius maiorem declarationem, indigenatum petijt & inter nobiles Regni cōputari voluit, quem ad ſua nobilitatis arma Ioannes Zamoyſki Supremus Cancellarius & Exercituum Regni Dux, & Philippus Padnieuſki Epiſcopus Craconien. & Dux Seueriæ admiſerunt. Demum vt effunderet animi ſui candorem, filias ſuas omnes magnis nobilibus & primatibus Ruſſiæ & Regni in matrimonij vinculum, opulentiſſime conceſſit. Verùm ne verbis ipſis tanta res propoſiti cenſuram teneret, in medium liceat priuilegium hoc adducere.

IN NOMINE DOMINI, AMEN.

SIGISMVNDVS III. Dei Gratia Rex Poloniæ &c. Ad perpetuam futurorum temporum memoriam, ſignificamus præſentibus literis noſtris quibus intereſt vniuerſis. Cùm proximè præteritis annis Moldauia quam Valachiam vulgò dicunt, iniquiſſimo peregrini hominis oppreſſa dominatu, & domeſticis ac externis malis miſere laboraret, & de ſtatu protinùs deiecta in extremo pene diſcrimine verſaretur, neq; verò nos, aut illius Prouinciæ pericula negligenda, aut tot hominum ſalutem deſerendam æquum putaremus, atq; adeò feliciſſimis auſpicijs adducto in eam noſtro exercitu ſumma prudētia ac animi magnitudine præclara Illuſtris ac Magnifici Ioannis de Zamoſcie

Regni noſtri Cancellarij atq; Copiarum ſupremi Ducis, eam ab extremo interitu vindicaſſemus, ſaluamq; conſeruaſſemus: authoritate noſtra, ipſisq; Moldauiæ incolis petentibus & volentibus à ſupra nominato ſupremo Duce noſtro exercitus, Præfectus illi fuit Magnificus Hieremias Mohylá, vetuſtiſſima ſplendidiſſimaq; familia ac geſtis maximis, honoribus percelebri, ibidem natus, ac iure quoq; nobilitatis ciuitateq; iam pridem in Regno noſtro ob ſpectatam in eo virtutem donatus, ita quod iam antea ratum & gratum habuimus, poſſeſſionem ipſius Palatinatus & ius, peculiari quoq; diplomate noſtro confirmandum ratificandumq; duximus, atq; hoc præſenti confirmamus & ratificamus. Habebitq; & tenebit eum Palatinatum Moldauiæ prædictus Magnificus Mohylá ad extrema vitæ ſuæ tempora, & poſt mortem eius liberos ipſius maſculos ad eandem Palatinatus dignitatem promouebimus. Prouincia ipſa Moldauia cum ſuis territorijs in limitibus ſuis manere & conſeruari debet, legibusq; & inſtitutis priſtinis regetur & adminiſtrabitur, vectigalia illius Prouinciæ adminiſtrabuntur, diſpenſabuntur, & erogabuntur à Palatino, inprimis ad vtilitatem publicam & ſtatum illius Prouinciæ & ſecuritatem tuendam & conſeruandam. Iudicia etiam ad normam in illa receptam & vſitatam tractabuntur, vſum religionis Græcæ liberum intactumq; habere debent. Dignitates & officia Palatinatus benè meritis diſtribuet. Monetæ etiam cudendæ illi facultatem cõcedimus, ad inſtar monetæ Polonicæ, vt æquè ſit proba, & æqualis grano, pondere, & numero numiſmatum, vt in Polonia cæterisq; dominijs noſtris recipi poſſit. Vt illa prouincia ab hoſtibus ſecura ſit & tranquillitate ac pace fruatur curabimus, Amicitiam & pacem inter nos ac Sereniſſimum Turcarum Imperatorem, is idem Palatinus & poſteri eius curabunt & propagabunt, tutumq; ac ſecurum tranſitum vltro citroq; in Turciam Legatis Nuntiis noſtris, ac mercatoribus Regni & dominiorum noſtrorum præſtabunt. Conditiones etiam reliquas dum ab Illuſtri & Magnif: Ioanne de Zamoſcie Cancell: & Generali exercituum Regni noſtri, Palatinus Moldauiæ auctoritate noſtra conſtituetur, pactas & iuratas ipſe ac eius poſteri præſtabunt & explebunt. Quibus præſentibus literis noſtris nihil derogatum volumus, in cuius rei fidem præſentes manu noſtra ſubſcripſimus, ſigilloq; Regni conſignari mandauimus. Datum Varſauiæ, die vigeſima quinta Menſis Martij. Anno Dñi. Milleſimo Quingenteſimo Nonageſimo ſeptimo, Regnorum noſtrorum Poloniæ decimo, Sueciæ quarto.

Sigiſmundus Rex. Laurentius Gębicki Secret: Maior.

His ex priuilegiis, & genus & officium, affectus atq; merita in Regnum, luce clarius Ieremiæ Mohylæ demonſtrantur. Habuit in coniugem ex Palatinatu Tranſſiluaniæ filiam ex Senatoribus primi de familia Ciamartorum Elizabetham, ex qua ſuſcepit filios & filias, erant arma nobilitatis ipſius duæ lunæ medie iunctæ ad inuicem extremitatibus concauitatum, & ſupra eas crux non tangens lunas. Habent quandam conformitatem ad arma Oſtoia. Georgius alter filius Ioannis qui ad dignitatem nobilitatis Polonæ 1596. receptus fuit. Et cum vitam ſpiritualem ritus Græci elegiſſet, Metropolita Terrarum Moldauiæ electus & confirmatus. Hic, dum correctio Calendarij in Romana Eccleſia recepta, approbata & promulgata in Chriſtianitate fuit, particulare priuilegiũ vt Catholici in Valachia exiſtentes iuxta antiquum Calendarium feſta celebrent, & hos


ob tra-

ob tranquilliorem vitam inter Græcos à Sede Romana obtinuit. Extant literæ Cardinalium Eminentiſſimorum amicabiles ad ipſum in Mobylorum archiuo. Semianus ſiue Simeon, vt in Conſtitutionibus Regni indigenatus illius vocatur, Supremus Exercituum vtriuſq; Moldauiæ fuit. Demum ob heroicum robur in bello, & ſplendida facta in caſtris & Palatinatu Valachico, a Multanis & Othomanica poteſtate, in Palatinum Multanorum ſeu Beſſarabiæ creatus & conſtitutus fuit. Portabat plenũ affectum in Regem & Rempub: & mediis conuenientibus id declarabat. Reliquit filios & nobiles Regno. Conſtantinus filius primus Hieremiæ, quem Regia manus per Ioannem Potocki Generalem Podoliæ & Capitaneũ Camenecenſem fuſis viginti quinque millibus hoſtium ad Stepanowce, in Palatinum Moldauiæ deduxit & conſtituit. Alexander alter filius, & iſte ſucceſſerat in dominium Moldauicum, multa conſtantia contra rebelliſantes pugnando. Bochdanus tertius filius, qui in curia Othomanica obſequia reddendo, ibidem occubuit. Filiæ verò Hieremiæ fuerant Regina Michaëlis Ducis in Viſniowiec Korybuth conſors. Ex hac ſupereſt filius Hieremias in Repub: ornatiſſimus & fideliſſimus ciuis, in caſtris verò perpetuus & maximus miles, ſupereſt & filia cum ſpecioſitate formæ virtutum ſpecimine lucens, Capitanei Lublinenſis coniunx. Maria altera filia flos virginum ob pulchritudinis venuſtatem, decor matronarum ob morum grauitatem, erat primò matrimonij fœdere iuncta Stephano Potocki, Palatino Braclauien: Generali Podoliæ, Notario Exercituum Regni Zelinen: Camenecen: Laticouien: Litinen: Præfecto, & reliquit in ornamentum patriæ filios & filias. Secundo matrimonio fuit conſors Nicolai Fierley Palatini Sendomirien: Lublinen: Caſimirien: &c. Præfecti. Hæc vna cum ſorore germana, Anna Caſtellani Sieradien: conſorte Viennam deſcenderat, vt in Comitatu Sereniſſimæ Reginæ Ceciliæ Renatæ Vladiſlai IV. ad Regnum Poloniæ, fieret iurata & ſinceriſſima ductrix. Filiæ illius ſunt Radziuilij Succamerarij Supremi M. D. Lit: coniunx, & altera Notarij Campeſtris Boguſlauien: &c. Præfect. Filios ſub armis Pilaua conſiderabis. Catharina quam ipſe maritus moribus grauem, virtutibus inſignem declarauit. Erat namq; conſors illius bellicoſſimi Ducis Samuelis Korecki, cuius res & Triumphi æternitate vigent, reliquerat filiam Leſczinſcij coniugem. Anna vltima filia Hieremiæ Maximiliani Przerębſcij ante Caſtellani Sieradien: tum Palat: Lencicien. Moſticẽ: Medicen Litinen. &c. Præfecti conſors, reliquerat filios duos ſed maiorem inuida mors vigeſimum tangentem annum eripuit, remanet magnæ expectationis filius Carolus Sigiſmundus. Poſtmodum erat Ianuſij Czarnkowſki Comitis de Slupa Caſtellani & Præfecti Drahimen. conſors. In illius curia dum vice quadam Nuntius Apoſtolicus in Regno, nunc Cardinalis Eminentiſſimus Santa Crucius fuiſſet, retulit Illuſtriſſimo quod fra-

mea

neæ iſtæ in crucē diſpoſitæ in Dacia, quæ pro inſigni reperiuntur deſcendat à clauis Herculeis Romanis Mutiorum familiæ, vnus enim illorum illinc deſcenderat & hanc commutationem armorum fecerat. Michaël filius primus Simeonis Palatinus Multanorum. Gabriel alter filius etiam Palatinus Multanorum, eius corpus ſepultum in Szoczawa. Petrus 3. filius Archimandrita Piecarienſis, Metropolita Ruthenorum Kiiouien. Halicien. Schiſmaticorum, reformauit Eccl. S. Sophiæ & clerum aliquatenus in moribus. Ioannes 4. filius, qui totam vitam ſuam militaribus trophæis in Hungaria obligauit & cōmiſit: Creſcit virtus in immenſum dum pro Chriſti nomine prompte defertur. Moyſes vltimus filius. Hic vicibus alternis Palatinus Moldauiæ denunciatus, dum ſedem occupat, inconſtanti Senatorum iudicio turbatus, depoſuit cum ſummo detrimento propriæ ſubſtantiæ regimen & Palatinatum, manet in Ruſſiæ Palatinatu hæres in Wielkooczy, nobili Polonorum libertate tantum gaudens ob ſecuritatem vitæ, quantum ob dominium leui de cauſa variabili Valachicum non gauderet.

MOGIŁA ſeu TVMVLVS.



DELINEATIO.

EST Tumulus hominis bello ſtrenui & Chriſtiano nomine inſigniti. Tumulus eſt in formam quadrangularem, Cruces ponuntur ſingulæ in medio frontis, & in medio laterum.

ORIGO.

QVia indefeſſo & vero militi nulla cogitatio & propoſitum eſt, niſi vel vincere, vel mori, immò potiùs mori, quam aliquando vinci: ideò ſic ſtrenuè dimicanti militi, ſepulchrum ornatum crucibus, vt potè multis vitæ periculis in bello expoſito, pro inſigni & gentilicio conceſſum à Ducibus Samogitarum fuit.

IMPAVIDVS MILES.

Impauidus miles.

QVàm meritò ſoli attribuitur ſplendor, ita Caluariæ & tumulus victorum, venit ad ſcribendum, IMPAVIDVS MILES. Sunt namq; tria quæ mihi ſubminiſtrant calcar ad tantum titulum adiudicandum vtentibus tali ſtemmate. Primum eſt, quod impauidus

animus

animus militis innitatur & animetur morte. Lego in Symbol: Iulij Gul. Zincgrefij, duas columnas in quarum vna affixæ fuerunt tres coronæ regiæ ſplendentes, in altera verò ſecures cum faſcijs, quibus additum fuerat ſiographe: NITITVR HIS REGNVM. Subintelligebat PŒNA ET PRÆMIO. Simile quid de milite coniectura forti dicendum. Sunt namque milites, qui animi fortitudinem concitant & ſubleuant coronis & præmio. Sed tales plerumque vitæ periculum non amant. Sunt verò milites, qui non præmio, ſed ipſa laudis morte ad belli congreſſum excitantur, & hi impauidè pugnant. Quapropter his cùm mors & tumulus gloriæ ſint, ſubducendum literis venit HIS NITVNTVR AD PVGNAM. Secundum eſt, quod me ad tantum titulum dandum mouet, quia aliqui Caluariæ hominis ſubſcripſerunt TE NVNQVAM TIMVI. Hæc namq; maſcula & regia vox, ipſis ſtrenuis militibus, victoribus & triumphatoribus conuenit. Non enim timent mortem, ſed ſperant vitam. Nam ſicut Crocodilus ſolùm fugientem perſequitur & ea dentibus eſt atrox, ita mors timentibus bellum eſt ſæua, non timentibus eſt læta. Eduardus Anglorum Rex, cùm è Galliæ carcere euaſiſſet, tantum ardorem in hoſtem ille carcer in eo conciliauit, vt totis viribus memoria carceris pugnando, victor hoſti legem dediſſet. Ingeminabat namq; continua memoria & mente HINC FORTIVS IBO. ſcilicet è carcere in pugnam & inimicitias. Ita ſtrenui milites ob imminentem glorioſam mortem, fortius pugnant & pectus pectori offerunt. Tertium autem me mouens, ſunt ſplendentes ad cippum cruces, quæ non niſi Chriſtianum virum oſtendunt, & victoriis præclarum demonſtrant; Crux namq; noſtra victoria eſt, illius patibulum noſter triumphus; qui aurata capitolia non timent, crucem timent; qui contemnunt ſceptra regalia & purpuram Cæſarum, paupertatem Chriſtianam & ieiunia pertimeſcunt. Eſt crux animarum noſtrarum baculus, tuta ſedes & vita: *Orig. de Crucis potentia hom:* 8. Meritò igitur ob tam triumphales cruces quæ oleum & propitiationē præbent tali vos ornabo titulo. IMPAVIDVS MILES.

Miles animatur morte. *Columna cum coronis & securibus.* *Nititur regnum quo.* *Miles concitatur ad pugnam duobus.* *Caluaria.* *Te nunquam timui.* *Crocodilus fugientem perſequitur.* *E carcere fortius pugnat.* *Crucis potentia.*

LINEA FAMILIÆ ARMORVM MOGIŁA.

Bielevicij *in Samogitia, Viri vt genere, ita actibus heroicis eximij, atq; literarum amatores. Ioannes Bielewicz vir iudicij maturi & conſilio grauis, multoties Commiſſarius Conſtitutionibus Regni denuntiatus. Inter Samogitiam & Pruſſiam, & diſtrictum Grodnenſem limites conſtituebat, & inter ſyluas Roſienſes, Geiſſewſcen. & cætera Samogitiæ bona, ex Conſtitut: Regni* 1613. *fol.* 46. *Honoratus Titulo Cinonij Szyudonſcen. Georgium Bielewicz, eadem Conſtit: ibidem.* *Bielewicz.*

Stankieuicij *qui propriè ſunt Bieleuicij, ex his Bielewicz Stankiewicz* *Sankiewicz.*

 fuit

ſuit Succam: Samogitiæ, qui reliquit filios bello & ſcientia claros, vt Papr: in ſtemm: fol: 679. Ioannes Nicolaus Stankiewicz, Notarius Samogitiæ & Andreas Carolus Stankiewicz ſubſcripſerunt ex Samogitia electionem Vladiſ. IV. Regis.

Soluch. Soluchouij. *Bello & Caſtris clari, Euſtachius Rothmag: contra Moſchos ſub Romano Sanguſko militiæ Præfecto & Duce. Anno* 1567. *commiſſo prælio cum Moſchis duces eorum Iozephum Szczebaty, Georgium Boratinſki, & Mienſincum in captiuitatem deduxerunt.* Paproc: in ſtemm: fol. 647.

Bichowſki. Bichowſcij. *in Trocen: Palat. Vt ſtrenuas naturas ita & ſtrenuos duces & prouinciarum tutores Deus excitat. Nullus tamen inter dignos adſcribitur, niſi exercitia in caſtris & virtutis honeſtatem domi & in negotiis patriæ de ſe probatam factis declarauerit.*

M O R A.



DELINEATIO.

Caput Mauri. EST caput hominis nigrum ad brachia tenus, Mauri faciem repræſentans, ad dextram os apertum gerit, caput ligatum alba faſcia prominenti ad tergum retinet. Super coronam ſunt pennæ tres Strutij: Campus eſt rubeus, intellige caput eſſe Æthiopis.

O R I G O.

ANtiqua eſſe arma multi hiſtoricorum commenſtrant. Alceus Tuſculorum Rex, & Moſcus Moſcorum, Aſiæ & Europæ Dux Mauri capite in corona pro inſigni vtebantur, vt in Cathal. annorum & Principum Valer. Anſelm: Ryd. refert. Antea quidem capite hominis coloris non Æthiopi illi Reges vtebãtur, ſed quia occiderat fraude illius gentis Regem, nigro Æthiopis capite vti pro inſigni cœpit. *Paproc: in horto regali.* Sylicia verò hominis capite vtitur, ſed coloris albi, vt authoris gloriæ mundi refert. In Regno autem Poloniæ antiqua arma ſunt Caput hominis nigrum, nam Venantius homo externus dum in Epiſcopatum Vloclauienſem ſucceſsit, Anno 1034. hæc arma intulit, vt Cathalogus refert. & *Bielſcius fol.* 75. Alij ita originem aſſirmant. In re-

In Regno Portugaliæ dum militia clarus Polonus Regi obſequia detulit, inchoatum prælium inter Regulos vicinos & Regem Portugaliæ, congregato adinuicem exercitu, duello vt pugnent inter ſe per viros conueniunt, & qui victor eſſet, eius dominus ſit hoſtium poſſeſſor. Rex igitur probatum militem Polonum expoſuit, pars aduerſa Maurum, quem cùm duello Polonus deuicit, & ſaucio vulneribus caput amputauit, tale inſigne in præmium obtinuit. *Paproc: in ſtem: fol.* 565. Eſt igitur caput obuolutum faſcia, in qua detulerat ad Regem Portugaliæ caput deuicti, inſigne prædictum. At communiter cùm Venantio initia aſſumpſiſſe ſcriptores referunt, cuius frater aut nepos indigena Regni adſcriptus fuit, atq; ex illo familia vſq; in præſens in Regno propagatur.

INDECORVM, DECORVM.

Res nigro notata lapillo, faſtidioſa eſt. Inde coloris atri res infortunij & indecoris nota. Et ſi Æthyopis nigredo obuenerit, augurij ingrati ſignum erit. Vndè Hadrianus Cæſar ex Mauri occurſu, futuram mortem imaginatus. Bruto etiam & Caſsio prodituris in aciem obuius Æthiops, calamitates præſignauit. Nam fœdiſsime & cruento bello atq; inteſtinæ clade ita conflictati ſunt, vt ambo vno prælio conciderent. *Alex. ab Alexand: lib. 5. cap. 13.* Vndè Alciatus Embl. 59.

Nigra, ominis peſſimi.

Abluis Æthyopem quid fruſtra? ah deſine: noctis
Illuſtrare nigræ nemo poteſt tenebras.

Sed licet Pardus nunquam deponat pellis maculas & nigredinem Æthiops, at tamen vt pellis Pardi à ſtrenuo milite in quoddam militare decus adſcitur, ita & color Æthiopis in inſigne nobilium decoris gratia appropriatur, & quod erat horrendum & indecorum, fit venuſtum & decorum. Pythagoras fauet huic intento in ſuis ſymbolis, vbi non prohibet caput nigrum, ſed caudam nigram. Inquit enim: Ne deguſtaris ex ijs quibus eſt nigra cauda. Aliqui intelligunt ſermonem eſſe de piſcibus Melanuro & Mugile, ſed quia doctrinalis ſermo eſt Pythagoræ, de capite hoc eſt intentione, & de cauda hoc eſt fine intelligendum venit. Vndè iam caput nigrum habet ſuum decorum, cauda verò ſemper indecorum. Quocirca & Iuuenalis Satyr 13.

Non guſtandum quod habet nigram caudam.

Mobilis & varia certè eſt natura malorum
Cùm ſcelus admittunt, ſupereſt conſtantia quid fas
Quidue nefas, tandem incipiunt ſentire peractis
Criminibus, tamen ad mores natura recurrit
Damnatos, frugi & mutari neſcia, nam quis
Peccandi finem poſuit ſibi? quando recepit
Eiectum ſemel attrita de fronte pudorem.

Arma intuenti, offert ſuum decorem non dentes albos, ſed faſciam, ſed pennas, ſed campum, ſed coronam. Et ſicut tenebras explodit ſolis lumen, ita hæc enumerata obliterant totam nigredinem, & arma corruſcantia faciunt. Exprimunt namque felicitatem, faſcia, virtutem, auro, auctoritatem, pennis; ſcientiam militarem ſanguine: Quapropter potentiſsimi Reges & Principes, caput Æthiopis licet nigrum non tamen vitati fuerunt, vt atrum & infælix, ſed amplectebantur vt honeſtum & decorum, quod etiam corona aurea & regia, vt in Origine diximus, adornare non fuerunt dedignati. Sed vt in æuum tanto titulo ſuperbiæ & gaudere valeatis, id quod Æthiopis laudabile & honorificum fuerat, toto ſtudio parentate. Æthiopes olim pij fuerunt, & omnes ad conuiuia ſua Iouem cum dijs omnibus inuitabant, eorum familiaritates & commertia cum dijs erant, *vt Pier. ex Homero lib. 26. cap. 19. adnotauit.* Qui igitur armis Æthiopis vtimini, vt decorum veſtrum non aſpernetur aduerſitate indecora, morem antiquum Æthiopum obſeruare & colere pleno affectu ſatagite. Nam hoc argumento mutato:

Nullus poſt hoc admiretur ſi videat
Delphinos cum feris mutare paſcua
Marina: & maris argutos fluctus beſtiis
Gratiores continente fieri: delphinis
autem placere montes.

LINEA FAMILIÆ ARMORVM MORA.

V*Enantius Epiſcopus Vladislauien. moribus & genere nobilis, cui ſucceſſit Andreas, natione vt ex armorum cognomine deducitur, Italus. Aſſumpt:* 1034. *vixit in Epiſcopatu* 21. *obijt* 1055. Dlugoſſ. & Bielſc. ſub eodem Anno.

Nietiſzkowſki. Nietiſcouij, *in Maſouia, in terra Varſauienſi morum dexteritate & officio in patriam ſingulari, Nicolaus, Theophilus, & Marcianus Nietxa Electionem Vladiſ. IV. Regis ſubſcripſerunt.*

Mieſzkowſki. Mieſzkowſcij, *in Zakrocimenſi terra. Recta meditando in virtutem contendunt.*


Slawſki. Slawſcij, *Adhibitam educationem eximiis actibus, in laudem deueniunt.*

Szorcz. Szorczouij, *Prudenti iudicio palmam domui conſeruant.*

Grzymalá. Grzymalouij, *Vigilanti animo caſtra militaria obſeruare nituntur.*

Kozub. Kozubouij, *Exhibent dignis moribus collaudari à multis.*

MVR ſeu MVRVS.



DELINEATIO.

EſT medium Parmæ ſupernè vacuũ, infernè eſt murus ex ſeptem ordinibus lapidum quadratorum conſtructus, ſed ſupremi duo ordines ad modum graduum eriguntur, ita quod medium ſit planum & vacuum. Supra coronam verò qua adornatur Parma, eſt vexillum latum extentum, verſus leuam directum & inclinatum.

ORIGO.

EX Luſatiæ partibus in Regnum per quendã ex Langrauiis Luſatiæ introducta. Quorum poſtmodum merita qua æſtimatione haberent Principes & Sereniſſ. Reges, ex illorum Titulis, promotione & occupatione; facilè perſuaſus manebis. Et Conſtit: refert Anni 1591.

PRÆSIDIVM INEXPVGNABILE.

VArijs diuerſiſq; mediis inexpugnabile præſidium erigitur & permanet. Primò, Arte. Dum artificioſa manus & genium induſtrium, arcem in præſidium Regni & militum format; parietes, vallos, riuos, aggeres, turres, cuniculos, colligunt globos, lapides, aquas, inexpugnabile præſidium eſſe videtur, ſed tamen difficile vt quod manus conſtruxit, manus non diſſoluat. Gediminus ſatis munitum præſidium contra Cruciferos in Samogitia Vielunæ extruxerat, quod inexpugnabile dum hoſtis conſpexit, ex oppoſito duo præſidia fundarunt Fridburgum & Beierum, & eo modo arx & Gediminus perierunt. *Strikou. lib. 11. ad finem.* Fit etiam inexpugnabile præſidium ob naturam, puta locum & ſitũ arcis naturaliter munitum. Sed ſi aurum transferri poteſt per muros & portas, fit ſæpius inexpugnabile expugnabile: vnum eſt medium quo Athenienſes firmabant dominium inexpugnabile, dum ſcilicet toto pectore & inexpugnabili, vir viro, pes pedi, ſcutum ſcuto, gladius gladio, galea galeæ intrepidè adſtabant. Hi namq; pro patria occumbere parati, cuilibet lethiferam mittebant ſagittam & telum. Arma hæc murus ſine porta, qui

 nil

nil aliud innuit, quàm hoſti nullus patet aditus, vexillum deſuper extentum parumper eleuatum, quaſi dicat, SVRGO INPVGNAM. Nil aliud ſunt, quàm præſidium pacis bellique tempore. Conſultant tempore pacis domini horum armorum, ne bellum fiat, tempore belli, vt pax fiat. Quondam Romani per legatos cuidam bellum ipſis tentanti, ſinum aperuerunt dicentes: offerimus vobis & bellum & pacem, ſumite quod libet. Ita hæc arma muro pacem, vexillo bellico pugnam dicunt, ſed contra hoſtem, non Regem: dominia aduerſa, non patriam. Docent, non ſumere munera Regia ab eo, qui animum inimicum declarauit in patriam & regnum.

LINEA HORVM ARMORVM.

Konopacki. *Nicolaus à Konopat vixit Anno 1350. qui fuit agnatus Ioannis Archiepiſcopi Gneſnen. cognominati Suchowilk, à quo fuit conſtitutus Præfectus in Kamienſi territorio, ibidemq́ militum legioni præpoſitus. Laurentius à Konopat vixit Anno. 1440. qui erat Iudex Terræ Sadecenſis. Matthias à Konopat vixit Anno. 1471. Quem Prior Culmen. Ordinis Prædicatorum ſuſcepit in fraternitatem B. Mariæ, & Generoſam coniugem eius Elizabetam. Idem Matthias Anno 1495. feria ſexta ante feſtum S. Lucæ poſt mortem Gabrielis Keſſowſki, à Ioanne Alberto Vexilifero Pomeraniæ, poſtea promouetur in Succamer. Culmen. poſt mortem Generoſi Prouerſe Habert, Craconiæ data promotionis iſtius feria ſexta ante Dominicam Reminiſcere Anno 1498. Ioannes à Konopat Theſaurarius Pruſſiæ, deinde Præpoſitus Mergenburgenſis, poſtea Epiſcopus Culmenſis Anno 1510. Georgius à Konopat ab Alexandro Rege donatur bonis Lipno, quæ ipſi permittit eximere de manibus Nicolai Kaſſlikowſki Anno 1499. Poſtea idem Georgius à Rege Sigiſm. promouetur in Caſtellanum Gedanen, poſt promotionem Generoſi Ludouici à Mortangen. ad Caſtellanatum Elbingen. Vilnæ feria tertia poſt Dominicam Lætare Anno 1516. Idem Georgius promouetur per eundem Regem Sigiſmun. ex Caſtellanatu Gedanen. in Palatinum Pomeraniæ, poſt obitum Nicolai Szpot de Cracow, Anno 1518. Craconiæ die S. Petri ad vincula. Poſtea alter Georgius filius prædicti Palatini, pater verò moderni mortui Stanislai à Sigiſmundo Rege creatur Caſtellanus Gedanen. primo. deinde à Sigiſmundo Auguſto promouetur in Caſtellanum Culmen. Sunt plures alij dignitarij & officiales, qui modo hic non nominantur, eorum autem qui nominati ſunt extant Priuilegia. Alia antiquiora Priuilegia Illuſtrium Virorum, vbi probari poterat à Langrauiis Lubatiæ inferioris deriuatam eſſe hanc familiam iniuria temporis ac maleuolentia quorundā deperdita ſunt, recuperāda tamen ex Archiuo imperiali ſuo tempore. Modernis verò temporibus multarum dignitatū vir*

Matthi-

Matthias à Konopat Palat. Culmen. poſt modum Epiſc. Culmen. orthodoxæ religionis promotor & propugnator feruentiſſimus. Reliquit filium digniſſimum patriæ Ioan:Carolum qui ſe totum virtuti, Religioni, pietati reddidit & conſecrauit, Abbatem Vachocenſem, inde à Sereniſſ. Vladisl. IV. Rege promotum in Abbatem Tinecen. Clarus ille Natalibus; virtute tamen clariſſimus, dignus ab omnibus acclamatur magna ſua virtute, ſumma quæuis promereri, ac Infula Pontificali coronari, vt ſe murum pro Eccleſia Dei contra perfidos illius hoſtes apponat, ſicut ſe opponit pro Ordinibus Religioſorum, & Iacobum Vexilliferum Pomeraniæ digniſſimum, qui egregijs ſuis factis nomen auctum familiæ ſuæ exornat, magna ſua virtute in Reipub. maximos honores promeretur, pro qua ſe toties murum validum oppoſuit.

MVRDELIO.



DELINEATIO.

EST media Luna cornibus ſurſum verſa, intra quam eſt crux lata, infra illam eſt ſtella, ſupra coronam eſt medium Griff cum alijs extenſis & pedibus, linguam è roſtro exerit. Campus eſt ſanguineus, Luna cum cruce aurea.

ORIGO.

EX Croatia in Regnum introducta fuerunt Vladiſlao Iagelonide Polon. & Vngariæ Rege ſceptra gubernante, per ſtrenuum & magnæ experientiæ in rebus bellicis virum, qui gloria & fama victoriarum cum Cruciferis Regiarum permotus in Poloniam tranſierat, Georgius Murdelio appellatus. Huic Sereniſſ. Rex ad Confinia Sileſiæ prouidit neceſſaria vitæ ex Mlodaſyno bonis.

LVCENTE CÆLO BEATI.

Lucente cælo beatus.

LVna cum ſit æmula ſolis, licet aliquando lux ſua intercipiatur, ceſſante eclipſi & interceptione, apparet quod clarior euaderet. Ita piorum obitus, ſit licet obitus, eſt tamen tranſlatio in vitam *Obitus pij.*

fœliciſ-

fælicißimam. Redditur enim illis vita, non tranſiens, nec terminata aliquo æuo, ſed æterna; indeficiens, radians, lucens & ſplendens. Lucente namq; in eis cælo interiori in via, lucere etiam illis ſolem ſuper excedentem Chriſtum conuenit de congruo in patria. Ferdinandus Gonzaga dum ſolem in Symbolum aſſumpſerat, appoſuit thema. NON MVTVATA LVCE. Duo in hoc lemmate & ſole obſeruabat, vnum quod ſol lucet non mutuata luce ab alio, ſicut luna & ſtellæ lucent; alterum, quod lumen animi ſit ex proprio. Nam licet ſit ex gratia præueniente & concomicante, non tamen eſt ſine libero arbitrio noſtro auxilia liberè ſuſcipiente & viribus operante. Dicit namq; Sacer Euan. textus. *Sic luceat lux veſtra. Et qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum.* Dum igitur arma veſtra conſidero, quis lunam & ſtellam non dicet lumina cæli: quis ſolem in qua ſalus noſtra operata fuit & ex qua beatitudo noſtra profluxit non aſſeret? Lucente igitur cælo in vobis interiori, & extra vos gratia exteriori beati permanetis. Et ne ſolùm beati in actu ſignato, ſed etiam in actu exercito poſt vitam mortalem colletamini, adnotate quod ſtellæ lucenti quidam ſubſcripſerit: *Requies hæc certa laborum.* Lunæ verò: *Acceptum communicat.* Soli autem ſubſcripſit: *Menſtratur in vndis.* In ſymbol. Salom: Neugebau. Hæc igitur vobis ſedula ſunt repetenda factis: Labor cir[ca] ſalutem propriam, nam dij laboribus omnia vendunt. Eleëmoſina, nam beatus eſt qui intelligit ſuper egenum & pauperem, Lachrymæ, nam cum nemo ſit ſine peccato, nemo quoq; tranſire debet horam ſine Pœnitentia & lachrymis. Ita ſolem videbitis in vndis & requiem ſuſcipietis laborum.

Non mutuata luce.

Beatitudo acquirenda quomodo.

Subſcriptio Soli, Lunæ, Stellæ.

FAMILIA ARM: MVRDELIO.

GEorgius Murdelio qui commotus fama tantorum triumphorum Caſimiri Iagelonidis de ſuis hoſtibus ex Croatia in regnum militaris gratiâ appulit. 1444. *Magnus bellator in Liuonia ad Neulum Apſelum & Liedenem, & in Moſchouia atq; Valachia, vbi in bello Buconiano cum Ioan: Albrachto pugnando fortiter obijt* 1497. Bielſc. fol. 382. & 486. *Reliquit filios quinq; viros bello & caſtris claros, ex quibus Gaſpar Rothmag. promeritus Præfecturam Smeltinen. & Adminiſtrationem Pouentſcen. habuit. Maximam enim induſtriam belli, eliberando Smeltinenſem arcem, & Moſchorum pauca manu mille fudendo & ſexaginta captiuando, commonſtrauit Anno* 1568. *ſub Ioanne Chodkieuic Samogit. Præfecto Generali.*

Mlodaſeij, *Succeſſores Murdelij, à bonis conceſſis ſibi à Caſimiro in confinibus Sileſiæ Mlodaſyno, ita nuncupati fuerunt.* Paproc: in ſtemm: fol. 573.

Mlodeſki.

NABRAM

NABRAM.

Cromerus fol. 498. libro 1. de Gente Polona Abram ſiue Waldorff vocauit.



DELINEATIO.

SVnt ſex Striphæ ſeu campi, tres coloris albi, tres coloris nigri, incipiunt ſcutum campi nigri, & finiunt albi. Super galeam & coronam tres pennæ delineantur Strutij, diſponuntur campi in rectam lineam perpendicularem.

ORIGO.

ALiqui ab armis Korczak, ſeu Wręby arma hæc deducũt, vnus namque militum, dum ex matrimonij fructus vnicam ſolum filiam recepiſſet, nec eam cuidam petenti in matrimonij conſortium voluit concedere, germanus frater in abſentia fratris, illam in ſtatu coniugij collocauit. Vt rediit Pater filiæ, concitatus ad iram, fratrem quod ſe patronum & tutorem viuente illo filiæ feciſſet, occidit, facta demùm cum relictis filijs pacis compoſitione, accepit in pœnam tranſuerſim arma Korczak nuncupata. Sed talis originis ratio fabulam magìs exprimit quàm veritatem. Arma namq; hæc nil retinent ex armis Korczak, ſi autem in pœnam fratricidij mutata fuerunt, aliquid de armis Korczak retinere debebant, ſicut in armis Pomian & Pobog videmus. Tum quia arma Korczak ex Vngaria allata in Ruſsiam, hæc verò acquiſita ſunt in Pruſsia. Tum quia nec proclama Korczak habet aliquam conuenientiam cum proclama Waldorff vel Nabrã, diuerſa igitur arma ſunt hæc, & in Pruſſia originem habuerunt primam, quam in Regno Pol. Auctor Gloriæ mundi, in Aragonia his armis inſigniri Reges & nobiles diminutè & excedenter demonſtrat.

CAMPVS MILITARIS.

IN Symbolùm Academiæ conformiter aſſumitur liber. In ſymbolum verò militaris nil appoſitum magis quàm campus. Quapropter in Academia Palatina expoſitus hæret ad ingreſſum Leo, qui librum apertum palmis repræſentat, cui ſubſcriptum manet: AD VITÆ DECVRSVM DISCENDVM. *Neugeber. Sal. in ſymb.* Chriſtianiſsimus verò Rex Franc: Hugo Capetus, vt clarè demonſtraret, quis & qualis labor deceat virum, &

virum non nomine & ſpecie, ſed re & dexteritate, efformauit brachium armatum, haſtam mediam & bello fractam repræſentantem. Medorum verò Reges id efformabant inter duo cornua cerui nimirum & vnicornis, Alcidis clauam exponendo. Parthi verò, in brachio allato acinatem adhibebant, quod in fulmen deſinebat. De quibus duobus in Teſſeris Gentilitijs Petra Santa, quæ quidem omnia non aliud inſtruendo efferunt, quàm Campum militarem. Arma veſtra ſatis apertè campum militarem repræſentant, ſcutum namq; quod ſex continet campos, nigros ſcilicet & albos, hoſtis repreſſam virtutem ignominioſe, & victoriam opportunam ſuorum perſuadent & legunt, quæ multoties pectore probaſtis; & quot ſunt ſtriphæ, tot victoriæ; quot nigræ, tot hoſtium clades, quot albæ, tot inuiolabilis lætitiæ notæ. Sed vnum vobis ad conſeruationem memoriæ æuiternæ adferam, Arturus, de quo ſupra dicebamus, Britanorum Rex, & magnus de Saxonibus, Scotis, & Pictauis triumphator, dum in bello vteretur galea cum imagine draconis, lancea ardua Rom. nuncupata, gladio Caliburno, ad ſcutum noluit aliud nomen vel imaginem apponere, niſi imaginem B. V. Mariæ Chriſtiparam: Ita vos, licet magnos triumpho, graues ordine equeſtri, maturos conſilio & authoritate conſpicimus & approbamus, in ſcutum tamen protectionis domus & conſeruationis familiæ, Matrem Ieſu Chriſti & Reginam mundi cum prole ipſius pia ſpecialiter vobis reddimus.

Semper honos nomenq; tuum laudesq; manebunt.
Spes mea, virgo pia, virgo ſacra, virgo Maria.

LINEA FAMILIÆ NABRAM.

ROſpertij, *in Pruſſia. Nobilem decet eſſe potentem opere, verbis, conſcientia, charitate, fide. Vndè remedium dat Boëtius:*

Qui ſe volet eſſe potentem,
Animos domet ille feroces,
Nec victa libidinis colla,
Fœdis ſubmittat habenis.
Etenim licet Indicat
Tellus tua iura tremiſcat,
Et ſeruiat vltima Thule,
Tamen atras pellere curas,
Miſeraſque fugare querelas
Non poſſe, potentia non eſt.

Choteccij, *in Lublinen. Pal. Magnæ prudentiæ domus, quæ inter alia otia & felicitatem cum diſhonore prouenientem aſpernatur. Hæc namq; tum ſanctos mores, tum foris & in bello ſtrenuitatem adimunt.*

Wuluanowſcij, *in Ruſſ. Sæpè ex turpibus cauſis magnorum & pulchrorum facinorum occaſiones naſcuntur.*

Brodel-

Brodelſcij, *in Præmiſl. terra. In militari ſtrenues, in rebus agendis cauti. Nam præſtat ex vano rumore ſe præparare aduerſus pericula, quam ex nimia ſecuritate & hoſtium contemptu imparatum ab ijs opprimi.*

Porębſcij, *in Oſuencimen. & Zatorien. diſtrictu. Et animo & fortitudine parati Reipub. & patriæ prodeſſe. Nam & hoſti inuadere volenti, ſi vltrò ipſe dux occurrat, & ſuis animos addit, & hoſti detrahit. Sunt hi alij ab illis qui ſunt poſiti ſub armis Kornicz.*

Rogowſcij, *in Crac: Pal: Morum integritate & nobilitate geſtorū commendati.*

Pieſzouij, *Procurare ornamenta domus decet equidem nobilem, ſed Deus hæc omnia & dat, & adimit.*

Iedlinſcij, *in Sieradien. Palatin. Et amicis & inimicis prudenter vtuntur. Nam qui hoſtis vehementer nocuit, ille idem amicus plurimum prodeſſe poteſt.*

Woliccij, *In Poſn. Pal. Celeres ingenio & fortitudine. Vbique celeritas in arduis nō leui penditur, nam & in caſtris plurimū adfert victoriæ & terret hoſtes.*

Sieroſzewſcij, *in Poſnan. Palat. Ornant virtutibus genus. Nobilitas enim ſine virtute, eſt ruina domus.* Vndè quidam

Sit tibi Francorum Rex & Regina parentes,
Et manet virtus pectore nulla tuo.
Non pluris faciam te, quam ſi ruſtica mater
Sit tibi & ignotus ruſticus ipſe parens.

N A Ł E C Z Primò.



DELINEATIO.

EST Vitta ſeu faſcia capitis, in modum ſpheræ efformata, extremitatibus ſuis apertè crucem delineans, coloris albi. Super galeam & coronam ſunt duo cornua cerui in gyrum diſpoſita, intra quorum medium ſunt tres pennæ Strutij, quas ſagitta à dextra in leuam ab alto tranſcurrit, vti pennæ ſagittæ ſint ſuperius telo. Ita delineauit *Bembus Soc: IESV, in Concione Adami Czarnkowſki Palat. Lencicien. & Generalis Maioris Pol.*

ORIGO.

POſteritas deſcendens ex femore Popieli Principis Pol. *vt Paproc. in 2. opere adnotauit.* in Pomerania ſorte diuiſionis Ducatum Slopenſem

 obtinue.

obtinuerat, atq; diuturno tempore rexerat, quæ pro inſigni Aquilam coloris nigri (vt ex ore nunc demortui Capitanei Drachimen: accepi) deferrebat. Cùm verò miſericordia Dei, fide ſacrata Polonia illuminatione Miecislai Principis remanſit, & plurimi ad ſacrum baptiſma currerent, acceſsit quoq; vnus è numero Ducum Slopenſium, qui ex ſuis Auis & Proauis Regno aduerſarius fuit, & fidem recepit. Princeps Miecislaus gaudio perfuſus, in Catechumenum ſpiritus faſcia caput ipſius non ligauit poſt baptiſma, ſed ſolum capiti impoſuit & fronti, & licinias defluentes in crucem applicauit. Qui demùm Aquila dimiſſa, non ligatā faſciam pro inſigni familiæ adſciuit; dùm verò in Regnum cum bonis Ducalibus tranſijt, Comes ſolùm eò quod Piaſti poſteritas alios non ſupportabat Duces nuncupari cæpit. Et hic fortè erat Dzierzykraius nomine, quia in fundatione Monaſterij Tremeſnen. Miecislai, ſubſcripſit Comes in Szłopie Añ. 966. Patet hoc ex antiqua hæreditate ſuceſsiua Słopia in domo Czarnkouiorum, & ex Priuilegijs eorum, quæ multoties antiquitus Monaſteriis & militibus ſubſcripſerunt.

VITTA ILLVSTRIS.

ILluſtrior vitta, qua in hoc orbis hominum circulo iam illuſtrior fieri nequit, eſt Regum vitta, quam ſcilicet Reges ſummo honori & pretio tenebant. Faſcia namq; candida Romanis & exteris Regibus pro diademate Regumq; corona fuerat. *Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 28. refert.* Quapropter Tigranes Armeniorum Rex à Pompeio deuictus, cum gladio & ſceptro regali, etiam faſciam candidam inſignæ capitis ante pedes Pompeij abiecit, in ſignum quod dominatui cederet, & omni publico munere ſeſe abdicaret. *Dion. Nicæus in Pomp.* Sed nedum faſcia candida & vitta ſignum erat Regium & Regum, ſed ominis loco eligendi in Regnum & Regiam maieſtatem fuerat. Docuit hoc exemplo proprio Alexander magnus, qui cùm deſiliret ex equo, & caſu Liſimachum vulneraſſet, medendi vulneris cauſa diadema quod faſcia candida erat, ſibi detraxit & vulnus alligauit. Quod factum, omē quoddam ſingulare futuræ dignitatis regiæ ipſi iam fuerat. Quapropter ſi aliquis Ducum vel triumphatorū faſciam quomodolibet, ſiue ad manum ſiue ad pedem alligaſſet, criminis reus fuerat tanquam Regiæ Maieſtatis læſor; inquiebant enim, nil refert quacunq; parte faſcia candida alligata fuiſſet, dum inſigne regium eſt, deferre illud quacunq; parte corporis ei, qui non eſt Rex, crimen eſt. Erat profectò res illuſtris vitta ſeu faſcia cādida. Dum arma præſentia contemplor & vittam video, illuſtriorem omnibus vittis & vittatis animaduerto. Nam nedum Princeps vittatos de Szłopia in Pomeraniæ partibus liberos ſibi & liberè regnantes in memoriam mihi reuocāt, nedum bellatores ſtrennos & plurimis trophæis adornatos, magniſq; dignitatibus auctos ante oculos ſpeculanti offerunt, ſed, quia faſcia hæc candida eſt, ſymbolum

boſum illuſtre ipſius Regis regum & domini dominantium, qui per Sacramentalem ablutionem filios Dei adoptiuos & hæredes regni cæleſtis efficit firmatque. Habeo huis rei teſtimonium efficax Clodoueum Francorum Regem, qui dum contra Sueuos fortes exercitum paucum duceret, ita fortiores vires ſibi addidit. Inuoco in hac pugna Ieſum Chriſtum, quem Clotildis conſors mea colit, & ſi victor fuero ſubijciã ceruicem baptiſmo Ieſu Chriſti. Pugnauit, vicit, baptiſatus fuit. Habeo viuax & ſacrum exemplum Regem Jagellonem, qui cateruatim ad ſacrum baptiſma deducendo, nobili genere natos, faſcia candida donabat.

LINEA FAMILIÆ NAŁĘCZ I.

DZierzykray Princeps in Szłopá, cuius Atauos ſcire ob temporum antiquitatem impoſſibile. Deſcendere hos Duces in Szłopia in Pomeria ante reſidentes, refert Paproc. in 2. opere fol. 149. *ex lumbis Popieli Prin: Pol. ſubſcripſit fundationem Miecislai Monarchæ monaſterij Tremeſn. & alia Priuilegia tàm in Maiori quàm in Minori Pol. nobilium & ſpiritualium. Hercardum Dobromirum Gnieuomirum de Szłopia multa Priuilegia referunt Dzierzycraius de Słopia* 1145. *Monaſterio Tremeſnen. villas Gaſanc & Konratouo perpetuò donauit.*

Czarnkowſcij, *qui ex Ducibus de Słopia deſcendunt linea, recta appellati tali cognomine à caſtro Czarnkow dicto. Sed velim aduertat lector ad maiorem intelligentiam Cromeri & Paprocij, quod Caſtrum Czarnkow erat hæreditas Gnieuomiri, qui fidem Catholicam receperat à fonte ſacro leuatus per Boleslaum Criuouſtium, ſicut* Crom: lib. 5. refert ſub Anno 1104. *Sed iſte Gnieuomirus non erat Czarnconius, ex iſtis nec tunc hoc caſtrum hæreditas Czarnconiorum modernorum fuit, ſed poſtquam perfidia Gnieuomiri fuſtibus punita ad mortem fuit,* vt Crom. paulò poſt refert, *& pro bene meritis Comitis de Słopia arx donata, inde Comites illi Czarnconia caſtro dato per Miecislaum quintum appellari cæperunt. Et ita ſoluitur quoq; dubium Paprocij, qui Gnieuomirum hæredem in Czarnkow baptiſma ſuſcepiſſe, Boleslao Criuouſtio regnante aſſerit. Quod autem Comites in Słopia Czarnkouij appellati, vſq; Miecislao quinto regnante fuerint, refero priuilegium.*

Nos Meciſlaus quintus, Dei gratia Dux Poloniæ. Notum facimus Vniuerſis tam præſentibus quàm futuris præſens ſcriptum inſpecturis. Quod intuendo fidelia grataq; obſequia Dilecti Baronis noſtri Nicolai Comitis Palatini Caliſſien: quæ nobis multipliciter impendit, & ſemper impendere eſt paratus, damus, tradimus, & conferimus ſibi ſuiſque ſucceſſoribus Caſtrum noſtrum Czarnkow vulgariter nuncupatum cum omnibus poſſeſſionibus &c. Datum in Rogozno, in Craſtino B. Viti. Anno gratiæ Domini, 1192.

Szedzinoius eius filius non diſſimilis optimo parenti tam in campo Martis,

quàm in palæſtra honoris: Quapropter in præmium meritorum hæroicorum à Boleslao villas Golcza & Biala accepit Anno 1245. vt Bembus in concione Soc: Ieſu. *Bogomilus Dzierzykray Palat. Poſnan. qui Præmyslaum & Boleslaum filios Vladislai Plwacz, contra Boleslaum Caluum, in Principes elegerat,* vt Miechouius lib. 3. cap. 29. Cromer lib. 8. *Hic erat Anno* 1242. *Vincentius poſt matrimonij fructus Miroslaum & Bohuchulum filios, vt patet ex Priuilegio Monaſterij Tremeſnen.* 1251 *Creatus fuit viduus Archiep. Gneſnen. de quo ita Ianicius:*

> Quid dicam de te Vincenti? neſcio an illud
> Quod trahis è patria nobilitate genus,
> Nobilitas nihil eſt ſi nudata ſit, abſq; probato
> Pectore; vt Aſtreo de grege natus equus.

Falconem Comitem de Czarnkow Caſtellanum Gneſnen. refert Priuil. Tremeſnen. 1291. *Thomas Epiſcop. Vloclau.* 1267. Miech: lib. 3. *Vincentius Vicecancel. & fratres eius Nicolaus Palat. Caliſſ & Miroslaus de villis Bonatowo, Grzymislawie, in Priuilegio fundationis Monialium Ord: Prædic: Poſnaniæ à Præmislao Principe Maioris Pol. Ad A.* 1283. vt Paproc: *Sendziwoius Comes de Czarnkow Caſtell. Miedzyrzycen: à quo Vladislaus Locticus bellum gerendo cum Margrabio Brandeburg Anno* 1325. *Caſtrum Czarnkow vti propinquum tunc hoſti, per commutationem in Rogozno acquiſieret, & ab illo tempore in ditione illorum Rogozno manſit vſq; ad Caſimirum Magnum, donec Sendziwoio Comite in Czarnkow Caſtell. Naklenſi reſtitutum oppidum fuit, & Rogozno ad bona Regalia rediit. Hoc demonſtrat priuilegium datum Czarncouio Comiti, Poſnaniæ in octaua SS. Trinit.* 1343. *Ioannes & Vincentius filij Caſtellani Naklen. quibus bona parens diuiſit etiam Slopia, quod confirmauit Caſimirus* 1362. *Sendziwoius Czarnkowſki Caſtell: Biecen: cum Ioanne filio fratris Iudicis Poſnan. bellum ducebant contra Suiatoborium Principem Stetinen: quem repulerunt ab arma Slopia* 1379. *Ioannes Succamerarius Poſnan: cui Rex Iagello commiſerat curam vt in Brandeburg Margrabiatu inter Caſimirum & Vitoldum literæ & nuntij intercipiantur dum contra Regnum practicarent, quod perfecit feliciter.* Cromer: de hoc lib. 19. *Ioannes Caſtellanus Gneſn: circa annum* 1452. *qui tempore belli ad Choiniciam quinque millia hominum ad granicies Pruſſicas tenuit. Demum Gubernator Pruſſiæ Gedanenſium turbas ſuauiter ſedauit.* Crom: lib. 23. *Nicolaus Caſtellanus Gneſnen. Commiſſarius Thoruniam à Caſimiro Rege cum Cruciferis deputatus* 1464. Crom: lib. 25. *Sendziwoius Palatini Poſnan. filius, Aulicus Alexandri Regis. Trecentos equites contra Tartaros vaſtantes Lituaniam, quos propulſabat Ginſcius adduxit, & felicis euentus magna occaſio fuit* 1506. *Anarcas literarum dignitate & prudentia incredibili vir, à Sigiſmundo Aug. ad Summum Pontificem, Carolum V. Imperat. & Ferdinand. Regem Romanorum Legatus, maximus*

ximus tutor fidei, Epiſcopus Poſnan. creatus, qui Luteranam hæreſim, Profeſſoribus ex Academia Crac. Poſnaniam Benedicto Herbeſto, & Gregorio Samboritano deductis, domuit, hebetauit, retruſit. De hoc ita quidem ſcripſit.

Imbelles artus infirmaque corpora geſsi,
Sat mihi ſat fuerat virium in Hæreticos.


Petrus Caſtellanus Poſnan. qui cum Koſcielecka tenuit matrimonium. Albertus Caſtell. Miedzirzecen. qui reliquit Albertum Præfectum & Generalem Poſnan. coniunx Heduigis Sierpſka de Gulczow armorum Prawdzic, Palatini Rauen. filia. De quo tale Epitaph. legitur.

Raro & amæno ingenio, animi magnitudine conſtanti, humanitatis amans, Regis obſeruantiſsimus, virtute & doctrina ornatus, deque omnibus bene meritus.

Adamus Sedziuoius filius, cui natura prudentiam concesſerat, experientia perfecerat, à iuuentute miles, Stephano regnante, & vſq; ad maturam ætatem addictus caſtris & Reipub. contra Beklerbegum, in confinia contra Tartaros, & in Liuoniam contra Suecos copias numeroſas mittebat ſumptu proprio, honoratus titulis Palatini Lenczicien. Generalis Maioris Poloniæ & Præfecturis Piſdren. & Miedzyrzecen: in quibus officiis incomparabili dexteritate, magnanimitate, probitate vtebatur ſupra modum popularis, non populo tantum, ſed & nobilitati cariſſimus extitit, optime de Rege & Regno meritus, celebrauit matrimonium cum Catharina de Leſna, reliquit vtriuſq; ſexus prolem, inter eos Vladislaum Capit. Bydgoſt. & Franciſcum ſpem patriæ & amorem, Capitaneum Miedzyrzecen. qui in matrimoniũ accepit Lubomirſciam filiam Illuſtriſſ. Stanislai Lubomirſki Palatini Craconien. Andreas Palatinus Caliſien. Ioannes Caſtell. Miedzyrzecen. Petrus Caſtellanus Srzemſcen. Stanislaus Referendarius Regni & Coadiutor Archiep. Gneſnen. Vir grauis in dicendo & doctrina. Ioannes Germanus Stanislai Capitaneus Drachimen. qui reliquit filium Capitaneum Drachim. & Annam Padnowſka cum aliis. Sigiſmundus Czarnkowſki Pacis & boni amator. Erant & ſunt plurimi Czarnkouiorum domini, qui patriæ rem augere curarunt, vt nobilitas eorum non ſolum ſeculari poteſtate eſſet ſublimis, ſed etiam religionis ſucceſſione ſit venerabilis. Quod ſucceſſoribus optimis ſit felix & fauſtum.

NAŁECZ

NAŁECZ Secundô.



DELINEATIO.

EST faſcia candida, ea forma qua capiti obligata eſſe ſolebat ab antiquis Imperatoribus & Regibus, nodo intra orbem in faſcia efformato, & extremis teniæ hinc & indè à nodo protenſis. Super caſsidem & regiam coronam cornua ceruina eminent, quæ inter media virgo frontem ſimili tenia conſtrictam habet cuius extremitates ab vtraque parte colli apparent, Virgo eſt ſtans, veſtitus cum manicis largis, manibus tenens cornua. Campus rubeus, faſcia alba.

ORIGO.

DIfferens origo ex Hiſtoricis habetur. Alij namq; originem armorum ponunt à Mieciſlaoſe, qui è fonte ſacro ſuſceptos tali ſtemmate donauerat. Alij à Boleſlao Criuouſtio militibus ſuis capita obligante in pugna Ruſsica, quibus tale ſymbolum contulit. Sed quamcunque cauſam adhibueris, honeſtiſsima eſt: nam religionis argumenta, apud ſolos irreligioſos pretium habere ſolent nullum, apud cæteros omnes, pulcherrima ſunt: virtutis quoq; bellicæ gentium omnium conſenſus huiuſmodi ſignis laudem perpetuare inſtituit. Ad differentiam verò adinuenienda, quæ vitta à Mieciſlao & cui, quæ verò à Boleſlao & cui collata fuerat, res ingentis operis. Sed antiquæ familiæ ab Hiſtoricis nominatæ, meritò à baptiſmo originem numerant, & faſciam aſſumunt, poſteriores verò familiæ, quarum mentio in Hiſtorijs non habetur, poſt Mieciſlai tempora, à Boleſlao originem habuiſſe aſſerunt, & faſciam albam, ſed partim ſanguine cruentam. Tetigit hoc Sarnicius in Annalibus, deſcribendo Regni Poloniæ arces, vbi deſcribendo arcem Oſtrorog ait: Sedes eſt & domicilium natale vetuſtæ gentis Oſtrorogorum, ex quibus multi inſignes Senatores, & etiam aliquando gubernatores totius Regni extiterunt. Sed illud eſt peculiare: quod de illis & Czarnkouijs, Zbąſiniis, Samotuliis prædicatur, eos nimirum primos fuiſſe inter Polonos ex vicinioribus illi loco vbi id accidit, qui Chriſtiani facti ſunt, ſeu nomina ſua Chriſto dederunt, lauacroque baptiſmi initia i eam gloriam obtinuerunt. Cuius rei ſignum ſpectabile hactenus pariter c nobilitatis ſuæ gerunt vittam baptiſmalem, vno ſaltem nexu contortam.

Habebant

Habebant quidem antea illi aliud inſigne auitum, ſed abnegatio ſui & humilitas Chriſtiana in eis effecit, vt hoc Symbolum Chriſtianæ manſuetudinis omnibus titulis & ſignis quantumuis ſpecioſis antepoſuerint. *Etiam Paprocius in primo opere duplices Nalęcios notauit, & poſteriores nominat familias Chelmicciorum, Moſczenſciorum, Nalentiorum. folio* 1010.

VITTA IN VITAM.

CVi Sacri Euangelij pagina nota eſt, ei faſcia memorata illicò in mentem obuenit parabola de peregrino ex latronum vulneribus moriente, & de alligatione vulnerum ipſius. Vbi enim apertè quod vita illius fuerit in Vitta, conſpicere licet. Si verò ad orbes cæleſtes & motum illorum tam rectum quàm obliquum mentem vel oculum direxerimus, etiam vitam eſſe in vitta docebunt. Nam cùm orbes cæli hæc quatuor elementa terræ inter arcticum & antarcticum polos circumdant, & diuerſas zonas atq; circulos Zodiaci, Planetarum, ſtellarum, ex quorum motu omnia ſublunaria vitam, augmentum, perfectionemq; recipiunt propriam, continent, iam vitam hominum & viuentium in vitta tenebunt. Similiter in omni Regno, Ducatu, Repub. dum Vitta & diadema eſt in capite Regentis, Rectoris & Regis, eſt vita ſubditorum in Vitta, vbi verò diadema à vertice Principis amouetur, fit timor, tremor, turbatio, bellum, & mors ſine vitta. Arma hæc inſpicienti ponere vitam in vitta audacter licebit. Nam & Sereniſsimus Rex Iagello baptiſatos Chriſti baptiſmo faſcia ſtrinxit in vitam, & vitam gratiæ & immortalem. Et vulneratos grauiter in bello contra fidefragos Halicienſes & Ruſsiæ duces, Rex vitta alligabat vulnera. Horum igitur vita erat in vitta. Sed velim ad ſingularia deſcēdamus & luce clarius videbimus, quod familia Vittarum fuerit in vitam. Conſidera obſecro, tot ac tantos ex hac familia in Regno Archiepiſcopos, Epiſcopos, Senatores, Duces exercituum, Comites, plurimoſq; in Regno patriæ optimos ciues, quorum erat Sereniſsimos Reges honore, amore, fidelitate proſequi, bonum Reip. ampliare, Ciues defendere, pupillos confouere, & Regni Regumq; fuiſſe vittas & diademata facile & veraciter pronunciabis. Fecerunt namq; illa quæ dignum nobilem & benè merentem patriæ conueniebant, immò nedum fecerunt, ſed ſanguine proteſtati fuerunt. Amantes enim patriæ aut Dij tollunt, aut hoſtes occidunt, aut pericula tollunt, aut labores enecant, dicebat Stob: Numera familiam Naleciorum, & longam ſeriem pro patria laborantem & morientem computabis. Eorum igitur vittæ, in vitam Patriæ, Reipub. Regno.

SALVS ET PVLCHRITVDO Reipub. Polonæ.

MAiores antiqui, dum nobis & poſteritati conſeruandæ Reipub. modum commonſtrabant, quamcunque ſalutem & pulchritudinem, ipſius ſaluti & pulchritudini anteponere intendebant & volebant. Hinc incredibili laude Romanæ matronæ ab Hiſtoricis efferuntur, quod

hoſtili manu cum maritis in Capitolio circumdatæ, primarium mundum muliebrem & potiſsimam pulchritudinem capillorum à vertice capitum auellendo, ad ſalutem omnium conſeruandam, & machinis bellicis adinuentis accommodandam liberè conceſsiſſent. *Lactant. lib.* 1. *Cap.* 20. Quapropter immaniſsimus Tyrannus, dum in poteſtatem ſuam redacta Conſtantinopoli, omnem aureum ornatum muliebrem conferre in palatium ſerio commendaſſet, & tantum aceruum ex annulis, catenulis congeſtum aduertiſſet, cuius valor inæſtimabilis videretur, inſultando dixit: An non conuenientius fuerat hanc totam pulchritudinem ad conſeruandam ſalutem veſtram & Reipub. conuertere, quàm cum his in detrimentum totius ſalutis veſtræ deuenire. Felicem fore Rempub. ſatis apertè demonſtrabant Romani, ſi boni præmio, mali pœna donarentur. Vndè efformabant columnas duas, inquit in Symbol. *Salom. Neugeberg.* in quarum vna coronæ tres, in altera ſecures cum faſcijs virgarum erant appenſæ, cum tali lemmate: NITITVR HIS REGNVM. At feliciorem ego Rempub. exiſtimo, quæ ſalutem & pulchritudinem Reipub. omni propriæ ſaluti & pulchritudini anteponit. Nam cum ſalus publica tantillo hoc eſt momento, puta electionis, belli, pacis conſtat gratia illius, omne decorum, vtile, ſalutiferum, ſingulare & proprium, poſtponendum erit. Eo ſalus & pulchritudo Reipub. Polonæ ſtat & ſtabit, eo ipſam tenent, defendunt, conſeruant Nalecij, præcipuè verò ex Samotulio Palat. Poſnan. & Dobrogoſtio deſcendentes Oſtrorogij, Goſtomſcij, Nouodworſcij, & alij innumeri quorum merita in Rempub. omne præmium dum ſuperant, æuiterna memoria digni exiſtimantur, ſed heu fortuna inuida multorum ingentes pro Repub. ſumptus, premit ſæpiùs & interimit; vt non immeritò Horat: lib. 4. Carm: ode 9.

Vixere fortes ante Agamemnona
Multi, ſed omnes illachrimabiles
Vrgentur, ignotiq; longa
Nocte, carent quia vate ſacro.

Fælices vos profectò manetis, qui ea quæ iuſta ſunt geritis atq; alijs exemplum virtutis præbetis, benedictionem namq; è cælis familiæ veſtræ reportabitis.

LINEA FAMILIÆ NAŁĘCIORVM Secundò.

SAmotulſcij, *Tomislaus Palatinus Poſnanien. cuius filius Dobrogoſtius cognomento paruus, qui Ioannem Biberſteinum Comitem cum exercitu ab Henrico Duce Glogouien. miſſum ex Lecici ditione eiecit, & Poſnaniam ab eo recuperauit. Contra Marchionem Brandeburg. Pomeraniam cum Cruciferis inuadentem pugnauit, Coſtenum arcem defendit. Et alia plurima throphea bellica reportauit Quod Epitaph. Starouolcſij demonſtrat tale:*

Parua

Parua hæc vrna viator, Magnum Maioris Poloniæ Heroem claudit. Dobrogoſtium Samotulium cognomento, & ſtatura paruum, Caſtellanum Poſnanien. Gente Nalencium, Raro & amæno ingenio virum, Et in quo nulla ciuilis bellicaq́; virtutis ornamenta defuerunt. Hic ſub tribus Poloniæ Regibus Vladiſlao Loctico, Caſimiro Magno, & Vladiſlao Iagellone, omnibus quotquot euenerunt expeditionibus interfuit, & ad ipſos exactæ ætatis terminos magna cum cura & gloria legionibus præfuit, reportatis toties de hoſte Triumphis. Bene Vale quiſquis es, vbi ſimiles Heroes Patriæ precatus fueris. *De hoc habet Crom: lib.* 11.

Ioannes Scholaſticus Gneſnen. poſt Epiſcop. Chelmen. 1283. vt Papr. refert. *Thomas Samotulius Caſtellanus Poſnan. Cuius filij Tomiſlaus Pocillator Poſnan. & Sendziuoius* 1293. Miechou. lib. 1. Crom. lib: 8. *Dobrogoſtus Palatinus Poſnan. qui ad Vſcie occiſus in bello cum Vladislao Plwacz & Laſconogo Principe.* Crom. lib. 7. Anno 1226. *Sendziuoius filius Ioannis Palat. Cracou. de quo* Miechou: lib. 3. Anno 1283 *Dobrogoſtus Epiſcop. Poſnan. poſtmodum Archiepiſcop. Gneſnen. filius Tomislai Legatus ad Bonifacium Papam, à Vladislao Iagellone* 1394. *De hoc Ianicius:*

Non cupit, eligitur meritò ſed Regis amore,
Cùm Poſnaniacum regerit ante gregem,
Vita modeſta viro, quem non captauit honorem
Adtulit, hæc virtus præmia ſemper habet.

Dobrogoſtus de Samotuly cum Vitoldo contra Tartaros pugnauit. Crom: lib. 11. Anno 1399. *Vincentius de Samotuly Dux exercituum ad Cpocko, & Gubernator Ruſſiæ vna cum Scarbkone de Gora, Petro de Smolice, vt ex Actibus Leopol.* 1436. *patet. Præſentibus, Stanislao de Dauidow Iudice, Ioanne de Zimnawoda Subiud. Leopol. honoratus titulo Caſtellani Miedzirzecen. Præfectus Viſegrad. à Suidrigello Neſueſenſem Ducem Theodoretum liberauit. In acie ad Varnam vitam poſuit. Ei tale Epitaph. R. D. Starouolſcius:*

Vincentius Samotulius Caſtellanus Medirzecen. ſæpius cæſis Moſchis, Lithuanis, Cruciferis, & Turcis, ampliſſimis poſſeſſionibus, quas Magni Iagellones contulerant, inter ciues Hunniæ & Sarmatiæ præeminebant. Quibus vt aduenticijs in limine fati ſpoliatus mea tantummodo mecum porto. Reliquorum autem vix ſola fama remanet. Tu quiſquis es, qui hæc capis, ſi pius es, Deum precare.

Petrus de Samotuly Caſtellanus Poſnanien. & Exercituum Præfectus Caſimiro Iagellonide regnante in Pruſſiam 1452. *De quo* Crom: lib. 24. *penes quem ſumma in exercitu ſecundum Regem poteſtas erat. Scripſit illi Starouolſcius Epitaphium perpulchrum* folio 120. *Sedziuogius Swidwa de Samotuly Caſtell. Nakielſcen. qui pugnantem Domaratum cum Poſnania illum iuuit.* Bielſcius fol. 261. *N. Caſtellanus Biechouien. qui ex Latalſki Palatini Poſnan. filia reliquit prolem*

Ergo ô generoſa tantorum heroum proles,
Fac repetas animo ſumens exempla peracta,
Tempore ab hoc quisquis tu mihi Cocles eris.

Oſtrorogij, *Ante Mięcislai tempora Hiſtorici nomen Oſtrorogorum referunt, vnde quàm antiqua familia fuerit facile conijcies. Dersłaum Grochold Oſtrorogium Caſtellanum Satocen.* meminit Miechouius lib. 4. *Ad illius arcem à Domarato Swidwa pulſus confugerat.* Bielſc: fol. 261. *Sendiuogius cum Vitoldo pugnando contra Tamerlanum trans Pſolam & Sulam ad Vorſclam amnem; dum alij cum Vitoldo occaſionem commodiorem vlciſcendi caperent, Sendiuoius magni animi vir, maluit ibi pro patria mori. Anno* 1509. Crom: lib. 15.

Vincere Sendiuogie Scytas fortuna negauit
 Dura tibi, laudem non tamen abſtulerat.

Sendiuoius II. Palatinus Poſnan. Cuius opera Ladislaus Iagello atq; deinde Ladislaus eius filius, idemq; Caſimirus Ladislai frater vſus fuerat, contra Cruciferos, Swidrigelum, Turcas & Bohæmos, Annos natus circiter ſexaginta homo eſſe deſijt. Cui Epitaph. multi poſuerunt;

Falleris ingenuas artes qui credis obeſſe
 Militiæ, & fortis frangere corda viri.
Aſpice me cuius notiſſima gloria Lechis
 Mars quàm ſanguineus candida paxq; tulit,
Oſtrorogum Sendiuoium ſimul iſta celebrem
 Fecerunt, alijs altera pars ſatis eſt.

Dobrogoſtius cum Vladisl. Iagellonide in Vngariam ſecutus eſt, Legatus ad Amurathem profectus animum præſetulit dignum heroe, obijt in acie cum Sereniſſimo Rege. Cui tale Epitaphium.

Dobrogoſtius Oſtrorogus hic ſitus eſt, cuius virtuti non vnus debebatur triumphus, cuius interitus etiam hoſti fuit miſerabilis.

Fama Dobrogoſti pulcherrima gloria Lechi,
 Oſtrorogi ingrata poſteritate nitet.

Stanislaus Oſtrorogius Palat. Caliſſien. Vir acri ingenij, qui in Hungaria Lauriinum expugnauit. Inter Caſimirum & Podebranſcium Bohemum rem feliciter peregit, quatuordecim expeditiones illius numerantur. Vladislai ſororem Ludouico Bauaro coniugem futuram deduxit. Ad Fridericum Imperatorem ob fœdus percutiendum Regis nomine, ac filiam eius Regis filio Vladislao, & viciſſim Imperatoris filio Caſimiri filiam deſponſandam fuit miſſus. Cui ita quidam in Epitaph.

Per te Sarmaticæ traductæ ad fœdera gentes,
 Exceſſit noſtris Theutoq; ſæuus agris.
Non benè cum coleret vicina Bohemia Pacem,
 Te ſtetit incerta conſiliante fide
Exierat fines Litauus Podolicaque arua.
 Poſcebat, his hæc te duce ſecta fuit.
Regibus & pactæ veniunt in fœdera ſponſæ,
 Hæc tibi dexteritas tanta fuitque fides.
Mox Vladiſlao quem ad Regna Boëmie vocaras,
 Hærebas ſocius conſilij atque viæ.
Pruſſia quin etiam fidei ſe credidit vltro,
 Illius virtus ſic & in hoſte placet.

Quid

Quid tollis ſtudium armorum Mars perfide, palmas
Quis tot habet bello, quod tulit iſte toga?

Ioannes Caſtellanus Medirecen: Hic pace cum Cruciferis, adnitente Rudolpho Epiſcopo Lauatinen. Pauli II. Rom: Pontif. legato, conſtituta, Orator cum Vincentio Epiſcopo Culmen. miſſus fuit ad Sanctiſſimum. De quo ita quondam Collegium Poſnanien. Soc. IESV.

Armis Roma potens cultrix eademque Mineruæ
Obſtupuit vires Muſæ genium Polonæ
Atque ait: en etiam non dedignata Triones
Romana eſt gelidos Arctoq; habitare Camæna,
Et noſtræ iam aptata togæ fora terret & vrbes
Atque eadem lites ſecat, & ſua iura Polonis
Reddit, & ad cultus ſeſe componit amicos.

Stanislaus Caſtellanus Caliſien. Hic ad Concilium Lateranen: à Iulio III. indictum, & à Leone X. continuatum, miſſus fuit à Sigiſm. Rege cum Archiepiſcopo Gneſnen. Ioanne Laſki. Sponſam ex Italia Regi adduxit. Maſouiam tumultuantem, & ad ciuile bellum vergentem, ex animi ſententia compoſuit. De quo Poëtarum vnus.

Ornaſti patriam officijs, præconia laudis,
Non dubia hinc etiam clare Senator habes.

Iacobus Generalis Maioris Poloniæ eloquentia & laude militari celebris. Huic poſt deceſſum Auguſti Regis pax & ſecuritas publica commiſſa fuit. Admonebat viuum Regem, ne coniugem Catharinam Ferdinandi Regis Romanorum filiam repudiaret. Ioannes Capit. Stęzicenſis, dignitate, prudentia, & eloquentia præcipuus. Hic electum in Regem Stephanum Bathoreum, miſſus à Regno in Tranſyluaniam, primus in Regem vocauit, ſalutauit. Stanislaus Caſtellanus Medirecen. qui vt honos publicus argumento eſt, maiorum ſuorũ gloria inſignis, æqualis maioribus religione excepta. Ioannes filius eius. Ex Pocillatore Regni Caſtellanus Poſnanien: demùm Palatinus Poſnan: Garuolinen. Mariebur gen: &c. Præfectus. Contra Berlebecum quingentos equites proprio ſumptu deduxit. Senatoriam dignitatem ſumma cum laude geſſit. Expeditionibus diuerſis dum ob infirmitatem adeſſe non potuit, milite ſuo præſens adeſſe voluit. Fidem Catholicam ad ea hæreditatis ſuæ loca, à quibus per parentem exulauerat, integrè & cum intrinſeco facti dolore, reſtituit. Magnus vir in Repub. authoritate, iudicio, prudentia, amore patriæ & potentia. Habuit in matrimonium primò Mieleccij filiam, poſt modum Ducis in Zaslaw. Ex prima reliquit filium Nicolaum Pollicatorem Regni, cui liberalis & generoſus animus, literarum amor, linguæ ſuauitas, ſermonis lepor, gloria eloquentiæ, exacta ingenij perſpicacitas, iudicij ſani maturitas, patriæ amor, experientia bellica congenita effloruerunt. Reliquit ex Roſkowſka Comitum de Gorka iucundæ ſpei poſteros. Soror illius ex Duciſſa in Zaslaw, Iabloxowſcij in Pocutia, qui ex Pruſſia originem ducit, Pocillatoris Haliciæ,

nunc Gladiferi Regni, magni oratoris, humaniſſimi & doctiſſimi viri, linguarum experientia clari, inſignis pietatis conſors.

Zbaſcij, *generis antiquitate & actiuitate ingenij perſpicaces.* *Abraham Iudex Poſnanien. qui Vladislai electionem pubertate annihilabat, licet & Caſimirus non perfectæ ætatis in Regem inauguratus fuiſſet. Demum fautor hæreticorum dum quinque miniſtros prædicantes extradere ad iuſtitiã & ignem coactus eſſet, per Andream Bninſki non multo poſt merore ira & pudore confectus perijt.* Cromerus lib. 21. fol. 314. col: 2. & fol. 321. col. 2. Bielſc: fol. 348. 358. *Ioannes Zbaſki Decanus Cracou. determinatus fuerat à Rege ad legationem in Hungariam, ſed infirmitas ipſum à legatione retraxit.* Bielſ. fol. 381. Anno 1540. *Eius Epitaphium Cracou.*

R. D. Ioanni Zbąſki Decano Cracou. Poſnanien. Præpoſ. R. Secret. viro multis naturæ dotibus ornato, 1541.

Ioannem Abrahami filium ponit Papr. in 2. opere Epiſcopum Poſnan. 1310. *Stanislaus in Lublin. Palatinatu bonis terreſtribus maxime auctus, ſed nullo honore ob pacificam vitæ electionem auctus.* *Miroslaus Epiſcop. Poſnan. cui Pontifex dederat Epiſcopatum & Rex dederat Ciolkoni. Erat arm: Nałecz, cuius familiæ non eſt mihi notum.* Bielſc. fol. 327.

Lezenſcij, *in Maſouia cum antiquitate familiæ illuſtrium factorum & generis ſplendori decẽtium obſeruatores digniſſimi, Iacobum Palat. Maſouiæ referũt ſcripta; A.* 1390. *Ioannem Palat. Lencicien.* 1400. *Ioannem Głowacz de Lezenice Palat. Maſou:* 1396. *qui à Tartaris occiſus cõtra Edigam pugnando cum Vitoldo, Sendziuogiũ Palat. Sierad.* 1420. *Sendziuoius Lezenſki ad Choynicią̃ pugnãdo captus, & in ſeruitutẽ redactus à Cruciferis horribiliter occiſus.* Bielſc. fol. 404. *Quàm decorũ eſt maiorum facta proprijs virtutibus illuſtrare, ac grauioribus meritis Rempub. & patriam adiuuare, & ornare.*

Goſtomſcij, *in Rauenſi Palatinatu, Dobrogoſtus Goſtomſki, cuius filius erat Anſelmus Pal. Rauen. vir vt ingenio ita potentia omnibus affabilis & honoratus.* De hoc Bielſc. fol. 667. *Ex Narzymſka Caſtellani Plocen. filia, armorum Dołęga reliquit hos filios,* *Stanislaum Caſtellanum Sochacouien. optimum ciuem patriæ & Reipublicæ.* *Nicolaum Vexilliferum Rauen. Rothmag. ad Gedanum ſub Stephano Rege.* Bielſc. fol. 746. *Totus militari & caſtris deditus.* Paproc. in 2. opere fol. 100. *Hieronymum Succamer. Rauenſ. eximium bellatorem & Rothmag. Reipub. proficuum ingenio & prudentia ornatum. Reliquit ex Sieniawſka filios & filias,* Paproc. in 2. opere fol: 100. *Ioannem literis optimè inſtructum, Surrogatorem Rauenſem.* *Anſelmum qui totus Marti deditus ad Polociam & Vielicolucum pugnauit. Fidem Catholicam contra voluntatem parentis ſincere coluit, & maluit offendere parentem quàm Deum.* *Iacobum virum prudentia & doctrina inſignem, qui à parente ob fidem Catholicam plurima perpeſſus à fide non receſſit: Melius enim eſt viam veritatis non agnoſcere, quàm poſt agnitam retroire. Captiuus*

à parente

à parente & cuſtodia munitus dignam obſeruantiam reddebat parenti, ſed fidei donum ab Eccleſia Sancta Romana receptum, etiam cum periculo vitæ conſeruauit. Thomam, qui negotijs domeſticis occupatus, honorem familiæ virtutibus promouit. Ex Rybinſka ſuſcepit prolem. Dobrogoſtum militem ſtrenuum, ſoror Anna Pariſij conſors. Alteram conſortem prædictus Anſelmus habuit de magna Sczauin, Caſtellani Sochacou. filiã armorum Prawdzic, cum qua Elizabetham filiam habuit. Erat matrona magni affectus erga domeſticos, quapropter ſummo honore à priuignis proſecuta fuerat, non vt nouerca, ſed parens. Ioannes Palat. Inouloclau. Varcen. Gabinen. Strzelecen: &c. Præfectus clarus in Repub. Senator. Stanislaum de Lezenice Caſtell. Sochacouien. Capitan. Rauen. habet Conſtit. Anni 1562. *qui ſubſcripſit Coronationem Sigiſm. III. Corrector iurium denunciatus* 1589. *Adrianum Goſtomſki Luſtrator. Pol. Minoris Anno* 1601. *Hieronymus de Lezenice Goſtomſki Palatinus Poſnan. Capitaneus Sendomirien. ſub Stephano Rege, ſtrenuus miles ad Gedanum, & in Moſchouia, magni iudicij Senator, & manu fortis & conſilij plenus, & quod maius eſt, ex Hæretico factus Catholicus, fuit acerrimus fidei propugnator. Collegium Soc. IESV Sendomiriæ à fundamentis erexit, vt in eo per iuuentutem in bonis artibus inſtructam patriæ poſſet prodeſſe, cuius commodo totum ſeſe obtulerat.*

Nouodworſcij, *in Maſouiæ Palatinatu antiqua familia & meritis clara. Dobrogoſtus Decanus Cracouien. electus Archiepiſcopus Gneſnen: ſed Rex obſtitit & appellationem ipſius turbauit* Bielſc. fol. 255. *Andreas Nouodworſki Epiſcopus Camenecen. in Podolia, poſt modum Præmislien. demum Poſnanienſis, vigilans quidem Senator, ſed in iram promptus, quod gloriæ & dignitati ipſius obfuit. Bartholomæus Sacræ Domus Hoſpitalis S. Ioannis Bapt. Hieroſol. Eques Meliten. Stipatorum S. R. M. Sigiſm. III. Præfectus: Academiæ Cracou. ſingularis Patronus, Multa ad Smolenſcum expugnandum artificia adinuenerat, & probauerat cum effectu. De illius proſapia ita quidam reliquit:*

Pruſsia me genuit, Proauos Maſouia fortis,
Inter habet magnos Lechia Malta viros.

Lękinſcij, *in Paluki. Proficiunt virtute & gradu maiorum. Nicodemus Caſtellanus Nakiel. qui reliquit filias quinque, Barbaram Kmitæ conſortem Burgrabij Cracouien. Dorothæam Lubatouſcij, Marciannam Iezouſcij Gubernatorem Robatini ab Opalinſcio Marſchalco Regni. Catharinam Łacka. Annam Pieczanowſka.*

Tuliboulcij, *in Cuiauien. & Dobrzinen. terra. Albertus Pincerna Breſten. qui ex Lubczanſka ſorore Epiſcopi Poſnanien. ſuſceperat Martinum in exteris nationibus literis & militari deditum, & Sigiſm. Aug. Regis Aulicum, Qui ex Szuligoſtowſka armorum Pomian reliquit hos filios. Stanislaum, qui ex Koſcieleeka armorum Ogonczyk, reliquit Nicolaum. Georgium Dapiferum*

piſcerum Breſlen. Aulicum & militem Aug: Regis. Ex Pinowna armorum Prawdzic reliquit Martinum. Sebaſtianum Notarium Terreſtrem Breſlen: Habuit filium Danielem Iudicem Inouloc. Correct: Iurium, & filias quatuor. Iacobum Subdapiſcerum Breſlen: qui cum Rączkowſka armorum Pomian reliquit filios quatuor. Venceslaus Tulibowſki Alberti Germanus ex Lubczanſka armorum Godziamba, reliquit Ioannem, Adrianum, Martinum ſtrenuum militem & Rothmag. Ex Ioanne erant filij, Venceslaus & Ioannes, reliquit ex Laſocka Ioannes poſteros.

Gębiccij, *Clara familia in Regno, doctrina, iudicio, virtute, Inſulis, & ſupremo Regni principatu. Hanc breui epigrammate at veriſſimo Zorawſcius depinxit:*

Conſilium prudens, pietatem, robur in armis,
Cuncta hæc Gembicijs faſcia ineſſe monet.

Laurentius Gębicki, Exemplar & lumen viro ſpirituali & patriæ optimè deſideranti, quem nec Eccleſiæ, nec Academiæ, nec ipſa Reſpub. Polona aliquando tacebit. Is ab ineunte ætate in Academia Crac. liberalibus diſciplinis eruditus. Diuo Stephano Regi Poloniæ, propter egregiam animi indolem gratus, poſt operam Diuo Sigiſm. Tertio, ab ipſo Regni ſui initio, magna cum fide nauatam, actumq; Magni Secretarij ſingulari cum gloria munus, atq; expeditam ad Summum Pontificem Clementem VIII. in arduis Reipub. ac Orbis Chriſtiani negotijs, inſigni cum dexteritate & felicitate Legationem, ob eximiam pietatem, doctrinam, ac in patriam merita, Culmenſi Epiſcopatu ornatus, geſto deinde Cancellariatus ſumma cum Reipub. dignitate officio, ad Pontificatum Vladislauienſem euectus, demum poſt annum cum omnium Ordinum lætitia, Regni Primas & primus Princeps creatus. Vir ſingulari pietate, animi magnitudine, humanitate, morum ſuauitate, Senatoria grauitate, & ſplendore, liberaliq; eloquentia tam Latina quàm Patria, cæteriſq; virtutibus quas mortalis conditio recipit, clariſſimus. Cuius echo è tumulo ad mortales:

Cælica terrenis præfer, manſura caducis,
Mens repetat proprium libera principium.
Spiritus alta petat, quo prodit fonte, recurrat,
Sub ſe deſpiciat quicquid ad ima grauat.
Sis memor oro mei, cineres cum aſpicis iſtos
Cum prece, cum gemitu dic ſibi parce Deus.

------- Gębicki, cui in filijs plurimum benedixit dominus. Illuſtrarunt namq; illi Eccleſiam, Senatum, Rempublicam, Patriam, Regnum.

Petrus Gębicki à prima ætate maximus virtutum & veſtigiorum Patrui imitator & cuſtos. Vndè ex Cuſtode Gneſnen. & Decano Crac. Secret. S. R. M. Cancellariæ maioris Regens, & Adminiſtrator ſede vacante Epiſcopatus Crac. poſt Cancellarius Regni & Epiſcopus Præmislien. demum ad Epiſcopatum Cracouien. euectus eſt. Vir naturali iudicio & ſummæ dexteritatis in negotijs expediendis, non exilioris prudentiæ in admittendis & conſilio maturo inueſtigandis. Creſcat in immenſum Deo, Eccleſiæ, Patriæ.

Andreas

Andreas germanus Petri, poſt ſpectatæ indolis ſuæ experimenta virtutum & officiorum, Epiſcopus Luceorienſis digniſſimus Senator, qui primùm Epiſcopus Theodoſien. Suffraganeus Gneſnen. exiſtens, dum Anno 1633. Illuſtriſſ. Georgius Oſſolinſki, à Vladislao IV. Seren: Rege Polon. Legatus nomine ipſius reddebat obedientiam Summo Pontif. Vrbano VIII. ipſe à Senatu Regni illi in Secretarium Legationis delectus fuit, & dum munere ſuo cum laude peracto in patriam rediit, Epiſcopus Luceorienſis renuntiatus eſt. Stephanus Gębicki, qui poſt debitè cultam iuuentutē literis & moribus, curruli Senatoria Caſtellaniæ Rogoznenſi. deinde poſt declarata patriæ officia in varijs Comitijs Regni, Palat. Lenciciēnſi à Vladislao IV. Sereniſſ. Rege honorari dignatus eſt. Bonauentura ſeu Dobrogoſtus Capitaneus Stauiſien. vir clarus & pius. Chriſtophorus Gębicki iudicio, prudentia celebris Dapiferi Regni honore eſt titulatus, Gneſnen. Præfectus Aulicus Regius. Ioannes Gębicki Canonicus *Crac. quem Sacra Regia Maieſtas ex Secretario minori ſupremum Secretarium Regni conſtituit. Progredere virtutis gradu vſq; in cælum.*

Drohicinſcij, *in Ruſſia. Vt patria nil dulcius, ita proficere & benè mereri de illa nil honeſtius eſſe poteſt.*

Grodzieccij, *Virtuti & honori deferunt palmam. Adamus in Wyſſyn Grodziecki Caſtellanus Miedzyrzecen. in Palat. Poſnanien. libertatis Polonæ amans. Ioannes de Wyſſyn Grodziecki ex eodem Palat.* & *alter* Ioannes *ex terra Vielunen. electionem Vladiſ. IV. ſubſcripſerunt.*

Modlſcij, *in Syradien. Palat. Vobis Auguſtini verba de Verbis domini ſerm. 5. adſcribere placuit. Semper tibi diſpliceat quod es, ſi vis peruenire ad id quod nondum es: nam vbi tibi placuiſti, ibi remanſiſti, ſemper perfice, noli in via remanere, noli retro redire, noli deuiare.*

Woiſławſcij, *ibidem Pacis ac Martis tempore Reip. proficui.*

Wierzbiccij, *in Maiori Pol. Stanislaus Abbas Paradiſien. Anno* 1581. *Eſſe cum Ieſu dulcis Paradiſus, eſſe ſine Ieſu grauis eſt infernus.*

Loueccij, *in Maiori Pol. Deſiderare ea quæ virum claritatis genere decorum conueniunt, maximè decet. Cæterum illud Poëtæ cauendum ex ore iudicis.*

Caue caue, namque in malos aſperrimus
Parata tollo cornua.

Ninenſcij, *ibidem. Ex quibus erat Canonicus & Officialis Cracou. Venationi deditus* 1583. *obiit, ſit ad ſpirituales ſermo S. Ephrem. Inclinemus nos & oculos in ſepulchra deijciamus, & naturæ noſtræ myſteria cognoſcemus.*

Gosławſcij, *qui antiquitus Kielbaſij cognominati, Vincentium Kielbaſa Epiſc. Chelmen. & perpetuum adminiſtratorem Poſnanien. meminit* Cromer. lib. 29. *Nicolaus in pugna Pruſſica præſente Rege cognomento Kielbaſa gente Nałęcius, de quo* Cromer. lib. 16. fol. 269. col. 1. *ad finem. Andreas Goſławſki de Bebelno & Nicolaus Goſławſki, electionem Vladiſ. IV.* ex Palat. *Cracou. ſubſcripſerunt.*

Kk Vdrziccij,

Vdrzicc ij, *in Belzen Palat. Alexander Iudex terræ Belzen. Iacobus Suffraganeus Luccorien. nominatus Chelmen. Stanislaus Vdrzycki electionem Vladiſ. IV. ſubſcripſit ex Palat. Belzenſi.*

Chelmiccij, *in Dobrzynen. terra, Ex quibus erat Not. Ter. Dobrzynen. Cuius filij, Adrianus in Comitia Regni crebrius nuntius electus fuit, Stanislaus Præfectus Culinæ Reginæ Annæ, Lucas Chelmicki Not. Terræ Dobrzynen, Petrus Chelmicki Dapifer Terræ Dobrzynen. Andreas & Adrianus ſubſcripſerunt elect. Vladiſ. IV. ex Terra Dobrzynen.*

Nałęccij, *in Dobrzynen. terra. Hos magna pro Rege & patriæ libertate in bello Roxolano Chrinouſtio pugnante fortiter ſuſtinuiſſe*, Sarnicius teſtatur. *Ioannes ex Abrahamo Nałęczo natus, Epiſcop. Plocen. Anno* 1318. *ordine* 25. *Doctus vir, & Reipub. proficuus.*

Ruſianij, *in Chelmenſi terra Militia clari & pacis ſtudioſſimi. Pugnarunt modernis temporibus in Pruſſia contra Guſtauum & contra rebelles Coſacos Stephanus Sec. R. M. ſubſcripſit electionem Vladiſ. IV. ex Palat. Belzen.*

Giziccij, *in Sierad. Palat. Ex quibus erat Iudex Vielunen. annis triginta, Reliquit ſucceſſores non mediocris ſpei.*

Sadokierſcij, *in Sieradien. & Caliſien. terra.*

Kobierziccij, *ibidem.*

Chmielij, *in Maſouia & Belzenſi Palat. Martinus & Stanislaus præcipui in militari viri.*

Iarczewſcij, *Stanislaus Stephano regnante eximius miles in Moſchouia pugnando, Reliquit filios milites, Ioannem cum Zamoiſcio in Cecora hoſtium fuit præda, liberatus militiam fortius exercuit. Stanislaum qui à Turcis ad Chotinum occubuit. Andreas in Moſchouia militari cæleſti adſcriptus per mortem. Soror illorum Catharina Vozuczynſcij conſors.*

Złotopolſcij, *in Diſtrictu Zakrocimen. Milites ornatiſſimi trophæis & patriæ ſalutiferi, demum in Ruſſiam & Volhiniam tranſierunt. Petrus Subiudex Chyouien. vir iudicio maturus. Adamus militaribus tropheis clarus, Iudex Caſtrorum ſub Præfecto exercituum Stanislao Zolkiewſki in Valachia occubuit. Abraham quantus vir exercitio animi & in belli experientia fuerit ex Epitaphio Buſci in Ruſſia diſce.*

D. O. M. Piiſq; manibus.

Generoſus Abrahamus Złotopolſki de Złotopole diſtrict. Zakrocim. Palat. Maſouiæ. Genus Illuſtre Peruetuſtæ familiæ Nałęciorum clarus virtute ſua effecit. Ætatem Prætexte debitam, qua naturæ, qua ingenij dotibus exornauit, Sapientiæ deſiderio ſtimulatus, Hiſpaniam, Galliam, Italiam, Germaniam peragauit,

In quibus tantum literarum collegit, vt eſſet
Patriæ auxilio, Amicis ſolatio, Omnibus conſilio.

Militiam illius prudentem Pallas effecit. Non minus ille ſub vexiliis Illuſtriſſ. Palat. Maſouiæ in Campo Orinino & Cecora contra Scytas, & in Caſtris Sereniſſ. Principis Vladiſlai in Chocimen, bello contra Turcas ſtrenuus bellator. Quam in omnibus

expedi-

expeditionibus controuerſiarum militarium arbiter & iudex prudentiſſimus,æquiſſimusq́; extiterit. Ecce tandem qui ferrum Mauortis luſit, hunc inuidioſa Clotho lethali vulnere læſit, Anno 45. ætatis, Reparati orbis 1632.

Huic

Generoſa D. Catharina Witwinſka cariſſima coniunx, hoc quo tantus vir premitur & non opprimitur, mærens poſuit monumentum.

Gorſcij, *Hieronymus Venator vt autumo Liuenſis. Ioannes qui ex Kuninſka ſuſcepit filiam Sophiam conſortem Valentini Niedzialkowſki. Andreas ex Caſtellano Camenecen. in Podolia Legatus ad Turcarum Imperat. Demum & Vicetheſaurarius Curiæ, Palatinus Maſouiæ, vir prudentia, pietate, ſinceritate eximius. Ex Niezabytowſka primi matrimonij ſuſcepit filias tres, quarum vna Laſoccij Pocillatoris Lublinen. conſors, & duæ Dominorum Parſiorum. Secundò matrimonio cum Zamoyſka finium Regni cuſtodis filia habuit filiam Lubinſcij conſortem.*

Małochowſcij, *Ex quibus Stanislaus cum alijs nobilibus Primatum Regni quo intitulatur & honoratur Archiep. Gneſnen. trutinabat* Bielſc. fol. 663.

Kielbaſa, *Nicolaus armorum Nalecz,* Bielſc. fol. 298. *ſed hoc eſt prænomen non cognomen.*

Maliſcij, *Albertus fidelem ſe Regi præſtitit, & ad defenſionem Regiam cum alijs accurit,* Bielſc: fol. 292. *Palat. Lencicien. & Maioris Poloniæ Adminiſtrator,* Crom: Anno 1439. & lib. 16. 21.

Socha, *Ioannes qui neſcitur à quo occiſus fuit, dum arcem Pruſmork a Cruciferis reciperet in Regem,* Bielſc. fol. 302.

Mroccij, *Deſignatus ad receptionem arcis Pruſmork à Cruciferis,* Bielſc. 302.

Odrziuolſcij, *Dobrogoſtus de Odrzywol Præfectus Radomſcen. Pontem ad Kozienice ſuper Vandalum conſtruit* Bielſc. 290. *Ioannes Odrzywolſki Rothmagiſter S. R. M. veteranorum militum & experientia bellica ornatiſſimorum. Qui à prima adoleſcentia militaribus caſtris deditus, ita ſpecioſis actibus meruit præmia, vt ad dignitates multarum copiarum ducendarum, à ſupremis exercituum ducibus eligeretur. Demum à Sereniſſ. Regibus Poloniæ, Cuſtos caſtrorum Regni deſtinatus, ad maiora promoueri dignum ſe præſtitit. Et quia merita ipſius pro patriæ conſeruanda pace, in caſtris vſq; ad ſenium deducta permanet, primum Præfectura Zydaczouien. poſtmodum Vinnicenſi honoratus eſt. Bonorum Zaslonieccíorum factus eſt heres, & Ordinis Prædicat: ſingularis benefactor. Cui vna cum amicis benedicat Deus.*

Zarczynſcij, *in Maiori Polonia, Stanislaus Tenutarius Mariæburgi, beneuolentia, hoſpitalitate, omnibus affabilis. Ex Wilczynſka Katarina de Wilczyn armorum Proſna, Suſcepit digniſſimam prolem Ioannem ---- virum ſpirituali deditum ſtatui, Eccleſiæ Belzenſis Præpoſitum, ex deſignatione Sereniſſimi Vladiſ. IV. Hunc vti probum breui ſibi adoptauit cælum. Andream, qui parentem ad negotia Reipub. dignum, nam plurima diſſidia in Pruſſia ex commiſſione Regia dulciter compoſuerat, ſequi neglexit. Sorores, Anna quæ*

totum ſtudium & animum religioni Deo in Monaſterio S. Brigittæ Lublini conſecrauit, Sophia quæ Ioanni Belzecki Caſtellani Halicien. viro literis prudentia & virtutibus ornato nupſerat. Huic nil deerat, quo matrona & cultrix virtutum non fuiſſet præclarè commendata. Erat Deum timens, maritum honorans, filijs exemplum bonitatis, manſuetudinis, pietatis, & patientiæ relinquens. Laudent eam in portis opera eius. Patrueles Zarczynſciorum ſunt, ſed à bonis Waſoſſę, Waſowſcij appellati.

Pirawſki, *Thomas Epiſcopus Nicopolien. & primus Suffraganeus Leopol. Decanus & Officialis, eiſdem armis vtebatur. Qui ne dum fundauit (adornato Capitulo Leopolien. tanto Antiſtitis & Inſulæ honore) Sacellum D. Thomæ in Cathedrali Eccleſia, cum Camera charitatis, ſed plurima bona animi & fortunæ, vir doctrina clarus reliquit. Huic ſucceſſit Lucas Kalinſki, arm. Topor, demum Zacharias Nowoſſycki, arm. Sas, modo ſuccedit Andreas Sredzinſki, arm. Leliwa, Epitaph. appenſum manet primo Suffraganeo.*

R. D. Thomas Pirawſki, Dei gratia, ſingulari promotione Ioan. Andreæ Pruchnicki Archiepiſcopi Leopol. Epiſcopus Nicopol. Suffraganeus primus Leopol. Decanus & Offic. Generalis. Præclaris naturæ, præclarioribus animi dotibus, plenus honorum, maturus vitæ, diues virtutum. Obdormiuit A. D. 1625.

Kłokoccij, *in Dobrzynen. terra. Fideles Dominis ſuis: ſed omnium domino fideliſſimos eſſe decet, quoniam ſine illo nec miſer ſubleuatur, nec fælix regitur.*

Popielſcij, *Regendam rectè familiam ſuam norunt. Et ſi rectè regitur domus, dum vir regit & fæmina obtemperat, certè & ille homo erit rectus, vbi ſpiritus imperat, caro ſeruit. Albertum Cerſcenſem & Sorocen. Parochum, habet Epitaph. Varſaniæ in Eccleſia Patrum de Obſeru.*

Wollcij, *in Belzen. terra. Curant honorem debitum Patriæ. Quod innatum eſt præſtanti viro, & bene precanti patriæ. Quocirca Ariſtides interrogatus, qua de re in exilio maximè triſtatus fuiſſet? reſpondit, propter dedecus patriæ malè audientis ſui cauſa exilij.*

Oſtrowſcij, *in Chelmen. terra. Ad deſiderata Regni & Patriæ negotia apti & prompti: Hæc autem gratioſè exercentur iuxta Ariſtophanem, ſi in contrarium aliquibus imus. Fuerunt namq; qui*

Ciues quoſquidem ſciebant ingenuos, modeſtos,
Iuſtos, honeſtos, ac probos viros eſſe,
In paleſtraque & choris enutritos & muſica
Expellebant, fabris autem & peregrinis,
Et Pyrrhis, id eſt ſeruis,
Maliſq; atque malo genere natis, ad omnia
Vtebantur. Qui poſtremi aduenerunt, quibus
Ciuitas ante hac ne pro piaculis quidem temere & facile vſa eſſet.

Iłowieccij

Howieccij, *in Chelmen: terra. Nobiles qui via regia procedunt. Eſt autem regia via fortitudo cum conſtantia, à qua, qui temerarius eſt & pertinax, declinat ad dexteram, qui vero formidoloſus eſt & timidus, declinat ad ſiniſtram.* S. Auguſt. ſup. Iſai.

Dąbrowſcij, *in Lublinen. Palat. Viri ſedati moribus & iudicio maturi. Nam duæ ſunt mulieres, inquit Heniochius* in Stob. ſerm: 43. *quæ perturbant animum nobilis & grauant Remp. nomen vni Democratia, alteri Ariſtocratia; vndè ad ſtabiliendum vtrumq; præſtant congrui mores & iudicium maturum.*

Iendrzeiewſcij, *in Sendomirien. & Chelmen. terra. Milites ſtrenui quo gloriam domus conſeruant, & augmentum patriæ deſiderant. Hæc namq; res requirit virum animi patientis & laborioſum ad ſingula.*

Leſieccij, *in Lublinen. Palat. Hi continuo labore & exercitio, in maximam experientiam, eorum quæ domi & in caſtris tam militaribus quàm forenſibus ſunt, deuenerunt. Nam:*

Ex numeroſa gutta, vt aiunt, perpetuò ſtillante,
Excauatur etiam lapis in ſciſſuram.

Horyſzewſcij, *in Lublin. Palatin. de Lackie Horyſzowo. Hi viros ſe eſſe commonſtrant vbiq;, ſed vtinam & Catholicos veros.*

Rudniccij, *in Præmiſlien. terra. Antiquitate familiæ proſperata domus, & ea quæ paci Reip. conueniunt, & quæ gloriam progenitorum ſpectant, perpetuò confecit. Bartholomæum virum literis clarum Parochum Huſakouien. aliqui meminerunt, qui ob mortem Boratinſcij Caſtellan. Belzen. Capitanei Samborien. quem intenſo affectu proſequebatur, in periculum vitæ deuenerat.*

Roſtworowſcij, *in Maiori Polon. Omni obſeruantia & ſtudio Regi, Reipub. & Patriæ deuincti. Ius enim & natura dictat, & in bello, & in iudicio, & prorſus vbiq;, ea quæ Reſpub. Patriaq; iuſſerit facere.*

Tupalſcij, *in Maiori Polon. Vnitatis, tranquillitatis, & pacis amatores: ſeditio namq; inteſtina vtrinq; nocet: etenim tum victoribus tum victis pernicies eſt æqualis.*

Kaſinowſcij, *in Maiori Polon. Publicè & priuatim prodeſſe patriæ deſiderant. Nam publicis negotijs qui vel minimum quidpiam abſtulerit, occaſionem indè fieri maioris pernicici. Priuatorum verò cura quomodo aptius publicis inſeruire queant, adiumento eſt.*

Wienieccij, *in Gneſnen. diſtr: Virtuti alienæ non inuident, & lætantur de illa, quia propria virtute ſtabilire domum deſiderant.*

Sadowſcij, *ibidem. Amicorum amici. Præclarus autem æſtimandus eſt vir cui contingit vel amici vmbra. Hinc dicitur eſſe amicitiæ ſanctum nomen.*

Obierierſcij, *in Maiori Pol. Curant domus ſuæ ſtabilitatem. Sed nec domus nec Reſpub. ſtare poteſt, ſi in ea non rectè factis præmia extent vlla, nec ſupplicia peccatis.* Cic: de Nat. Deor.

Popowſcij, *Totis viribus patriæ deuincti. Nicolaus vir humanitate & actibus celebris.*

Woinowſcij, *ibidem in Rogozno cum Popowſcijs exdiuiſa bona tenuerunt. Generoſa educatione ſpecioſorum actuum deducunt affabilitatem.*

Runowſcij, *in Naklenſi diſtr. Iura Patriæ & dignitatem ipſius obſeruant. Nam ſi fratres debent ſe amore proſequi, non ſolum propter parentes, ſed etiam propter ſemetipſos, etiam patria omni proſequenda laude propter ſeipſam in qua nati & nobiles ſumus.*

Raczynſcij, *in Maiori Polon. Vt veri nobiles, ita & omnibus fide & conſtantia clari.*

Radziccij, *Fortitudinem commendatam ſibi omnibus repreſentant.*

Cichoccij, *in Podgoria. Cogitant quæ probum virum & hominem cogitare alto ſilentio decet.*

Oborſcij, *in Sendomir. Palat. Graues viri & authoritatem honorantes. Teſtantur eorum conſulta in Tribunalicijs Regni, atq; progreſſus in Senatu & Martiali arena.*

Swariſewſcij, *in Sendom. Palat. Magni ſunt in dicenda ſententia & in promouendis caſtris, quoniam multo exercitio habitum compararunt. Aliqui ex his verſus Pocutiam in Ruſſia domicilia conſtituerunt, milites in domeſtica cura vigiles. Qui Canonicum Cameneccen. in Podolia & Præpoſitum Dunaigroden. progenuerant.*

Dylagowſcij, *in Sanocen. terra. Ea quæ nobilis viri propria ſunt præſtare tentauerunt, quapropter ornamenta domui reliquerunt. N. Dylagowſki Rothmagiſter contra Gedanen. in prælij feruore vitam pro patria oppetijt, Anno* 1578. *Sebaſtianus Vicecap. Stobniccn. poſt reddita claris in patria Senatoribus obſequia, caſtrenſi operam dedit. Reliquit ex Cielatycka armorum Leliua Petrum & Annam.*

Zabiccij, *in Lencicien. Palat. Probi proba deſitant. Oportet namq; virum nobilem & rectum ſe ipſum exemplar cæteris conſtituere, ne peſtilentia morum alios inquinet.*

Rogaſcij, *in Lencicien Palat. Eorum eſt honeſtam magis famam quam diuitias ingentes liberis relinquere. Nam hæ plurimas familias peſſundarunt; cum ex malè acquiſitis & auarè non gaudeat tertius hæres, fama autem celebris, nobiliorem virtute & præmio conſtituere feſtinat.*

Soſnowſcij, *in Chelmenſi terra. Obſeruarunt Iſocratis dictum re & factis. Inquit ille. Aggredere res experientia & Philoſophia: hæc enim vias tibi demonſtrabit. Exercitatio autem operibus acquiſita efficiet, vt meliùs & aptiùs res ipſas tractes.*

Orchowſcij, *Tranquillitatem vitæ multo labore compararunt. Bonum enim non fit niſi ex integra cauſa, ſicut malum ex quocunq; defectu.*

Dąbrowſcij, *ex Lucaſi terra. Præſtant ſe grates Regi, & Patriæ.*

Błonſcij,

Błonſcij, *ex Drohogicen. terra. Inchoatæ vitæ ſalutiferum terminum imponere tenent votis. Quot tum ſit, cum res ordinatè & ſanctè ab hominibus dirigun-tur in vltimum finem Deum.*

Tanſcij, *in Ciechanouien. terra. Qui fortiores viribus, neceſſarijs inſiſtunt operibus, & ſeniores ac maiori prudentia præditi, de ijs, quæ agenda ſunt ſalubriter conſulunt. Simon Tanſki vir iudicio maturus Succamer. Ciechanou.*

Parczewſcij, *in Syradien. Palat. Reſplendet in eis generoſus amor, tàm paſſiuè quàm actiuè ſumptus. De quali Xenophon in Hierone. Ego ſanè tam ingens bonum indico amari, vt exiſtimem ei qui diligitur vltrò bona affluere, tum à Dijs, tum ab hominibus. Eſt ex Parczewſcijs nunc Epiſcopus Smolenſcen. vir religionis & vitæ ſpiritualis feruentiſſimus, cuius vigilanti cura, gens illa rudis & fera, fidei ſacræ inſtitutione reformata, multarum Eccleſiarum erectionem admiſit & defendit. Fecit quod S. Bern. deſiderabat: Dilige tota anima Dominum Deum tuum, ſponſum tuum, vitam tuam, ſolatium tuum, conſiliũ tuum, & refugium tuum. Dilige illum qui tibi eſt quicquid amabile, aut optabile eſſe poteſt. Dilige eum caſtè, deuotè, & ſanctè, opere & veritate.*

Suſcij, *in Syradien. Palat. Sicut duo militem reddunt eximium, honeſtas quæ idoneum facit, & verecundia, quæ dum prohibet fugere, facit victorem: ita hominem probum duo conſtituunt, genus quod ad virtutem monet, & mores quibus excellit alios. His extiterunt clari Suſcij.*

Tyniccij, *ex Breſten. & Cuiau. Palat. Sedatis affectibus dum Principum animos ſibi conciliarunt, fortuna & honores ipſis alluſerunt. Nam ſicut ægrotum lectus aureus nil iuuat, ſic neq; ſtolidum inſignis fœlicitas fortunæ.*

Wilkowſcij, *in Syradien. Palatinatu Reddere patriæ debitum honorem & amorem, tam belli, quàm pacis tempore optant & deſiderant.*

Wolſcij, *ad Vrzendouien. oram. Ex honeſto diuites, honore, fama poſſeſſione.*

Kurowſc[illegible] *in Caliſſ. Palat. Et equum freno, & diuitias prudentia gubernare ſciunt.*

Giganſcij, *in Lublin. Palat. Dicebat Chryſippus, ſi quis Rempubl. malè rexerit dijs diſplicebit, ſi uerò benè, ciuibus. Hercules eſſe in vtroq; nobilem, vt Deo & bonis placeat, decet.*

Błędowſcij, *Laudem familiæ ex caſtris & bello retinent.*

Podkoczcij, *in Podlachia. Cum his qui aliqua regere debet, neceſſario deſiderat prudentiam, ſi magna regit, magna prudentia opus eſt. Igitur Podkoczcij poſt legitimam educationis litteris ſummam operam, militaribus non mediocrem laborem addiderunt, & profecerunt.*

Korzeniowſcij, *in Lublin. Palatinatu. Si corporum icones pluris facimus, multò pluris faciendas mentis & actionum icones. Veſtræ ineſt curæ, excolere mentem, & adhibere fortitudinem animi, in dicendo & agendo.*

Wąſowſcij, *qui propriè ſunt Zarczynſcij, ſed à bonis Wąſoſſe in Polonia maiori Wąſowſcij appellati fuerunt.*

Przetoc-

Przetoccij, *de Przetoczyn in Caliſien. Palat. Sicut animi præſentiam in periculis cum ratione coniunctam laudamus, impetum verò ſine ratione audaciam vocamus, & odimus: ita quodlibet virtutis bonum & honeſtum in nobili laudamus, malum autem & contemptibile vituperamus.*

Chwalibogowſcij, *in Syradien. Palatinatu. Dicebat Heſiodus: illis pariter indignantur & dij & homines, quiſquis ocioſus vixerit. Cognomine veſtro ad virtutis culmen & glorioſum nomen domui veſtræ incitamini.*

Koczanij *in M. D. Lith. qui ex nobilibus Lithuaniæ in vnione ad nobilitatem Regni in Comitijs Regalibus Chrodlenſibus arma Nalecz in perſonam ſuam, ac ſtirpem ſuſceperunt. Hinc iam colligere licebit, quanta domus in meritis & dignitatibus fuerit Koczanorum, ſi tam Illuſtriſſima familia Nałęciorum illos ad ſua inſignia vocauerit, & libenter illis vſum contulerit. Sed inde peregrinationem hominis collige, quæ dum nos ad nobiliorem gloriam transfert, gloriam mundi vt vanam intermittere ſuadet & docet.*

Lippij, *Nobiles Veneti, quorum vnus, nomine Proſper, Puer adhuc, cum Auunculo ſuo Nicolao de Buccellis, Stephani Regis Archiatro, in has oras deuenit: ac conſumptis iuuenilibus annis, in artibus ingenuis, & peragratis aliquot nationibus, tandem bello Moſcouitico, ſub Rege Stephano interfuit, & egregiam vtilemq; operam Reipub. nauauit. Quo facto, haud difficulter, accedente præſertim commendatione & interceſſione Magni Zamoſcij ſummi exercituum Imperatoris, in Comitijs Regni Generalibus, Indigenatum obtinuit: quin etiam, Gens Goſtomia, arma ſua Nalecz, Paternis eius inſignijs, lubens ſuperaddit. Quod totum abundè teſtatur diploma Indigenatus ipſius. Demùm, vxore ducta ex inſigni Podoſciorum familia Armorum Iunoſſa, duos ex ea ſuſcepit filios. Quorum alter Hieronymus puer admodum deceſſit; Alter verò Nicolaus, bonis literis probè excultus, operam ſuam addixit Principi Radziuilio Exercituum Duci in Lithuania: quin etiam ſub ſignis eius contra Sudermannum, aliquandiu meruit. Poſtmodum, expeditione Publica generali ad Chocimum contra Turcam exantláta, multiſq; egregijs facinoribus peractis, tandem in bonis Paternis Rzemieniowice & Trembaczow in diſtrictu Viſlicienſi conſedit.*

NAPI-

NAPIWONIE Alii NAPIWONOW.



DELINEATIO.

EST Caput Ceruinum, cornibus in altum porrectis, intra quæ lupum griſeum retinet retro aſpicientem cum cauda eleuata, ſuper galeam ſunt pennæ Strutij. Alij verò integrum ceruum depingunt, intra cuius cornua & dorſum lupus, hanc tenet Paproc. delineationem in Nido virtutum, ſed in Stemm. ſuperiorem, niſi quod ſola cornua cerui ponat ſine capite. Verùm Dlugoſſus dum meminit eorum primogeniti ſub An. 1358. Caput ceruinum ponit &c.

ORIGO.

Arma Cerui cum lupo in cornibus tenet in Miſnia familia Wolfransdorfiorum. Sed hæc in Regno ſunt acquiſita.

BOleſlaus Kriuouſtius qui regnauit ab A. 1103. ad Annū 1140. talia arma contulerat Matthiæ Borkouicio, eo fermè tempore, quo & arma Dzialoſa. Nam dum ceruum à cuius capite cornu auulſerat Dzialoſius, viuum adduxiſſent Regi, cum vno cornu agiles milites acceperunt donatiuū à Rege pecuniarium in refrigerationem & potum. Illi vt præſtantes ſemper milites, nobilitatis inſigne, non ita pro venatura cerui, quàm pro præcedentibus meritis & ſubſequentibus petierunt, donauit igitur vni illorum caput hoc ceruinum cum griſeo lupo. Quod inſigne proclama Napiwon à data pecunia in ceruiſiam & potum obtinuit.

BREVE OMEN.

SIcut decreſcens luna, iam decidentis fortunæ imago eſt, ita ipſum caput cerui cum lupo eſt parui ominis & breuiſsimi nota. Nam licet ceruus magnum ſit Symbolum rerum, vt Pier. lib. 7. hierog. deducit, ſed ceruus cui inſidet & inſidiatur lupus, vltimum ſuæ fortunæ exprimit. Vnde lupus dicitur eſſe raptor, inanium formidator, impatiens famis, moroſa meretrix, mortis & peſtilentiæ imago. Quocirca lupus ceruarius non ſine ratione ab Alciato Emblem. 66. dicitur. Vnde arma veſtra nimis omen

breue repræſentant, nam quicquid promittit vobis ceruus, hoc totum perfundat lupus. Quod ſic Alciatus oſtendit.

Cùm lupus eſuriens mandit ceruarius eſcam,
Præq; fame captum deuorat hinnuleum.
Reſpiciat ſi fortè alio, vel lumina vertat
Præſentem oblitus, quem tenet vngue cibum.
Quæritat incertam (tanta eſt obliuio) prædam,
Qui ſua neglexit ſtulte aliena petit.


Dum militarem & cum ea honeſtum tractaretis, arridebat vobis fortuna, atque in altum deducebat, vt primi & ſpectatiſsimi Senatores nuncuparemini, ſed cum rerum alienarum in vobis cupido vituperanda creuit, & vitam & honorem ſimul vno momento amiſiſtis. Quapropter præmonitio ſimilibus ſeruanda Thomæ Mori:

Os canis implet anas, alium capturus hiabat
Non capit, at quem iam cæperat ore fugit.
Sic miſer in terra dum rem captas alienam,
Sæpiùs & meritò perdis, auare tuam.

FAMILIA NAPIVONIORVM.

NApiuonij ſtrenui milites Boleslai Criuouſti à Borck nuncapati. Matthias Borkowic Palatinus Poſnanien. Anno 1358. *De hoc ita Dlugoſius. Erat ea tempeſtate quidam Baro in Pol. Regno, & generis nobilitate & opibus inſignis, de armis cuius proclama Napiuonie Matthias Borkowic, quem Caſimirus Rex Palatinatu Poſnanien. extulerat, & dum exiſtimaret profuturum Reipub. is verò furum & prædonum primum receptator, poſt verò furtorum & ſpoliorum precipuus auctor &c. Hunc Rex Caſimirus correctione benigna obiurgans, deinde pœnarum denuntiatione deterrens, non poterat à propoſito reuocare. Motus igitur querelis ſubditorum Rex, prædictum Palatinum ad ſe in Kaliſs venientem captiuat, & decreto Regio in mortem condemnat, vt fame excruciatus moriatur; ſed in tanto carcere per* 40. *dies morando in fame, niſi ſumpta Eucharistia & confeſſione præmiſſa mortuus fuit. Vndè aliqui condemnatum iniuſtè, alij omnipotentis Dei miſericordiam extollendo, mirabantur. Ioannes germanus illius, hæres in Czarzyn, ſed cum vltionem fratris in Regem ſuſcitaturus denunciaretur, & hunc ſatis cedere Rex coëgit, & bona Kozlin & Czarin & alia eorum abſtulit. Matthiæ filius relictus ad Comitatum Brandeburg. profugit. Vndè incurſiones in Regnum faciebat, nobiles & mercatores in prætereundo captiuabat. Ad vltimum in Rozrazew à populari tumultu quaſſatus fædiſſimè obijt. Nec alia cauſa pœnarum fuit Matthiæ quam latrocinia,* vt Cromerus oſtendit lib. 12. ſub Anno 1355.

NEWLIN.



DELINEATIO.

EST Sagitta aurei coloris ſurſum poſita, offendicem gladij aliâs Ielcá in tranſuerſum ad inſtar crucis habens, hinc inde ſtella illuſtrata in campo ceruleo, ſupra galeam ex corona aurea Aquilæ nigræ ala, ſagitta transfixa prominet.

ORIGO.

ARma hæc ex Germania in Poloniam illata ſunt per illic Nobilem Simonem Ronneberg Medicum & Pharmacopæum Sigiſmundi Auguſti Regis Poloniæ, & per eius fratrem Germanum Erneſtum, additæ ſunt ipſi in Regno ab eodem Rege duæ ſtellæ, propter merita tum præfati Simonis in curanda valetudine Regis collocata, tum & Fratris eius Erneſti, qui ſub Arce Neüel dicta, Anno 1563. contra Moſcos cum Rege pugnante occubuit. Vndè & præfata inſignia denominationem ſuam ſortita ſunt & dicta Newlin.

FIRMAMENTVM PATRIÆ.

PRimum talium Armorum progenitorem in ſua Patria fuiſſe virum fortem & infractis viribus, ac proinde & Patriæ firmamentum non eſt dubitandū: quid enim ſagitta cruce gladij inſignita & manubrium mucronis niſi virum in bello fortem & conſtantem denotant? Nam teſte Martiali Epigram: 32. apud antiquos gladium vel frameam ad latus geſtare fuit dignitatis & honoris ſignum: ex bello ſine gladio vel ſcuto redire fuit maximus dishonor, cum ſcuto & gladio fuit maximus honor, ſed rupto ſepto cum ſcuto tranſfixo, cum gladio quaſſato, rupto, diſiecto ſummus honor. Ronnebergij vt ex talibus eorum armis quibus vtuntur conijcere licet, in bellis pro ſua Patria cum hoſtibus dimicando non retrocedebant, ſed procedebant, pectore non tergo obiecto conſtanter & animosè pugnabant, cum ſola enſis cruce domum redibant, & ideò illis iuremeritò talia arma conceſſa ſunt. Recte igitur ſthematizati hiſce armis Patriæ firmamentum intitulari poſſunt.

DECVS ET ORNAMENTVM FIRMAMENTI.


CReator omnium rerum Deus, poſtquam in principio creauit cælum, in firmamento ipſius poſuit ſtellas pro ornamento dicente Sacra Scriptura, Gen. 2. *Igitur perfecti ſunt cæli & omnis ornatus eorum*. Firmamentum Patriæ ſuæ Germaniæ fuerant Ronnebergij, quod inſignia hæc propter fortia eorum geſta collocata demonſtrant, addita fuerat ſagitta pro ornamento Nobilitatis: Longobardorum enim hæc erat ſolemnitas, vt nobilitatem capientibus ſagittam porrigerent cum tali oratione: *Dij te hac ſagitta nobilitent*. Id ipſum rectè huic Familiæ applicari poſſet. Ezechiel Propheta cap. 27. mandato Dei exprobrans faſtum Tyrijs, qui fortitudinem & ornatum Ciuitatis ſuæ iactabant, inter cætera de ipſis dicit: Pigmei (id eſt viri bellicoſi) qui erant in turribus tuis, pharetras ſuas ſuſpenderunt, in muris tuis per gyrum ipſi repleuerunt pulchritudinem. Neulinij ſeu Ronnebergij pharetras ſuas ſagittis ornatas, in muribus Germaniæ ſuſpenderant, ſanis ſuis conſilijs & fortitudine pectoris pulchritudinem eius conſeruabant, ornabant, ampliabant præclaris ſuis meritis, vt non immeritò illis talia arma conceſſa fuerint. Non ſine maturo iudicio Rex Auguſtus eorum virtutem admiratus, ad arma illorum antiqua duas ſtellas pro ornamento adiecit, tanquam duplici firmaměto Regni Simoni & Erneſto Ronnebergijs: ſicut enim primo Parenti Ordinis Prædicatorum S. Dominico adhuc paruulo ſtella miraculosè in fronte apparuit, quâ indicabatur ipſo nato nouum lumen mundo affulſiſſe, vnde & de eo canit Eccleſia: *Stella micans in fronte paruuli, nouum iubar præmonſtrat ſæculi*. Ita exiſtimarem duplici ſtella ad arma Neuliniorum addita, duplicem ſplendorem Simonem & Erneſtum tunc Regno affulſiſſe denotabatur. Inter alia ſigna cæleſtia ſagittarius cum arcu & ſagitta vibrata exponitur, Sagittarius iſte iuxta mentem interpretis Alciati Emblemate 149. Chyron vocabatur, qui rerum cæleſtium erat peritus, ac in dignoſcenda natura herbarum peritiſsimus, & ideò ab antiquis inter ornamenta & aſtra cæli connumeratus, & authore Plinio lib. 18. cap. 26. conſtat ex quinque ſtellis. Sagittarius iſte Ronnebergiorum ex duabus tantum ſtellis conſtat. Chyron tamen eſt, Chyron erat Simon in arte Medica peritiſsimus, in inueſtigandis naturis herbarum dexterrimus. Chyron erat Erneſtus, qui pro Patria & Regno cui ſe adiunxerat, non dubitauit mori, & ſe totum & omnia ſua dedit, conſecrauit. Reponendi igitur erant inter ſydera cæleſtia, & ſtellis erant adornandi. Et ideò quemadmodum Moyſes moriturus Deuth. 2. benedicens populo Iſrael iſtis verbis vſus eſt: *Eſtis hodie ſicut ſtellæ multiplicati & ſplendentes, ſed addat Dominus ad numerum millia & benedicat vobis*. Ita & Neuliniis ni fallor benedicens Rex eandemq; felicitatem præcando ſtellas conceſsit. Ex quo eos ornamentum firmamenti indubitanter conijciamus.

SERIES

SERIES FAMILIÆ NEVLINIORVM.

DVo illi nuper memorati plurimorum quorum nomina cœlo meritiſſimorum antiquitas ſepeliuit Protoparentes fuére, vſq; ad hos quos nobis præſens noſtrum ſæculum videndos proponit. Abraham videlicet Ronnebergium virtutum plurium cultorem, eleēmoſynarum largiſſimum diſtributorem, Familiæ Societatis IESV ſpecialem amatorem, & Cracoiuæ benefactorem, cui Familiæ vnum etiam ex Filijs Deo conſecrando inſeruit. Aliquot deinde ipſius filios magnæ dexteritatis & prudentiæ viros, cum ampla ſua prole hæredes in villa Kapiolki, in Palatinatu Craconienſi diſtrictu Lelouienſi.

NIECZVIA alias OSTRZEW.



DELINEATIO.

EST arbor ſecta cum quinque nodis in rectum ſtans, cui trunco arboris Boleſlaus Criuouſtius addit crucem ad verticem in campo Rubeo. Super coronam inter duas aquilinas alas, eſt eadem arbor cum cruce. Vndè aduerte quod aliquæ familiæ vtuntur trunco ſine cruce.

ORIGO.

TAlia arma ſine cruce reperiuntur & in Sicilia, quibus inſignitur familia à Boſcho, vt Petra Santa refert. Et in Sileſia Vlrico Principis, eadem arma primi conſiliariorum fuerunt: *Paproc. in horto Reg. fol.* 183. Sed hæc arma Oſtrzew dicta in Regno Pol. acquiſita Dlugoſſus refert, vndè dicit genus Polonicū, Boleſlao Criuouſtio regnante, acceperunt nouum Proclama cum additione. Nam dum contra Sileſios & Bohemos mouiſſet Rex bellum, dum caſtra ab vtrinque metata fuerant, Bohemi nocte quadam inſidias parauerunt, & minus incautos inuadere voluerunt, vnus de familia Oſtrzew diuinitùs admonitus per ſomnium hoſtes adeſſe ingenti clamore perſonuit, quo expergefactus miles hoſtem prope inſidiantem conſpexit, quos irruentes, forti pectore Criuouſtius repreſsit & oppreſsit. Quocirca addidit illa ad arma crucem, & Nieczuia vocauit vt aliqui volunt, Præceſſerunt tamen in hoc prælio magna indicia fortis animi, nam Ducem exercitus Bohemici ſtrenuè aggreſſus vires hoſtium debilitauit. Vndè non tam ille clamor, quam audax & felix con-

congreſſus cum hoſte Sereniſſimum Regem in præmium conferendum concitauit, vndè crux ex quaſſato gladio ponitur. Sunt qui ex Silеſia primitus originem habere arma dixerunt, nec ambigo, ſi ſermo fuerit de armis Oſtrzew, nam ibi plurimæ familiæ ſimilibus armis vtebantur. Notat Papr. in Nido virtutum, quod Principe Hermano regnante in Regnum veniſſet cum filijs decem parens horum armorum, qui à villa Nieczuiki Nieczuiouij poſtmodum dicti. Quapropter magis placet quod proclama ex cognomine fuerit.

DECVS· REGNI.

VArijs modis decorem Regni repræſentabant ſcriptores. Alij libro, quo ſapientia & prudentia acquiritur & conſeruatur; alij gladio, quo omnis Reſpub. protegitur & dilatatur: alij corona, qua diuerſi Principes, Reges, Imperatores inaugurantur & coronantur. At Veſpaſianus magnus ille de Hieroſolyma triumphator nullo conuenientius repræſentari decorem Regni quàm arbore apertè in ſuis nummis edocuit. Vt ſcilicet diuerſa arbor, diuerſa ſignificet Regna: decuſq; arboris, decus Regni commonſtret. Quapropter vt Iudæam ſignificaret, palmam ponebat in nummis, vt verò Cretam, Cedrum efformabat. *Ita Pier. lib. 52. cap. 3.* Sed quod ille in decus Regno adſcribendum poſuit, hoc quoq; in Sicilia, Sileſia, & Polonia obſeruandum venit, nam nobiles & Barones, præcipui in his Regnis arborem in ornamentum ſuorum Regnorum & nobilitatis aſſumpſerunt, ſed præcipuè decus Regno Pol. ex talibus armis conſurgit, quia ſalutiferam crucem formatam ex quaſſato gladio commonſtrat & defert. Vndè quidam

Prouida magnanimæ ſi adſit prudentia dextræ,
Dic mihi quæ rerum pulchrior eſſe queat.

Refert Suetonius in Veſpaſiano, quod cupreſſus in auito Veſpeſiani agro, altitudine conſpicua ſine vlla vi tempeſtatis euulſa radicitus repentè procidit, ac ſequenti die viridior atq; firmior eodem veſtigio reſurrexit. Grande, vt inquit Tacitus, proſperumq; aſſenſu aruſpicum iuueni Veſpaſiano per hoc fuerunt promiſſa, oſtento erat Cupreſſus maximo, at hæc omina cum felicitate proſpera iam extremum paſſa fuerunt. Arbor autem ſicca immò truncus quem crux gloriæ virentis adornat, iam tale ac tantum omen ſecum deducit, vt nedum ſole hoc & luna exiſtentibus maxima laudis encomia reportabunt, verùm ceſſantibus planetis & aſtris, dum magnificabitur crux, & quocunq; locorum magnificabitur ſiue in terra ſiue in cælo, vos quoq; talium inſigniorum patrones ad laudem concitabunt & vocabunt. Sit igitur hæc veſtra intentio & meditatio, quàm Euripid:

Meo quidem iudicio non rectè ſapit
Qui ſpretis patriæ terræ finibus,
Alienam laudat, & moribus gaudet alienis,
Tu verò ò mea tellus & genitorum Patria
Vale. Nam viro licet plurimis malis obruatur,
Nullum eſt ſuauius ſolum quàm quod nutriuit eum.

LINEA

LINEA FAMILIÆ NIECZVIA.

D*Erslaus Nieczuia, qui erexit villam in Sendomirien. Palatin. dictam Nieczuyki, Pocillator Boleslai Criuouſtij* 1114. *cui hæc arma conceſſa fuerunt. Wjeborius Nieczuia Palatinus Sendomirien. & Præfectus exercituum Regni Anno* 1145. *Troianus Nieczuia. Comes Stoislaus Nieczuia, Comes Zdislaus Nieczuia, in quibusdam priuilegijs memorantur, Anno* 1200. & 1261 vt Papr. refert in Stemm:

Starzechowſcij. *Hi & nobilitate generis, & dignitate titulorum, & præſtantia militari, illuſtres & conſpicui. Albertum Orichouius magnũ virtute & ingenio in dialogo executionis meminit, cuius filius Ioannes Palatin. Podoliæ dignitate inſignitus fuit, Germani autem fratres Alberti in bello ad Socalum pro patria fortiter dimicando à Tartaris ſublati ſunt. Quantus verò fuerit vir Albertus nominatus, ſequentia demonſtrant. Ille in Confinibus Regni tunc Bari Præſes fuit, cùm à Bona Sfortia Regina in propugnaculum erigeretur. Vndè colligitur armis & fortitudine fuiſſe ſtrenuum & hoſtium ſtragem. Ille pro bene meritis præſertim caſtrenſibus & militaribus titulo Caſtellani Belzenſis honoratus fuit. Ille numeroſa legione militam, quos mira humanitate & liberalitate tractabat, tutor & pater confinium extitit. Ille Palatinatum Belzenſem in præmium tenuit. Ioannes ex Turſka armorũ Ianina natus Palat. Podol. non diſſimilis parenti ingenio & Marte, qui liberalitate affectos ſibi milites & Reipub. bene merendos conciliauit. Ex B, alowſka armorum Topacz in aula Sereniſſ Reginæ moribus & virtute ornata, reliquit prolem. Albertus filius eius parens militum & maximus patronus, Ductor turmarum equeſtrium ſub Gedanum & ad Smolenſcum, & contra Tartaros præcipuus. In Tranſiluaniam ad electum Regem Stephanum Bathorium Legatus. Vir Regi & Reipub. obſequio ſingularis,* Papr. in Nido virtut. fol. 1163. *Ex Ligezanka reliquerat Ioannem Palatinum Podol. & Capitaneum Drohobicen: vt Conſtitutio Regni Anni* 1562. *meminit. Ex Łaſka Palatini Syradien. filia ſuſcepit prolem, Obijt Capitaneus Wyſogrodenſis. Stanislaus alter filius Ioannis Succamer. Præmislien. Vir apprimè litteris ornatus, & virtutis ſtudioſorum cum litteris, deſideratiſſimus & amans. Magnus prudentia & conſilio in diuerſo genio Interregni. Ex Tarlowna Palatini Lublinenſis filia reliquit prolem.*

Wapowſcij, *Perantiqua familia, ſplendens genere meritis & titulis in Regno & caſtris. Petrus legionum exercitus ductor & Aulicus Vladislai Iagelonis Poloniæ & Vngariæ Regis. De quo* Bielſc: lib. 3. ſub Anno 1444. *Ioannes Vapowſki ingentem deuaſtationem Tartarorum a Belz vſq. ad Paczanouum forti manu & pectore à Paczanowo repreſſit.* Bielſc. Anno 1502. fol. 495. Cromer. lib. 30. *Bernardus Cantor Cracou. Secret. Sigiſ. I. qui fragmenta Regni Pol. ſeu hiſtoriam ſuccinctam de Regno ſcripſit. De hoc Epitaph. Cracou.*

Bernardo

Bernardo Wapowſki Iuris Vtriuſq; Doctori, Cantori Crac. Cubiculario Apoſtolico, & Regio Secret. Viro erudito, carmine & proſa excellenti, Patruus poſuit. Scripſit Hiſtoriam Polonam ex qua quantum ingenio valuerit, poſteris iudicandum reliquit. Obijt Anno Domini, 1535.

Petrus. De hoc Epitaphium Cracou.

Reuerendo Patri Domino Petro Wapowſki, Decano Cracou: Viro magni & excelſi animi, pietate inſigni, forti rerum Eccleſiaſticarum, honoriſq; diuini propugnatori, monumentum hoc poſitum eſt, qui exactis cum dignitate viuendo 85. annis, Obijt 1536. De hoc *Bielſc. fol. 381. Et Vapouius in Chron:* quod ſubſidia in Vngariam Regi deducebat, ſed retardauit, *Georg: Deſpoth.*

Andreas Caſtellanus Præmiſl. Vir maturi iudicij & optimus Senator Patriæ. In Coronatione Henrici Regis à Samuele Zborowſki gladio impetitus, poſt paucos dies obijt. Et hic infelix rerum progreſſus multa incommoda Zborouianæ domui & famæ produxit. Ex Macieiowſka Caſtellani Sendomir. filia reliquit filium Ioannem. Ioannes Vapowſki ſubſcripſit electionem Vladiſ. IV. ex Palat. Ruſſiæ.

Dzierſcij, *in Lublinen. Palat. Hi à Derslao Pocillatore Regni deſcendunt, & per Proauos ſuos ex Palatinatu Sendomir: in Lublinen. & Ruſſiæ venerunt, nam & Kuropatnicij in Ruſſia à Dzierzek veniunt. Ioannes in Lublinen. Palat. & Petrus milites ſtrenui Auguſti Regis. Reliquit Ioannes tres filios, Chriſtophorum, Ioannem, & Prandotam. Chriſtophorus Dzierzek, qui Regio ſumptu Conſtinopolim linguæ Turcicæ, & ſcripturæ Arabicæ gratiá miſſus fuerat. Cum Taranowſcio legato procurabat liberationem Radecij.* Bielſc. fol. 648. *In Moſchouiam nuntius ad Ducem Moſcorum miſſus, dum plenas furia literas reddit à Moſcho Regi, quæ & quanta ibi paſſus fuerit in legatione facile conijcere licebit. Fidem Catholicam licet medio in Paganiſmo ſine detrimento obſeruauit. Parentem hæreſi infectum ab errore reuocauit, & in fide Chriſti vera Romana Apoſtolica mori procurauit. Militauit contra Moſchos ad Polociam & Pſcouiam. Hieroſolymam viſitauit ſuæ deuotionis gratiá. Ioannes doctrina, & humanitate, & virtutibus ſpectabilis, multarum linguarum peritus. Sigiſm. III. Sereniſſ. Regis Venator poſtmodum Iudex Terræ Lublinen. Prandota, excultam iuuentutem in exteris nationibus cum Præfecto Samogitiæ Wolowicz, dignam in prouectiori ætate in Senatu & Repub: demonſtrauit. Miles egregius contra Moſchos, Dapiferi Lublinen: dignitate & Iudicis Caſtren: officio honoratus fuit. Adamus filius Ioannis Iudicis Lublinen. Hic cum Illuſtriſſ. D. Stanislao Zolkiewſki, pluribus expeditionibus in Moſchouia ſub Sigiſm. III. & contra Tartaros clarum nomen familiæ ſuæ reddidit. Quod faciunt plerumq; qui Patriæ & Reipub. vitam, ſanguinem, & ſubſtantiam promptè & liberè offerunt. Confirmauit & optimi Ciuis officium, dum ſub Chotimo contra Oſmanum cum Illuſtriſſimo Lubomirſki infatigabile pectus detulit. Ioannes alter filius, qui dum Aulicum Sereniſſ. Sigiſm. III. egit, cum eodem Rothmag. contra Moſchum rebellē pugnauit. Et cum Vladislao Principe tunc contra Oſmanum,*

& cum

& cum iam electo Rege ad Smolenſcum idem officium & vſq; ad extrema vitæ Rothmagiſtri cum laude perfecit. Chriſtophorus tertius filius, linguarum Turcicæ ac Tartaricæ gnarus, legationem ad Crimum & Dinaſtam, cum diſpendio vitæ, & bonorum expleuit. Ioannes filius Prandotæ, hic ſpreto mundi faſtu, Ordinem ſacrum Carmelitarum Diſcalciatorum amplexus eſt. Stanislaus alter filius, dum literis, & Iuris prudentia nobili animum excoluit, militarem dignitatem tractauit, ad Chocimum contra Turcas, & contra Abaſium Baſſam, ad Cameneceń. cum Illuſtriſſimo Potocki Stanislao, Palatino Podoliæ. Remigius tertius filius, ornatam ætatem literis, & Cancellariæ nobilium dignitate, magnatorum affectibus amicè obſeruandam commendauit. Qui tamen non ita ſe his immerſit, vt nobilis animi virtutes in Caſtris non exercitaret, ad Cecoram namq; pugnando cum Zolkieuio, vix vitam è periculo deduxit. Lucas quartus filius, Marti conſecrando adoleſcentiam, ad exercitum Regni confinia cuſtodienda deſtinatum ſeſe contulit. Cum Illuſtriſſ. Cancell. Regni, & Supremo exercituum Duce Zolkiewſki militando, ad Cecoram officium ſtrenui militis peregit. Contra Oſmanum Turcarum Imp. feliciter pugnauit. Contra exercitum Soltani Murat. Imperat. Turc. cum Abaſio miſſum propriis ſumptibus, ex inſtantia Illuſtriſſ. Koniecpolſki, militem exercitatum adduxit & tenuit. Ex Rozniatowſka ſuſcepit optimè ſpei prolem. Prandota quintus filius, qui educationem in literis & lingua in Germania incepit, in Gallia ornatiorem reddidit, in Turcia lingua & ſcriptura Arabica finiuit. Quo nedum proficuus Caſtris & Patriæ, ſed ornamento etiam familiæ ſuæ deuenit. Legationes & Nuntia multoties in Turciam perfecit, & in propriis Caſtris animosè, & cum ſui gloria bellauit. Chriſtophorus vltimus filius, eximius miles multis annis in Pruſſia, contra Coſacos & Tartaros bellauit gloriosè, & cum honore. Superſunt ex eadem familia Dźierzek, in M.D.Lit. & Samogitia ex Succamerario Trocen. deſcendentes, Vexilifer Troceń. Chriſtophorus de Krziwiec, Aulic. Sigiſm. III.

Wilkoccij, *in Palat. Crac. erant fratres vterini Stanislaus, Chriſtophorus, & Ioannes in curia Auguſt. Regis milites eximij, vltimus cum Czerna habuit prolem.*

Lokniccij *in Podlachia, Ioannes Trib. Belzeń. qui ex Iaśieńſka ſuſceperat Secretarios Regis Stephani,* Ioannem, *& Marianum. His demandatum fuerat à Rege, vt ad Caſtra Regni verſus Smolenſcum tendentia, victualia per Boriſtenem, & cæteros fluuios conducant. Stanislaus Alexander, Tribunus Breſten. electionem Vladisl. IV. ſubſcripſit.*

Wierzbiccij *in Chelmeń. In diſtrictu prædicto clari, & literis cum Iurisprudentia nobili ornati. Derslaum de Wierzbica, Subiudicem Chelmeń. Acta* 1525. *referunt.*

Wilczopſcij, *in Lublinenſi Palatinatu.*

Byſtrzcłowſcij *in Sendomirienſi Palatinatu. Erant vterini fratres, ad Reip. negotia aptiſſimi Ioannes, Nicolaus, Stanislaus, & ſui Patrueles Zbigneus, & Chriſtophorus. Reddunt militaria exercitia, cum futura ſpe amplianda famæ domus ſuæ in curia & Caſtris Nicolai Potocki, Campiductoris Regni.*

Oſtrowſcij, *in Sendomirienſi Palatinatu.*

Kochowſcij, *in Sendomirienſi Palatinatu.*

Łukawſcij, *in Sendomirienſi Palatinatu.*

Kuropátniccij *in Ruſſia, qui ſunt verè Dźierſcij, ſed diuiſione bonorum ad cognomen nobilitatis diuerſum peruenerunt, ſunt bello illuſtres, & caſtris præſentes. Non modica officia nobilium, in parlamento iudiciorum, in Comitijs a nobilitate electi perfecerunt.*

Kraſuſcij, *in Lublineń. Cracou. & Lucouień. Palatinatibus. Hic cum ſpecioſa generis nobilitate, ea quæ verum nobilem decent, aggredi ſemper conati fuerunt. Albertus Secr. R. M. toto tempore Patriæ, & Regi præſens in curia obſequia detulit. Ex Otwinowſka reliquit filios. Paulus hic affectu pleno militarem obſeruauit, & ex Palat. Crac. contra Oſmanum Rothm. Militem egregium conduxit. Cum Ianowſka Subiudicis Terræ Crac. filia, reliquit optimæ educationis, & exercitij ſingularis filios. Adamus vir pietate, virtute, beneuolentia, & liberalitate inſignis. Qui poſt præclara nobilium officia, cum Ianowſka nata, ex fratre Abbatis Iedrzeiouienſis tenuit Sacramentum Matrimonij, ex qua ſuſcepit Dominicum in Ordine Prædicat. magnum Theologum, & Prædicatorem Sereniſſ. Vladisl. IV. Hieronymum multis expeditionibus in Moſchouia & Pruſſia clarum, & Sigiſmundum, qui primum in Curia Principis, demum in Caſtris militaribus collegit incrementa fortitudinis.*

Domaſzewſcij. *Eiuſdem ſunt cum Kraſuſcijs Familiæ, ſed à Domaſow ita appellati, ſicut illi à Kraſuſy.*

Witosławſcij *Militari dediti, & Reipub. negotijs intenti. Benedictus de Sielec. Rothmag. S. R. M. Andreas Witoſtáwſki, ex Caliſienſi Palatinatu. Petrus de Sielec Witoſtawſki, ex Palatinatu Poſnanienſi ſubſcripſit electionem Vladisl. IV. Sereniſſ. Regis.*

Dimitrouij, *in Vislicienſi diſtrictu.*

Praſcij, *in Palatinatu Sendomirienſi.*

Konieńſcij.

Vichorſcij, *in Chelmenſi Terra.*

Slankouij, *in Belzenſi Palatinatu.*

Krzeſinſcij, *in Maiori Polonia.*

Sadlenſcij, *ex Breſtenſi in Cuiauia.*

Zgierſcij *in Zakrocimenſi.*

Gładyſouij, *in Pruſſia, & Sendomirień.*

Sniećkouij, *in Pilzneń.*

NIEMCZYK.

N I E M C Z Y K.



DELINEATIO.

EST Scutum linea diametrali ſectum, in campo inferiori, eſt cauda Aquilæ nigra in colore ſanguineo: in campo autem ſuperiori albo, eſt ſagitta currens per caudam acumine inclinata in dextram, ita diſpoſita, vt media pars ſit intra caudam, media in campo albo.

ORIGO.


CAuda antiquum eſt nobilis familiæ ſignum, nam Petrei Duces cauda pro inſigni vtebātur. Hæc tamen arma in Germania originem habuerunt, & forte in bello cum illis qui ſagittis fortitudinem ſuam oſtentant. In Regnum autem Poloniæ, à quo & qua occaſione non habemus ex Hiſtoricis noſtris.

NON DEGENERABVNT.

MAximum poſterorum encomium, non degenerare à maiorum virtutibus, fortitudine, exemplo. Durum namque auditu eſt, quod *Seneca Epiſt.* 54. degeneris obijcit. Vitia ſub nomine virtutis obrepunt, temeritas ſub titulo fortitudinis latet, moderatio vocatur ignauia, pro cauto timidus accipitur. Degenerauit & ille à maiorum obſeruantia, cuius mens furia, os periurium, colloquium ſerpentinum, rabioſa amicitia. Et quanto degeneratio hominem infamem, ſceleſtum, & abominabilem conſtituit, tanto non degeneratio virum laude honore dignum, deſideratum & colendum oſtendit. Sed in quo conſiſtit non degeneratio, in ſymbolis Petraſancta modum video. Aquila pullos exponit ad ſolem, vt ſcilicet conſpiciant & non aſpernantur ipſum. Tali ſymbolo vtebatur Gabr. Cæſarinus, & ſubſcribebat: *Mei non degenerant.* Nobilis filius vt ſol ſplendeſcere debet, & tenebras fugere. *Fulgoſius lib: 5. cap: 4. aliter.* In ciuili bello in quo Antonius cum Octauio decertabant ad Actium Octauius deuicit, Certabat pro Antonio Metellus, pro Octauio filius Metelli, qui dum inter captiuos duceretur, cognitus fuit à filio. Itaque lacrymabundus in Patris amplexum cucurrit, deinde lacrymarum plenus ad Octauium conuerſus dixit: *Hic tuus hoſtis mortem meritus eſt. ego autem præmio ſum dignus*

qui tibi inſeruiui. Oro igitur te, vt pro eo munere, quod mihi à te debetur, hunc ſerues incolumem, & me pro ea occidas. Ea pietate motus Octauius, filio Metellum patrem, quanquam infenſiſsimus hoſtis eſſet, dono dedit. Ergò, qui tanto teſſeris gentilitio honorati manetis, nec degenerare vos ab aquilis decet, nec à triumphatoribus in bello, ſed ſicut penna vna aquilæ deuorat omnes, ita ſagittas hoſtium deuorando, audaci robore Patriæ & Regi infenſos deprimite, conterite.

NIESOBIA, aliâs KRZYWOSAD.



DELINEATIO.

EST medium ſagittæ latum antiquitatem quaſi præſeferendo coloris albi, pro altera verò medietate ſagittæ, eſt cauda nigra aquilæ, iuncta ad fracturam ſagittæ, in campo rubeo eſt ſagitta, cauda verò in campo aureo.

ORIGO.

AD præterfluentem vocatum *Nieſobia* in Terra Syradienſi, in quodam congreſſu hoſtili collata fuerunt *Krzywoſadźio,* cui & plurima bona conceſſa erant benignitate Regia. *Papr. in primo Opere dicit*: Quod vir cognominatus Nieſoba Aquilæ ante pugnam volanti caudam ſagitta euulſerit.

VIRTVS KRZYWOSADII.

NON pari ſtudio, neque conſimili labore acquiritur, & demonſtratur virtus bellatoris. Aliorum namque parua principia in maximam laudem ſuccreſcunt, aliorum autem magna principia in immenſa executionis ſigna deducuntur. Declarant hoc illæ duæ ſtatuæ Imperatorum in medio mari erectæ, quibus vnus Imperatorum adſcripſit: *Non plus vltra.* Alter verò nouum hoc lemma virtutis addidit: *Plus vltra.* Rem explumis inchoatam, non decet aliquò defatigare opprobrio. Nam ipſi Apollini domicilium exiguum primum erat, ſed tamen illud apes conferendo ceram, & aues congerendo plumas ædificarunt, quod ominis erat Apollinis templa ampliſsima, & pulcherrima fore, & plurimis donarijs ornata. Sed præcipuè plumæ, & caudæ aquilæ cum ſagitta hac fracta non veniunt aſpernanda; exprimunt namque ſuo Symbolo eximiam virtutem, & poſteris

poſteris admirandam, atque imitandam. Theodoſij Imper. ita quondam exprimebant virtutem. Tabulam libris onerabant, quam duo Genij ſuſtentabant cum orbe, in quo caput humanum efformatum fuerat cum inſcriptione: *Diuina prouidentia*, in angulo autem tabulæ inſcriptum fuerat VIRTVS, in altero angulo SCIENTIA, in tertio angulo AVTHORITAS, in quarto autem FELICITAS. *Refert Cauſinus in Symbolis Ægipt. lib.* 12. *Parag.* 60. Arma hæc veſtra exprimunt clarè veſtram virtutem, retinent namque Regiæ auis caudam, fortiſsimorum virorum ſagittam, aureum colorem & candidum, quo non aliud ſignificatur, quàm quod nobilem decebat, conueniebat, hoc probare, & exequi animo conſtituiſtis. Quapropter hoc ſolùm vobis cura diligenti obſeruandum venit, ne virtuti veſtræ tenebræ obſtent, nam longinquitate temporis excreſcunt in elephantos muſcæ, & elephantes deſinunt in muſcas.

Hunc nomina rebus
Creſcendi poſuêre modum.
Scipio ſit iuſtus præmium vtriq; fero.

LINEA FAMILIÆ NIESOBIA.

KRzywoſadius Comes, *qui contulit Monaſterio Sieciechouien. plurima bona Anno* 999. Miechouius lib. 2. Bielſc. fol. 59. *Bogomilus de Ruda Caſtell. Comes Krzywoſad. in Priuilegiis Regni legitur* 1256. *Erat etiam Succamerarius Cracou. Krzywoſad Comes* 1334. *vt patet ex Statut: Regni.*

Miromſcij, *in Palat. Syradienſi, deſcendentes ex Krzywoſadziis. Venceslaus Aulicus Henrici, & Stephani Regum. Vir erat liberalis, ſed cum non prouideret futura, debitis onuſtus moritur.*

Kępinſcij, *Placet in bello breuior via, ſed illa eſt breuior quæ apertior, tutior, non impedita, nec commeatu laborat. Ita Catholica via breuior, viuere ſecundum virtutem, & mori cum pænitentia.*

Doruchowſcij, *in Syrad. Palat. Hi militarem diſciplinam, & præſertim authoritatem Ducis ſacroſanctè obſeruarunt: quapropter & in militia Chriſtiana Deum eiuſq; honorem venerantur & colunt.*

NIEZGODA.



DELINEATIO.

EST Solea, calcibus infernè diſpoſita, intra cuius medium eſt Sagitta auricula concauitatem ſoleæ tangens, per medium autem ſoleæ eſt gladius, quaſi in lineam diametralem, à leua capulus diſponitur. Super coronam ſunt pennæ Pauonis, in campo ceruleo, ſicut & omnes ſoleæ, non verò in campo rubeo.

ORIGO.

DEſumuntur ab armis Dolega, ſed quia frater fratrem ſuſtulerat è viuis, antiquo more decretatum fuit, vt poſteritas illius amitteret Crucem, & gladium teſtem ſceleris & fratricidij apponeret.

ACRIOR VIRTVS.

SI de virtute belli ſermo fiat, enimuerò multis medijs & ſtratagẽmatibus fit acrior virtus belli. Alij namque incitantur ad bellum ipſa virtutis gloria. Vnde Philippus Aug. Franc. Rex, optimos milites contra Othonem Imperatorem ſolùm ita animauerat. Pugnaturus in patera aurea buccellas panis vino prægnantes propinabat dicens: *Commune hoc, aut victoriæ, aut glorioſæ mortis, poculum erit*: qua voce animati Franci hoſtes mira alacritate ſuperarunt. *Ægid. Corozetus de dictis & factis mirabilibus.* Alij verò incitantur ad pugnam proprio vel ſuorum contemptu. Quapropter Polypercon Peloponeſijs aditum obſidentibus, ita ſuos milites ad periculum adeundum confirmauit. Impoſuit ruſticorum pileum, & tunicam duplicem indutus, accepit baculum, & dixit ad illos: Qui nos in periculum vocant, ô commilitones, eiuſmodi ſunt homines: poſt his depoſitis, & armatura recepta dixit: qui verò manum cum illis conſerent, eiuſmodi ſunt multorum magnorum bellorum victores. Quo audito, obſecrabant ne moram interponeret, ſed rectè ad pugnam deduceret. *Polyenus lib:* 4. Alij autem ineunt fortiter bellum aliquo laceſsiti pudore. Ita in expeditione Hieroſolymitana factum *refert Aemil. lib:* 4. Petrus Eremita legionis Dux, cùm Solymanus nouo exercitu Chriſtianis occurriſſet, & multitudine infeſtus eſſet, habuit Rothmag. Robertum Ducem Normaniæ, hic vt vidit magnitudine

gnitudine Turcam opprimentem ſuum vexillum aureum, accipit ipſe ſignum, & in frequentiſsimos hoſtes iecit, pudore tanto incitati in Martem Normani, omnes impetus furentium hoſtium diſsiparunt, & quadraginta millia hoſtium occiderunt. Eſt quod animet & ſtimulet horum armorum protectores, ad virtutem, fortitudinem, honorem. Animet pudor innocui ſanguinis, animet contemptus patriæ ab hoſte, animet & ipſa glorioſa laus & virtus Maiorum, qui hanc diſcordiam fraternam, multorum hoſtilium capitum ſtrage abſtergere conati fuerunt. *Inuenite propriis in fontibus ignes.*

LINEA FAMILIÆ NIEZGODA.

Kłoniccij, *in Pruſſia.* Łętowſcij, *ibidem.* Radoſzewſcij. Minkowſcij.

NOGA CZŁOWIECZA, ſeu Pes hominis.



DELINEATIO.

EST Pes hominis vſque ad genua quaſi gradiens.

ORIGO.

SVnt magnæ familiæ arma in Italia, his namque armis vtebatur Sanctiſsimus Pontifex Ioannes vigeſimus tertius. In Regno ſunt ab Hoſio S. R. E. Cardinali & Epiſc. Varmien. magnæ eruditionis viro, Eccleſiæ acerrimo defenſore & fidei, Regnique noſtri ipſo decore.

PES IN DIRECTO.

INgenioſa antiquitas, vt hominem in recto ſtantem atque directa meditantem & ſatagentem opere, conſtitueret: ſingulis membris humanis Deos aſsignauit. Caput Ioui deferebant, Neptuno pectus, cinctum Marti, Frontem Genio ſacram facit Seruius, nam Deum venerantes frontem tangimus. *Supercilia in Iunonis tutela inquit Sextus Pompeius*, quod ijs protegātur oculi, per quos luce fruimur, quàm à Iunone tribui putabant. Oculos Cupidini

Cupidini Veneris filio tribuit Philoſtratus, Mineruæ autem ſacros tradit Fulgentius, Aurem Memoriæ conſecratam refert Seru. Dextra fidei. Dorſum Plutoni, Renes Veneri, Pedes Mercurio, Genua Miſericordiæ, Plantæ & Tali in Thetidis poteſtate, Digiti Mineruæ, *Vide Lilium, Gregor. Gyraldum, Sintagmat. primo Deorum Gentilium.* Sed relinquamus antiquitati ſua commenta. Pedem in directo, licet per Mercurium, hoc eſt fortitudinem & miſericordiam conſtituebant, non erat tamen pes niſi claudus. Refert de tali pede Cauſinus, in Polyb. Symb. lib. 4. *Pes ligneus in aurea crepida.* Opulentus enim quidam per niuem iter faciendo frigore, vtrumque pedem amiſerat, accommodauit igitur ſibi ligneos pedes, quos calceis precioſis ornabat, & ſeruis innixus incedebat. Dij ergo antiqui poterant pedes ligneos in aurea crepida ponere, ſed non poterant ſtatuere pedes in directo, vt Pſalmiſta adiunxit: *Pes meus ſtetit in directo, in Eccleſiis benedicam te Domine.* Pes Illuſtriſſ. & Eminentiſsimi Card. Hoſij ſtetit in directo, qui & columna fidei, contra Hæreticos ſcribendo, diſputando fuit, qui defenſor Eccleſiæ contra arripientes connubia ſacerdotes extitit, qui in Concilio Tridentino, plurima in Eccleſiæ authoritatem defendendam determinauit. Habent nauigatores in mari pedem, quo tota machina nauis retinetur, dirigitur, quieti datur; eſt autem nauticus funis, quo velum tenditur, & quo pes veli alligatur. *Ita Dempſter. de Antiq. lib.* 10. *cap.* 20. Eiuſmodi pedem Stanislaus Hoſius referebat & in ſe exprimebat, noluit aliquem hominum videre claudum mente, & figulineis ſenſibus, ſed ſtare in directo. Quod ex illius Epitaph. Romæ colligitur.

D. O. M.

Stanislao Hoſio Polono, S. R. E. Presb. Card. Varmień. Epiſc. Maiori Pænitent. vitæ ſanctitate, eruditionis, & eloquentiæ gloria celeber, Catholicæ Fidei,


ACERRIMO PROPVGNATORI.

Qui cum antiquæ probitatis, & Epiſcopalis vigilantiæ præſtantiam in humilitate, charitate, caſtitate, beneficentia expreſſiſſet, Hæreticas ſectas, ſcriptis & conſilijs ſapientiſſimis feruenter oppugnaſſet, multos ab erroribus reuocaſſet, grauiſſimisque legationibus, pro pace Eccleſiæ Dei, cum apud Carolum V. & Ferd. Ceſar. tum præcipue in S. Conc. Trid. Pij IV. Pont. nomine fæliciſſ. perfunctus, Chriſtianæ Reipub. plurimum profuiſſet, omnium virtutum laudibus, & exemplis ad imitandum abundans, obdormiuit in Domino Nonis Auguſti. Anno Salutis, M. D. LXXIX. Ætatis ſuæ LXXVI.

LINEA FAMILIÆ HOSIORVM.

HOſius, *ſiue Ozius, Ioannes vnus & nobilitatis in Senatu Crac. Stanislaus filius Cardinalis S. R. E. Eminentiſſimus, & Epiſc. Varmień. Ioannes ſuus germanus Capitaneus Gutſtadien. in Varmia. Eius filius erat Stanislaus Canonicus Varmien. & Secr. R. M. & Vlricus. Filiæ Anna Capitanei Bransberg. conſors, & Barbara cum Vrſula. Vlricus ſecundus frater Cardinalis, reliquit filios tres, Stanislaum Canonicum Varmien- qui poſtmodum factus eſt Capucinus, Vlricum Notarium Theſ. M. D. Lit. & Albertum. Illius filiæ erant Heduigis, & Chriſtina.*

NOWINA aliâs ZŁOTOGOLENCZYK. Et WOYNIA, *vt Sarnicius fol. 246.*



DELINEATIO.

EST auris ahenæ coloris albi in campo cæruleo, baſis deorſum mittitur extremitates ſurſum, intra cuius medium eſt gladius quaſſatus erectus. Super coronam eſt pes hominis, quem alij ponunt ſtantem, ad talos circulum ferreum, hoc eſt compedem retinet: alij ponunt pedem loricatum cum ocreis, genu coronam tangit.

ORIGO.

ANtiqua familia in Regno, quod colligitur, tum quod eiſdem armis vteretur fortunatiſsima genitrix S. Stanislai Epiſcopi Cracouienſis nomine Bogna ſeu Benigna, *vt Cathalogus meminit ad Annum aſſumptionis in Epiſc:* 1072. Sed iterum eadem arma renouata fuerunt in Regno, circa Annum 1121. à Boleslao Kriuouſtio in bello contra Ruſſos, dum Rothmagiſtro qui equum proprium Sereniſſ. Regi, vt ſaluti ſuæ melius prouideret defatigato, & vulnerato equo dimiſſo, ſubminiſtrauerat, illa conceſſerat. Huius militis genitor erat Faber ahenarius, vnde inſigne gentilicium auris ahenæ cum gladio quaſſato. Sed dum militarem operam impenſiùs profiteretur in Sileſia, vna cum Duce ſuo, poſtea in captiuitatem deuenit, atque eodem compede cum Duce vinctus in carcerem deiectus fuit. Cùm verò arctam cuſtodiam ſua vigilia non ſuperarent, miles vt Ducem generoſum eliberaret, abſcidit pedem ſuum ad genua, & cingulo Ducis alliganit, & patiens doloris ad triduum longius recedere Ducem permiſit. Tanti amoris Patriæ, atque fidelitatis in Ducem ſuum admiratus Princeps, militem tàm ſtrenuum remuneratum in patriam remiſit, atque pedem abſciſſum armatum aureum armis illius, in memoriam æuiternam & famam appoſuit. Antiqua igitur arma vocabantur Złotogolenczyk, moderna verò vocantur Nowina. Non quod nouum fuerit Polonis Nobilibus atque ſubditis coronæ Regiæ fidelitatem præſtare Regi ſuo cum periculo proprio, hoc namque innatum eſt Nobilibus Regni, ſed quia cognomen fuit tale ex parente militis, qui Nowina vocitabatur, à Cechmagiſtris ſuis. Ita colligitur

ex vtroque opere Paproccij. Verùm pace tanti viri dixerim, quod hæc duo Złotogolenczyk & Nowiná diuerſa ſunt nobilitatis arma. Nam cum Złotogolenczyk ſint Beatæ memoriæ progenitricis S. Stanislai, etiam intra ſcutum nedum ſuper coronam fuerant. Hæc verò arma Nowina, quia regnante Sereniſsimo Kriuouſtio acquiſita, & poſtmodum à deſcendente ex illo milite in Sileſia aucta, diuerſam formam in ſcuto retinent, licet in pede armato conueniant. Suprà coronam etiam armorum Golenczyk, pennæ Strutij adnotantur, vt obſeruarunt qui inferius Paproccio ſtemmata nobilitatis Polonæ conſcripſerunt. *Bielſcius de Złotogolenczyk folio 82. de Nowina folio 111.*

ESTO QVOD AVDIS.

QVantam ferunt differentiam fabula à vero, tantam in vobis adeſſe dignitatem deſidero. Deſidero vt Nobilitas Illuſtris, & Generoſa horum armorum, dum audit ſuum Proclama Nowina, verè & realiter id ſint, quod audiunt. Sint noui in fortiter addenda audacia, induſtria, triumpho, claritate familiæ ſuæ, proprijs & ſpecialibus virtutum floribus frondibus, fructibus. Nam ſicut graue & intolerabile eſt Illuſtre & Generoſe nato, aure percipere poſt præclara, eximia, & ingentia maiorum facta ſepulchro ſimilis nil niſi nomen retines; erit turpe exitioſum, & deteſtabile regalem & ſummæ Senatoriæ dignitatem ferre, & ſeipſum cœno & luto oblitum delectari. Quapropter M. Antonius, licet nummis ſuis imprimeret Templum Salomonis & ſubſcriberet, *Rex Salomon,* quia tamen ad omnem flagitioſi animi dementiam fuerat peſſundatus, id ſibi in opprobrium & quaſi perpetuum ceſsit. Et omnibus ferè, qui ſpecioſis titulis ſuas ineptias celant, & talia inſignia gerunt, quæ ſecundum morales eorum actus, non magis illis conueniunt quam calonibus ſambucæ, & genus, & tituli, inſignia & arma in deteſtationem veniunt, & crimen. Hoc ſingulare in familia Nowinorum fuerat, vt eſſent id quod in Proclama ſuo, à tot ſæculis audiunt: Erat inter illos ſemper Nouus bellator, Nouus Senator, Nouus Patriæ vir, Nouus Conſultor, non dico Nouus nouitate principiata, ſed nouitate dignata, & ponderata. In veſtra namque Familia, noua ſanctitas Polona enituit, dum pietate illuſtrem genitricem S. Stanislai Epiſcopi & Martyris in lucem produxit. Nam ſi Sanctus cum Sancto iucundè conuerſatur, etiam Sanctus de Sancto dignius procreatur. In veſtra Familia ſemper nouus, & dignior erat bellator, quod Familia Czernych lucidè demonſtrauit, atque aliæ de his armis & nunc demonſtrant, qui ab annis vltrà, quam viginti Supremi Exercituum Regni Ducis regimina, & belli ſigna deferunt. Eſt in veſtra Familia nouus ſemper Senator, nam poſt Ioannem Przerębski, Archiepiſc. Gneſneñ. Primum Principem & Primatem Regni, atque Legatum natum, *de quo hæc Ianitius reliquit:*

Hic

Hic ſublime genus veris virtutibus auxit,
Inſigniis pollens dotibus ingenij.

Plurimi de hac Nowinorum Familia, Senatoria loca occuparunt, cohoneſtarunt, atque in præſens retinent, ornant, colluſtrant. Eſt in Familia veſtra nouus ſemper ob ſuperaddita ſua merita, vir Patriæ & Ciuis, & qualis ante fuerat fælix, grauis, & prudens in Legationibus, Commiſsionibus Ioannes Krzyſtoporski. Erat & eſt ſemper in Familia veſtra nouus Conſultor, conſilijs ſanis ſaniora deducens, Padniouios appello Cracouienſes Præſules, & quos moderno ſæculo admiratur ingenioſa in conſilijs iuuentus. Vobis igitur, quibus ſplendor Patriæ, bonum Familiæ, pulchritudo Eccleſiæ, decor virtutum eſt amori & honori, id deſidero adeſſe. Eſtote quod auditis, proficiatis in virtute, fama, & exemplo. Et quia fortuna nunquam eſt perpetua, & citius inuenitur quàm retinetur, vnicum vobis præmonitorium adhibere cupio, Dario Perſarum, vt perpetua memoria de eo fiat, quod caro ipſius corruptioni non ſit per mortem obnoxia, ex lapide Chernite loculum conſtituit, qui quidem lapis eſt ebori ſimillimus. Ex hoc deſumite dogma, Fidem Catholicam, conſcientiam mundam, charitatem, qua Deus diligitur, & proximus, propter Deum ſedulo conſeruate, & eritis ſemper quod auditis.

CRESCENT IN ÆVVM.

QVod ſpecioſæ virtuti, quam ſequitur gloria, & honos tribuitur, hoc inſignitis gentilitio Nowina tribuendum puto. *Creſcent in æuum.* Compoſita namque vel potiùs aucta ex gladio quaſſato, armato & deaurato hominis pede, & ahenea aure ſi animaduertantur, æuum dicent & immarceſcibilem. Dicite velim quantis ſæculis Zlotogolenczyk in Regno creſcit, quot annorum reuolutionibus gladius quaſſatus inter arma nobilitatis Polonæ recenſetur? Quid de ahenea aure, quæ in tot gentilicijs nobilium ſæpè numero reperitur, referam? Creſcunt Arma hæc, nec decreſcunt. *Refert Clitonymus, lib. 3. Rerum Tragicarum.* Orpheum illum Cithara nomen & famam retinentem creuiſſe in æuum, imò nunquam mori hoc medio, dum ipſum Bachantes virgines diſcerpſerunt, & membra eius in fluuium Hebrum proiecerunt, caput illius ceſsit in draconem, lyra inter aſtra relata eſt, & ex cruore ſtillante orta eſt herba cithara, quæ feſtis Bachi citharæ ſonum emittit. Hoc emblemate ſignificatum, quod virorum gloria & monumenta nunquam emoriuntur, *ſicut Horatius quoq; Ode 28. lib. 3. carm. meminit:*

Non omnis moriar, multaq; pars mei
Vitabit Lybitinam.

Iam non fabula ſed ipſa veritas eſt præſentia arma inſpicienti, quod licet aſpectu primo quaſſatum gladium, truncum pedem, æris fruſtum, interius tamen animum dirigenti, immortalitatem mortalibus deferunt. Habeo D.

Bernardum, lib. de Charitate, cap.31. ad immortalitatem excitantem. *Indue te quæſo veſte innocentiæ, orna te quaſi veſte Polymita varietate virtutum, & qui te fidei annulo ſubarrhauit, in te odorare lætetur ornamenta gratiarum.* Etiam inſignia hæc, licet muta ſigna, non aliud tamen exprimunt & dicunt, quam excitationem poſterorum ad fortitudinem, amorem patriæ, & laudis gloriam immortalem. Mirabar ſcriptores antiquos Romani Imperij, qui familiam Patriciam, & Plebeiam vnius nominis & gentis eſſe ſcripſerunt, *ſed Sigonius lib. de nominibus Romanorum c.6.* admirationem diſtraxit, Tranſitiones gentis ad gentem, Adoptiones, Libertationes pro ratione ponendo. Mirabar etiam profectò, quid ahenea pars intra clauas, coronas, triumphos loci teneret, ſed dum quaſſato gladio, & loricato pede, ocreis & auro, aut alias circulo compedum adornatam conſpicio, Patricium re ipſa, & patrem Patriæ, Patrumque præfectum Nouinium profiteor & voco. *Itaq; virtus.*

Cum tempora lethi
Proxima ſunt, pulchram defert per vulnera laudem.

LINEA FAMILIÆ NOWINORVM.

NOwina *aliâs* Woinia, *ob bellicam virtutem, quod Regem Boleslaum, à Ruſſis circumſcptum cum ſummo diſcrimine vitæ ſuæ planè è faucibus hoſtium liberârit, conceſſa ipſi fuerant.* Sarnicius lib. 6. ſub Boleslao Chriuouſtio, Rege Pol. 1130. Bielſc. fol. 111.

Gomar, *Hic primus in vnione M. D. Lit. ſuſcepit hæc arma in Comitiis Hodlenſibus Anno* 1413. *vt omnes Hiſtorici, qui vnionem hanc cum Regno Magni Ducatus conſcripſerunt, atteſtantur.*

Przerębſcij, *ſiue Przeremſcij, ſicut antiquitate, ita dignitate in Eccleſia, & Regno clariſſimi. Ioannes de Przerab Caſtell. Syradienſis, qui maiorum ſuorum facta domi, & foris exercitando, ſtrenuam poſteris reliquit memoriam. Reliquit filios duos, filias ſeptem, vixit circà Annum* 1450. *Vincentius primus filius Epiſcop. ex Præmiſlień. Vladislauienſis, aliàs Cuiauienſis poſt Creslaum aſſumptus Anno* 1513. De quo Cromerus Anno 1503. lib. 30. Paproc: in Stemmat. *fuiſſe illum Vice-Cancellarium Regni, ex Epitaph. Eccleſiæ Vladislauien. oſtendit. Ioannes alter filius, qui tanquam verus ſucceſſor morum parentis, ita & dignitatum Caſtell. Syradien. Reliquit duos filios Iacobum & Ioannem. Filiæ autem Ioannis, & ſorores prænominatorum ſuperius erant Duninij, Romiſzeuij, Lawſcij, Tarnawſcij, Dzibałtowſcij, Giebułtowſcij, Rocimowſcij coniuges. Iacobus filius nunc nominati Ioannis, etiam Syradien. Caſtellanus. Quàm decorum eſt, & omni laude prædicandum, ſi filij veſtigia præclara parentum ſectantes, imagines maiorum propriis meritis decorant, perpetuis namq; Columnis claram familiam ſuſtentant. Ioannes alter filius, magnus vir in Repub. Eccleſia, literatorum & virtuoſorum ſingularis patronus, Patriæ verò amantiſſimus parens,* de quo meminit Cromer.

mer. lib. 30. *Vincentius Patruus fuit Ioannis Przerembij, viri ornatiſſimi, & amiciſſimi noſtri, qui cum aliquot annis, magna cum laude Procancell. & mox Archiepiſc. Gneſneń. fuiſſet, poſt obitam apud Pium Imperatorem Ferdinandum legationem, ſed immaturá morte deceſſit. Vnde etiam in Epitaph. illius, vir ingenio, eruditione, grauitate, vita & pietate præſtans. primo Epiſc. Chelmeń. & mox Archiep. Gneſneń. factus. Legatus ad Sedem Apoſtolicam, & Ferdinandum Imperatorem Romanorum, a Sigiſ. Auguſto. Obijt* 1562. *Ætat.* 43. *Louiciæ ſepultus. Vincentius Patruelis, frater Archiepiſc. pro dignitate meritorum habuit in præmium Caſtellaniam Roſperſcenſem, & Præfecturam Opocneń. Hic reliquit duos filios, Nicolaum Capitaneum Opocneń. & Dapiferum Sendomirień. qui habuit filium Ioannem, & filiam Hedvigim Luowſcij, de Polon. maiori conſortem & alterum Ioannem. Vincentius Vice-Cancell. Regni, demum Epiſcop. Plocci. ab Alexandro VI. Pontifice confirmatus, Anno* 1499. *Poſtmodum Creslao Curoſuanio Epiſc. Vladisl. mortuo, Vladislauienſis creatus fuit.* Hæc in vitis Epiſc. Ploceń. *Ex fratre verò Vincentij Cuiauien. Epiſcopi, erant filij, Stanislaus, Florianus, & Petrus Præpoſitus Cracou. Quorum ſorores erant, Anna Sarnowſka, Sophia Duninij Notarij Lencicien. Eliſabeth Siecigniowſka, Vexilliferi, & Burgrabij Crac. Heduigis Koſtka Caſtell. Gedanen. Malborgi, Tcouiæ, & Pucij Præfecti conſortes. Stanislaus ex prænominatis, Hic tanto affectu præmia maiorum proſecutus fuit, vt illorum quoq; dignitate illuſtris remanſerit, Caſtell. Syradien. fuit. Obtinuit plenam benedictionem Sacramento Matrimonij, nam reliquit filios ſeptem, filias quinque. Stanislaus primus filius, vt nomine, ita glorioſis factorum meritis imitator parentis ſui. Andreas alter filius, Gneſnen. & Cracou: Canonicus, qui ſubſcripſit in vnionem ad Regnum Ducatus Oſuiecinen. & Zatorenſem* Anno 1562. *Iacobus tertius filius. Briccius, vir literis apprimè ornatus, quibus bonitatem animi rectam perfectamq; conſeruauit. Notarius Terreſtris Syradien. Ioannes quintus filius. Chriſtophorus ſextus filius. Sebaſtianus ſeptimus filius. Sorores verò horum, Catharina Suchecka, Sophia Myſzkowſka, Beata Myſzkowſka Capit. Oſuiecinen. & Zatoren. conſors, Ioanna Tęczynſka. Maximilianus Przerębſki, hæres in Przerab, ex Rozrazewſka, qui ex Caſtell. Syradien. & Referendario Regni. Palatinus Lencicien. & Ochmagiſter Reginarum Conſtantiæ, Sigiſm. III. & Ceciliæ Regnatæ Vladisl. IV. Hic qua eruditione, experientia rerum Rempublicam ſpectantium, quaue prudentia fuerit, ipſi honores demonſtrant. Ille in omni expeditione bellica, in qua Regia Maieſtas præſentiam obtulit, continuum ſeſe præſtitit, ille ſuo maturo iudicio multas controuerſias inter Magnates Regni affabilitate, & liberalitate complanauit. Ille Sereniſſ. Regi Noſtro Vladisl. IV. quem cum ſua poſteritate benigna omnipotentis manus, diu nobis proſperum, & incolumem conſeruet, pientiſſimam virginem Auſtriacæ, & Cæſarei ſanguinis, in coniugem & Reginam,*

ginam, fautricem Religionum, conciliauit & deduxit. Quapropter pro tantis meritis, cum præmiſſis honoribus, & titulis Præfecturas Petricouien. Moſticen. Sniatinen. Medicen. Litinen. adminiſtrauit. Reliquit cum Anna Mohilanka Palatini Moldauiæ, Hieremiæ filia, filios Petrum qui excultam iuuentutem in exteris nationibus iucundam Patriæ obtulerat, ſed Anno uno de viginti cruda morte illum diu viuere non permiſit. Et Carolum Sigiſmundum, optimæ expectationis in Patria, & Familia. Adamus Przerębſki, Canon. Camenecen. ſubſcripſit electionem Vladisl. IV. Creſcat in immenſum cælo. Andreas Przerębſki, Pincerna Syradien. qui virtute nitere deſiderando, pietati incumbere non deſiſtit. Chryſoſtomus, Petrus, Vincentius, Suentoslaus, Andreas, Sigiſmundus, Maximilianus, Vladislaus, Matthæus, Nicolaus, Ioannes Przerębſcij de Przerabie, ſubſcripſerunt electionem Vladisl. IV. ex Palat. Syrad. vide quot palmæ floridæ ex benedictione altiſſimi ſuſceperit hæc Familia. Sed velim aduertat verba patientiſſimi Iob. cap. 5. Vidi firmam radicem, & maledixi pulchritudini eius. *Et alij:* Longe fient filij eius à ſalute, & meſſem eius famelicus comedet, & bibent ſitientes familias eius. *Exhorruit in hæc pius, doctusq; Senator Ioannes Zamoyſki, quapropter filio ſuo, ne à benedictione diuina excidat, memoriale hoc Teſtamento reliquit:* Catholicam Religionem conſtanter tuere: Hæreſes, nouaque dogmata, quocunque nomine obtrundantur fuge: ac ſi fortè Regni ampliſsimi ciuem te læteris, ijſque maioribus, qui meritis ſuis aliquam tibi nominis famam reliquerunt: tantò magis multo præſtantiore, parente Eccleſia Catholica lætandum tibi ſtatuas, quæ non modò tot Regum atque Principum, ſed quod longè præclarius eſt, omnium Sanctorum communis Mater eſt, & in cuius gremio mori fælicius eſt, quàm in hac naſci. *Durate, & voſmet rebus ſeruate ſecundis.*

Padniewſcij, *in Maiori Pol. Antiqua Familia, & omni ſpecioſa laude celebris. Albertus, qui vt genere, ita morum grauitate digniſſimus, quod ex educatione filiorum, & coniunctione cum familiis apertiſſimè conſtat. Habuit in coniugem Margaretham de Zerniki, Caſtellani Caliſien. filiam. Sicut ex Epitaphio illius, in bonis Skorki apparet. Reliquit duos filios. Philippus primus filius, Hic accumulatam virtutis pulchritudinem Sereniſſimo Regi commendatam reddidit. Huic Sigiſm. Auguſt. Rex, in Lituania contulit Minoris Cancellariæ inſigne poſt Przerębſcium, poſtquàm ante ornatus fuerat Præpoſitura Gneſnen. & Lęcicien. Archidiaconatu Cracouienſi, & Regni Maiori Secretariatu, quod ex Epitaph. parenti extructo apparet. Dum verò rediit Cracouiam, ſigillum Regni in propria curia illius furto ſublatum fuit, ſed Bochnæ fur luit debitas pœnas.* Bielſc. fol. 608. *Nouum igitur ſigillum Vice-Cancellarij conſtitutum fuit. Demum poſt translatum in alteram vitam Andream Zebrzydowſki Epiſc. Cracou. ſucceſſit Padniewſki, optimus Senator & pater pauperum, quos quotidie de menſa alebat.* De hoc ita Kanſcius inter Archiep. & Epiſc. Crac:

Biſſenis

Biſſenis annis totidem & Padnieuius actis
Menſibus, è terris carpſit ad aſtra viam,
Quid tum, ſi probus & plenus virtutibus amplis
Atque ſui cuſtos ſedulus officij?
Non anni plures, non ſæcula longa beatos
Crede mihi faciunt, ſed benè facta viros.

Nicolaus alter filius Alberti. Hunc probitas magnum ingeniumq́ fecit. Præfecturam Dybouien. adminiſtrauit. Ex Brudźinſka Armorum Prawdźic, ſuſcepit duos filios lumina familiæ, & ornamenta patriæ. Albertus primus filius Nicolai. Hic dum vera animaduerſione didicit, quod inquinat egregios adiuncta ſuperbia viros: id quod rectum honeſtum & decorum fuit admiſit, ſeruauit. Suſcepit honorem parentis ſui Præfecturam Dybouien. demum Caſtell. Oſuiecinen. tenuit ſacrum matrimonium cum Dębinſka Capitanei Checinen. filia, & nepte Caſtellani Cracou. Reliquit filium, & filias. Martinus alter filius Nicolai, Huius vitæ curſus appellandus Sydus radians. Nam ſi vt dicit Ouidius:

Si numeres anno ſoles & nubila toto,
Inuenies nitidum ſæpiùs eſſe diem.

Iſtius dies ſydera & lumina. Vnde Paproc. de illo in Stemmat: *Erat antiquorum nobilium Poloniæ veriſſimus nobilis, ſincerus, gratus, verus, liberalis, prouidus, & locuples. Cum Czarnkowſka armorum Nalecz, tenuit Sacramentum matrimonij. Stanislaus Padniewſki, Comes in Pilca, Capit. Dybouien. Qui ex piis parentibus natus, (nam mater illius, S. Heduigis exemplum ſequendo pauperes aluit, lauit, prouiſit, & curiam ſuam PP. Diſcalceatis Cracouiæ ceſſit) pia quoq́ officia in Eccleſia, & Regno exercuit. Hic ita excoluit iuuentutem ſuam literis, & moribus, in exteris nationibus, vt Clemens VIII. Pont. Max. ſi vitam ſpiritualem ducere animo haberet, illi promotionem & dignitatem Eccleſiaſticam etiam Romæ concederet. Quid igitur aſſerendum erit, quanto ornamento familiæ ſuæ, & Regno eo ipſo fuerit. Educatio bona, eſt gradus honoris & mater virtutis. Et quoniam conueniunt rebus nomina ſæpè ſuis, ille in Comitatu ſuo Pilca, iuxta Proclama ſuum Nowina, nouum & æternum nominis ſui memoriale reliquit. Erexit namq́ Præpoſituram, Decanatum, Archidiaconatum, Canonicatum, alioſq́ plurimos ſacerdotes, vna cum Capitulo illuſtri in Pilca fundauit. Quod ſi tanta & talia in Eccleſiam præſtare voluit, quid pro Patria, Rege, & Repub. non præſtitit, ea enim virum tam excellentis virtutis decent, vt Senatus omnis & Præſes, nominis ſui memores, ipſum in rectitudinem & exemplum ſibi & ſuis proponant.* Vnde Heraclides.

Hunc ego puerum tanta modeſtia præditum noui,
Et bonis conuerſando pietatem coluiſſe,
Quo pacto igitur ex tali homine malus
Naſceretur: nullus hoc mihi perſuadebit vnquam.

Kriſto;

Kriſtoporſcij, *de & in Kriſtoporycze, in Cracouien. & Syradien. Palatinatibus, à multis ſæculis in Regno clara Familia. Nicolaus, Hunc referunt Acta Cracou: vbi reformationem facit Eliſabethæ Kliſzowſka conſorti ſuæ Anno* 1434. *Ioannes, magnus Eccleſiæ promotor, & Eccleſiaſticorum patronus, quo facilè commonſtratur, quis vita, virtute, honeſtate, quantuſq; pietate fuerit. Sepultus in Ruſce cum tali Epitaph:* Generoſus Ioannes de Kriſtoporycze, fauor Cleri, & promotor. Obijt 1465. Oretur pro illo. *Nicolaus filius Ioannis, Regiæ dignitatis obſeruator, & cuſtos continuus, cum Sereniſſ. Adalberto Rege bellator. Obijt in Valachia ad Soczauam in belli feruore* 1497. *Habuit filios Stanislaum & Petrum dignos Reipub. & Patriæ patronos & ciues. Ioannes filius Petri, Caſtell. Syradien. Hic inter aulicos Auguſti Regis* 1497. *adſcriptus, etiam ſuccedenti filio eadem obſequia reddidit, vir alti ingenij & prudentiæ, in rebus agendis ſingulariſſime. Ille Sereniſſimæ Reginæ Barbaræ Duciſſæ in Nieſwiez & Olyka, buſtum demortuæ Vilnam conduxit. Ille ad Pontif. Max. Iulium Anno* 1551. *legationem perfecit. Ille ad Principem Brandeburg. Ioachimum, qui ſororem Regis Sigiſ. Auguſti, à prima Coniuge Barbara in conſortium matrimonij tenuit legatione functus eſt. Ille ad Iſabellam Reginam Hungariæ legationem, in Pruſſia ad Albertum Margrabiam Brandeburg. Comiſſionem, & alia plurima Regni munia, nam vſq; ad tempora Henrici Regis ſuperuixit, obiuit fæliciter, & compleuit. Ex Caſtell. Vielunen. à Stephano Bathorio, Syradienſis* 1581. *creatus fuit. Tenuit matrimonium cum Glinſka Dorothea, armorum Iaſtrzębiec, ex qua ſuſcepit filios, magna ornamenta Patriæ,* meminit illius Bielſc. fol. 621. Ianuſzouius fol. 317. *Et Conſtitut. Regni in multis locis. Nicolaus primus filius prænominati Ioannis Caſtellani, vir ſummè literis ornatus, quo & honorem inter nobiles, & amorem in Patria ſibi conciliauit. Scripſit libellum de officio Nobilium, ſine dubio virtuoſorum, & nomen glorioſum familiæ ſuæ promouentium. Petrus alter filius, Dapifer Syradien. Hic ex conſuetudine maiorum, plura poſt Deum obtulit Patriæ quàm ſibi, vnde & alijs honoribus auctus fuit. Ioannes tertius filius, Hic ob exercitia literarum prudentia dignata, Aulicus Sereniſſ. Stephani Regis fuit, & poſt deceſſum Petri Fratris, munus Dapiferi Syradien. exercuit, Capitaneus Oſtrzeſouienſis. Stanislaus & Paulus, à Stephano Rege Capitaneatu Buſcenſi, prouiſus, filij eiuſdem. De quibus omnibus id concludendo dicam, quod Euripides in Meleagro dixit:*

Hæc eſt ô mater poſſeſsio pulcherrima,
Et potior diuitijs ſi cui ſint
Liberi boni, nam etſi moriantur domi,
Sunt tamen inſtar egregij theſauri parentibus
Ornamentum vitæ quod nunquam relinquit familiam.

Stanislaus

Stanislaus Kriſtoporſki, ſubſcripſit electionem Vladisl. IV. ex Palat. Syradicń. Notabant Familiam ſuam in Chriſtoporzyce, Buync, Kiſiele, Siemaky, Zerochouo.

Minoccij, *in Crac: Palat. Docet Polybius ſtrenuiſſimos, & animoſiſſimos quoſq; in inſidiis collocandos, nam inſidiæ in medio certaminis in hoſtem exortæ facile eum terrent, victoriam nobis parant, & hoſtem fundunt. Sic Minoccij, in bello & caſtris nomen retulerunt. Reſtat eandem virtutem contra hoſtem animæ deducere, eo namq; magis ſtrenuus animus declaratur. Petrus Minocki de Minogi, ex Palatinatu Crac: Subſcripſit electionem Vladisl. IV. Virtutis encomia reportare, nam non poteſt vlla maior eſſe Patri voluptas, quàm prudentem atq; temperantem videre de ſe prognatum.*

Zeromſcij, *in Palat. Maſouiæ, ab innumerabili ſæculo hæroicis actibus ibidem clari. Ex his aliqui trophæis militaribus allecti, in Confinia Regni Poloniæ, in Podolia demùm conſedére. Thomas Zeromſki ſtrenui animi, plurimis congreſſibus cum Tartaris, Pruſſis, Coſacis, declarato palam indicio, conſtituit matrimonij ſacramentum ad præterfluentem Iſtrum, cum filia Capitanei militum caſtri Cameræ in Podolia Gorka.*

Złotniccij, *Hi à Padniewſcijs, & alijs deſcendunt, ſicut diuiſiones bonorum commonſtrant. Noui virum militarem, & Rothmagiſtrum in Caſtris, ſub Præfectura Koniecpolſcij, eximium in rebus agendis bellicis contra Tartaros.*

Popowſcij, *ibidem cum prænominatis, ſuam domonſtrant originem.*

Kraſuſcij, *in Lublineń. Palat. Quorum merita in Patria, fortitudinem in bello, pietatem & liberalitatem foris & domi, non quaſſato calamo Hiſtorici referant.*

Konopká, *in Lomzenſi diſtrictu de Konopki antiqua & Leſnia. Iacobus ex Sikorſka reliquit Stanislaum cognomento Byczek. Stanislaus Rothmag. in Filandiam, qui cum Okuniowná reliquit Ioannem, in Volhinia ſedem retinet. Albertus, Ioannes, & Nicolaus, erant fratres Fælicis. Ex quibus Albertus cognomento Robaczek, erat Rothmag. in Liuonia, ex Zakrzowſka de paruo Zakrzouo, reliquit Paulum multis expeditionibus notum, nam in Curiis Ducum in Oſtrog & Korzec detulit bellica obſequia. Ex Kraiowſka ſuſcepit filios & filias. Alij ex illis obierunt in Valachia, ſepulti in Iaſij. Alij reddunt in Caſtris obſequia Regibus, alij Deo ſeruire elegerunt. Philippus miles per annos quadraginta, vixit ſupra annum nonageſimum in Lomzenſi diſtrictu. Ex Szadlinſka reliquit Iacobum.*

Giſzowſcij, *in Lublinenſi Palatinatu de Giſzouice, duobus milliaribus à Lublino. Hæc bona cum aliis villis hæreditas illorum ab antiquo fuerunt. Patet hoc ex Actis Vawelnicenſibus, antequam Caſtrenſia hæc iudicia ob deuaſtationem Tartaricam Lublinum, nouum Caſtrum translata fuiſſent. Cognominati erant hi Giſzowſcij, Słodcij ob ſyluas, vel nemus dictum* Słodki gay, *vt ex diſpoſitionibus antiquis apparet. Erant viri, qui auro & opibus antepoſuerunt*

runt Patriam, nec pro dignitate generis deeſſe gloriæ domus, etiam cum vita periculo dubitárunt. Nicolaus & Iacobus, de Giſſowice fratres germani, quos priuilegium refert Vladiſlai Regis, quo villam illorum Giſſowice, in ius Teutonicum transfert. Anno 1427. Præſentibus Alberto Archiepiſcopo Gneſnenſi, Martino de Rytwiány Palatino Lancicienſi, Ioanne Száfrániec Decano Cracouienſi Cancellario Regni, & Stanislao Ciołek Vicecancell. Regni. Nicolaus prænominatus de Giſſowice, aliás de Dzukanow, fecit quorundam bonorum ſuorum commutationem perpetuam Lublini, Anno 1440. Stanislaus de Giſſowice, certas metas facit in bonis, cum Martino de Moſnij, poſt Feſtum S. Trinitatis Lublini, Anno 1460. Stanislaus Giſſowſki, militari gloria excelſus, Moſchorum cum Firleio exercituum Præfecto, Liuoniorum cum Ioanne Zborouio domitor, acq; de aliis hoſtibus triumphator. Celebrauit ſacra connubia cum Grabiaczanká, ex qua ſuſcepit, non diſſimiles fortitudine animi filios duos. Ioannes filius primus, totus Marti, & Bellonæ deditus, ſicut demonſtrant fortitudinem bellicam ipſius loricæ, galeæ, gladij, epiphia, ſtaphæ, ocreæ, & alia arma militaria antiqua, quæ omnia à ſucceſſoribus, vt monilia domus conſeruantur. Habuit in conſortium matrimoniale filiam Generoſi Domini Serek, cuius altera filia, nupta fuit Ioanni Dźierzek Iudici Lublinenſi. Reliquit ex illa filios duos, Stanislaum & Petrum, & filias tres, Krzynieccíorum de Krzyniec in Palatinatu Lublinenſi coniuges. Secundo autem matrimonio Ioannes Giſſowſki, habuit in coniugem filiam de Leſzcze Leſiecki, armorum Nałęcz, ex qua ſuſcepit Ioannem, virum militaribus triumphis idoneum, qui in Imperio & domi, in confinibus Regni, cum Tartaris & Moſchis maxima indicia trophæorum, auidè & audacter demonſtrauit. Habuit in coniugem, Annam Martini May de Borczywká, ex Syradienſi Terra filiam. Vixit Ioannes prædictus Annis 95. ſepultus in Grabow, vbi anteceſſores ſui depoſiti fuerant. Stanislaus Ioannis filius, qui ad Pſcouiam præſtantis dignitatis ſuæ robur multoties declarauit. Conſors ipſius Anna Sługocka de Sługoćin, ex qua ſuſcepit filium Ioannem, qui tyrocinia ſua in perfectioris virtutis accumulationem, in aula Ioannis Mniſſek Sanocenſis Præfecti, & Hieronymi Iázłowiecki, Capitanei Socalenſis, collegit & exercitauit. Demum Caſtris obligando animum, in Moſchouiam Stanislao Zołkiewſki ducente Exercitum ſub ſignis Rothmagiſtri Chwalibogi diſceſſit, vbi in Czarowo, Zaymiſſcze, Volbuium Præfectum exercitus Moſchouitici oppreſſerunt, & armis coegerunt, vt fidem & obedientiam Regi Poloniæ iuramento confirmauerit. Demum ad Tuſſynum cum Suyſki pugnando, eius potentiam & caſtra fregerunt, dirupuerunt, & ſeptuaginta millia militum fuderunt. Apparatus bellicus omnis illis ceſſit, vt victoribus, & ſeptem millia Germanici militis in obſequia caſtrenſia pro Rege, qui erant contra Regem annumerati fuerunt. Recepit in prælio cum Wolbuy, indicia fortis animi ſui in pede à ſagitta grauiter vulneratus. Ad Stolicam verò Moſchorum Ducum Sedem

feliciter

ſeliciter pugnauit, licet iterum vulnere graui ibidem feritus fuiſſet, contra Proſouiecciuni pugnando. Sed dum obſidione cincti, toto anno graui famæ premerentur, à Struſſio eliberati fuerunt. Iterum cum Martino Vrowiecki, militauit contra Skinderbáſam ad Buſsan. Demum cum Illuſtriſſimo Palatino Cracouienſi, Stanislao Lubomirſki, Vices-regens Rothmagiſtrorum, ad Orininum cum Marco Malicki miles ſtrenuus. Pugnauit ad Bobrcam contra Cantymirum, & ad Halicz Srzeniauam, & Vſcie, contra Galgam & cæteros Tartarorum Dynaſtas, captiuorum numerus redditus Illuſtri Palat. Cracou: teſtatur. Pugnauit quoq; contra Oſmanum ad Chotinum, & contra Abaſium Turcam ad Camenecum, vbi animi fortitudine repreſſit potentiam irruentem à tergo claſſi inſtructæ Turcarum. Pugnauit contra rebelles Coſacos ad Crucouiam, Percheslauiam, & Stárzec, vbiq; loco tenens Rothmagiſtri, & victor. Pugnauit in Pruſſia contra Guſtauum, ſed quis tot, tantosq; actus bellicos exprimere calamo poterit, initia belli perſtringimus calamo, motus vero, animum, & actus, quis deducere poterit? fama dicet, poſteritas memoriâ tenebit, & præmia edocebunt. Habet in coniugem Catharinam filiam Chmielowſcij armorum Iáſtrzębiec. Petrus alter filius Ioannis & Stanislai frater, dum glorioſa fama illuſtrare Familiam deſideraſſet, in bello ad Pſcouiam manum amiſit. Conſtitutus vero in domeſticis curis, cum Leśiowſka matrimonium tenuit, ex qua Abrahamum filium ſuſceperat. Ioannes tertius filius Ioannis ex Leśiecka natus, ex filia Maij ſuſceperat Martinum, & alios filios, Martinus in Imperio dum cum Vieraccio militat, ibidem in prælio occiſus fuit. Filiæ autem Ioannis, & ſorores horum trium fuerunt, Sophia Stanislai Krzyniecki, Catharina Stanislai Monſcij, Dorothea Grodźieccij, coniuges fuerunt. Chriſtophorus frater Patruelis horum, deſcendens à Fratre Ioannis in origine primitus poſiti, natus eſt ex Łęcka armorum Nałęcz, miles eximius in expeditionibus plurimis. Ex Anna Borzecka de Skrzynice armorũ Pulkozyc, ſuſcepit numeroſam prolem. Ex quibus Adamus miles celeberrimus, qui dum ad Tarnopole in caſtra Chani Tartarorum cum Brozowſki Rothmagiſtro irruit, ibidem occubuit. Nicolaus alter filius tyrocinia vitæ, in aula Illuſtriſſimi Palatini Crac: Lubomirſki completa, ad Martem deduxit, & cum Zołkienio, Luca Pereslauienſi, Kaluſſouienſi, Chmielnicenſi Præfecto, iterum cum Commiſſario Generali Coſacorum Komorouio militauit. Ad Kumeiki pugnando, globo traiectus fuit, nec tamen militare ad Stárzec contra rebelles Coſacos deſijt. Filiæ illius Dorothea Oſuchowſcij coniunx, aliæ virgiňes. Nicolaus frater Chriſtophori caſtrorum obſeruantiſſimus, militauit in Vngaria primum, deinde in Regno. Reliquit duas filias, Stanislai Drogocki coniugem, & Sophiam. Ioannes tertius frater prænominatorum, non deſcendit ad viros niſi bellatores, nam & Aquilæ non generant deſidioſam columbam. Reliquit tres filias, Annam Matthiæ Rudnicki, Catharinam Chmielowſcij, Tertiam Rakowſcij coniugem. Quibus benedictione ſua faueant ſuperi.

Kraſuſcij *in diſtrictu Luconienſi, dignis moribus & meritis Familia. Ioannes cum Wilcopolſka reliquit Ioannem militem in Vngaria ſtrenuum, Sigiſmundum qui cum Ioanne Potocki, Generali Podoliæ militando, obijt in Multania. Martinum militem ab Anno ætatis ſuæ decimo, vſq; ad 58. in Valachia, Moldauia ſuperiori, Lituania, Pruſſia, cum Ioanne Zamoyſki, Zolkieuio, Filius ipſius Georgius miles cum Potocki, Campiductore Regni: Sic proficit, qui ſeſe Nobilem recogitat.*

Szwarcij, *in* Palat. *Cracou: Qui ex Germania eximij & ſtrenui bellatores ad illuſtris ſuæ gloriæ, ad augendam famam in Regnum Poloniæ appulerunt, & quoniam ob excellentia facta omnibus Regni Proceribus amabiles facti fuerunt Nowiniorum armis inſigniti ſunt. Abrahamus Szwarc, Zupparum Crac: Præfectus, regnante Vladislao Iagellone,* vt Paproc: in 2. Opere refert. *Succeſſit Petro Picorano, & habuit ſucceſſorem officij Seraphinum de Barwath. Eorum ſucceſſores, relicto cognomine Germanico, aſſumpſerunt idioma Polonicum, idem ſignificans quod Germanicum Szwarc Czerny.*

Czernij, *alias Szwarcij, Paulus de Vitouice Zupparum Crac: ſeu Vielicien. Sereniſſimo Alexand. regnante, Præfectus, ſicut colligitur ex Cathalogo Vielicień. Aſſumptus poſt Biechonium Anno* 1497. *Erat vir clarus, & charus ob liberalitatem, diuitias, & poſſeſſiones. Stanislaus eius filius de Vitouice, Hæres in Zabno. Vir deuotione ſingulari, & in Repub. conſeruanda grauis & prudens, Sepulchrum Christi viſitauit, cum conceſſione Sigiſmundi Regis, à quo & prouiſores ſuorum bonorum, Laurentium Myſzkowſki Sadecen. Caſtell. cum Seuerino Bonar Biecen. Caſtellano obtinuit. Honoratus fuit Præfectura Dobcicen. Reliquit filiam, conſortem Tarnouij in Rzemień. Obijt.* 1569. *Sepultus in Zabno. Georgius alter filius Pauli. Qui ob egregia merita, & generoſos actus Zupparum Cracou: Præfectus, atq; Capit: Vrzędouienſis fuit. Reliquit filium Martinum. Ioannes tertius filius Pauli, Canon. Crac: Dicebat Ariſtot: lib. 3. Top.* Laudabilior eſt, & magis neceſſaria temperantia in iuuenibus, quàm ſenibus, nam iuuenes plus, quàm ſenes cupiditatibus tentantur. *Addo quod ſuperlatiuè laudabiliſſima eſt in Spiritualibus, nam vndiq; inſidiis à carne, mundo & dæmonio meridiano & nocturno expugnantur. Fælix qui hæc obſeruat & docet, fælix autem fælicitate perenni. Martinus Georgij filius, Hæres in Brzezek & Mokrzeſkie, Aulicus Regis Auguſt. digniſſimus, omnibus affabilis, & Eccleſiæ Catholicæ deuotus & obſeruantiſſimus. Ex Chrzaſtowſka armorum Zadora, reliquit filium Martinum, Stephani Bathorij Cubicularium. Ex Pieniaſzkowna verò Dorothea Iudicis Crac. filia, de Kruzlowa, duas filias reliquit. Nicolaus, qui cum Georgio diuiſa bona accepit ad Brzeſko, in Crac: Palat. vir pietate, & virtutum præſtantia inſignis. Cum Heduigi Pukarzowſka armorum Szreniáwá, reliquit tres filios, & filias quatuor. Adamus primus filius, qui cum Minocka, eorundem armorum tenuit matrimonium, reliquit diuina benedi-*

na benedictione prolem. Stanislaus alter filius, qui floridam iuuentutem, negotiis publicis Reipub. tàm in Caſtris, quam in Comitiis, in maturitatem morum gratiosè deduxit. Ex Malechowſka Caſtell. Spicimirien. filia, ſuſcepit prolem. Paulus tertius filius, Hic exercitatam iuuentutem, literis & militaribus tyrociniјs, animi generoſi officium ſuſcepit, mori vel defendere Patriam. Quapropter continuus in Caſtris, & perpetuus ſub papilionibus, maximum nomen Familiæ ſuæ reliquit. Sorores horum fuerant, Eliſabeth Zakliczyna, Heduigis Wilkocka, Anna Piaſkowſka, & Regina. Petrus Czerny, Hic tertius filius Georgij, in Palat. Lublineń. exdiuiſa bona tenuit. Vir diſpoſitus literis, moribus, prudentia, & fortitudine, ad grauia negotia Regni. Erat Aulicus Regis Augusti circumſpectus, Sereniſſimam Reginam Bonam Sforciam redeuntem in Italiam, Rege diſponente Barium deduxit. Rothmagiſtri munus multis in expeditionibus ſtrenuè obiuit. Et quod non modicum iudicium repræſentat eſt, quod ille cum aliis Nobilibus Primatum in Regno, ne quando obeſſet libertati Nobilitatis Polonæ, ad circumſcribendam dignitatem legibus, occaſio extitit. Bielſc. fol. 662. Lego apud Ianuſouium in Statuto, quod ad calculum exactionum Regni, pro Feria Secunda Dominicæ Miſericordiæ deputatus fuerit Czerny Caſtell. Lublineń. fol. 397. *Existimo fuiſſe hunc Petrum. Reliquit filium Nicolaum, veſtigia parentis, & imitantem in caſtris & ſuperantem. Scripſit ſanguine animi propoſitum:* Amans Patriæ, moritur pro ea. *In Moſchouia ad Pſcouiam feruente tunc Marte fortiter occubuit.* Cui Pöeta Laureatus, Sereniſs. Steph. Regis Samuel Volff, ad tumulum affixit.

Nicolaus Czerny pheretro portatur in iſto,
Pro Patria pugnans fortiter occubuit.
Corpus inane iacet ſed mens quæ criminis expers,
In lepido Chriſti viuit ouatque ſinu.

Paulus Czerny, vltimus Georgij filius. Ille ne prouerbio ignobili degeneris columbæ ex generoſa aquila Familiam intingat, habituatam virtutem excellentioribus factis, prudentiá atq; conſtantiá animi firmauit. Reliquit filios quatuor Georgium, Ioannem, Preclaum & Paulum, atq; duas filias. Georgius Pauli, experientiæ plurimæ miles. In Hungaria militando, Patriæ demùm gratiſſima obſequia detulit. Ex Konicka reliquit Georgium ſtrenuum militem & multarum linguarum peritum, vt qui in Hungaria, & Niderlandia ſtudia ſua, & exercitia caſtrenſia inchoauerat, & perceperat. Hic primo matrimonio habuit Heduigim Chrzaſtowſka ex qua ſuſcepit Georgium, ſecundò verò matrimonio tenuit de Familia Pulkozycz Ligęziankam. ex hac reliquit Stanislaum, Bernardum, & Sigiſmundum, optimos & ſtrenuos milites, cum Illuſtriſſimo Domino Lubomirſki, Palat. Crac: militantes. Quibus nedum negotia magna, & adminiſtrationes Præfecturarum committit, ſed quaſcunq; grauiores cauſas in Confinib. Regni ſui Patrimonij, inter

 Coſacos,

Coſacos, Tenutarios Aulicos, Rothmagiſtros, & milites ſuos exortas ſopiendas decernit. Erant poſſeſſiones horum plurimæ, ſed diſcordia Fratrum effecit, vt & bona amiſerint, & gradatim à dignitatibus receſſerint. Sunt Dobcice, Vitowice, Porębá, Mokrzſko ſed aliorum. Petrus Czerny, in Brzeſko, Hæres & in aliis bonis, miles exercitatus, vnicam filiam ſuſcepit, & filium ex Micicka, ſed iam paulatim extinguitur.

Srociccij *in Podolia, à Sroczyce. Antiqua & maximè Reipub. proficua familia, vt potè diuitiis & poſſeſſionibus opulenta, nec fortitudine animi, & pectoris debilitata. Stanislaus Tribunus Podoliæ, militaribus trophæis inſignis, qui familiam ſuam & hoc medio colluſtrauit, quod filias ſuas quatuor magnis in Repub viris, in matrimonium locauerit. Nam vnam Koniecpolſcio, ex qua modernus Illuſtriſſimus Dominus Stanislaus Caſtell. Cracou: & Supremus Dux Exercituum Regni deſcendit vna cum Capitaneo Strien. Palat. Belzenſi, in matrimonium conceſſit, alteram Podfilipſcio Terrarum Podoliæ Iudici.*

Orliccij, *militia caſtren: dignitate præcelſa clariſſimi. Stanislaus Orlik de Iaziſk, multarum nationum expertus, ob bellica trophæa Hieroſolimitanus miles, ob merita in Regno Zupparum Ruſſiæ Præfectus, tenuit matrimonij vinculum cum Catharina Komorowſka de Zywiec, ex qua ſuſcepit duos filios. Sepultus Cracou: in Eccleſia SS. Trinitatis 1540. Sunt & alij horum in Sileſia Orliccij, viri ſtrenui, & ingenui milites.*

Przą̧dzewſcij, *in Syrad. Palat. Quia vna eſt mortalibus proſperitatis via, benè mori. Deſiderant mori pro Deo, & Patria.*

Mielzenſcij *de Brudzeuo, in Maiori Polonia. Non eſt boni viri, indecora videre & audire, ideò quod honeſtum, & decorum eſt amplectuntur.*

Niewieſcij, *in Syrad. Palat. Palam veritatem loqui, ſi liberi viri eſt, ea quæ prima veritas dixit, audiunt, loquuntur, ſeruant.*

Narębſcij, *in Crac: Palat. Ex quibus erat Abbas Sadeceń. Bonum progenerant fructum probi caſtiq; mores. Ioannes Narębſki, Tyro miles ſub Auguſto Rege in Valachiam, plenus dierum, Obijt Anno 1636. nullá prole relictá hæreditatem quam Chriſto conſecrauit Conuent: Crac. Ordinis Prædicat. medietatem ſuam villæ Naręba, & alia ipſi adiacentia donauit. Sepultus Cracou: ad Ædes SS. Trinitatis.*

Kozłouij, *multarum nationum & linguarum periti, & Magnatum Regni atq; Senatorum, primi Aulicorum, prudentiâ militari, grauitate morum celeberrimi. Quales erant Andreas Præfectus in Kraśnik, & illius fratres Petrus, Gaſpar, Melchior, Balthaſar. Sunt qui hos Kozłouios eſſe volunt, qui demum Cracouiæ iura ciuilia admiſerunt.*

Laganowſcij *in Cracou: Virtus eſt maximum rerum humanarum bonum, ſi verò adhæc fortitudo iungatur, ſummum bonum.*

Lękawſcij *in Cracou: Pudet virum quiſquis fortiter ſe geſſerit, ſi ignauus ſegnisq; vocitetur. Ergo aude, & perfice.*

Mloſzewſcij

Mloſzewſcij, *in Cracou: Palat. quæ tres prænominatæ domus, ab vna diuiſione bonorum deſcendunt.*

Skoccij, *in Maiori Pol. Virtus in eis quia frequens eſt, perfectior eſt.*

Roznowſcij, *ad Gneſnam pulcherrimam ferunt coronam bonæ famæ, quia leges, parentes Deosq; colunt.*

Slachcinſcij, *Non adulatione, nec pecunijs nobilis animus gaudet, ſed conſcientia.*

Kwiatkowſcij *ad Caliſſiam, ex Cracou: Palat. Iacobus Aulicus Sigiſm. Primi, Kawałek dictus.*

Przyſieccij *in Maiori Pol. Tranſierunt alij ad M. D. Lit. Vir ſapiens delibe-rat in malis, bona autem cito exercet.*

Frikaccij, *in* Cracou: *Palat. Meminit cuiuſdam Frykacz,* Bielſc. fol. 260. ſub Anno 1383 *Sunt in Volhinia literis, iure, & poſſeſſione omnibus noti. Caſtreń. Iudices, Notarij Cremieneceń.*

Pitowſcij, *in Syrad. Palat. Vnus illorum Aulicus Regius obijt in bello Moſchouitico,* vt Bielſc. fol. 782. *Adamus vir præditus virtute, Ioannes filius in exteris nationibus educatus.* Paproc. 404.

Goczauij, *ad Poſnan. Bono viro Deus largitur bona: Quapropter cognoſce Deum.*

Wydźierzewſcij, *ad Poſnan. Dies probat mortalium mores, mors Patriæ amatores.*

Chrzanowſcij, *in Lubl. Palat. Sequuntur dictamen conſcientiæ, ac viros modeſtos & bonos.*

Konárzewſcij, *in Lencicień. Eſſe ſuperiores his aſſueti, ventri, ſomno, libidini, iræ. Quocirca benigna Dei manu fouentur.*

Zarczyccij, *in Sendomir. Iuſtitiam præſtant dictis & factis.*

Pilchowſcij, *in Syrad. Adamus, vir multarum linguarum peritus in Turcia, & Germania exercitia fecit.*

Borutouij, *Sed alij armorum Iáſtrzęb. Omnium teipſum reuerere, & nil turpe admittes.*

Krowiccij, *in Opocneń. diſtrictu. Obſeruant ſedulius, quod graue ſit animo langueſcere.*

Maſzewſcij, *in Cracou: Bonam mentem amore proſequuntur, ab ea enim actiones bonæ proficiſcuntur.*

Przanowſcij, *in Lencicien. Adhibent curam, vt vitam decentem degant.*

Pielatouij, *Fructus bonus eſt benè compoſita vita. Hoc ſeruare nituntur.*

Vieyſcij, *in Crac. de Vilkouice. Ioannes eximius bellator, & paterfamilias ordinatiſſimus. Habuit in coniugem Sophiam Rylſka, armorum Oſtoia. Andreas ſubſcripſit elect. Vladisl. IV. Petrus germanus Ioannis, in Aula Steph. Bathorij Aulicus digniſſimus, bellator continuus & præſens ad Regiam Maieſt. Pocillator. Curiæ.* Meminit Bielſc. *inter precipuos viros, in bello cum Tartaris ad Conſtantinouiam,* fol. 742.

Borkowſcij,

Borkowſcij, *in Lucouień. Familia, vt ſplendore generis, ita antiquitate celeberrima. Declarauit namq; quæ nobilem decent in Caſtris, Comitiis, Nobilium conuentibus, prudentiam, ſcientiam, fortitudinem, & ingenium. Ioannes poſt ſtudia literaria, & tyrocinia iuuentutis exercitata in curiis Primatum Regni, matrimonij fœdus, cum Laſocionka celebrauit. Andreas filius Ioannis, probatam virtutem domi, forisq; omnibus commendatam reddidit. Ex Oſinſka, fructum benedictionis matrimonialis filium Stanislaum accepit. Stanislaus Andreæ, maiorum veſtigia ex virtute pullulantia ſequendo floridam iuuentutem laudabili grauitate morum colluſtrauit. Vbi verò conſtans maturaq; vita conſtituenda fuerat, in Wiśniowſciorum Familia cum Dorothea Wiśniowſka, Sacramentum matrimonij celebrauit. Reliquit ex illa hos filios. Martinum, literis & morum grauitate nobiliter ornatum, qua & Patriæ, & amicis optimè conſuluit. Hinc ab omnibus virtutem & honeſtum amore proſequentibus, laudabilis, deſiderabilis. Poſt Notariatum Caſtren. Præmislień. Vice-Capitaneatum Caſtren. & Iudicem cauſarum officij Leopoli adminiſtrando ſuauiter, ad altiora proficit. Fuit multoties ad correcturam Iurium, amicorum concordiam, diſſidiorum complanationem electus & vocatus. Nec defuit in reddendo Eccleſiæ Catholico munere, nam Sacellum in Zdzar ad conſecratam Eccleſiam perpetuo fundauit. Reliquit ex Anna Idrzynianka Alexandrum, & Adalbertum filios. Felicem, qui cultam iuuentutem, virtute bonis adornauit actibus. Ex Prominſka ſuſcepit filium Caſimirum. Sigiſmundum, eximium & ſtrenuum militem in Pruſſia, & in confinibus Regni, cum Rothmagiſtro optimè Reipub. obſequia præſtante Alexandro Cetner, militantem. Et quoniam poſt deceſſum coniugis, alteram Stanislaus prænominatorum Parens, habuit coniugem ex Dziuolſciorum Familia, ſupereſt ex illa filius Victorinus, cuius eſt propriis factis anteceſſorum merita proſequi & augere.*

Brzoskouij, *in Nurſcen. Terra, clara & antiqua Familia. Erat ex illis Caſtell. Vyſcenſis, & alter Succamerarius Nurſcen. magnus vir iudicio, & authoritate nomine Stanislaus à Rzeuien.*

Kowalcuſcij, *in Cracouień. & Sendomirień. Palatinatu. Non eſt illis indecorum Patriam defendendo mori.*

Sladkowſcij, *in Sendomir. Palat. Sicut non parcunt labori propter virtutem, & Patriæ honeſtum, ita ſine certo præmio non erunt. Raphaelem ex illis Caſtell. Konarień. Hiſtorici nominarunt, qui legationem perficiebat in Lituaniam.* Bielſc. fol. 727.

Sauiccij, *in Podlachia. Reddidit Sawicki Patriæ quod debuit, recipit quoq; ab illa quod conuenit. Honoratus Præfectura Mielniceń. Reliquit optimos Reipub. filios, Nicolaum, &* Chriſtophorum.

Paſinſcij, *O quàm digna res, Nobilem ſuis contineri terminis, eſt ſemper fidus amico, vtilis Patriæ, obſequens legibus, & boni cuſtos.*


Hulcuicij,

Hulcuicij, *in Volhynia clara factis & antiqua genere Familia. Georgius Hulenic Succamerarius Luccorień. vir recti & honeſti amator, reliquit paternæ virtutis æmulatores filios, Vladislaum & Ioannem. Demetrius Hulewic, Regularem vitam eligens in Ordine Prædicatorum, in Conuentu Luccorień. Profeſſus, Hippolytus appellatus, eidem Conuentui totum ſuum Patrimonium ante ſuſceptionem habitus contulit, ex quo ſolutis debitis Patris eius remanſerunt Conuentui tres villæ in Volhynia, Wierzbiewno, Pulhanow, & Korſowiec. Vaſilium Hulewicz* meminit Ianuſzowski, fol. 769. *Semion Hulewicz Woiutinſki, Notarius Terræ Luccorień. Gabriel Hulewicz Cewonſki, Paulus Hulewicz Woiutinſki, Simon Hulewicz Drozdenſki, Demian Hulewicz. Hi omnes ex Palat. Volhyniæ, ſubſcripſerunt electionem Vladisl. IV.*

Ochoccij, *vt bonorum omnium ſunt artifices doctiſſimæ virtutes, ita malorum omnium otia & vitia. Curarunt iſti virtutibus proficere, non vitiis deficere.*

Kozniccij, *Florianum ad Pſconiam militantem, Anno* 1582. *cum Pieniażek Caualiere,* meminit Paproc. in 2. Opere, fol. 406.

N O V O S I E L.



DELINEATIO.

NOuoſielecciorum Arma in Volhynia Faſcia alba, in orbem & crucem diſpoſita ſuis extremitatibus. Supra orbis verò verticem eſt ſagitta fracta, tangens fractura orbem, ita quod quaſi infixa, lancea cælum demonſtret.

O R I G O.

CLarum omnibus ingenio præditis eſt, quod faſcia in nobilium armis præcipuè Roxolanicis, ſtrophium ſeu ligaturam militis ex vulnere fatigati ſignificet. Quapropter & hæc non hæreditarunt, niſi in domo militis, quod etiam ipſa ſagitta diſrupta declarat. Occaſione qua & vbi, illiterata vetuſtas, neque obſeruans ætas mortalium ſcripturas, non tradidit, ſed florens meritorum & præmiorum dignitas, non modicæ rationis ſententiam, in his qui gentilitijs prædictis vtuntur, declarat. Similem faſciam video in armis Sieniutæ apud Paprocium, ſed abſque ſagitta. Vnde colligo, quod Faſcia Roxolanis antiqua Arma fuerunt.

DISCIPLINA MILITARIS.

PLurimum ac ferè totum Reipub. bonum, tam pacis, quàm immortalis gloriæ, ex diſciplina militari prouenit. Documento eſt Hiſtoria

Romana, ſiue à Valer. Max. ſiue ab alijs deſcripta. Ait enim *lib.* 2. *cap.* 8. Diſciplina caſtrorum acriter retenta principatum terrarum, Romano Imperio peperit. *Et Dio lib.* 53. *ait*: Romani nulla re alia orbem Romanum ſubegiſſe videntur, niſi armorum exercitio & diſciplina caſtrorum. At ſi aliquando Diſciplina militaris exigenda & tenenda, tunc profectò maximè eſt, dum aduerſus validos hoſtes, & eodem nobiſcum armorum genere vtentes, bellum geritur. Tunc in quam ſeueriſsima diſciplina, & Manlianis Imperijs opus eſt, qua exercitus contineatur, conſeruetur, ac victor euadat. *Liuius lib*. 8. Et profectò, ita Romani contra Latinos pugnando, non peccarunt, ita miles contra Ruſſos ad Haliciam, contra Regem & in bello peccauit. Hoc igitur eſt quod armis nobilitatis præſentibus proponitur, dum Faſcia, dum rupta & fracta ſagitta exponitur. Erant recti forteſque milites, diſciplina militari in agmina hoſtium, eorumque ferrea quæuis acumina euntes, irruentes, expugnantes ſeruarunt, quod Minander perſuadebat.


Vnum hoc tibi pronuntio, ne ad ſeruitutem vnquam viuus libens accedas, ſi liceat tibi libero oppetere mortem.

LINEA NOVOSIELECCIORVM.

NOuoſieleccij, *in Volhynia militari dediti, trophea victoriarum reportarunt*, inquit Papr. in II. Opere. *Vnus illorum Cremenetiæ pro meritis Caſtrenſibus militaribus aduocati iuriſdictionem, à Sereniſſ. Rege tenuit. Reliquit prolem gladio militari glorioſam famam venantem. Alios Hiſtorici, & Acta referent.*

ODROWAS

ODROWĄS ſeu ODROWĄZ.



DELINEATIO.

EST media ſagitta coloris albi, lancea ſagittæ antiquæ apparet infixa lanuginibus prouecti viri, cuiuſmodi in Turcia ſæpius reperiuntur craſſorum pillorum, in medium ſpheræ deducuntur, coloris etiam albi, in campo ſanguineo. Super coronam ſunt pennæ pauonis, intra quas per tranſuerſum eadem prominent arma, quaſi in latus declinata.

ORIGO.

IN Morauia antiquiſsima arma ſunt quæ nuncupationem ſuam, vel à cognomine viri, vel ab euentu acceperunt. Fabula enim hæc originis ſpargitur. Ad Principem Morauorum erat gentilis quidam audaciæ & fortitudinis in lucta mirabilis. Accidit quod Morauus, vel alterius gentis vir miles, & fortè iam Chriſtianus, (ad cuius diſtinctionem paganus dicitur in fabula) ipſum ſuperando in directione ſagittæ ad metam, & in lucta ad Principem comparuerit, grauis aduentus Pagano iam aliquoties ſuperato. Euocat igitur virum Paganus in luctam, digito in naſum collimandum, quod quia in conſpectu Principis erat, indignatus miles tali euocatione, corripuit ipſius lanugines, & vnâ cum carne auulſit, atque in ſagittam infixit; Quod vt conſpexit Princeps, in inſigne & æuiternum monumentum militi conceſsit. Fauet proclama Armorum huic fabulæ in lingua Moraua, ſed talis euentus fruſtra ſagittam apponeret, crediderim quod ſagitta emiſſa auulſerit, vnâ cum carne hoſti pagano lanuginem, ſiue in prælio cui plus aſſentior, ſiue in tali coram Principe euentu. Erant enim ſagittæ antiquæ ferrum latum, & acutum ab vtrinque, ſicut & modò Tartari vtuntur ſimilibus in pugna, contra agiles equos. Quando in Regnum illata fuerint ignoro, ſed quod circa Annum 966. reperiantur in Regno, hoc ſcio.

INCOMPARABILIS POTENTIA.

REquirit nedum eximia, ſed probata quoque media incomparabilis potentia. Ex quibus vnum adferam: nempè, quod tribus retineatur, promoueatur & acquiratur potentia incomparabilis. Regimine,

Subiugatione, Vigilantia. Qua ex ratione Æſculapium antiqui pingebant in ſolio ſedentem, qui vna manu tenebat Scipionem, altera manu caput draconis premebat, cui ad pedes canis vigilans, & fidelis diſcumbebat. Eſt quidem hoc medium non vulgare, ſed imperantem cito in odium, in inuidiam detrudit, & in crudelitatem accendit. Incomparabilis autem potentia, illa verè & ſine murmure dicitur, quæ virtute, & honeſto acquiritur, gubernatur, regitur, conſeruatur. Vnde Ariſt. *Oportet prudentes Magiſtratus, non propter officium aut imperium, ſed virtutis causâ admirationem ſui parere: vt etiam immutata fortuna, eiſdem laudibus digni cenſeantur.* Apud Plinium lego pluuiam ferream, *lib.* 11. *cap.* 56. Pluuiam verò auream lego *in Biblioth. Photij ex Himerio*, illa pluebat Lucani antequam interemptus fuit cum milite toto à Parthis M. Craſſus, iſta verò pluebat Rhodijs Ioue auream nubem in illos rumpente. Illa ſignificat potentes Principes, qui telis quaſi ferrea grandine deſæuiunt. Iſta ſignificat Principes conditionis ſuæ memores, de qua Seneca: *Nullum clementia magis, quàm Regem & Principem decet.* Egô dum contemplor arma propoſita Nobilium, non abnego incomparabilem potentiam in omen deducere, vnico tractu auulſit lanugines & labrum, vnico ictu ſagittæ ſuſtulit bellatoris potentiam, vnica lucta fregit luctatoris fortitudinem. Quid igitur effecit gladio, & haſta cum aduerſario pugnando, ſi hæc & talia probauit ludendo, iocando? An non incomparabilem potentiam declararunt in Regno Odrowanzij, Sprouij, Galcij, Pieniąſcij, & alij innumeri, qui prædictis armis condignè vtuntur. Floruit & floret illorum potentia, in tyaris Archi-Præſulum & Præſulum, floret in regiminibus Exercituum, Senatus, & Curiæ Regum. Erant namque ſicut perſuadebat Euripid. apud Stob.

Qui Martiis in pugnis, & in conciliis præcellunt,
Non debent eſſe ingenioſi in leuibus & argutis.
Sed in grauioribus & arduis negotiis & rebus,
Bene conſultare de magnis bonis regno neceſſariis.

SAGITTA PATRIÆ, & pro PATRIA.

LVcrum inæſtimabile lethiferum apprehendere pro Patria ſagittam, credebant antiqui bellatores, & Patriæ amantes. Quapropter admonebat Callinus in Stob.

Quamdiu torpetis? Quando ſtrenuum habebitis animum
O iuuenes? An non veremini vicinos,
Ob tantam ignauiam? in pace autem vobis videmini ſedere.
Interim verò bellum totam regionem infeſtat.
Quin ſcutum aliquis hoſti in prælio obtendat
Et aliquis moriens vltimo iaculum emittat.

Honor

Honor enim & ornamentum conciliatur viro,
Pugnanti pro Patria, & liberis & tenera vxore,
Aduerſus hoſtes, &c.

Quocirca meritò laudibus efferunt Ducem Nouogrodi Podlachiæ, &c. Erdziuilum, qui Kaidano Duci Zawolſceri. ſocio Bati expoſcenti per nuncios tributa & minitanti ni concesſiſſet, ita reſpondit: Miſit illi duas ſagittas, incitando ſcilicet ad bellum, quem cum toto exercitu fudit ad Mozyrum. *Stricou: lib. 6. cap.* 12. Mori namq́ue decet pro Patria, dum neceſsitas incumbit. Hæc arma dum inſpicio, video ſagittam Patriæ & pro Patria. Nobile enim hoc ſignum ſagittæ ipſi Longobardi pro inſigni deferebant nobiles, nec aliud nobilitatis illorum quorum erat defendere Patriam & mori pro Patria erat ſtemma quam ſagitta. *Olaus lib.* 8. *cap.* 10. Patriæ ſagitta hæc ſunt arma, nam nunquam contra Patriam, nec in Patriam, ſiue intùs, ſiue foris pugnarunt. Lego Abaridis ſagittam, quæ fabulatur à Græcia, vſq́ue ad Hyperboreos Scythas euolaſſe. *De qua & Suidas. Et Iunius in Photio.* Hæc (*inquiunt*) ſagitta patriam deſiderauit, vnde per remotiſsimas plagas orbis rapiebatur. Veſtræ ſagittæ, hoc ô veri Patriæ amatores, & ciues Odrowązij adſcribendum perpetuo venit, quod ſiue præſentes, ſiue diſtantes, ſiue in toga conſulitis, ſiue in ſago bellatis, ſemper pro Eccleſia & Deo, pro Patria & Repub. Regi, & Senatui Polono ſagittam veſtram obtuliſtis, conſecraſtis, vouiſtis. Et exiguæ copiæ infinitum exercitum ſuperabant.

LINEA FAMILIÆ ODROVONZIORVM.

S*Aulus Odrouons, qui fortè in Regnum Pol. cum Dabrowká Bohemiæ Duciſſa, dum in ſponſam Mieſconi Duci Pol. deportaretur ex Bohemia venit.* Refert namq́ue Cromer: *quod plurimi Nobiles & Barones, cum illa venerant, quos ille honorificè habitos, & ſplendidè donatos remiſit.* lib. 1. fol. 32. col. 2. *Ex quibus ſine hæſitatione aliqui etiam in Polonia, cum ſua Duciſſa remanſerunt,* vnde Paproc. in 2. Opere refert: *quod in priuilegio montis Calui, Regnante Boleslao Chabri dato, ſubſcriptionem Saulis Odrouons legerit, qui notabant Familiam ſuam à Konſkie. Igitur initia illorum in Regno erant circa annum* 966. *Hic reliquit filium Comitem Saulum, colligitur hoc ex libello Canoniſationis S. Hyacincti, à R. P. Seuerino Magiſtro edito,* qui Capite. 1. libri primi dicit: *Anno* 108. *Saul extitit Odrouonz, qui in Pol. Regno cùm magnis floreret opibus, virtutibus quoq; & rerum geſtarum fama præſtaret. Filius eius & Comes ex Comitibus, Saulus Comes in Konſkie, qui ad Monaſteriũ Trzemeſñ. conceſſit decimas ex Konſkie, ſicut priuilegium eiuſdem ibidem teſtatur.* Meminit illius R. P. Seuerinus, ſub Anno 1140. Papr. 1145. *Filij ipſius plures fuerunt, R. P. Seuerinus duos memorat Euſtachiũ & Iuonem. Sed dum poſt deceſſum B. Iuonis Epiſc Crac. poſt annos tredecim ſucceſſit in Epiſc. Crac. de Familia Odrouonziorum Prandota Bialacouius, iam conſtat tertium fuiſſe adhuc*

Sauli filium ſucceſſorem in Konſkie. Et quoniam inter literas, & in Cathalogo Claræ tumbæ lego, quod filij Miloslai Comitis Fratris Iuonis cũ filijs Iuoni Comitis impediebant fundationem Monaſterij à B. Iuone, iam & hos hæredes in Konſkie dicendum venit. Et quoniam acquiſiuit Prandocinum B. Iuo, à Prandota & filio illius Vislao, & ius fundationis Monaſterij de Kaczycze, in Prandocin translatum tranſtulit ex ceſſione Prandotæ in Mogilam, ipſum quoq; filium fuiſſe Sauli Comitis apertè conſtat: Sed hoc apertius diuiſio bonorum inter illos commonſtrat. Alij namq; à Konſkie, alij in Mogiłá, alij in Sprowá, alij in Białaczow, alij in Szydłowiec Familiam ſuam adnotabant. Commonſtrãt & notata Claræ tumbæ, vnde adnoto. Prandota Odrouonzius Comes, qui fundauit Prandocinum, & cæpit fundare ibidem de Kaczyce Ordinẽ Ciſtercień. habuit filios Vislaum, & Dobieslaum. Dobieslai filij, Paulus & Sando. Sandonis filij, Creslaus, Prandota, Petrus, & Paulus. Iuanus Odrouonzius, cuius filij Matthæus, Iaroslaus, Sando, Iuanus. Miloslaus Odrouons, eius filios ibidem Cathalogus nominauit. Sed quoniam difficile eſt totam lineam deducere, ſufficiat lectori benigno, antiquitate familiæ cognita, ex his deductos fuiſſe Odrouonzios ita claros, vt vno Anno 1462. fuiſſent ex illis ſex Senatores, ſex Capitanei, quatuor in dignitate poſiti, ſicut ſub B. Iuone adducemus. Nunc ad lineam notiorem velim deſcendamus. Accepi conſcriptam lineam Odrouonziorum hoc modo: Deſcendebant ex Comitibus de Konſkie. Miloslaus de Konſkie, Frater B. Iuonis Epiſc. Crac. Et ab hoc Odrowanzij, qui familiam ſuã notant à Konſkie, deſcendunt. Alij namq; fratres aliunde Familiam ſuam notare cæperant, & ita diuerſitas Odrouonziorum creuit, de Sprowá, Białaczow, Szczekocin, Gorá, &c.

Konieccij, *Odrowazij de Konſkie.* N. *Ochmagiſter Reginæ Annæ Capit: Lomzenſis verus maiorum ſuorum cultor, & obſeruator meritorum, amans Patriæ, honoris, famæ, doctrinæ. Habuit tres coniuges, primò Barbaram Taſſycka armorum Strępá Notarij Terreſtris Cracou: filiam, ſecundò Annam Przerębſka Arm. Nowiná, Vincentij Caſtell. Roſperſcen. filiam, tertiò Catharinam Leſcenſka, Raphaelis Capitanei Radźiciouien. filiam, ſed cum nulla habuit prolem. Iuo alter filius Sauli, Comes de Konſkie, Cancellarius Regni,* Bielſc. fol. 144. *ex Cancellario Ducis Leſconis Albi Cracou: & Sendomir.* vt ex Dlugoſsio ad Annum 1218. habetur, & alijs. *Hic ad Colomanum Andream Regem Halicien. 1206. vnà cum Kadłubcone Epiſc. Cracou: legatus fuit,* ſicut Bielſc. vt ſuprà Cromer. lib. 6. *Creatus Epiſcop. Cracou: ex Cantore Gneſnenſi, & Canonico Crac. Anno 1218. & hoc ob literarum peritiam & prudentiæ humanæ fulgorem. Pariſijs enim ſtuduit, vt Długoſſus addit. Sedit annis duodecim; humilitas tanti viri in multis peregrinationibus apparet, ſed præcipuè quòd in Synodo à Vincentio Archiep. Gneſnen. 1226. celebrato, dum ſibi concedere locum Vratislauien. Epiſcop. noluiſſet, maluit recedere, quàm contendere. Pietatem ipſius plurimæ Eccleſiæ erectæ & fundatæ adſtruunt.*

adſtruunt, in Konſkie, Wdwrzynczyce, Działoſzyce, Sendomiriæ, Calſſiæ, Mogilæ. Eius pietatem efferunt tot Religiones ab illo fundatæ Ciſtercień. Ordinis Prædicat. S Auguſtini, efferunt Xenodochia, Scholæ, de quibus omnes Hiſtorici aſſerunt. Quod breui Carmine Kantſcius in Serie Epiſcop. Cracouień. nominauit:

Æde forum Craci vrbem Hyacinthi Fratribus auxi,
Donaui fratres clara Mogila tibi:
Quid Luboricza, quid Imbramowice, & plurima Templa
Quid quæſitus honos quem Zula perdiderat?

Sed cùm poſt deceſſum ipſius, Filij à Fratribus Iuani & Miloslai fundationem labefactare Claræ tumbæ voluiſſent, laboratum de concordia fuit. Ceſſerunt ergò & donarunt, ſed ne controuerſia poſt oriri poſſit, ſub Caſimiro Iagellonide Petricouiæ ab Odrowanziis Fundatio hæc & poſſeſſionum donatio corroborata fuit, & ab his Anno 1462. ſubſcripta.

Ioannes de Sprowá, Archiepiſc. Gneſneń. & Primas Regni.
Nicolaus Dei gratia Epiſcop Præmiſlień.
Nicolaus Abbas Andrzeiouień.
Andreas Odrouons Palatinus Leopol: & Generalis Capit: Ruſſiæ.
Iacobus de Dębno, aliâs de Szczekocin, Regni Poloniæ Theſaurarius, Capit: Sadeceń. & Bieceń. & Regiæ M. Pincerna Supremus.
Euſtachius de Sprowá Caſtell. Radomień. Capit: Opocneń. & Vnieiouień.
Dobieſlaus de Sprowá, Caſtell. Præmiſlień Capitaneus Louiceń.
Staniſlaus de Szydlowiec, Caſtell. Zarnouień.
Paulus de Sprowá, Dapifer Leopolień.
Dobieslaus de Szczkocin, Subdapifer Sendomirień.
Paulus de Szczekocin, Capit: Olſlineń. Zauichoſteń. Lucouień.
Iacobus Obulus de Gory, Subpincerna Cracouień. Capit: Czorſtineń.
Petrus Godowſki, Vexillifer Halicień.
Henricus de Szczekocin, Capit: Lublineń.
Iacobus de Pniow, Archidiaconus, & Adminiſtrator. Epiſcopatus Cracouień.
Fratres Armorum & Domus Odrouaſinæ.

Mortuus eſt B. Iuo Epiſcopus Cracou: in Italia 1229. Sepultus Mutinæ. Translatus in Poloniam à Fratribus Ordinis Prædicatorum, & ſepultus in Eccleſia SS. Trinitatis, cui Ioannes Wężyk, primò Abbas Claræ tumbæ, poſtea Archiepiſcopus Gneſneń. Mauſoleum marmoreum erexit & inſcripſit:

D. O. M.
OSSA
Iuonis de Konſkie Odrowązij, Diui Hyacinthi Patrui, Epiſcop. Cracouień.
MVTINA
Ad quam Anno Dñi. 1229. Vita defunctus eſt.
CRACOVIAM
A Patribus Ordinis Prædicat: huius Conuent. Anno Dñi. 1239.
TRANSLATA.
Hîc ſub rudi Saxo concluſa,
CVIVS
In Deum pietatis, Eccleſiam, & Patriam charitatis ſunt monumenta.

TEMPLA

TEMPLA

Deiparæ Virginis in Circulo Cracouień. Claræ Tumbæ, S. Spiritus Cracouiæ, Mſtouień. Dzierzánouień. Koſceń.

MONASTERIA

SS. Trinitatis Ordinis Prædicat. Cracou: Claræ Tumbæ Ordinis Ciſtercień. Mſtouień. Canon. Regul. Sancti Auguſtini.

HOSPITALE

Sancti Spiritus Cracouiæ.

OMNIA

Proprijs impenſis Annis 12. quibus Eccleſ. Crac. præfuit exſtructa, & dotata.

Ioannes Wezyk, Abbas Commendatarius, Sepulchrum hoc Monaſterij ſui Optimi Parentis marmore contexit. *Anno Dñi* 1618.

Dobieslaus III. filius Sauli, ſicut in linea Familiæ moderni adnotarũt. At ego fuiſſe Prandotã aſſirmo ex rationibus ſuprà aſſignatis, qui dum filios duos habuit, Vislaum & Dobieslaũ, fortè hic modò Dobieslaus memoratur. Huic ex diuiſione bonorum venerunt Szydłowiec, Gory, & Chleuiſka. Quod etiam Papr. in 2. Opere fol: 398. refert. *Quorum bonorum poſſeſſor fuit Dobieslaus, poſtmodum Caſtell. Vislicienſis. Chriſtophorus Odrowas Dobieslai filius,* vt Miechouius refert lib. 3. *Palat. Crac: Boleslao Pudico regnante* 1238. *Hic acquiſiuit bona Opátow,* vt Paproc. habet. *Euſtachius filius Palatini Crac: Caſtell. Vislicień. qui reliquit tres filios. Nicolaus Euſtachij, Epiſcop. Præmiſlień. Petrus Euſtachij, qui ſterilis deceſſit. Iacobus Euſtachij Theſaurarius Regni. Iſte reliquit duos filios, Dobieslaum Odrowas, Caſtell. Czechouień. qui diuiſione accepit bona Chlewiſka, à quibus & Chlewicki nuncupatus fuit, & Stanislaum Caſtell. Zarnouień. qui bona Szydłowiec accepit, & Szydłowiecki nuncupatus fuit. Eſt memoriale huius diuiſionis Caſimiri Ducis Pol. Cracouiæ, Sendomiriæ, Syradiæ, Lenciciæ, Cujauiæ, Pomeraniæ, Domini & hæredis, qui ob multiplicia obſequia, & ſeruitia Iacobo, Nicolao, & Petro de Chleuiſka, villas eorum Chlewiſka, Szydłowiec, Smagow, &c. transfert in ius Teutonicum, Srzedſke nuncupatum. Stanislaus Odrowas Szydłowiecki, Caſtell. Zarnouiecen. reliquit filios duos Stanislaum & Iacobum. Stanislaus erat Caſtellanus Radomſcenſis* 1493. *qui habuit hos filios, Succamer. Crac: Capitaneum Goſtinen. Nicolaum Caſtell. Sendomir. Theſaurarium Regni, Capitaneum Radomſcen. Oświecimen. Zatorien. Olſtinen. Krzepicien.* 1531. *obijt. Chriſtophorum Vice Cancell. Regni, Capit: Goſtinen. qui poſt deceſſum Fratris ſui Nicolai Caſtell. Sendomir. fuit, hi maſculam prolem non reliquerunt. Iacobus verò alter filius Stanislai Szydłowiecki, erat Theſaurarius Regni* 1506. *Habuit filium Chriſtophorum Caſtell. & Capit. Cracouien. Cancellarium Regni, qui* 20. *millia Tartarorum fudit* 1512. *Qui omnes Szydłowieccij Odrowaſij, quales & qui fuerunt, omnes Hiſtorici cum referant me tacere docuerunt. Nullam maſculam reliquit prolem, ſed tantum tres filias, Eliſabetham Nicolai Radziuilij Ducis, Palat. Vilnen. Coniugem, ad quos & Szydłouecia tranſijt, & Ducis in Oſtrog conſortem, ad*

quos

quos Opátouia, & Chmielow deuenerunt. Scripſit illi Epitaphium Andreas Krzycki, Epiſcop. tunc Præmislienſis.

Magne Senator Princeps & gloria Regni,
Cui natura ſuum contulit omne decus.
Per quem congreſsi ſunt tres cum Cæſare Reges,
Et bona ſunt ſtudio multa peracta tuo.
Cuius tot reſonat populorum nomen in ore,
Dignius hic noſter quo nihil orbis habet,
Te mea mens agitat ſacris celebrare Camænis,
Sed nouus optatum mæror adimit opus.
Attamen aggrediar quod ſi quid noſtra Thalia eſt,
Carminibus viues ſæcula multa meis.
Interea hos legens clementi ſuſcipe vultu,
Quos fidi ad Dominum triſtia buſta dedi,
Vt qui connubij tanti tantique decoris,
Illius autor eras ſeruitijque mei.
Nunc rebus noſtris inopino funere lapſis,
Indoleas Cricij tum memor eſſe tui,

Dobieslaus verò Odrowas Chlewicki, Iacobi Theſaurarij filius, Caſtell. Czechouień. Reliquit duos filios, Petrum & Simonem, Præfectum Culinæ Regiæ, Vexilliferum Sendomirień. qui ſteriliter deceſſit. Petrus Crac: Dapifer, celebrato matrimonio cum Szpinkowná ſuſcepit ex illa Iacobum hæredem in Chlewiſka, qui ex Lubrzanſka Caſtellani Brieſten. filia, ſuſcepit filios ſeptem, & filias ſex, Zamiechowſcij, Kaimirouij, Podlodowſcij, Suchecij, &c. coniuges, de Matrimonio illius, Bielſc. fol. 493. *Petrus primus filius, qui ad Pſcouiam, ſub ſignis Pieniazek Caualeri pugnando occubuit. Iacobus ſecundus filius, qui ex Eliſabeth Zaluſka, filia Succamerarij Rauenſis ſuſcepit filios tres, filias tres. Laurentius tertius filius, qui ex Latalſka Dorothea, filia Georgij Comitis de Labiſsin Latalſki Palatini Poſnanień. ſuſcepit filios tres, Georgium Scholaſticum Ruſiecen. & Secr. R. M. Nicolaum qui cum Leonora Sokolinſka, filia Ioannis Drucki Sokolinſki, Refendarij, & Notarij M. D. L. Mśćislauien. & Daugouien. Capitanei, celebrauit connubia ſacra. Ioannem qui in coniugem habuit Annam Kochánowſki Vexilliferi Regni filiam. Filiæ autem Laurentij fuerant, Anna Chriſtophori Koryćinſki, Caſtell. Woynicen. conſors, & Marina Dominici Kazanowſki, Capit: Luceorien. coniunx. Andreas quartus filius, qui cum Koniecpolſka, filia Andreæ Koniecpolſki Caſtellani Polanecen. tenuit matrimonium. Ioannes quintus filius, habuit in coniugem Przerębſka, Rothmag. bellicoſiſſimus ad Pſcouiam,* Bielſc. de illo, fol. 782. *Filij Ferdinandus & Balthaſar miles ſtrenuus, cum Martino Kázánowſki, Campiduct. Stanislaus ſextus filius ſteriliter deceſſit. Samſon ſeptimus filius, Romæ obijt. Sunt plurimi de Chleuicciorum Familia vſq; in*

præſens, qui decorem ſuæ Familæ in caſtris conſeruando, in arduis bellis, Prutbenico cum Guſtauo, domeſtico cum rebellibus Coſacis ad Kumeiki & Stárzec, ſub ſignis Notarij Exercituum Kazanowſcij Dominici, militárunt. Alij verò Domino Dominorum, vitam conſecrando in Religione Prædicatorum S. Dominici, glorioſum profectum animæ colligunt. Bernardus & Hyacinthus S. Th. Lector, & Prædicator glorioſus. Felices profectò Familiæ Chleuiciorum. ſucceſſus ſemper fuerunt, & fælicitate vt experior illa, de qua Homerus dicebat in Odyſſea.

In adoleſcentia delectari, & ad ſenectæ limen peruenire
Fælicitatem, deſtinare nuptias contrahenti & naſcenti.
Vt ipſe quidem proſperè domi ſeneſcat,
Filij verò prudentes. & in bello præſtantiſsimi euadant.

Iuanus quartus filius Sauli. Eſt enim in Bohemia propè Pragam Sancti Eremitæ Iuani Sepulchrum in quodam ſpecu, vbi plurima miracula, per interceſſionem huius Sancti fiunt. Quapropter Bohemi Patrocinij illius gratiá, nomen Iuani aſſumebant, & aſſumunt. Iuanus ergò fuit vnus filiorum Sauli, ſicut demonſtrant Cathalogi & literæ Monaſterij Claræ Tumbæ. Ab iſto deſcendunt Odrowazij de Sprowa. potentes, bellicoſi, pij, diuites, prudentes, & Patriæ maximi defenſores. Obſeruárunt fortè, quod quidam in Stob. ſerm. 104. *perſuadebat:*

Exercenda virtus eſt, & bona fortuna diuinitus petenda
Nam qui hæc ambo habet, beati ſimul
Et boni viri nomen ferens vitam degere poterit.

Prandota cognominatus Galká, qui ſepultus in Mogila, ibi ſepeliebantur de Sprowá & de Dembno ex concurrentia igitur Annorum ibi ſepultorum fuiſſe Prandotam de Sprowa colligitur. Hic Caſimiro Magno Regnante contra Bohemos, & illorum Principem Ioannem fæliciter pugnauit. vnde Cromer. lib. 12. fol. 210. *Palma rei benè geſtæ Prandotæ Galeæ, gente Odrouonzo data, quapropter magnis præmiis, & militari baltheo à Caſ.miro ornatus eſt, Anno 1345. Euſtachius de Sprowa, Caſtell. Viſlicien. De quo Epitaph. in Mogila Anno 1350. Petrus de Sprowa, Palat. Ruſſiæ, & Capit: Generalis, Suidrigielonem Podoliam populantem multis in locis repreſſit. Vladislao Iagellonidi Hungariam pacanti, proprio ſtipendio auxiliares copias deduxit, Bohemos montium iuga occubantes profligauit, Caſſouienſes præſidiarios agros circumvicinos depopulantes ad internecionem deleuit. Captus à Thelepho Caſſouien. Præfecto agri, Thelephum per ſuas reſiduas copias captiuum tenuit. In Valachia tandem 1450. occubuit. Illi Simon Starouolſcius, nunc Scholaſticus Tarnouien. tale Epitaph. poſuit:.*

Genio, Manibus, & Vmbræ.

Petri Odrouonſij Palatini Ruſſ. Præfecti Leopol. ac Vniuerſæ Podoliæ. Qui ſub tribus Iagellonibus Regibus Poloniæ bellicoſiſſimis, variis expeditionibus,

varia

varia fortuna interfuit. Et quamuis ſecunda toties clarus & turbidis rebus intrepidus, aduerſa tamen ſuccubuit. Primum in Hungaria, in tumultu Agrinenſi, à Thelepho Præfecto Caſſouien. captus. Deinde, perdomandæ Valachiæ directus a Caſimiro Rege in pugna cum Bogdano Vaiuoda interfectus. Vt inſolentis Deæ poſthumantibus documentum relinqueret, partâ ſuis victoriâ interijt. De illo plurima ſcripſerunt Hiſtorici, Callimachus aduentum in Hungar. lib. 2. fol. 638. Col. 2. *Contra Tartaros miſſus in Poloniam ex Hungaria,* Idem lib. 2. fol. 659. Col. 2. *Ibidem quæ illi Agriæ acciderant, captiuitatem illius,* Cromer. lib. 21. fol. 326. Col. 2. *Ioannes de Sprowa, Archiepiſc. Leopol. Poſt deceſſum Rzeſouij Archiep. Capitulum elegerat Syluestrum Sciechouium, ſed Vladislaus Iagellonis filius Rex, precibus Heliæ Palatini Valachiæ adductus amoto Sciechonio. Ioannem Odrouonſium Archiepiſcop. Leopol. eſſe iubet Anno* 1436. Cromer. lib. 21. *Skrobiſcuius verò Canon. Leopol. qui vitas Archiepiſcoporum Leopol. conſcripſit, dicit quod maximè Collegium Canonicorum vexaſſet, qui in Concilio Baſilienſi excommunicatus, in illo mortuus eſt. Erat namque mœrore confectus, ex morte fratris ſui Palatini Ruſſ. occiſi à Valachis. Obtenta abſolutione à Sede Apoſtolica, ſepultus Leopoli,* Cromer. lib. 22. & Miechou: lib. 4. C. 359. *Anno* 1450. *Andreas de Sprowa Palat. Ruſſ. & Præfectus Leopol. Frater Ioannis Archiepiſcop. & Petri Palat. vt Starouolſc. in Bellatoribus adnotauit. Caſimiro Imperante, Alexandri Valachorum Princips, contra Bogdanum tutor, quem ſæpius repreſſit, à Tartaris curſitantibus per Podoliam, cum Theodoro Bucacki oram illam liberauit. Cruciferorum victor in Pruſſia, peritiſſimi Ducis nomen aſſecutus eſt. Ad diuerſos Europæ Principes legatus fuit. In munere Senatorio vigebat apud illum dignitas ſine faſtu, doctrina ſine oſtentatione, probitas ſine fuco, ſtudium ſine factione. Huic Starouolſcius tale appoſuit Epitaphium.*

Andreas Comes Odrouonſius, Regni Pol. Senator ampliſsimus, amans virtutum, oſor vitiorum, rectus iudicij rerum togæ, & ſagi, vſu & experientia egregiè peritus, ſub hoc marmore iacet. Qui ſub Diuis Iagellonibus varijs bellis exercitatus, Tartaros in Podolia ſæpiùs fæliciter cecidit, & Bogdanum Daciam inuadentem oppreſsit, Crucigeriſque in Pruſsia, toties profligatis, ſtrenui & intrepidi Ducis nomen tulit. Demùm obitis aliquot ad diuerſos Principes clariſsimis pro Republ. legationibus, & ipſe obijt Anno M.CCCC.LXV. Bonorum omnium cum luctu. *Reliquit filios Stanislaum & Hieronymum. Ioannes de Sprowa Archiep. Gneſnen. ex Præpoſito Sendomir. & Canonico Gneſnen Anno* 1453. *Hic Eliſabetham Regis Romanorum, Bohemiæ & Sileſiæ, Archiducis Auſtriæ filiam Coniugem Caſimiri Regis Poloniæ, in Reginam coronauit. Plurima bona contulit Eccleſiæ Gneſnenſi & Lowicenſi, tanquam vir virtute clarum genus colluſtrans. Vnde de illo Ianicius Laureatus Poeta, in libro de Archiep. Gneſnen.*

Sprouius antiquæ laus, ſplendor, gloria gentis,
Illa licet meritis ſplendida ſemper erat,
Qualis erat quæris: dicam nec multa morabor,
Æquauit morum nobilitate genus.

Obijt Anno 1464. 14. April. Vniouiæ, Sepultus Gneſnæ.

Euſtachius de Sprowa, Frater huius Archiep. Gneſnen. Caſtell. Sendomirien. qui Gneſnæ depoſuit mortalitatem Archiep. & bonorum ipſius ſucceſſor fuit, meminit Cathalogus. Ioannes de Sprowa, Iudex Sendomir. qui in Curia Archiep. Gneſnen. educatus, vt literis profecerat, ita integritate vitæ ſingularis euaſerat. Thomas de Sprowa, Frater Andreæ Palatini Ruſſiæ, in qua fuiſſet dignitate non conſpicio authentice, ſed præſuppono veriſſimè. Reliquit filium Euſtachium, Caſtell. Radomien. & Capit. Opocnen. deceſſit ſterilis. Filiæ Thomæ erant Száfrániec coniunx, ex qua fuit Stanislaus Palat. Sendomirien. Przerębſcij ex qua Caſtellana Syradienſis natus Caſtell. Roſperſcen. Capit: Opocnen. Siecigniowſcij, Duninij, Koſtka Caſtell. Gedanen. poſt Palat. Sendomir. Trzebienſcij coniuges. Erat eorum & tertius frater, qui reliquerat filiam Petri Dżierſniak conſortem, qui ex illa ſuſcepit filium, & tres filias. Ioannes de Sprowa, Palat. Podoliæ, poſtmodum Palatinus Generalis Ruſſiæ, Tenutarius Samboriæ, qui vná cum coniuge Beata de Tęczyn, erexit Eccleſiam & Monaſterium Patribus Bernardinis in Sambor, Anno 1471. *quæ per Reuerendiſſimum Ioannem Targowicki, Epiſcop. Præmiſlien.* 1488. *conſecrata fuit. Quod Monaſterium, per Turcas & Tartares igne conſumptum, iterum eadem Beata à Tęczyn, Anno* 1514. *reædificauit. Extant horum ſcripturæ ibidem, & Epitaph. Filiæ illius conditæ, & licet ibi non addatur de Sprowa, intelligitur tamen, nam ipſi Odrowazij de Sprowa, Ruſſiam adminiſtrarunt. Stanislaus Andreæ de Sprowa filius, Palat. etiam Ruſſiæ vt Parens, qui in coniugem habuit, Annam Ducis Maſouiæ filiam, ex qua vnicam filiam Zophiam ſuſceperat. Hæc primum fuit Chriſtophori Comitis in Tarnow, Caſtell. Voinicen. Capit. Sendomirien. conſors, poſtmodum Ioannis Koſtka Palat. Sendomir. Erat hæc Matrona, in omni ſuo ſtatu exemplar vitæ omnibus, pie & debite viuentibus Matronis coniugalibus, & viduis, vt etiam præ dignitate morum, ac progreſſum iuxta virtutem in matrimonium, poſtquàm per mortem mariti mutaſſet ſtatum, ab Auguſto Sereniſſ. Rege, tanquam ex Regibus deſcendens per Hieronymum Oſſolinſcium, Caſtell. Sendomir. conciliaretur,* vt notat Paproc. *Dotauit plurimas Nobilium virgines, ſtatum vitæ in ſæculo, vel Cænobiis conſtituentes. Pauperum & Orphanorum erat mater. Iaroſlauiæ Patres Societ.* IESV *fundauit. Reliquit poſt ſe filias duas Annam & Catharinam, cui tale Epitaphium Iaroſlauiæ appoſitum eſt.*

Illuſtris ac Magnifica Domina Zophia de Sprowa, Illuſtrium Domini Stanislai Odrowąs, Palat. Ruſſ. & Dominæ Annæ Duciſſæ Maſouiæ coniugum

iugum vnica filia. Primùm, Magnifici Domini Ioannis Chriſtophori Comitis de Tarnow, Caſtell. Voyniceń. Deinde Illuſtris Domini Ioannis Koſtka de Roſtkow à Stemberg Palat. Sendomir. coniunx. Collegij Societatis IESV Fundatrix, ſempiterna memoria dignisſima, hîc ſepulta regnat cum Chriſto, Obijt 1580. Ætat 40. die 9. Iulij. Reliquit ex poſteriore marito filias.

Hieronymus de Sprowa alter filius Andreæ Pal. Ruſſ. reliquit duas filias Beatam Oſſcowſcij in Belzen. Palat. coniugem, & Annam, quæ omni deuotione animam exercitando, ad Chriſtum Sponſum meditandum, Priuorſcij, ad Eccleſiam PP. Bernardinorum ſepulta. Soror horum Fratrum duorum, & filia Andreæ Palat. Ruſſiæ, fuit conſors Stanislai Łaſki Palat. Sendomir. cuius erant filij, Nicolaus Inciſor Regni, & Stanislaus ſteriles, Łaſcij autem filiæ, conſors Wlodek Capit. Cameneccen. Kośćielecij Palat. Poſnanien. Starzechowſcij Capit. Viſogroden. & Rzeſſouſcij coniuges. Ex his Odrowaſiis deſcendunt Pieniaſcij, de quibus ne Linea diſtractè Sauli Odrouons poneretur, inferius paulò dicemus. Euſtachius quintus filius Sauli Odrouons, Comitis in Konſkie. Nobilis genere, nobilior virtute extitit. Decebat namq́; eum, qui nobiliore Stemmate, & ſanguine ſuorum gloriabatur, maiori quoq́; virtutum fulgore elucere. Et quia arbor bona non poteſt malos fructus facere, edidit in lucem Filium Hyacinctum, vel vt antiqui efferebant (notante Cromero) *Iacicum, in Terra Camienenſi, Vratiſlauien. Diœceſis, in villa Lanka, Opolien. Prouinciæ, addit* Dlugoſſ. Cromer. *territorium vocat. Hic Magiſtros ſuæ iuuentutis has Academias habuit,* Cracouien. *Pragen. & Bononien. vbi Doctor Iuris vtriusq́;, & Profeſſor Theologiæ creatus eſt,* vt in libro Canonizationis ipſius, ab A. R. P. Fratre Seuerino Theolog. Profeſſ. adnotatur. *Hic quia ſe totum in virum Eccleſiæ Sanctæ profuturum conſecrauit, eum Iuo Epiſcop. Cracou: Patruus ſuus Canonicum Crac. fecit. Dum verò ob diuerſa complananda negotia Romam diſceſſit Iuo Epiſcop. in Comitem itineris, accepit Iackonem Canonicum, virum ſenſatum & induſtrioſum. Romæ dum negotia pertractando morantur, adfuerunt prædicationi S. Dominici, ſanctitate & prodigiis clari, & miraculo dum defunctum oratione & Sacrificio, incolumem vitæ priſtinæ reſtituerat, atq́; ibidem S. Hyacinctus, Ceslaus Polonus, Henricus Morauus, Hermanus Teutonicus miraculo intùs accenſi, habitum Ordinis S. Dominici acceperunt. Reuertendo in Poloniam Epiſcopus Cracouienſis, petijt Fratres in Poloniam dare à S. Dominico, ſed alios obtinere non valens, illos ſuos commilitones accepit, à quibus Germania, Morauia, Bohemia, Sileſia, Polonia, Ruſſia, aliæq́; innumeræ gentes illuminatæ fuerunt in Fide, & confirmatæ. De hoc latè R. P. M. Seuerinus in Canonizationis S. Hyacincti libello, Cap. 4. lib. 1. & Cap. 5.* Tibi ô Sancte Pater & Patrone, damus hæc noſtra vota. Sancte Hyacincte, ærumnis noſtris & peccatis, tuâ ſanctâ interceſsione parce, & faue.

Sancte vir immenſo maior virtutibus orbe,
Cælicolum Sanctis adnumerate choris.
Aſpice nos precibuſque tuos defende Polonos,
Ne ſtygij fiant præda cruenta Ducis.
Da tua curramus celeri veſtigia paſſu;
Vt Regni ſimus pars quotacunque Dei.

Beatus Ceslaus Polonus Odrouonſius, alter filius Euſtachij Odrouaſij Comitis de Konſkie, Frater & Socius S. Hyacincti, religione & genere. Et licet hoc ex Hiſtoria expreſſe non habetur, R. Magiſter Bzouius, id quod Hiſtoria tacuit, in propagine S. Hyacincti Romæ edita apertè docuit. Nam cum Prior Vratiſlauiæ, vbi B. Ceslai depoſita requieſcunt oſſa fuiſſet, ibidem quis genere Ceslaus eſſet, & qui eius parentes fuiſſent, notitiam aſſumpſit, & maximè conſentaneum videtur, quod ſi Iuo Epiſcop. Crac. in negotiis Reipub. & Epiſcop. Romam eundo Hyacinctum Filium ex fratre in ſocium accepit, etiam S. Hyacinctus fratrem dum habuit, maluit in ſocium aſſumere. Hunc igitur B. Ceslaum, vnâ cum S. Hyacincto Romæ ad S. Sabinam, è manibus S. Dominici habitum ſuſcepiſſe Religionis, omnes noſtri Hiſtorici referunt. *Qui vt rediit cum S. Hyacincto in Poloniam, illum S. Hyacinctus, Anno* 1222. *in Bohemiam miſit, qui Pragæ Eccleſiam S. Clementis, pro Ordine erexit. Demum in Sileſiam miſſus, Vratislauiæ Ordinem, in honorem S. Adalberti fundauit, ibiq; clarus miraculis quieuit.* Ita Mag. Seuerinus, in lib. 1. Cap. 5. de Canoniz. S. Hyacincti. *De illius miraculis,* Cromer. lib. 8. *ſub Anno* 1240. *refert. Ad orationem S. Ceslai, columna ignea cælitus apparuit, & ſtatiua Tartarorum, omneq; territorium ingenti, atq; terribili fulgore colluſtrauit. Perterrefacti Barbari, obſidionem a Vratislauia ſoluerunt.*

Prandota *Odrouons deſcēdens à ſexto filio, ſi ipſemet ſextus filius non fuerat Sauli Comitis in Konſkie, qui inter cætera diuiſa cum fratribus bona, tenuit Białaczouiam, Dębne, Szczekocinum, ex qua notabant Familiam ſuam Erat Epiſc. Crac. poſt Vislmirum annis tredecim, poſt Iuonem Odrouons Epiſc. Crac: Hic Conradi crudelitatem vindicando Boleslaum Principem reuocauit Cracouiā, cui illo authore omnes iuramentum iterato reddiderunt, qui Conradum adorabant.* De hoc Cromer. lib. 8. fol. 147. Col. 1. *Prandota Epiſcop. Crac. Gente Odrouonſia, cognomento Białacouius, &c. Aſſumptus ex Archidiac. Cracou: & Canonic. Sendomir.* 1242. *Ille Canonizationem S. Stanislai Martyr. Epiſcop. Cracou: promouit. Ille decimas Monaſterio Czyricen. ex villis quatuor donauit. Ille Eccleſiam in Biſkupice fundauit, exædificauit. Ille ſicut piè, deuote, exemplariter, proficuè vixit, ita optime finiuit. De hoc Kantſc. in Vitis Epiſcoporum Cracou:*

Vnanimi electus ſtudio vultuque ſuorum,
Contulit in Sedem maxima dona ſuam.

In fa-

In faſtos Stanislaus illo inſtante relatus,
Cum Sanctis toto cœpit in orbe coli.
Qui coluit Diuos, Diuorumque auxit honorem,
Cum Diuis meritò viuit, & ipſe ſuo.

Video Bialaczenſcios in Sendomirienſi Palatinatu, ſi ſunt de his armis ignoro.

Iacobus de Dębno, aliás de Szczekocin, Regni Pol: Theſaurarius, Capit. Sadeceń. & Biecenſis, & Regiæ Maieſtatis Pincerna Supremus. Subſcripſit concordiam, & pacem æuiternam Monaſterio Mogilen, 1462. Iacobus de Dębno, filius Bartholomæi, Caſtell. & Capit. Crac. quorum effigies in Altari Mogilnenſi 1490.

Dębinſcij à Szczekocin, procedunt à Dębno magni, Reipub. proficui, Regibus dilecti. Ioannes de Szczekocin, Caſtell. Lublineń. Cromer. 1413. Ioannes alter Capit: Lublineń. qui cum Vitholdo M. D. Lit. ad Opockam arcem maximè iudicij & fortitudinis eximiæ commonſtrauit trophæa. Cromer. lib. 19. Anno 1428. Petrus de Szczekocin, Vice-Cancell. Regni Vladislao Poloniæ, & Hungarorum Rege regnante, vt ex Priuilegiis apparet 1442. Ioannem Subdapiferum Sendomirien. priuilegium Monaſterij refert. Anno 1458. Dobieslaum de Szczekocin, Subdapif. Sendomir. meminit Priuilegium Mogilenſe 1462. Paulum Capit. Olſtinen. Zauichoſt. Lucouien. & Henricum de Szczekocin, Capit. Lublinen. idem refert Priuilegium.

Blaſcouiccij, Ex quibus erat Epiſc. Præmislien. Nicolaus, natione Sileſius, armorum Odrouaſius, in Anno 1474 mortuus. Sicut meminit Bielſc. fol. 10. 4 5.

Pieniąſzkouij, Hi proprie ſunt Szydłowieccij, ſed ſunt denominati taliter, vel quia in pecunia diues, vel quia in minuta pecunia delectabatur vnus illorum. Tenebant bona Szydłowiec, Gory, Kruzlowa, &c. & à diuiſis bonis denominabantur. Andreas Pieniazek, aliâs Obulus de Szydłowiec, hæres in Gory. Caſtell. Sendomir. legitur in confirmatione priuilegij Monaſterij Sendomir. Præſentibus &c. Andrea Obulo de Szydłowiec, hærede in Gory Caſtell. Sendomirien. Petrus Pieniazek, Palat. Caliſſ. Capit. Kouinen. Kolenſis de Szydłowiec. Ioannes filius, Nicolai Capit: Samborien. & Lencicien. de Szydłowiec. Iacobus Obulus, Pincerna Cracou: Capit. Czorſtinen. ſubſcripſit priuileg. Mogilæ, & in alijs literis reperiuntur. Petrus Pieniazek, qui in bello Valachico occiſus. Ioannes Pieniazek, Caſtell. Sadecen. Eius filij duo, Ioannes & Stanislaus. Ioannes Capit: Sadecen. Iudex Terræ Cracou. quem in libris beneficiorum Czyricen. ita meminerunt: Magnificus Dominus Ioannes Pieniazek, hæres in Kruzlowa, & in Skrzydlna, Iudex Terræ Crac. Capit. Sadeceń. huius Monaſterij defenſor, hic iacet ſepultus. *Habuit quatuor filios, eius filius primus Ioannes, Iudex Terræ Cracou: qui ex Pruchnicka ſuſcepit Ioannem filium, in cuius dote accepit in Terra Præmislien. Arcem & Oppidum Pruchnik, cum omnibus villis, vt verè diceretur Pieniazek, ob plenitudinem bonorum & diuitiarum. Secundus eius filius*

Stanislaus

Staniſlaus, in exteris nationibus morum dignitate conſpicuus, vt rediјt breui eſt mortuus. Tertius filius Petrus, Aulicus Henrici, qui proprijs expenſis in Moſchouiam deduxit militem Steph. Bathorio regnante, & maiorem ſuorum virtutem, & amorem ad Vielcolucouiam & Toporeciam, declarauit proprijs viribus & meritis. Sorores illorum erant Magdalena Derſniak conſors, quæ relicta ſolum Deum ſequendo, conſcientiam Domino ieiunijs, orationibus, & eleemoſynis conſecrabat. Dorothea Czerna, quæ vidua relicta, conſtanter ſtatum viduitatis conſeruabat. Anna Lubomirſcij Sebaſtiani Zupparij Cracou: conſors. Procopius quartus filius, de quo mox dicemus. Staniſlaus germanus Iudicis & Caſtell. Sadecen filius, dum colligit maiorum gloriam, per terras & maria quatenus Patriæ vberius inſeruiat, ad Cyprum nauigando ſuffocatus eſt. Chriſtophorus etiam germanus einſdem Iudicis, & Caſtell. Sadecen. in Kruzlowa hæres, miles auratus, Gubernator Sadecen. Reliquerat filium, & filiam Iordani coniugem Beatam. Procopius germanus eiuſdem, & filius Caſtell. maximis meritis clarus, Patriæ & omnibus affabilis. Tenutarius in Nouotarg. Cum Anna Pukarzewſka armorum Strepá, reliquit filios ſex, & filias Hednigim Rokoſz, & Annam Chelmſki Vexilliferi Cracou: conſortes. Obijt 1567. Sepultus in Skrzydlna. Ioannes primus filius Procop. Tenutarios in Nouotarg, Rothmagiſter in Moſchouiam Stephano regnante ſtrenuus ſub tempore Interregni cuſtos finium Reipub. non ſine proprio ſumptu deſtinatus. Cum Horycinſka Petronella armorum Topor: tenuit matrimonium Capit: Prædenen. filia, ex qua reliquit filiam. Nicolaus alter filius, cum filia Caſtell. Belzen. Herburth matrimonij ſacramentum obſeruauit. Petrus tertius filius Procopij, qui vt multarum nationum gnarus, ita multarum virtutum obſeruator, cum Eliſabeth Tarnowſka, Palat. Sendomir. filia, reliquit Zuzannam & Eliſabeth, ſecundo matrimonio cum Zydowſka armorum Doliwá, vnicam habuit filiam. Procopius quartus filius Procopij, miles Hieroſolymitanus. Hic illorum bellatorum morem ſecutus, qui Familiæ ſuæ gloriam vita, ſumptu, periculo comparabant, tàm in exteris nationibus ipſis ingraueſcentibus in periculis, quàm in propria Patria duriſſimis in occaſionibus, in conſpectu Principum, & totius militiæ maiorum ſuorum merita colluſtrabat, meritis & comprobabat. Retulit ille ingentia teſtimonia à totius militiæ Hieroſolymitanæ Bethleem & Nazareth, præſertim S. Mauricij, & Lazari Emanuele Filberto Duce Subaudiæ, Generali & Magno Magiſtro, vt patet ex Data Taurini, 23. Septem. Anni 1575. Quod lector in Opere 2. Paproc. *videre poterit. Retulit & in multis expeditionibus in Regno ad Gedanum, in Moſchouia ad Socolum Pſcouium grauiſſimus & zeloſiſſimus Rothmag pro Fide Catholica ſuæ fortitudinis viua & ignita exempla. Ad Pſcouum enim primus in muros conſcendit, & hoſtem fundendo, & diſſipando alios omnes ad expugnandum incendit. Ex quorum numero tam generoſos milites, & Patriæ optimè deſiderantes liceat obſecro ſine tædio lectoris ex* Paprocij Opere *colligere.*

Huic

Huic Cauallero & excellenti militi in aſſalto Pleſcouienſi, per medias telorum hoſtilium ad inſtar imbriũ emiſſorum procellas, primario eunti Stephanus Batborius contulit ſibi in Liuonia Capitaneatum Vendenſem, & Præfecturam Rumberg. cum prædio Dziesbin, &c. Chriſtophorus Pieniazek, quintus filius Procopij, Aul cus Sereniſſ Stephani, & Rothmag ad Wielkoluki, Vieliſium, Vſuiatum, Neuclum, Ieżierziſcza, Zaulocie, &c. Demum Rothmag. in Podolia ſtrenuus & eximius 1581. *& ſequentibus annis. Nicodemus ſextus filius Procopij, in diuerſo idiomate peritiſſimus. Ad Cæſaream Maieſt. exercitata iuuentute moribus & militari, maxime neceſſaria reddebat Patriæ obſequia in omnibus expeditionibus Moſchouiticis regnante Stephano Batorio. Erat ſummæ agilitatis, vt in altitudinem nimiam compoſitis pedibus ſeſe eleuauerit. Nicolaus Pieniazek, filius Ioannis Capit: Samborien. & Lęcicień. Succamerar. Crac. & poſtmodum Generalis Crac. Hic quæ fecerit mandante Caſimiro, contra Borzyuoium de Skrzynno, contra Iacobum Sięnienſki in Pinczow, & Clerum, refert* Cromer. lib. 24. *Alium enim Clerus elegerat Epiſc. Crac. alium autem Rex habere voluit. Eius filij fuerant Nicolaus eximius miles, qui & pro Patria contra Cruciferos pugnando occubuit. Sepultus in Arce Malborgi, Stanislaus alter filius Trib. Cracou. Præfectus Grzybouienſis, in rebus obeundis Reipub. vir prudens & grauis, nam etiam multarum regionum experientia edoctus, domus ſuæ gloriam conſeruare deſiderauit. Hic reliquit filium Preslaum, dum reddita obſequia Patriæ, ad ſedatiora negotia delecto ſtatu cum Gieraltowſka Armorum Szaſor, diſpoſuit. Preclaus verò cum Myſſkowſka, Caſtell. Lublineń. filia, celebrauit matrimonium, & conſecutus prolem. Ioannes Pieniazek Pocillator Crac. ad negotia regni publica maxime diſpoſitus. Meminit ipſius Conſtitut. Regni, Anno* 1529.

Straſij, *qui notabant Familiam ſuam à Kościelniki, poſtmodum à Białaczow. De illis* Miechouius lib. 4. cap. 53. *Ioannem à Białaczow, in bello contra Pruſſos meminit* Bielſc. fol. 344. *Anno* 1569. *Straſ Odrouonſius à Turca legatus ad Auguſtum Regem petendo, vt permittat* 30. *millia exercitus per Regnum Pol. tranſire in Moſchouiam. Factus fuerat hic Straſ Turca, & vocabatur Ibraimbeg.* Bielſc. fol. 626. *Ioannem Straſ, electionem Vladislai III. in Regem iuuenem impedientem ad coronandum, meminit* Cromer. fol. 314. Col. 2. *Habet etiam controuerſiam Ioannes Straſ grauem, vt* Bielſc. fol. 328. *Anno* 1427. *Leonardus Straſ, Burgrab. Crac. de quo* Ianuſzouius in Statuto *meminit fol.* 769. *Sunt & modernis temporibus Straſij, qui cum Campiductore Regni Kazanouſcio, reddiderunt Patriæ debita nobili obſequia in caſtris & comitiis, ex quibus & cum Magnifico filio Capit. Tlumaceń. ad exteras nationes aliquem miſerat, vt Patriæ ſuæ decentius efferre merita valuiſſet.*

Kietlinſcij, *in Syradien. Palat. Conformatio animi & affectus in Patriam eiuſq́ honeſtum, quia ciuem optimum conueniunt, ideò in his conciliatum referunt ſeruantq́ modum.*

Iłoſzowſcij, *in Syradienſi Palat. qui verè ſunt Kietlinſcij, ex quibus erat Abbas Vitouienſis. Abbas maximum nomen eſt, ſignificat namq́; illud Alba in Euangelio, quod interpretatur Pater, & additum S. ſignificat Sanctus. Det Dominus, vt Abbates ſiant Patres Sancti, re & exemplo.*

Paczanowſcij, *ex quibus ſunt aliqui in Crac. & Sendomirień. Palat. viri doctrina, & decenti grauitate conſpicui.* Bielſc. *meminit Paczanowſcij, ſub Anno* 1427. *Michael vir in Eccleſia Dei, prudentiæ & doctrinæ ingentis. Quæ illum ita plurimis commendarunt Epiſcopis, vt multorum beneficiorum Eccleſiaſticorum fuerit poſſeſſor Præpoſitus Kurzelouien. Lenciciсn. Vniioiouien. Cruſuicien. Kielecen. Scarbimirien. Canonicus, obijt* 1568. *ſepultus Craconiæ.*

Przedworſcij, *Stanislaus miles egregius, ſed à parente ſuæ coniugis occiſus, Conſtantinouiæ ſepultus.*

Wyſoccij, *in Palat. Ruſſ. Hi ſicut bonis & poſſeſſionibus aucti, ita virtutibus honorati. Ex quibus erat in Societate S. Ignatij doctiſſimus, & religioſus.*

Kurzanſcij, *in Palat. Ruſſ. Hi propriè ſunt Wyſoccij, ſed à bonis Kurzany nuncupati ſunt Kurzanſcij. Bernardinus eximius miles cum Sieniauio, & Struſſio magnis bellatoribus, ad Raſtauiciam & contra Tartaros, ſed quia voto parentis ſuæ, quæ ipſum ſedendo in curru è manibus elapſum, & rota traiectum vix viuum receperat, ſatisfacere multoties admonitus fuerat: ingreſſus Religionem S. Franciſci de Obſeruantia, coluit obedienter. Nicolaus Kurzanſki de Wyſokie, Vir ſicut ætate prægrandis, ita meritis Patriæ conſpicuus, decens, honeſtum & optimum mentis elegit. Reliquit aliquot filios militari occupatione Ducibus caſtrorum optimè meritos, Ioannem, Sebaſtianum, &c. Hic Ordinis Prædicatorum initia Robatini ſundanda occaſio prima fuit, dum lapideam expenſis non mediocribus extructam Ordini obtulit & donauit, ex qua perpetuum cenſum colligit. Ioannes Kurzanſki, vir in ſenectuta bona deuotus à iuuentute & timens Deum. Reliquit filium Chriſtophorum, eximium & ſtrenuum militem, poſtmodum ſingularem benefactorem Eccleſiarum in Rochatino, videlicet Ordinis Prædicatorum, & Parochialis. in qua ab antiquo erectam capellam adornant.*

Konieccij, *Progreſſu honeſto quia ſecura & tranquilla conſtituitur vita, quod intendebant, conſecuti ſunt.*

Bębnowſcij, *Hi cum Konieccijs bona diuiſa tenebant, Gaſparum Ordinis Ciſtercienſis in Vachocko* Papr. *meminit. Eſt & in Curia à Wiſniowiec Ducum Bębnowſki, qui in exteris nationibus morum grauitatem cum literis collegit, & pietati conſecrauit.*

Karſniccij, *in Sendomir. Palat. in Ciechanouien. diſtrictu. Et quoniam nobilis animi eſt prodeſſe, & bene velle Patriæ, idem illi præſtare deſiderant. Nicolaus ex Sendomir. Palat. ſubſcripſit electionem Vladislai IV. Stanislaum Karſnicki Iudicem Syradień. meminit* Bielſc. fol. 727. *quod miſſus fuerit in*

Litua-

Lituaniam, legatus cum Raphaele Sladkowſki Caſtell. Konarień. poſt electionem Sereniſſ. Stephani Bathorij. Sed hic Stanislaus Karſnicki, erat oriundus ex Palat. Lencicien. & Armorum Liſtrzębiec, eius filius Ioannes in exteris nationibus literis & moribus excultus vt in Patriam rediјt, primum in Aula Sereniſſ. Sigiſmundi III. diu & optimè verſatus, deinde rei familiari domeſticæ addictus factus fuit Notarius Terreſtris Lencicień. cum Bykowſka Stanislai Bykowſki, Palat. Syradień. filia reliquit prolem. Chriſtophorus Karſnicki frater germanus Stanislai Iudicis, Spiritualem vitam elegerat, Secr. S. R. M. primum Crac. & Gneſnen. Canonicus multis vicibus ex Capitulo Crac. & Gneſnen. Iudex Tribunalitius, & aliquoties ab iſtis Capitulis Nuncius ad Comitia Regni, poſtea Abbas Premeten. Ordinis Ciſtercień. cui Monaſterio multa bona fecit, & illud ex latere cocto conſtruxit, cum antea fuerat ex ligno fabrifactum. Alter illius frater germanus Nicolaus Succamerarius Lencicień. huius filius Iacobus & in Vngaria ſub ſignis Batorij nepotis Stephani Regis Pol. in Patria miles ſtrenuus, poſtea Caſtell. Inowloclavień. & alter Petrus filius Succamer. filiæ vna Andreæ Grudzinſki Palatini Rauen. & altera Byſſowſki coniuges. Tertius Iudicis frater germanus Sebaſtianus Karſnicki, Vexillifer Lencicien. vir maximi roboris & tantarum virium, quod & 12. funes tractorios ex canabo bene compactos, vno tractu rumpere, & rhedam ſex equis impetuosè tractam manibus apprehenſam ſiſtere potuit, quem eius filius Stanislaus Canonicus Gneſnen. & Louicien. in hoc aliquando imitatus eſt. Alter eius filius Ioannes Karſnicki, primum in diuerſis prælijs in Liuonia, & in Valachia miles exercitatus, poſtea rei familiari addictus fuit Rothmag. Palat. Lencicien. Filiæ eius N. Marci Minocki, N. Wadzon in Palat. Crac. N. Sleſinſki in Palat. Lencicien. coniuges. Duo eius alij filij in Liuonia & Pruſſia militando gloriosè occubuerunt.

Mniowſcij, *in Syrad. Palat. Curant probitatem habere, ſed deſiderauerim illam quæ plus fidei meretur, quàm iuſiurandum, vt dicebat* Solon.

Mieſzkowſcij, *in Caliſien. Palat. Paulus Mieſzkowſki ſubſcripſit electionem Vladislai IV. ex Caliſſ. Palatinatu.*

Gorſcij, *ex quibus Stanislaus Vice-Capitaneus Cracouienſis cuius Epitaphium Cracouiæ in Arce Anno* 1534.

Goſtwiccij, *in Sadecen. diſtrictu. Quod Sophocles poſteris volebat, hoc vobis volo, vtinam patre fortunatiores euadatis, & mali non ſitis.*

Wolſcij, *in Rauenſi Palat. Libertas placet, optima erit ſi & conſcientia libera, curarunt, curabunt.*

Krziſkowſcij, *in Sendomirienſi Palat. Non dehoneſtat nobilem alteri ſeruire, nam qui nunquam ſeruiuit, etiam dominus laude dignus fieri nequit.* Plato Leg. 6. *Seruiunt hi Regi, Patriæ, Caſtris.*

Duraccij, *in Sendomirienſi Palat. Agere omnia moderatè laudabile eſt, Duriter verò, nec ſemper, nec vbiq; decet. Nihil igitur agatis temerè neq; veſtris malis.*


Szypniewſcij, *in Plocen. Palat. vt minùs laudabile eſt naturam homini habere nouercam, quæ brutis eſt parens, ita indecens eſt plus velle ſibi quàm Patriæ, in quaquis educatus manet & viuit. Effuſus tamen pro Patria, ita eſſe debet, ne in caſſum & ſine gloria faciat.*

Sczekoccij *de Sczekočin, Petri & Dobek, ac ſororum duarum Catharinæ & Heliſabethæ, meminit* Bielſc. *ſub Anno* 1427. *Qui Petrus à Turcis captus, redemptus à Rege Sigiſmundo, dum pro Sigiſm. Imperatore, cum Zawiſſa nigro Palat. pugnauit ad Danubium. Quod fuerint Armorum Odrowas, refert ſub Anno* 1428. Bielſc.

Wiſſegierdus *in M. D. Litu. Qui primus in vnione M. D. Litu. cum Regno ſuſcepit Arma Odrowas.*

Chreptouicij, *in Palat. Vilneń. & Nouogrodenſi, Lituaniæ eiſdem armis vtuntur deſcendentes à Viſſegerdo, vir in M.D. Litu. ingenio, Marte. & poſſeſſione magnifici. Litiuarus bellator maximus, cum Conſtant. Oſtrozio Duce,* Bielſc. fol. 489. *Meletius Chreptowicz, Archimandrita Pieczarienſis, Epiſcop. Volodimirień. & Breſteń. Georgius Merecceń. Oranſceń. & Przelaiſceń. cuſtos ſyluarum M. D. L. Subſcripſit electionem Vladiſl. IV. ex Palat. Vilneń. Michael Not. Terr. Nouogrodi Lituaniæ. Euſtachius ſuus germanus in Nouogrodeń. Palat. electionem Vladiſl. IV. ſubſcripſit, Michael ex Nouogrod. Palat.*

ODYNIEC.



DELINEATIO.

SVNT quaſi duæ ſagittæ fractæ, fracturis ad inuicem iunctæ, in lineam rectam diſpoſitæ, ferrum vnius eſt ab vtraque parte, alterius verò & inferioris eſt, ſolum à parte dextra. In fracturis verò ſagittarum iunctis eſt gladij defendiculum crucem figurans, coloris albi vt omnes ſagittæ, in campo cæleſtino. Ponitur intra quadratum ſcutum, cum quinque pennis Strutij ſuper galeam à quibuſdam, ſed arma à Ruſſorum Ducibus conceſſa, galeas & ornatum ipſarum non obſeruabant.

ORIGO.

A Ducibus Ruſsiæ cuidam bellatori robore corporis excellenti, qui nedum ad luctam cum omni viro ſtrenuo, verùm etiam cum vrſis,

aprugnis

aprugnis paratus fuerat conceſſa ſunt. Exibat contra hoſtes ſolus cum ſolo arcu, ſagitta, framea euocando. Quapropter Odyniec dictus, quaſi vnus & ſolus fuerit, vir talis cui fortitudine, dexteritate, agilitate, & audacia par non eſſet.

SAGITTA ELECTA.

PLurima myſteria in ſagittis nedum prophani Scriptores, ſed etiam diuina litera occultauit. Et quod prophanis eſt, adducam Othomanicæ domus initia: Dum pulſi ex diuerſis Chriſtianorum partibus in vnum conuenerunt, elegerunt ſagittas à primoribus, quibus ad inuicem miſsis, puero ex ephebis non excedenti, vnam ex illis quam voluerit aſſumere mandarunt. Attulit ad conſeſſum Othomani ſagittam, & tali medio illorum caput electus fuit. Iterum M. Dux Lituanorum Erdziuilus, volenti tributum Kaidano ex ſuo Dominio, miſit illi duas ſagittas, vt dicit *Stric. lib. 6. cap.* 12. Prophæta verò Sanctus Regem emittere ſagittas iubet ad victoriæ aſſequendam veritatem, vt *Regum liber* dicit. Nec ſagitta hæc in arma deducta ſine myſterio. Victor enim duobus fit cunctando & inuadendo, tardius & celerius. Sed quia arduus hoſtis celeritatem requirit, ſicut contra Philippum Macedonem pugnando, dicebat dux Græcorum, Aſther Philippo lethiferum mittit telum. Odyniec ſuos hoſtes fortiter, & celeriter inuadendo proſtrabat. Nunquam enim hoſti fidendum eſt, nam qui ſemper didicit eſſe hoſtis, nunquam fidus amicus erit. Meritò igitur talis ſagitta electa fuit in arma Odinouicio. Dicit Ecdotus in Stobæo.

Faciem aſpectu deformem poſſidens
Mores etiam eiuſmodi habet.
Ex malo enim natura malum producit
Quemadmodum ex vipera rurſum vipera naſcitur.


Eodem quoque modo dicendum venit, Fortis creatur ex forti, nobilis dux ex nobili. Etſi Ennius quod tribus vti ſciret linguis, trium cordium hominem ſe eſſe iactitabat, vt refert *Fulgoſ. lib.* 8. *cap.* 7. multò nobilius ob fortitudinem, qua omnium vires ſuperabat, Odyniec nuncupandus erit.

LINEA FAMILIÆ ODYNIEC.

ODYniec, cui primum talia arma donata, quod contra Ordincios, hoc eſt Tartaros ſtrenuè & in duello pugnauerit, ab eo deducuntur Odnieuicij. Ioannes Rethmagiſter fama percelebris in Ruſſia, Palatini Kiiouienſis, ducentis turmas contra hoſtem Tartaricam ſocius perpetuus, vt Papr. in vtroque Opere. *Demetrius Odyniewicz, in Kiiouienſi Palatinatu, eximius miles. De hoc inter Epitaph. Kiiouienſia fit mentio. Memoria enim virorum fortium indelebilis inter præcipuos viros, & bellatores ſtrenuos.*

Brozouieccij, *Mathias in Aula Romani Ruſſiæ Ducis vniuerſalis educatus, expeditionibus quoque omnibus cum illo interfuit.*

OGONCZYK, alias POGONCZYK, & POWAŁA.



DELINEATIO.

EST dimidiũ ſagittæ ad modum præcedentis Odrouons, quæ radicata eſt ſupra medium annuli; ita, quod loco adamantis pretioſi, educitur ſagitta. Sagitta eſt coloris albi, annuli medietas deberet eſſe aurea, ſed argentea plerunq; pingitur. Super coronam duæ virginis manus vna cum brachijs, extentæ in cælum, campus coloris rubei.

ORIGO.

SVnt arma in Morauia acquiſita, & procedunt ab armis Odrouons ſicut adnotauit Dlugoſſus, & alij poſt ipſum. Ingruente namque bello hoſtili in Morauia, anno 1100. vel circa hunc annum, Virgo de armis Odrouons hæredissa relicta, ab inopinato hoſte in domo paterna circumſepta, in captiuitatem ſuper equum ducebatur ab hoſte: fortè fortuna milites perſequendo hoſtes, inciderunt in eum qui virginem deducebat. Eleuauit igitur manus lacrymabiliter opem rogando virgo miſerijs deſtinata, accurrit citò Piotraſius de Radzikow, & vibrata lancea occidit hoſtem, & virginem liberauit, ſubductoque equo, deduxit in ſecuritatem. Virgo tanta fælicitate lætata, annuli medietate porrecta iure iurando illi matrimonij ſocietatem pollicetur. Conſentit, ſed dubitauit ob magnificæ domus Odrouanzianæ præſtantiam. Paucis menſibus interiectis, Virgo alteri deſponſata, dum nuptiæ præparatæ conuiuij iam arripiunt horam, contriſtata ob iuramentum, ſed non videt ſuum eliberatorem. Fauit fortuna, acceſsit liberator Petrus, & reddit virgini dimidium annuli, vt diſponat cum illo quomodo placuerit. Virgo vt vidit annulum, & illum eſſe probauit, ſummoperè lætata, reſumpſit animum & vires, dixitque aſtantibus: Quis fuerit liberator meus neſciui, at iuramenti memor mei conſternabar præ triſtitia, ecce dijs fauentibus atque cælo ita diſponente oblatum medium annulum, quem in fidem dederam iam habeo, & ſimul perſonam & liberatorem agnoſco. O parentella mea, & ſanguis Odrouonziana, cui erat veri-

tatem

tatem tueri, & honeſtum amplecti, vobis refero meum gaudium, & demonſtro liberatorem: alteri iam ſocia eſſe ignoro & nolo. Occidite me, retrudite à vobis, iuraui meo liberatori, & modo iuro. Tu meus es liberator & maritus, tu mihi dediſti amiſſam vitam & patriam, & ego tibi reddo meũ obſequium, & reuerentiam matrimonialem vſque ad mortem. Audiuit nobilitas fidem iuratam, conſpexit militem ſtrenuum, iudicauit iuramenti veritatem, & conſenſit verbis virginis, & liberatorem in maritum obtulit. Dixerunt etiam hoſti ſeruanda fides, & quomodo ab amico & liberatore eripienda erit? ob tantam igitur fidelitatem virginis, & ſplendidiſsimæ Odrouonſianæ in Morauia familiæ. Arma hæc acceperunt mutationem, Relicta eſt media ſagitta, & ſubductus medius annulus cum diſtincto ornatu coronæ. Hinc & appellatio armorum prædictorum multiplex Pogonczyk dicitur à milite perſequente hoſtem & aſſequente ipſum. Ogonczyk dicitur, à nobili deſcendente ex Petro qui *Ogon* vocabatur. *Poważá* dicitur, ex cognomine nobilis dicti *Poważá*. Sed hoc in genealogia apparebit perfectius.

MILITARE PRÆMIVM.

DEVS Ter Opt: Max: ſicut omnia creata ſubdidit poteſtati hominum in æuum, ſi dominij ſui memor fuiſſet: ita Reges & Principes omnia quæ illorum Regnum habet, vel quando habere poſſet, obtulerunt in præmium militare, ſi recte militauerint. Nam ſi ornatus boni & ſtrenui militis eſt, *vt inquit Pericles*, ſcutum ex bello diuulſum, fracta galea, hebes gladius, facies vulnerata: iam profectò quicquid habet Patria & Regnum, magni, precioſi, honorabilis, id totum militi primùm debetur, qui pro Regno & Patria vitam & ſubſtantiam libens obtulit. Reddat rationem dicti *Herodotus lib*: 2. Vbi nullus eſt militarium virorum ordo & cura, ibi nulli ſunt Reipub. nerui, & Reſpub. ita facile euertitur, quantò autem militaris ordo fit honoratior in Repub. & Priuilegijs ornatur, tantò ad pugnas mortemq; pro Patria paratior. Quicquid igitur eſt dignitatis, honoris, in Repub. id totum militi debetur. Quocirca Balduinus ſecundus Conſtantinopolitanus Imperator nedum titulos, bona, honores, militibus offerebat; ſed reliquias Sanctorum, & filium proprium militibus obligauit, & pro milite obtulit. *Fulgoſius lib*: 7. *cap*: 6. Magni animi quoque indicium in militares viros Sereniſſ: Vladiſlai IV. Rex Polon. fuit, vt militibus primario bona, honores, titulos offerret. Vndè per Anagramma in gratulatoria ſua Paulus Woyná 1609. ſcriptum reliquit:

LADISLAVS DAS VILLAS.

Caſus an ingenium meus an præſaga futuri
Tranſpoſitis literis hoc Anagramma dedit
DAS VILLAS, capio non parci Principis omen,
Principis eſt virtus magna iuuare ſuos.

Ad pro-

Ad propoſitum verò noſtrum rem deducendo, dum inſpicio hæc nobilitatis arma, illarum occaſionem, progreſſum & finem, nil aliud ſunt, niſi præmium militare. Militia parta, militia conſeruata, militia roborata. Annulus huic militi à virgine oblatus, reducit mihi in mentem annulum, de quo Ptolomæus in Hepheſtione: Helena habuit (*inquit*) annulum Aſteriten, qui ſoli obiectus accendebatur, in illo expreſsit ad obſignandas literas piſcem, panem. Familia Odrouonſiana tantæ celſitudinis in ſua Patria fuit, vt virgo hæc, hæres bonorum demortui parentis ſuperſtes debebat obijci proſapiæ ſplendenti, vt ſit par conditio, ſed piſcis in captiuitate facta, panem & vitam liberatori ſuo conceſsit & donauit.

SIGNVM PROGNOSTICON VIRTVTIS.

NEmo virorum fortium ſine prognoſtico ſuo vitam hanc degit. Habet ſigna & prognoſtica virtutis exercitum ducens Imperator, habet nauta & nauigiorum gubernator, habet corpus noſtrum animam & mentem, habet fælicitas prudentiam. Dum arma hæc mente contemplor, cuius fuerit prognoſticon, Longinus deſcribendo arma diſſeruit. At non aliud ego prognoſticon dicam, niſi quod ſunt hæc arma ſignum virtutis, tàm Eccleſiaſticæ quàm Politicæ. Extentæ manus &, eleuatæ in cælum, virtutem Eccleſiaſticam exprimunt, ſagitta verò volans virtutem Politicam oſtendit. Nec infringit intentum rupta ſagitta, annulum enim medium pro arcu infracto habet. Nec terret ruptus & medius annulus, ſupplet enim decorem ſagitta. Meminit *Philoſtr. lib*: 3. *cap*: 3. annulos ſeptem, quos Iarcha Appolonio Græcorum in Regni firmitatem dederat, in quibus erant ſingulæ Planetæ cæleſtes, quos alternis diebus, juxta dierum à Planetis notatum numerum deferebat. Portabat, *inquam*, annulum cum ſole die Dominico: cum luna feria ſecunda: cum Planeta Martis feria tertia: cum Planeta Mercurij feria quarta: cum Planeta Iouis feria quinta: cum Venere feria ſexta: cum Saturni Planeta, Sabbato. Quid virtutis annuli vel ſecreti haberent, alij dicunt Magicos fuiſſe, alij Phyſicos, quos ſcilicet Eudemus Philoſophus aduerſus dæmonas & ſerpentes, & id genus, adinuenerat, ſicut Ariſtophanis Scholiaſtes habet. Sed quicquid ſint annuli, Planetæ illis impreſſæ docent magnificas virtutes, *vt Cauſinus lib*: 11. *docuit*. Significant, Nobilitatem, Pulchritudinem, Religionem, Prudentiam, Fortitudinem, Iuſtitiam, Eloquentiam. Nobilitatis enim hieroglyphicum eſt Luna, quando in calceis patriciorum poſita generis illuſtris fidem fecit. Pulchritudini reſpondet Venus, regina gratiarum. Sol Dei typus, pietatis & religionis erit ſymbolum. Saturnus rectè cum prudentia congruit. Mars fortitudinem ſuapte natura deſignat. Iuppiter quem Callimachus vocat iudicem cæleſtium, Iuſtitiæ virtutum reginæ, erit indicium. Hermes eloquentiæ præſes, ipſam nobis eloquentiam ſignificabit. Quod ſi antiqui annulos,

in pro-

in prognoſticon & ſymbolum tantarum virtutum & bonorum mentis aſſumebant: quid iam obſtabit, anaulum cum ſagitta & brachijs in cælum eleuatis, ſignum & prognoſticon virtutis Eccleſiaſticæ & Politicæ deducere & appellare? Fauent propoſito noſtro tot ac tantæ familiæ de armis Ogonczyk, quæ pietatem & Religionem ſacram, opere & exemplo, promoucrunt, fundarunt, ipſis quoque coronis & tyaris adornarunt. Fauent, quia nedum turmarum & legionum Duces ſtrenuiſsimi, ſed etiam contra omnium hoſtium vires præcipui Duces electi & conſtituti fuerunt, qui & Generales exercituum eſſent, & pro Regno pectore fideliſsimo pugnarent. Optimi namque ciuis eſt, non minori curæ qualis Reſpub. poſt mortem ſuam futura ſit, quam qualis hodie fuerit cogitare & inſudare.

LINEA FAMILIÆ OGONCZYK.

PEtrus de Radzikow, *cui primitus hæc arma collata fuerunt, ſicut in origine dictum eſt,* 1100. *Hic reliquit duos filios, qui militarem auidè exercendo, in Regnum venerunt militaris gratiâ, atq; in Polonia maiori & minori conſederunt. Petrus Ogon primus filius, qui in Maiori Polonia conſedit, à quo deſcendentes Ogononij appellati fuerunt.* Bielſc. 217 fol. & Dlugoſſus. *Andreas Powala alter filius, qui in minori Polonia conſedit, à quo poſteri cognominati ſunt Ponalij. Notabant familiam ſuam de Kośćielec in Cuiauia, ſicut ex quibuſdam literis Ianuſij Palatini Breſteń. apparet,* 1247.

Koſcieleccij, *Nicolaus de Kośćielec Palat. Caliſſień.* 1258. *De hoc fortè Bielſcius ſub hoc anno, quod à Caſimiro Principe Siradiæ &c. ſub Pudico in captiuitatem unâ cum Palatino Cuiauień. Martino deuenerit. Et ab hoc Ogonij Kośćieleccij dicti, quia pleni hæredes Kośćielec facti fuerunt. Ianuſius Kośćielecki Palat. Inowloc.* 1259. *& Ioannem Capit. Chelmen. eodem anno meminit* Paproc. in 2. opere. *Sed videtur idem fuiſſe Ianuſius & Ioannes, ſicut & inferius alij Ioannem, alij Ianuſium eundem vocant.* Vide Bielſc. fol: 323. & fol: 401. *Albertus Kośćielecki, optimus liberator obſeſſæ arcis, & præſtantiſſimus heros, Palat. Breſteń. De hoc ita* Cromerus lib: 11. fol: 204. *Albertus Kośćieleccius Palat. Breſteń. egregiè tutatus eſt Pacoſſiam arcem, & non paruis incommodis hoſtes (puta Bohemos & Cruciferos) affecit. Ioannes Kośćielecki, Palat. Inowlodslanień.* De quo ita Cromer. lib: 24. ſub anno 1459. *Præfectura Mariæburg. amoto neſcio quamobrem Sciborio Chelmio, duobus pariter, Ioanni Koſcieleccio Palatino Inowlodslau. & Prandotæ Lubeſſouio, à Rege mandata eſt. fo. taſſis vt alter territorio reditibus Regijs, alter præſidio militari præeſſet.* De eodem Bielſcius ante annum 1424. *Veritus Rex, ne dum ille Pruſſiam vaſtat, Crucigeri Cuiauiam non inuaderent, reliquit ibi Ioannem Kośćielecki, Palatinum Inowlodslauień. cum Palat. Breſteń. & Brochouſcio, &c.* De eodem Bielſc. ante annum 1454. *Breduicenſem arcem iam tenebat Ioannes Koſcieleccius, Palat.*

Inowlodslaueń, *Paulus Epiſcopus Chelmeń. referunt illum literæ fundationis in Kolo, anno* 1466. vt inquit Paproc. in 2. opere. *Paulus Ogon de Spicimirz, cuius meminit* Miechouius *ſub anno* 1329. *Palatinus Lencicień.* & Bielſcius fol: 207. *qui arcem Dobrzyneń. contra Ioannem Regem Bohemiæ quantum poſſe erat tutatus eſt. Nicolaus Epiſc. Chelmineń. iuxta* Paproc. *anno* 1509. *Nicolaus Palat. Breſteń. Hic in Pruſſiam fuit à Regno nuntius vnà cum Oſtrorogio* 1463. *vt* Bielſc. *Nicolaus Regni Theſaurarius, ac montium Salis Magiſter, qui incendium Salinarum Vieliceń. periculo & induſtria ſua extinxit.* Vapouius ſub anno 1510. *Andreas Kościelecki Caſtell. Voyniceń. Theſaurarius Regni, Scepuſień. Oſwięcimeń. Zatorień. Sadeceń. Bydgoſteń. Capit. Adminiſtrator* Cracouień. *& Montiũ Salis Magiſter. Quantus qualiſq; in Patria fuerit, ipſi honores demonſtrant, maximum fuiſſe in Repub. virum. Reliquerat filiam Ducis in Oſtrog coniugem, habuit & filium,* vt Cromer. *ſub anno* 1519. *refert. Andreas,* inquit, *Koſcieleccius morte filij, qui illi vnicus erat, nunciata: & ipſe breui in humanis eſſe deſijt. Ex fratre ipſius tres filiæ relictæ, duæ Valeuſciorum conſortes, tertia Sempelborſcij. Ioannes horum tertius frater, Palat. Poſnanień. Capit.Czluchowſceń. Tucholeń. Bydgoſtień. Reliquit filium & filias Srzenſcij Palat. Ploceń. & Dzierzgowſcij Caſtell. Sochacouień. conſortes. Erant ex alia parente Kczynſka horum Palatinorum fratres: Stanislaus, qui merita anteceſſorum proprijs adornauit, vt de illo* Dlugoſſus *refert* Paprocio *dicente. Lucas frater Stanislai, Epiſcop. Poſnanień. qui in exteris nationibus reddidit ornatam literis iuuentutem, qua ſolidata virtutibus & pietate, erat defenſor ſacræ fidei, & Hæreticorum malleus. Vnde de illo relictum Echo:*

Dogmata conſtanter fidei tutabar auitæ,
Fortiter Hæreſcon dogmata terrificans.

Eorum ſorores erant, Anna Kamienieccij conſors, ex qua erant, Albertus, Ioannes, & Stanislaus. Eliſabeth Potocka, quæ poſtmodum fuit Sebaſtiani Zorauinſcij, Caſtell. Halicień. conſors, ex illa filiæ Herburthi in Dziedzilow, & Lanckoronſcij conſortes. N. Ioannis filius, parentis ſui imitator digniſſimus, Caſtell. Lęcicien. & poſtmodum ibidem Palatinus, & Præfecturarum, quas habuit parens, tenutarius. Ex Pępowſka ſuſcepit hos filios: Stanislaus primus filius, habuit in coniugem Kościeleccìam, ſed dum deceſſit, facta eſt Petri Czarnkowſki Caſtell. Poſnanień. conſors. Andreas alter filius, Poſnanień. Palatinus, Capit. Piſdreń. Non ſuſcepit prolem ex Laſka, Palatini Sendomirień. filia. Ianuſius tertius filius, Palat. Siradień. Generalis Poſnanień. Bydgoſtień. Nakelſceń. Drachimenſis Capit. ab Auguſto Rege Exercituum Præfectus contra Ducem Branſuiceń. qui ex Dinaborſka armorum Topor, Caſtell. Nakielſceń. filia, cum qua & plurimas poſſeſſiones induxit, ſuſcepit prolem Stanislaum, Nakielſceń. Capitaneum. Ioannem

Capit.

Capit. Bydgoſceń. eximium militem & ſtrenuum Rothmag. in Gedanenſi bello. De quo & ipſius parente refert Conſtitutio anni 1562. Andream Abbatem Bledzowien. qui Gilberti Abbatis obſeruauit doctrinam, ne in periculum animæ veniat. Ridiculoſa eſt res aut magis periculoſa, Speculator cæcus, Doctor inſcius, Præcurſor claudus, Prælatus negligens, Præco mutus. Chriſtophorum, qui poſt ſplendida trophæa & merita Patriæ declarata, conſortium matrimonij tenuit cum Potulicka. Horum ſorores erant, Catharina Opalinſka Marſchalci Regni & Generalis Maioris Poloniæ conſors. Regina Rokoſzewſka Theſaurarij & Salinarum Cracouien. Præfecti, Eliſabeth & Sophia.

Vide candidiſsime lector, quantus laudatiſsimorum virorum exercitus, vide, inquam, tot fortiſsimorum Heroum Achillarumq́ue: tot pijſsimorum Patriæ liberatorum, defenſorum, & Reipub. clypeorum: tot Religioſiſsimorum Præſulum Numarumq́ue, & qui fuêre olim, & qui ſuperſunt imagines: Decet, vt dum ab omnium animis obſeruantur, à poſteritate minimè negligantur.

Dzialynſcij, *qui cum Kośćieleccijs bona diuiſa retinent, familia vt antiquitate generis, ita meritorum dignitate præcipua. Nicolaus de Kośćielec, Palat. Inowloclan. clarus obſequijs in patriam. Reliquit ex Dinaborſka armorum Topor ſeu Aſcia filium. Nicolaus filius, qui meritis anteceſſit parentem, tàm in ſago quàm in toga. Palat. Pomeraniæ, Præfectus Brodnicen. & Bratianen. Tenutarius Lipien. Ita virtus dextra gloriosè tendit in altum. Reliquit filios, & meritorum parentis ardentes imitatores. Meminit illius* Bielſc. fol: 435. *Ioannes primus filius, Palat. Chelminen. Tenutarius Bratianen. Hic in exteris nationibus generis ſui nobilitatem literis & exercitijs bellicis cōmodè illuſtrauit. Reliquit ex Wilkanowſka armorum Lis filium Michaëlem, educatum in diuerſarū nationum ſtudijs & linguis, qui vt redijt, obſequia Patriæ talia detulit, vt honore Succamerarij Chelminen. & Præfectura Dobrzynen. ornatus fuiſſet. Vir erat magnus conſilio, clarus & inſignis ingenio. Reliquerat filium vnicum, ſed dum in Turciam, vt expeditior miles contra eoſdem euadat, proficiſcitur: in itinere obijt. Raphael ſecundus filius Nicolai, Caſtellanus Breſten. Brodniceń. Kowalſceń. Præfectus, obſeruantiſſimus Regis & Reipub. amator. Ex Catharina Comitiſſa de Gorká armorum Lodzia habuit filium Lucam, Pocillatorem Regni, virum militia & iudicio clarum. De quo* Bielſc. ſol: 770. *Zamoſcius ad Wieliſſium procedendo, poſuit in duces Lucam Dzialynſki, Capitaneum Kowalen. cum Nicolao Vrowiecki, & Stanislao Zolkiewſki. Ex coniuge Sophia Zamoyſka, Caſtellani Chelmenſis filia, non reliquit prolem. Paulus tertius horum frater, Capit. Dobrzyceń. poſt Caſtell. eximius bellator, cum Koſtczanka Palatini Chelmen. filia, reliquit præſtantes Reipub. filios, Michaelem & Paulum. Meminit Conſtitutio Pauli, Caſtell. Slenſcenſis, reuiſoris Minoris Poloniæ, anni 1563. &* Ianuſo-

nius fol: 316. *Filiæ Pauli erant & horum ſorores* Capit. Luceuien. *Mniſzek conſors & Zebrzydowſcij Subdapiferi* Cracouien. *Nicolaus deſcendens ex vno fratre horum, qui Chotinam in Cuiauia tenuit, cum Lakrzewſka Caſtell. Cruſuicen. filia, habuit filium. Paulus Capit. Kowalſcen. ex Palat. Breſten. in Cuiauia. Petrus Succamer. Terræ Dobrzynen. ſubſcripſerunt Electionem Vladislai IV. Sereniſſ. Pol. Regis. Gaſpar à Dzialyn Dzialynſki, ex Palatino Culmenſi, Dei gratia Culmenſis & Pomeſaniæ Epiſcopus, ſingulare ornamentum his temporibus Familiæ Dzialynſciorum, Præſulum decus, Senatorum gemma, ob flagrantiſſimum zelum etiam Carbunculus, cuius iuuentutem, progreſſum in virtutibus & meritis, tàm in Caſtris quàm in Aula Regia, in Oratione gratulatoria* Euerhardus Vaſſenbergius *ampliſſimè deſcripſit, licet omnibus latiſſimum adhuc campum dicendi ſcribendiq; de tam excellentiſſimo in Senatu viro & Antiſtite reliquerit. Nam cùm Guſtauus Adolphus in Boruſſiam inopinatus irrupiſſet, ille pro Rege, Patria, & Religione ſolicitus, cohortem fortiſſimorum virorum ſelectiſſimam, armis corporibuſq; grauem, viris, equis, lanceis, numeroq; formidabilem Regio Regniq; exercitui iunxit, & cum alijs copijs illi vafro aſtutoq; militi, ſumptibus ſuis oppoſuit, cladibus ferocientem fregit, illata Patriæ Religioniq; damna vindicauit. Dum igitur ſic ille quaſi alter Martinus in barbaros hoſtes belligerat, dum Eccleſiam, fidem, Sarmatiamq; crebris ex Suetico hoſte victorijs clarus, gratiam Potentiſſimi Regis magnatumq; meretur; ecce diuina gratia illuſtrante, cœleſtium contemplando rerum dignitatem, cœpit Chriſto militare. In quo hoc Boruſſia ſperat quod in Carolo Boromæo ſuo felix Mediolanum habuit. Quapropter illi precabantur:* Deus te nobis ſeruet, virorum optime, ſcutum ſecuritatis, Pater Patriæ, ſubditorum delitiæ, fælicitatis noſtræ compendium, Deus te in ſenectam & ſenium ſeruet.

Zelſcij, *in Dobrzynenſi Terra, qui diuiſione bonorum aliud à Dzialynſcijs cognomen ſortiti fuerunt. Familia vt plurimis meritis ita & præmijs clara. Duorum fratrum meminit* Paproc. in 2. opere. *Caſtellani Dobrzynen. & Zdislai Tribuni Poſnanien. alterius. Ipſi tituli & honores ſtant pro Lidio lapide, ad declarandas virtutes ipſorum & merita. Fælix filius Caſtellani, tantus æmulator paternarum virtutum, vt etiam dignitate ipſius & Caſtellania Dobrzynenſi honoratus fuerit. Reliquit optimus miles et ciuis Patriæ non degenerem filium Vincentium, Aulicum Sereniſſ. Stephani Regis, et ſtrenuum bellatorem ad Gedanum et Polociam, qui pro arduis in bello meritis, honore paterno et Caſtell. Dobrzynen. inſignitus fuit. Petrus alter filius eiuſdem Caſtell. primitus nominati, qui pari educatione exercitatus cum fratre eadem fortuna militari et laudabili generis ſui nobilitatem colluſtrauit. Reliquit benedictionis diuinæ prolem. Bartholomæus filius Zdislai et Tribuni, eximius miles et Rothmag. S. R. M. Meminit ipſius Conſtitutio Regni, anno 1589. Stanislaus, qui nunc ſupereſt Pincerna Dobrzynen. vir ob ſua*

digna

digna merita laude ſpecioſa dignus. Subſcripſit Electionem Vladislai IV. Sereniſſ. Regis, vnà cum Vincentio et Ludouico Zelſki ex Dobrzynenſi Terra. Dum igitur tam fortes genere et meritis in tot tantaq; præmia proceſſiſtis, velim aduertere non dedignamini; quod deſides Patriæ et minus vtiles familiæ propriæ.

Merum cadauer ambulant
Viuo ſepulti corpore.

Kucienſcij *in Cuiauia, antiqua familia vt potè cum Kościelecciis bonorum diuiſiones tenentes, hos aliqui Kuczynſcios vocant. Erant ex ipſis viri toga & ſago digniſſimi, vt* Paproc. in 2. Opere *adnotauit. Erant* (inquit) *Caſtellani & Palatini.*

Ruczynſcij, *Familia obſequiis plurimis bene merita Patriæ, quapropter non ſine præmiis permanſit. Georgius Ruczynſki, Capit. Kruſuicenſis in Culmenſi Palatinatu, ſubſcripſit electionem Vladisl. IV. Sereniſſ. Regis.*

Czerſcij, *in Dobrzynenſi Terra, literis & obſequiis Reipub. dediti. Valentinus multoties in Comitia Regni miſſus, bonum Patriæ & libertatis feliciter promouit, cuius meminit Conſtitut. Regni* 1589. *Fælix Iudex Crac. cuius Conſtitutio Regni* 1588, *meminit. Ioannes Czerſki, Capit. Terræ Dobrzynenſis, vir Marti & Mineruæ ſacer, magnatumq; applauſu laudabilis. Nil enim eſt dignius viro nobili, quàm ob egregia facta à bonis rectè audiri. Adalbertus Czerſki ſubſcripſit electionem Sereniſſ. Regis.*

Murzynowſcij *in Dobrzynenſi Terra, cum Działuſciis bona tenent diuiſa. Teneant vt regulam nobiliſſimam, quod qui in annis puerilibus didicit ſeruire pietati, in proceſſu temporis clementiam Principis facilè obtinebit.*

Kuczborſcij *in Dobrzynenſi Terra, virtuti & literis dediti. Quapropter Iudices, Subiudices, Nuntij Comitiorum & Tribunalis iuſtitiæ, electi & conſtituti fuerunt. Thomas Kuczborſki, Vexillifer Terræ Dobrzynenſis, vir Marte celebris, diebus iſtis clarus ibidem.*

Myſlakowſcij, *in Dobrzynenſi Terra. Hi à Suentoslao Abauo denominantur Swieſkowic. Valentinus ingenio & moribus excellens, ob qualia merita in Palat. Crac. filiam Zaborowſcij armorum Rawicz in coniugem Abbate Wąchocenſi Raphaele patruo conſentiente habuit.*

Gorzechowſcij, *in Dobrzynenſi Terra. Optimam conſeruant famam, obſeruarunt namq; Epicteti dogma.* Si cupis bene audire, diſce bene dicere. *Doctus autem benè loqui, conare rectè agere: atq; ſic perfrueris bona fama.*

Sierakowſcij, *in Cuiauienſi & Lenciclenſi Palatinatu de Boguſławice. Clara genere, meritis, & præmiis ab antiquo Familia. Venceslaus genio & ingenio, in Caſtris & Comitiis Regni & Prouinciarum præſtantiſſimus Vexillifer Breſtenſis, quem Acta ſæpius & præcipuè Anno* 1510. *ibidem referunt. Magnatibus erat familiaris & amiciſſimus. Huic Tarnowſki hæres in Boguſławice Filiam vnà cum hæreditate, à qua Familiam moderna poſteritas*

 notat,

notat, in coniugem obtulit. Reliquit Patriæ excellentes virtutibus filios Ioannem & Balthaſarum. Balthaſar primus filius, literis et morum grauitate ornatiſſimus. Hic puritatem conſcientiæ Domino conſeruando, ſæculum et voluntatem abiecit, et Spiritualem vitam amplectendo, Præpoſitus Præmonſtratenſium Sanctimonialium in Strzelno vitam finiuit. Ioannes alter filius de Boguſławice, vir Reipub. apprimè neceſſarius ob dignitatem literarum, et congruentiam morum cum debitè ordinata prudentia In Comitiis Regni Petricouienſibus, dum Sigiſm. Auguſtus primam Conuocationem Ordinum conſtituerat, Anno 1549. *Marſchalcus ab Ordinibus electus, oratione eleganti et Reipub. neceſſaria Sereniſſ. Regem ſalutabat, vt* Bielſc. fol. 588. *A Sigiſm. Auguſto, ob præclara ipſius in Rempub. meritorum indicia, diuerſis honoribus cohoneſtatus fuerat. Primùm Referendarius Regni, tum ſimul cum Referendarij dignitate Caſtell. Lendenſis, deinde Caſtell Kaliſien. vltimò Palatinus Lencicien. et Capit. Predecenſis. Ad Gedanenſes Commiſſarius, ab Auguſto Rege miſſus, omnia dexterè et pro Repub. oratione eleganti ad Gedanenſes habita confecit. De hoc* Cromer. & Bielſc. lib. 5. *Interregni tempore poſt deceſſum Sereniſſ. Regum Auguſt. et Steph. numeroſum militem propriis ſumptibus conſeruauit. Omnia negotia Regni pacis et belli occaſione, tanquam verus ciuis Patriæ, et pientiſſimus Senator, prudenter et cum affabilitate perficiebat. Regibus obſeruantiſſimus fuit, quod apparet & ex teſtimonio* Bielſc. fol. 617. *et ex bonis ſibi ac poſte. is ſuis in Plocenſi Palatinatu Biała et Maſiewy, quæ hucusq; in poſſeſſione Sierakowſciorum manet collatis. Reliquit ex Wyſocka, Caſtellani Biechouienſis filia Stanislaum, et filias Dorotheam Ioannis Krziſkowſcij, Annam Szamowſcij Caſtellani Brzezinen. Helenam Pieniazek Capitanei Nowotarg. ex qua illic ſuſceperat filium et filiam conſortes. Obijt* 1589. *in poſſeſſione ſua dicta Dzierzbice, vbi ille Curiam ex muro condidit. Sepultus Klodauiæ in proprio Sacello. Stanislaus filius Ioannis Palat. Caſtell. Kowalſcen. poſtmodum Lendſcen et Capit. Predecen. dignus filius honore, qui imitari virtute, et heroicis actibus progenitorem ſemper concupiuit, et deſiderauit. Celebrauit matrimonium cum Balinſka Caſtell. Cruſuicen. filia et hærede. Suſcepit ex illa Ianuſium, Martinum et Lucā. Filias verò Sophiam Korzynſki, Heliſabetham Glominſki Caſtell. Rypinen. conſortes et Annā Monialem in Monaſterio Chelmen. Benedictinam. Ianuſius primus filius, Caſtell. Breſten Cuiauien. doctrina præſtanti excellens, deduxit ætatem ſuam ad conuenientia merita in Repub. vbi verò celebrauit matrimonium cum Catharina de Witonie Witonſka, Simonis Witonſki armorum Rola, filia vnica et heredifſa in Witonia in Palat. Lencicien. cum qua et illa poſſeſſio ad ipſius poſteros ceſſit, reliquit ex illa ſuæ imaginis, et bonitatis morum filios Stephanum, Remigianum, Samuelem et Simonem, et filias Helenam Karſnicccij, Sophiam Tarnowſcij Succamerarij Sochaconien. Annam Puczek Theſaurarij Lencicien. et Heduigim Iacobi Taczanowſki coniuges. Ex quibus*

manet

manet poſteritas in ornamentum familiarum, præter Annam quæ ſteriliter deceſſit. Mortuus 1620. Sepultus in ſepulchro ſuorum maiorum. Stephanus Ianuſij, primorum veſtigia, quibus nobilitatis ſuæ decorem & famam celebriorem conſeruabant, ſequendo; militari deditus fuit, quà vt plerumq; contingit debilitatus, vt rediit, in proprio ſolo adhuc in florida ætate obijt. Remigianus Ianuſij, poſt literarum & morum collectam probatamq; in Rempub. & Comitijs nobilium faraginem, cum Eua Dambſka Caſtell. Konarień. filia tenuit matrimonium, ſed obijt ſterilis, 1625. ſepultus Clodauiæ. Samuel Ianuſij, Secret. S. R. M. & Præpoſitus Strzelineń. & Commiſſarius Generalis Præmonſtratenſium. Ad magna quidem aptus & diſpoſitus fuit, ſed mors Parcæ reſtringere vitam ipſius mandauit. Mortuus Paraliſi tactus, 1637. Simon Ianuſij, particeps benedictionis maioris parentum & Dei, dum expediuit quæ iuuentutem illius nobilem decuerant, conſtituendo vitam coniugalem, habuit in coniuges Annam Tarnowſka, Sophiam Konopacka & nunc habet Mariannam Gregorij Kretkowſki filiam, qui ne ſterilis decedat domino ſupplicare tenetur, in cuius manu omnium vita & mors. Martinus alter filius Stanislai, Caſtellanus Inowlodclauien. & Capitaneus Przedziecen. qui Capitaneatus in domo Sierakowſciorum iam annis octuaginta permanſit. Erat vir magni iudicij, quo ſine alterius incommodo & calamitate, in hanc dignitatem peruenit, & in altiorem promoueri dignus fuit. Habuit in matrimonium Annam Zalinſcij Caſtell. Gedaneń. filiam, progenitam ex Koſikowna, Palatinida Sendomirien. ſuſcepit optimos filios, Ioannem, Stanislaum, Vladislaum, & filiam Sophiam Bartholomæi Kaczkowſki, Vexilliferi Inowlodclau. coniugem, quæ ipſi ex benedictione diuina reliquit numeroſam prolem. Ioannes Martini, Aulicus primo Sigiſmundi III. optimus bellator, & expeditionibus bellicis cum ſumptu proprio & ſalutis diſpendio intentus. Pugnauit in Pruſſia contra Guſtauum, ad Chotinum contra Oſmanum, Legationes ad Comitia Regni multoties peregit, alijsq; medijs honeſtis & laudabilibus Patriæ obſequia reddidit. Sacramenti vinculum cum Marianna Zebrzydowſcij Caſtell. Sremen. filia ſuſcepit, ex qua reliquit condignos Reipub. & expectationis bonæ filios, Samuelem, Gaſparum, Albertum, & filias, Sophiam & Margaretham, Stanislaus Martini, dum in exteris nationibus literaturæ dignitatem collegit, atq; in moribus Reipub. & Regi probatæ decentiæ ſtudia declarauit, Abbas montis Crucis dominicæ declaratus eſt, quam nunc adminiſtrationem religiosè exercet. Obſeruat namq; quod D. Bernardus ſerm. 3. de Apoſt. Petr. & Paul. reliquit: Facit pro nobis Apoſtolorum vita, & doctrina, & mors. Etenim in conuerſatione continentiam, in prædicatione ſapientiam, in paſsione ſua patientiam nobis contulerunt. *Subſumit ille:* Igitur vita quoque noſtra, prædicatio, & mors, nobis ipſis alijſque ſubſequentibus poſt noſtrum deceſſum, eſſe proficua debebit, imò ad hoc obligatur: Quapropter cum dilectione fraterna, doctrinam.

ctrinam, modeſtiam, timorem Domini, & pietate amplectendo colit, & & colendo amplectitur. *Vladiſlaus tertius ſilius Martini, qui morum probitate, & conuerſatione præboneſta multorum bonorum ciuium & amantium Patriam nobilium in ſe conuertit. Rectè enim enutrita iuuentus multorum animos conciliat, & affabiles reddit.* Ex *Caſtellani Ciechanouień ſilia Kraśinſki (quæ prius fuerat Gregorij Kretkowſki, Caſtell. Breſten. nunc Palatini in Cuiauia fratris conſors) reliquit ſiliam Annam. Lucas de Boguſławice Sierakowſki, vltimus Stanislai Caſtell. Landecen. ſilius, nepos Palat. Lęcicien. Caſtellanus Cruſuicien. poſtmodum Ledecenſis. Hic tyrocinia literarum domi perpolita exoticis ſtudijs per octo annos diuerſarum nationum quarum omnium linguas didicerat, in grauem & ſedatam deduxit ætatem. Quapropter in grauioribus negotijs Reſpub. vtebatur illo vti nobili inſtrumento Patriæ. Expediuit namq; legationes ad Ducem Pruſſiæ, & Sueciæ exercituum Duces in Filandia. Ex Comitijs Regni, Compoſitiones, Luſtrationes bonorum Regalium in Maiori Polonia 1616. à Senatu deputatus. Exactionum rationes ſibi commiſſas, prudenter, ſideliter & paciſicè peragebat. Habuit in conſortio matrimonij primò Barbaram Ioannis Zalinſki, Caſtellani Gedanen. ſiliam, ſororem coniugis ſui fratris, quæ poſt duos annos nulla relicta prole Torunij deceſſit, ibiq; in Eccleſia S. Ioannis ſepulta. Secundo matrimonio, Heduigim Adami Dunin Modliſzewſcij Capit. Lomzynen. ſiliam ex Dębinſka Capit. Chęcineń. ſilia progenitam, cum hac numeroſa erat proles, ſed iſtæ ſuperſtites ſiliæ. Regina Ioannis Simonis Sczawinſki, Capitanei Lencicień. Caſtell. Breſteń. conſors. Huic Parens Ioannis Iacobus Sczawinſki Palat. Breſteń. reformationem in Caſtro Lancicień. 1626. inſcripſit in bonis Ozorkow. Helena Samuelis Grabſki, Capit. Breſten. coniux, quæ 1643. mortua in Vitonia ſua hæreditate ſepulta eſt. Anna, cui licet dominus cum bonis naturæ excellentioribus pulchritudinem formæ & debitam compoſitionem morum, quæ virginis præſtantiam gratiorem reddebant, contuliſſet: illa tamen ſpretis mundi illecebris, atq; diuitijs, ſeruire ſponſo cæleſti in virginitate elegit, atq; Monaſterium virginum in Strzelno ingreſſa, dote plurima atq; aureo calice cum apparamentis Eccleſiaſticis, accumulauit. Fœlicem virginem, quæ ſibi Chriſtum ſponſum elegit, pura, caſta, & ſancta cum Angelis viuet in cælis, vt centuplum accipiat, & vitam æternam poſſideat. Tertio autem matrimonio habuit Capit. Radzieiouien. ſiliam. Obijt in Boguslawice, ſepultus Clodauiæ, cui ſilia tanto Senatori & Parenti, Regina Sczauinſka, Caſtellani Breſten. & Lencicien. Præfecti conſors, ex marmore Epitaphium erigere curauit, & Sacriſicium incruentum perenniter inſtituit. Ecce optimi Parentis optima proles, eruntq; memoria memores poſteri ex ea relicti, vt reſpondeant.*

Kadźidłowſcij, *in Palatinatu Lancicienſi, nobiliſſima Familia. vetuſtam auitamq; ſui è præſtantiſſimis pace & bello, maioribus, qui nihil ex omnibus*

rebus

rebus humanis præclarius aut præſtantius quàm de Republica bene mereri ſemper ſtudebant, trahit originem. Supra cæteros Generoſæ eiuſdem ſtirpis Marte & arte inſignes viros, retroacta tulit ætas, ante ducentos & vltra annos Horatium de Kadźidłowa, ob ſingularem in omni genere profeſſionis eruditionem digniſſimum deq; Repub. præclarè meritum ciuem, vt non immerito illum Horatium Coclitem reuixiſſe dixeris: Mox inſequens vidit ætas Troianum de Kádźidłowa Subpincernam Lancicien. militiá muniisq; militaribus clarum. Quorum exemplo Nicolaus Kádźidłowſki dicti Horatij Trinepos ad præclara & ardua quæuis incitatus, prima militiæ Tyrocinia contra Magnum Moſchouiæ Ducem Regi Stephano acerrimo bellorum moderatori, ſub ſignis Kuropatniccij approbauit, ſtrenuèq; rem cum hoſte gerens ad Polociam grauiter ſagittá ictus, præclarum poſteriſue imitandum virtutis ſuæ reliquit teſtimonium. Hic ſuſcepit duos ſuperſtites adhuc filios, Ioannem Iudicem & Albertum Notarium Terreſtres Lencicien. viros recti candoris, priſcæq; virtutis vel inprimis ſtudioſos, atq; ob hæc & alia virtutum decora omnibus apprimè gratos & acceptos. Sed & Sereniſſ. Rex Vlad. IV. æquus virtutis æſtimator, cenſura ſua Regia id ipſum confirmauit cum eundem Notarium de Diuo Progenitore Maieſtatis ſuæ per complures annos egregiè meritum Palatij ſui Regij à literis Secretarium eſſe voluerit.

Mniewſcij *à Mniewo, in Palat. Lancicien. qui in virtutum literis, & experientia bellica animum direxerunt. Ioannes Caſimiro Magno ſceptra Regni gubernante ad Annum 1364. eximius miles in Caſtris, illorum bellatorum morem ſecutus, qui Familiæ ſuæ gloriam vita & periculo comparabant, reliquit familiæ ſuæ honeſtiſſima ornamenta, Paulus Mniewſki ſub Vladislao Poloniæ & Vngariæ Rege Anno 1444. pro bene meritis ſuis & fratris ſui Iacobi, per Turcas in prælio interempti, recepit digna præmia, ſicut Priuilegia ipſius teſtantur. Nicolaus eiuſdem Pauli nepos, maiorum veſtigia ſecutus, adoleſcentiam Marti dedicauerat, ex Dorothea de Tarnowo Tarnowſka, vnicum ſuſcepit filium Andream. Huius ex filiis nepotes hiſce temporibus, à maiorum ſuorum virtute non degenerare, ſed armis & conſilijs ſuis in Repub. eorum gloriam & famam augere & amplificare ſtudent. Ioannes Mniewſki floridæ ætatis iuuentutem dum ad ſtudium literarum & virtutum obtulit, plurimum Patriæ profuit iudicio, ſententia in Comitijs, & Iudicijs Tribunalitijs ob iurium peritiam. Hinc Pincerna Lancicien. & Iudex Caſtrenſis Lancicien. ac ad correctionem iurium à Senatu in Comitijs, ſub electionem Sereniſſ. Vladisl. IV. deſignatur. Andreas Ioannis frater, Marti conſecratam iuuentutem, & Patriæ proficuam & aptam redderet in Vngaria, Alemania, aliiſq; externis Caſtris & bellis ipſam exercitauit. Poſtquàm verò in Patriam redijt in Liuonia, Valachia, Ruſſia, obſequia Patriæ reddendo, valida & ardua belli negotia tentauit. Valerianus eorum Patruelis, tàm in re militari, quàm in Reipub. negotiis optimè verſatus, Ioannem & Matthiam filios in veſtigia*

propria gloriæ meritorum & honoris, poſtquàm eis per ætatem licuit deduxit & inſtruxit, militiæq; applicauit. Stanislaus eiuſdem Valeriani germanus à prima lanugine ad ſenium, dum Patriæ vitam & ſanguinem in Moſchouia, Liuonia, & in Confinibus Regni obtuliſſet, hoc vnum indoluit, quod non in arca laudis & prælij, ſed domi & in lecto vitam reddere à Domino diſpoſitus fuerit, ſed ſtat pro facto voluntas. Conſilium namq; maturum in Patria plus emolumenti affert, quàm cita mors in bello, atq; læta in mortis triumpho.

Paczynſcij, *in Palat. Ruſſiæ, in diſtrictu Buſcenſi milites ſtrenui. Venceslaus ad vitæ tempora miles, cuius Epitaph. in Podkamienic merita refert:* Ex *Dorothea Kolucka, reliquit filios & omnes militari deditos. Alexander filius Venceslai, qui ſub Polocia cum Sereniſſ. Steph. Rege militauit, cuius filius ex Anna Sokolnicka miles in Pruſſia cum Chriſtophoro Wichrowſki, & in Confinibus Regni cum Alexandro Cetner, Rothmagiſtris S. R. M. veteranis & dignis omni laude. Ioannes filius Venceslai, poſt militares actus & ſtrenuos, cũ Sophia Dżiblowſka tenuit matrimonium, ex qua ſuſcepit optimũ militem Zachariam cum Palat. Ruſſiæ Danielowicz militantem, tenet domicilia ſua ſub Białocerkieuia. Chriſtophorus filius Venceslai, qui militiam exercendo, poſuit ſua domicilia ſub Liśianká, in Confinibus Regni, verſus Tartaros. Albertus filius Venceslai in Pruſſia occubuit. Iſta laus præcipua eſt nobilis ſanguinis, tueri Eccleſiam, Patriam, & Regnum. Sic enim benè viuitur, & benè moritur.*

Godżiſzewſcij, *in Dobrzynenſi Terra. Habent ſuum agnomen Golenij, milites optimi & ferè continui ex illis in Caſtris inueniuntur. Iacobus militaribus actibus nomen colluſtrarat Familiæ ſuæ ſterilis deceſſit. Andreas poſt excultam iuuentutem bellicis actibus & trophæis militaribus ornatam contraxerat matrimonium, & filias Annam Laurentij Czermienſki, & Heduigim Ægidij Borzyminſcij conſortes reliquerat. Petrus deficientem lineam vt excitaret, ſepoſita militari cum Paprocka ſuſcepit matrimonium, ex qua ſuſcepit tres filias Margaretham, Euphroſinam, & Sophiam, filium vnum Ioannem, optimæ ſpei & pro Patria ardentem. In Pruſſia contra Guſtauianos Rothmag. & in multis expeditionibus ſtrenuus.*

Zołtowſcij, *in Plocenſi Palatinatu, qui notant familiam ſuam de Maluſzyno & Zołtowo. His namq; Semouitus Dux Maſouiæ conceſſerat inter Plockum & Sierpſcum terram inhabitabilem, vt ſibi in quemlibet vſum & fructũ diſponere, & conuertere euiternè poſſent. Fundarunt igitur in loco illo initia villæ, quam à ſuo cognomine Zołtowo nuncuparunt, & quia loca ſpatioſa ab vnica villa comprehendi ad vſum non potuerant, annis ſubſequentibus ad Zołtowo ſeptem villas adiecerunt & crexerunt. Refert priuilegium donationis Semouiti Annum* 1402. *Antiqua ergò hæc familia eſt in Regno, ſi priuilegium annum prænominatum exprimit. Habent & aliud priuilegium confirmatum, ab eodem Semouito Duce Maſouiæ, quod adſciti fuerant a Kośćieleccijs Anno* 1300. *Ex his igitur tàm multis meritis claris Zołtowſciis, aliquos vt*

alios

alios taceam, commemorabo. Ex cognominatis Woyſlauiis, Zoltowſciis, Stanislaus Zoltowſki Woyslauius, qui dum plurimis expeditionibus præmia à Ducibus & Regno multa reportauit meritis condigna, pacatiorem ſtatum eligendo cum Maluſka ſuſcepit matrimonium, & tranſportauit manſionem ſuam in hæreditatem ipſius Maluſzyno, vnde quoq; & familiam ſuam ſui poſteri adnotare cœperant. Mathias filius Stanislai, qui honeſtæ conuerſationis dignitatem, nobili morum occupatione in domeſticæ laudis encomium deduxit. Fratres illius germani, Lucas in Pruſſia cum fratre Rothmagiſtro, Stanislaus cum Lyſakowſcio, victoriarum trophæa ſibi & familiæ ſuæ colligebant, & conſeruabant. Ioannes Woyslaus Zoltowſki, qui experientiam optimi militis & ſtrenui bellatoris, in externis regionibus animi fortitudine, & prudenti audacia abundè declarabat, nam Caſtris militaribus adſtrictus, ſupremum meruit honorem. Reddidit obſequia Ferdinando Imperatori, vbi rediijt in Patriam cum Korecki Samuele in Cecora. Aduerſa demum fortuna in Turcarum captiuitatem redactus, vbi ad Chotinum Oſmano Turcarum Imperatore Regno capitalia minante elapſus fuit cum Illuſtriſſimo Ioanne Koniecpolſki Campiductore Regni, operam militarem ſuſcepit. Rethmagiſtri Budziſsowſcij, poſtmodum Vices gerens, demum cum Kazanouio Campiductore Regni maxima confecit victoriarum trophæa. Capitaneus poſt militiæ Teutonicæ quadringentorum virorum declaratus fuit in Pruſſia, quæ primum tunc militia cœpit Dragonorum vulgò dicta. Et quia vbi merita probatorum in Caſtris multiplicantur neceſſe eſt, & præmia augere Gubernator portus Boriſthenis verſus Tartariam & Turciam, atq; Oberſter ſexcentorum peditum Alemanici exercitus, & centum equitum in munitione noua, quam ille fortem, inuictam, & hoſtibus tàm interris, quàm externis terribilem reddidit, Kodak denominatam, Regia atq; totius Conuentus Regni, & Ordinum authoritate inſtitutus fuit. Quam Præfecturam multos annos ſincerè, alacriter, dextrè, & fœliciter adminiſtrauit. Stephanus frater Patruelis Ioannis, poſtquàm detulit obſequia Patriæ in Magnatum aulis, vitam conſtituit pacatam in Palat. Cracou. vbi dexteritate morum, & humanitatis beneuolentia omnibus bonis amabilis, & Eccleſiæ Ciſtercienſis ad Mogilam benefactor eximius.

Blochouij *in Dobrzynenſi Terra, Mathias de Sobow miles ſtrenuus, cum Iezowſka reliquit Ioannem Enſiferum Dobrzynenſem, qui ex Anna Malſsowſka ſuſcepit Stanislaum Præpoſitum Zywiecen. Mathiam ex milite Parochum, Michaelem qui cum Odrzywolſcio in Pruſſia pugnando occubuit, & Sigiſmundum. Thomas alter filius Matthiæ, ex Kemſka milites reliquit Andream, Roſcislaum.*

Koſcielſcij *à Kośćielec, antiqua Familia à Kośćielecciis deſcendens.*

Zakrzewſcij, *in Cuiauia Zbozy dicti. Sbislaus eximius vir, atq; congruis moribus & actibus. Ex Radźieiowſka armorum Iunoſza, eximios reliquit filios,*

qui honorem familiæ & ſibi gloriam, generoſis actibus compararunt. Gregorius primus filius Caſtell. Cruſuicienſis, qui ad dignitatem Senatoriam nonniſi virtute et prudentia conſcendit, cum Anna Slawoſzewſka armorum Godźiemba tenuit matrimonium, ex qua ſuſcepit optimos Patriæ ciues, Martinum Dapiferum Breſten. Philippum, Albertum, Lucam, et filias Catharinam Caſtell. Cruſuicen. Grabſcij, Annam Działynſcij, Sophiam Goſtáwſcij coniuges. Petrus ſecundus filius, conuerſatione virtuoſa deducta iuuentute in virilem ætatem, celebrauit matrimonium cum Anna Kruſzowſka, ex qua ſuſcepit indolis optimè filios, Martinum, Gregorium, Iacobum, et filias duas. Nicolaus tertius filius, qui militari virtute familiam illuſtrando, à Valachis in Buconiana clade oppreſſus, interijt. Eorum ſoror erat Bronislai Oſtrolecki conſors. Martinus Zbozij Zakrzewſki, cum Stanislao Zbozij, et Hieronymo ex Palat. Cuiauien. electionem Vladislai IV. Sereniſſ. Regis ſubſcripſerunt.

Trzebuchowſcij *in Cuiauien. Terra, literis et re militari maximum nomen ſibi, et familiæ ſuæ compararunt. Ioannes, ingenio maturo et gracili, apud Sereniſſ. Auguſtum Regem, maximam ſibi conciliarat gratiam, cui et Succamerarij officium Supremum contulerat. At mors cito periodum vitæ intentando, breui et ſterilem ſubtraxit. Albertus Iudex Terræ Inculodclauien. ex altero Patruo deſcendendo, dexteritate iudicij nomen ſibi et familiæ decorem conſeruauit. Stanislaus, Samuel, et Ioannes Trzebuchowſcij ex Palat. Cuiauien. electionem Vladislai IV. Sereniſſ. Regis ſubſcripſerunt. Ex his Trzebuchowſciis aliqui in Ruſſiam tranſierunt militando, Stanislaus dum contra Michailum cum Zamoſcio, & in Moſchouia ac Valachia cum Magnis Ducibus exercituum in Caſtris florentem vitam peregiſſet, tandem quietiorem eligendo matrimonij vinculum cum Łaſzczowna, ad Rochatinum in Haliciensi diſtrictu conſtituit, reliquit filias & filios.*

Roſzkowſcij *de Roſzkow, cum Trzebuchowſciis in Cuiauia bonorum diuiſione diſtincti, militaribus exercitiis & triumphis dediti. Ex quibus in Valachia ad Palat. Bogdanum erat eximius Rothmagiſter, & poſtmodum ad Sereniſſ. Steph. Batorium Pol. Regem.*

Czarnotulſcij *in Cuiauia, Nobilem quæ decent, audire in bono, & eſſe in rebus agendis prudentem, obſeruant.*

Broniewſcij *in Cuiauia, veram gloriam non fucatam quærunt. Nam fucis parta gloria, vt non eſt vera gloria, ita nec diuturna.*

Wyſoccij *in Caliſſ. Palat. virtutis amatores, vitiorum extirpatores. Nil enim ad veram fælicitatem efficatius eſſe poteſt, quàm virtutem propter ſe amare, vitium propter ſe odiſſe.*

Wydżierzewſcij, *Nobili actu fortunati & fælices. Eſt enim illa fælicitas infælix, quæ hominem reddit inſolentiorem, eiq; non plauſum meretur, ſed lachrymas. Melchiorem cognominatum Sarna, meminit* Paproc. in 1. Opere *ad Poſnaniam.*

Drwalewſcij

Drwalewſcij *in Cuiauia, militia, literis, & iuris peritia digniſſimi. Stanislaus Subiudex Lencicien. & Correctior iurium Anno* 1589. & 1601. *Andreas ex Palat. Lencicien. electionem Sereniſſ. Regis Vladisl. IV. ſubſcripſit.*

Skrzypienski *in Caliſſ. Palat. Fortitudine animi, & præſtantia roboris conſpicui. Egregium enim eſt inperterriti pectoris documentum, in cauſa honeſta, piaq́ nec certam mortem perhorreſcere.*

Kotlinſcij *ibidem, Præparant honeſto vitam perennem, Fælices autem ſunt, qui hic piè, iuſteq́ vixerunt.*

Roznowſcij *in Poſnan. Pal. Decorum putant vitã cum laude impendere Patriæ.*

Zarpalſcij *in Poſnanien. Palat. Virtute eximij, nam eximia virtus ſponte ſuum conſequitur decus.*

Iankowſcij *in Lencicien. Palat. Si maximè conſiderandum eſt, non an ſatis gloriæ, ſed an ſatis Patriæ vixerimus, magis cogitandum venit, an Deo vixerimus & conſcientiæ. Obſeruant hoc primario, illud ſecundario. Petrus Lectiſtrator Crac.*

Wieſiolowſcij *in Lencicien. Palat. Ingenio, iudicio, dexteritate, fortitudine. Magni in Senatu & Repub. Ex quibus aliqui tranſierunt in M. D. Litu. ad Palatinatum Trocenſem, vbi Chriſtophorus æternum memoriale ſui nominis reliquit, cui natura & fortuna tanta contulerant, quanta Pandoræ Deæ, diiq́ omnes tribuerant. Summus erat vir in Repub. & M. D. Litu. Honoratus titulis, Supremi Marſchalci M. D. Litu. & Præfecturis Mielnicen. Tykocinen Swiatſcen. Kleſczelen. &c. Cum Alexandra Palat. Lublinen. Sobieſki filia, tenuit Sacramentum matrimonij.*

Dobiecij *in Syrad. Palat. Optimos ciues Patriæ, ſe eſſe liquido actibus probant, idcirco ſellæ, immunitates, tituli, & huiuſmodi quæ præmia ſunt, illos expectãt.*

Powálá, *à quo Powálij deducuntur, notabant Familiam ſuam de Tuczow. Nicolaum Powálá habet* Miechou. lib. 4. *qui in Valachia cum Palat. Ruſſ. armorum Odrowas, plurima & fælicia continuauit bella. Etiam Nicolaum de Tuczow aut Taczow Succamerarium Sendomir. & Iudicem eiuſdem Terræ, meminerunt priuilegia Anni* 1449. *A qua Powaliorum poſteritate, inquit* Paproc. in 2. Opere, *deſcendunt hæ domus quas inferius ponemus. Sed meo iudicio non eſt facilè diſcernere, in tàm florenti Familia Ogonczykorum, quis nunc originem ſumat et deducat, ab Ogon et Powálá. Aliquæ tamen Familiæ poſſunt ex hac differentia deduci.*

Niedrwiecij *in Sendomirien. Palat. literis et moribus Regibus commendati, quo gratiam Senatoriam meruerunt. Andreas Caſtell. Polanecen. vir doctrina, militia, iudicio eximius. Ad* Polociam *cum Mieleccio ſumptu proprio pugnauit, cui et Dux exercituum maxima committebat. Ex Wdowſka reliquerat prolem.*

Woyſzykouij *in Sendomir. Palat. antiqua Familia. Creslaus Woyſſyk de Woycia Caſtell. Crac. vt priuilegia Anni* 1390. *referunt. Item Creslaus Succamer.*

Cracou: quem referunt Statuta 1458. *Ioannes Woyſsyk Cuſtos* Crac. *eodem tempore* Creslaum Pocillatorem *Curiæ Vladislai Regis tempore, referunt Priuilegia Anni* 1444. *Poſtmodum ſubſequens Familia notabat familiam ſuam à Gnoino caſtello, in Sendomirienſi Terra, inquit* Paproc. in 2. Opere.

Biechowſcij *in Crac. Palat. Nicolaus Adalberti Regis tempore, Salinarum Cracouienſium erat Præfectus, poſt Mathiam Glowacki Anno* 1446.

Gorniccij, *in Crac, Palat. actibus heroicis & dignitate literarum digniſſimi, Lucas Sigiſm. Auguſt. Regis Aulicus, demum Capit. Tycocinenſis. Edidit librum ad eruditionem dexteram Nobilium, Polono idiomate intitulatum Aulicus. Tenuit matrimonium cum Broniewſka Præfecti Stabuli Regij Premislien. & Capit. Medeceń. filia. Paulus frater Lucæ, literis & morum grauitate conſpicuus, in Aula Ioannis Zamoiſcij, Cancellarij Regni primas.*

Morawcouij, *de Owczary. De quibus Epitaphia in Monaſterio Buſcen. in Palat. Sendomirienſi referunt.*

Sieczkowſcij, *in Sendomir. & Viſlicien. diſtrictu, quorum eſt in armis & bello eſſe formidabiles, in iudiciis autem humanos eſſe.*

Botowieccij, *alij Butowieccij in Sendomir. & in Radomien. diſtrictu, quorum eſt æqui & iuſti ſtudium, quod et ipſa Democratia requirit à ſuis cultoribus.*

Łętowſcij *in Lublinen. Palat. Tanquam probi Philoſophi norunt mederi vitiis, et proficere virtutibus.*

Stároſielſcij *in Podlachia, Optimi & præſtantiſſimi milites & ciues, tranſierunt aliqui ad M. D. Litu. Balthaſarum Conſtitutio exactorem Vitepſcen. meminit* 1589.

Skarbienſcij *in Ruſſia, ex quibus militem eximium ad Supremum exercituum Ioannis Zborowſki, meminit in* 2. Opere Paproc.

Dąbrowſcij *de Dabrowká, Andreæ eſt Epitaph. Gneſnæ, Decani Gneſnen.* 1493.

Letkowſcij *in Lencicień. Palat. Optimum ducunt alere artes, virtutem, conſcientiam.*

Drzewieccij *in Lencicień. Palat. Excitant propriis virtutibus nobilitatis antiquæ virentes palmas.*

Siewierſcij, *in Cuiauia. Duobus Reipub. vſi ſunt, animi robore, & vi naturæ.*

Balenſcij, *Bulatouij dicti in Cuiauia. Duo præcipua in Nobili, literæ, & fortitudo, vt ſi ætas adimat vigorem, literæ ad extremum durent.*

Gorinſcij, *in Palatinatu Maſouiæ. Prudentiam, conſtantiam, æquitatem, vt perpetuò viuere non deſiſtant, vigilanter obſeruant.*

Mirosławſcij *ibidem, cum Goryńſcijs einſdem diuiſionis bonorum. Norunt quod adoleſcentiam diſciplinatam, iuuentutem maturam, ætas fructuoſa concomitatur.*

Paczenſcij, *in Goſtinen. Terra. Ignauiam, ex qua oritur ignominia, vitant.*

Zwolſcij, *in Czerſcen. diſtrictu. Eorum conuerſatio cum bonis. Arctiora enim ſunt vincula virtutis quàm ſanguinis.*

Grodziccij,

Grodziccij, *in Poſnanien. Palat. ornant nobilitatem virtute. Vnde delectantur capite virtutum, carere vitijs.*

Niedzwieccij, *Milites ſtrenui, & negotijs Reipub. conuenientes. De his* Bielſcius ſol: 653.

Zaparſcij, *in Poſnanien. Palat. Animo ægrotanti, medicus oratio: corpori egenti neceſſaria, medicus crumena. Laborant hi et orant, et non deest illis benedictio Dei.*

Domaiowſcij, *de Domaiouice, Alexandri militis et Ducibus in Oſtrog obſequijs dediti. Epitaphium eſt in Cudnou, eius filia, G. Adami Wilga conſors, ibidem quieſcit.*

Sangauij, *in Magno Duc. Lit. Georgius Sangaw qui in Vnione M. D. Lit. cum Regno in Comitijs Chroldlenſibus hæc arma ſuſcepit.*

Parulij, *in Palat. Maſouiæ, et in Podolia. Quatuor fratres Germani eximij milites, Stanislaus, Iaroſius ſeu Hieronymus, Chriſtophorus, et Ioannes. Ex Stanislao erat filius Stanislaus, Marti deditus, qui reliquit filios in Podolia, vigiles in Caſtris, ſolertes in bono nobilibus conuenienti. Alexandrum continuum militem, qui etiam Scythicam captiuitatem ſuſtinuit. Adamum. Rectè factorum vel Senatus vel Deus retributor. et Iacobum in Ordine Carmelitarum.*

O K S Z A.



DELINEATIO.

EST ſecuris ſeu aſcia minor, coloris albi in campo rubeo. Super galeam verò & Coronam eadem ſecuris infixa Coronæ, vltima extremitate.

ORIGO.

ORiginem habent ex mutatione Naſſæ aureæ in ſecures decuſſatim poſitas, vt diximus in armis Bratczyce. De hoc *Dubrauius Bohemiæ Hiſtoricus*, Ratiborium Wierſzowiec in pugna contra Conradum pro Friderico & Præmiſlo ad Ludmiriam propè arcem Caunicenſem, deſcribendo ſic habet. Vnus autem Ratiborius gratiam benè geſtæ rei à toto Bohemorum exercitu tulit, palam item ferente Præmiſlao eius opera ſtrenua factum aditum ad victoriam fuiſſe.

Quæ

Quæ quoniam Friderico valdè placuit, eò procliuius auctorem illius Ratiborium in fidem ſuam & familiaritatem recepit, inducta deletaq́ue omnium iniuriarum præteritarum memoria, inſignibuſq́ue mutatis ne quid odioſum reſtaret, quippe pro Naſſa aurea, ſecures decuſſatim ſibi cohærentes iuſſus eſt ipſe & poſteritas ipſius geſtare, donatus & arce Bauariam ſpectante quã Pryndam vocant, fines Bohemiæ aduerſus Germanos tranſgreſſores limitum tutaretur, ſub anno 1160. refert. Qua ex ratione odium erat Principis Bohemiæ Mnata contra Wierſouiecium Hiſtoria Bohema refert, dum illorum dignitatem, prudentiam, dexteritatem, fortitudinem, authoritatem, &c. referunt. Ex his igitur Wirſouiecij ſub Boleſlao Kriuouſtio plurimi in Regno, pulſi & vltrò recedentes ex Bohemia, cædem vlciſcendo ſui Germani; reperiebantur. Ex his Ioannes Wierſzowiec filius Tiſtæ, dum Boleſlaus Kriuouſtius pugnauit cum Suatopelko Duce Bohemorum, occidit prædictum Ducem. Et haſta, & ſecuri, à perſequentibus ſe, defendit vitam. Hac ratione ſecurim pro armis in Regno accepit, quas iterato illi qui in Bohemia remanſerant, decuſſatas detulerunt. Acceperat & in præmium victoriæ à Sereniſſ. Kriuouſtio bona Wierſouicius, Siemikowice, Radoſzewice, Lipnik, Broſzecin, Bogumilowice, Stroza, Zielecin, Dylow, Wrocice, &c. Quorum familiam in linea afferemus.

SECVRIS DOMINI.

TAm ſplendido titulo, rectè iuſtitia & protectio domini vocatur ſignificatione in medium, dicit namq́ue Propheta: *Iam ad radicem ſecuris poſita eſt.* Mihi tamen tam excellenti titulo verbum Domini venit in mentem quod omni gladio acuto acutius eſt, penetrans intima & petras reſcindens: ſecuris namq́ue Domini vocandum eſt. Nouaculam Philoſophicam quæ veluti rapam incudem ferariorum præſcindit, multi authores referunt, ſed hoc eſt ingenij humani viuax contemplatio, verbum autem Domini vere eſt ſcindens interiora, & medullam oſsium penetrans. Quo enim verbo Domini cæli creati ſunt, & firmantur: eodem quoque ſubito declinant & cadunt. Habet Plutarchus, quod Demoſthenes Phocionem Orationum ſuarum ſecurim appellabat, breui enim ille, ſed acutâ oratione Demoſtheni plurimum aduerſabatur. Quid igitur dicendum venit de verbo Domini? Verè & propriè ſecuris eſt Domini. Quapropter Hieremias ſermones Domini ſicut ſecurim ait, quæ vel petras incidat. Domus Illuſtris Oxiciorum meritò ſecuris Domini appellanda eſt, non enim contra Dominum ſed pro Domino pugnare contendunt. Alias verificaretur in eis illud Pſalmiſtæ: *In ſecuri & aſcia deijcies eos.* Subdiderunt Oxicij voluntati Diuinæ genium & ingenium, vires & fortunam, quo & vitia præſcindunt, & nomen Domini deſcendunt, & omnem eradicant infidelitatis notam. Quapropter ſicut Prophetæ ſecuris immerſa præterfluenti obedijt, & ad ſuum manubrium

brium naturalis grauitatis oblita redijt;ita Oxicijs aurea ſæcula ſpontè & feliciter deuenerunt. Honorati & dilecti à Regibus, in Senatu dignißimi, in Eccleſia vtilißimi, in Patria deſideratißimi, in Repub. amabilißimi exſtiterunt. Quos nedum diu præteruolans fama, ſed etiam gloria perpetua, Eccleſiæ, æternitati reddidit & ſeruauit. Ex quibus veniat in mentem Epiſc. Cracouien. & Vratiſlanien. Nankierus, de quo hæc in ſuo opere & Vitis Archiep. & Epiſc. Cracouien. Chriſtoph. Kantſcius reliquit:

Abſtulit hunc Cracæ diues Wratislauia Sedi,
Conſtantem vitam deueneratq; viri:
Namq; refulgebat mirè virtutibus amplis,
Seruiuitq; Deo nocte dieq; ſuo;
Angelicæ moriente illo cecinêre cohortes,
O vox, ô cunctis anteferenda ſonis.

ÆTERNA MEMORIA.

SI aliquis florentißimam Rempub. Romanorum memoria reuoluat: ſi Græcorum gentem in apertum deducat: ſi Tenediorum Lidorumque populum ſibi ob oculos ponat; de repente illorum ſecures in medium proſilient. Illi namque, teſte Plutarcho, Conſulatum, authoritatem, Regnum, ſecuri in memoriam æternam declarabant, præſentabant. Quapropter non ſine graui animaduerſione Iulius Cæſar Capaccio *libro* 1. *Impreſſarum cap:* 17. antiquos ponit in clypeis triumphalibus delineaſſe inter Pontificalem mitram & flagrum, ſecurim, quam quandoque dedicabant in Baſilicis, atque in marmoribus exſculpebant iſta tria, non aliam ob cauſam, niſi ob æternam memoriam & dignitatem inſigniorum ſecuris. Eſt quo Oxicij æternam ſui memoriam conciliarunt, retinuerunt, conſeruarunt. Illorum enim memoriam tota Sileſia prædicat, Regnum florentißimum Poloniæ celebrat, Imperium quoque ipſum Wierſouicios eorumque poſteros memorando, nunquam obliuioni tradit. Vndè meritò illis ſapientißimi Salomonis verba aſſcribere licebit: *Non recedet memoria eius, et nomen eius requiretur à generatione in generationem.* Firmauit tantam æternam memoriam Ioannes Strzelecius, cognomento Wątrobká: qui dum ad Varnam cum Vladiſlao Poloniæ & Hungariæ Rege pugnando captus à Turcis fuiſſet, mirabiliter cum ſocijs, quos nominat *Cromer. lib.* 21. euaſit, & poſtmodum Archiep. Leopolien. creatus, plurimas Legationes in Hungaria obiuit & perfecit. De quo ita Canonicus Leopol. Scrobiſouius:

Vidit & infauſtæ noſtris certamina Varnæ,
Et captiuatus, Turcica vincla tulit:
Euaſit tamen, & ſacri geſtamen honoris
Accepit.

Reddiderunt æternam ſui memoriam in Patria plurimi Oxiciorum, de quibus latè linea domorum referet. Non enim ex hac ratione nominali Oxicij denominati fuerunt, ſicut milites manipulares. Illi namque à manipulo delato in pertica dicti, vt in Collectaneis Pierio aduinctis dicitur:

Pertica ſuſpenſos portabat longa maniplos,
Vnde maniplaris, nomina miles habet.

Iſti verò licet Oxicij ab Oxa vel ſecuri bipenni aut minori aſcia dicantur, ab exercitio forti militibus conuenienti, atque imperterrito in hoſtium ſtragem aſſaltu & impetu, denominati fuerunt. Ergò vt memoria æterna nomen familiamque veſtram ſtabiliatis, ſicut arbores reſectæ ſecuri, vberius virent, ita

Tu quoq; ſic reſeces vitijs allentia multis,
Virtutum vt ſoboles pullulet vberior.

LINEA FAMILIÆ OXICIORVM.

Wierſouicius *Ioannes, cui primum talia arma collata fuerunt, hunc Hiſtoria Bohema vocat Geſko, erat filius Tiſtæ. Qui dum occiderat Ducem Bohemiæ Swiatopelcum, anno* 1103. *à Boleslao Kryuouſtio accepit bona, Siemikowice, Radoſſewice, &c. à quibus bonis & cognomina ſuſceperunt. Ibrahamus de Siemkowice, qui ante annum* 1441. *vixit. Reliquit filios, Stognieuum & Boguslaum. Nicolaus ſeu Mikulaſſ Boxa filius Boguslai, ſummus bellator in Hungaria in expeditionibus vicibus viginti meritis & trophæis clarus. Ludouicus Hungariæ Rex contulerat ſibi, vt terminatæ Oxiciorum domus referunt, munitiones Cameneciam & Trzebeſſ, ſed relicta prouiſione hac in Hungaria, rediјt in Patriam. Eius filij, Martinus, Andreas, Georgius, qui ex bonis Radoſſowice nuncupati fuerunt Radoſſowſcij. Georgius Radoſſowſki Boxa, literis & nobili iure inter equeſtres viros maximè commendatus, Succamerarij Vielunenſis honore in maiorem dignitatē familiā adaptauit. Reliquit cum Mogilnicka dignitatis ſuæ ardentes æmulos. Quorum familia attingit accreſcendo annum modernum. Boguslaus Radoſſowſki Boxa, literis, humanitate, dexteritate rerum in Rempub. obuenientium clariſſimus. Vndè à Sereniſſimis Regibus adamatus, digniſſima meritorum ſuorum præmia retulit. Erat primum Epiſc. Chijouien. qui fidem trans & citra Boriſthenem auxit, promouit, & Cathedralem Eccleſiam adornauit. Deinum translatus in Luccorien. Epiſcopatum, liberalis in omnes nobilium amor deceſſit. In cuius laudem & Boxarum familiam ita quidam luſit in Arma.*

Boxarum gerit ecquid gens Generoſa bipennem?
Deſignat fortes ore manuque viros
Hac proſtrata iacent Maurorum corpora parte,
Aurea lux iſta parte parata venit.

Ergò

Ergò qui in templis lucem pacemque dediſti,
Luceriam meritò Maximè Præſul habes.

Nankierus Epiſc. Cracovień. qui poſt Muſcatam Sileſium ſucceſſit ex Decano Cracovień. vir magnæ probitatis, qui dum Baſilica Cracovień. à Krivouſtio ædificata, & arx tota quæ lignea tunc erat anno 1306. *die* 8. *Maij igne conſumpta eſſent, Baſilicam dirutis veteribus muris, in eã quam nunc retinet formã reædificauit.* Crom. l. 11. *Obijt Nankierus gente Oxius Religioſiſſimus, & continentiſſimæ vitæ veneno, vt creditum eſt, ſublatus.* Crom. lib: 12.

Brzeſcij, *Antiqua & claris meritis excellens familia. Procedunt à Vilhelmo Germano fratre Nankieri, Epiſcopi Cracovień. & Vratislavień. Erat prædictus Wilhelmus regnante Vladislao Lokietek, Præfectus Sileſiæ & Dux militiæ,* 1316. *Et cum à Venceslao Rege & Ioanne Rege Bohemiæ, ob partes Lokietkonis à ſe fideliter defenſas bonis ſpoliatus in Bohemia fuiſſet, Vladislaus Lokietek optimo fideli ac ſtrenuo Duci contulit ad Sendomiriam diverſa bona, qui cæpit ex bonis Brzezie notare familiam, ſicut ad præſens ſubſecuta poſteritas ad differentiam Plomieńczykow notat. Hæc familia Oxarum de Brzezie, nunquam hæreſeos labe infecta fuit, ideò diverſa in Regno retulerat præmia honorum & titulorum Regni, ſicut liber Beneficiorũ Crac. circa annum* 1446. *Parochiã Ptanovienſem deſcribendo refert: Domini,* inquit, *de Brzezie armorum Okſza, tres tunc fuerant fratres, anno* 1446. *Ioannes Pocillator Crac. Wilhelmus Capit. Viſceń. & Clemens Archidiac. Wroclau. Regens Cancell. Regni Suprem. Horum poſteritas moderna hæreditaria in Brzezie Pal. Sendom. Fidei Cathol. acerrima propugnatrix, ad munia Reip. obeunda aptiſſima, in dies meritis Regno & Patriæ, tàm in legationibus ad exteros Principes quàm in expeditionibus bellicis, & aliis functionibus Regni claret et augetur.*

Strzeleccij, *Strzeleccius dictus Watrobká Ioannes, eximius Senator & miles, qui cum Vladislao Poloniæ & Hungariæ Rege ad Varnam pugnauit, in captiuitatem Turcicam devenit, eliberatus, vt refert* Cromer. lib: 21. *Archiep. Leopol. poſt Gregorium Sanoceum, anno* 1481. *creatus. Obijt Cracoviæ, ſepultus in æde SS. Trinitatis apud FF. Prædicatores. Stanislaus Strzeleccius Watrobka, frater prænominati Archiep. Caſtellanus Sadecen. vir in Repub. & inter equites Polones clariſſimus, quod ex Hiſtoria colligitur. Caſimirus,* inquit, *è Lituania revertens, Comitia Petricoviam ad primam Maij edixit, verùm de Minoribus* Polonis *nemo ferè procerum affuit: offenſi enim erant diſtributione honorum ſuperioribus Comitijs, iniquius quemadmodum ipſis videbatur facta, in qua Ioannes Tarnovius, Caſtell. Woynicen. Dobieslaus Kmita Lublineń. & Stanislaus Watrobka Sandeceń. immerito præteriti eſſe exiſtimabantur. Declaratur quoq; & pietas ipſius atq; reverentia in Deum & Eccleſiam, nam de illo* Cromer. lib: 24. *hæc reliquit. Qua in parte ſingularis Stanislai Watrobka gente Oxicij, pietas & magnitudo animi ſilentio prætereunda non eſt: qui iuſſus à Rege in bona Sacerdotum cupiditati*

ipſius aduerſantium inuadere Regem quam Deum offendere maluit. Fuit hic anno 1461. *Creatus demum Palat. Belzeń. vt* Cromer. *refert* libro 28. *anno* 1475. *Clemens Strzelecki Watrobka, ob dignitatem ingenij, & prudens conſilium Prouiſor Palatinatus Cracouień. demum Caſtell. Biecen. De hoc* Bielſc. fol. 352.

Goſlawſcij, *in Cracouień. Palat. antiquitate familiæ & negotijs Caſtrenſibus militaribus ſplendida domus. Ex quibus Adamum eximium Rothmagiſtrum in Podolia Regiſtra Notariorum Campeſtrium referunt. Qui, vt contracto matrimonio ſuſcepit filium Stanislaum, ſuſcepit ſimul & heroicorum ſuorum factorum diligentem & ſtrenuum imitatorem. Germani verò fratres prænominati Adami in Palat. Cracouień. eximia memoria celebres, dignam ſuæ poſteritati reliquerunt imitationem. Extat modernis quoq; temporibus clara meritis Patriæ & Regibus Goſlawſciorum familia, Chriſtophorus equeſtris ordinis ornamentum, Capitat. Bedzinień. Andreas de Bebelno & Nicolaus Goſlawſki, qui ex Cracouień. Palat. Electionem Vladislai IV. ſubſcripſerunt.*

Reij, *antiqua & in multis Palatinat. clara familia. Ioannem Rey ſtrenuum bellatorem ad Coronoviam refert* Longinus & Bielſc. fol: 307. *poſt annum* 410. *erat de Naglowice Oxicius. Ioannem quoq; Rey Iudicem Terræ Sendomirień. de Schumſko referunt Priuilegia Monaſtarij Andreiouień. anno* 1434. *Stognieuus Rey Capit. Rouenſis, nunc Barium in Podolia nuncupatur. De hoc* Miechouius lib: 4. *Anno* 1452. *circa Feſtum Ioannis Baptiſtæ, Tartari Podoliam ingreſſi, multa damna intulerunt, vrendo & occidendo: Caſtellumq; Row conquiſierunt, & in eo Stognieuum Rey de domo Oxa, cum vxore ipſius captiuauerunt. Quod etiam retulit* Bielſc. fol. 395. *Nicolaus de Naglowice Rey, hic plurimis ſcriptis idiomate Polonico editis illuſtrauit familiam ſuam, ſed quia plus ingenio quàm ſolida doctrina pollebat, ideo Poſtillam ſcribendo facilè errauit, & rem indignam contra dogmata Fidei & Eccleſiæ interpretationem & ſenſum edidit. Reliquit filios, Nicolaum, qui cum Chlebowiczowna Palat. Vilnen. filia, reliquit poſteritatem. Andream, qui corona inter fratres exſtitit. Nam literarum profectu iuuentutem apprimè inſtructam, in vſum conſpicuum Patriæ & Senatui deduxit. Reliquit ex Debinſka: Caſtell. Cracouień. filia prolem in Terra Chelmeń. Chriſtophorum in Palat. Lublineń. ſingularis meriti virum. Exſtant modernis temporibus in Palat. Cracouień. Martinus Rey de Naglowice, & Adamus. In Palat. autem Poſnanień. Andreas Rey de Naglowice. In Lublineń. Palat. Marcus Rey & Stanislaus Dapifer Lublineń. Sunt alij quoq; plurimi, ſed iſti Electionem Vladislai IV. Sereniſſ. Regis Pol. ſubſcripſerunt. Eſt quidem non immodicum principium huic familiæ ominari fœlicia, tum ex meritis præmiſſis, tum ex cognomine ipſo. Rey namq; iuxta Polonicum Prouerbium primatum & boni ordinis ductorem connotat & ſignificat, vt dicere liceat, debebant eſſe ductores & capita virtutum, honeſti, communis boni, morum, gloriæ,*

glorię, vitę, ſed ſi diſciplina recta mores imperat & facit, obliqua deſtruit & tollit. Et quę iniquior diſciplina, quàm contra Deum, Eccleſiam & conſcientiam moliri, intendere? Dicebat S. Paulus: Erant ex nobis & non ſunt. *Det illuminationis gratiam Dominus, & ſint nobiſcum, qui non erant: & conuertentur aſpera in plana, diſtorta in recta.*

Orzechowſcij, *in Premislień. Terra, antiquitatem familię copioſę reuolutiones annorum declararunt. Stanislaus, qui repulſis erroribus ex animo & Hęreſi, in gremium S. Matris Eccleſię redijt, atq; Presbyter ordinatus, Sereniſſ. Regis Eccleſiaſtes factus, plurimis ſcriptis proficuis Regno, Statui nobilium, & Eccleſię Romanę, ęuiternum nomen ſibi atq; ſuę familię reliquit. Illius Germani fratres experientia iuris equeſtris clari, Valentinus Iudicem Terrę Premislień. egit, illius verò frater Notarium. Remigius Orzechowſki, Exactor Contributionum Regni, anno 1595. in Terra Premislień. Plurimos lego in Hiſtoricis Orzechouios, ſed quoniam alij diuerſorum armorum reperiuntur, ideò difficile percipere de quonam illorum fuerit apud illos ſermo, prudentia lectoris alios hic aduotabit.*

Klomniccij, *in Sieradień. Palat. familia meritis & antiquitate digniſſima. Iacobus Klomnicki & Petrus fratres Germani, filij Iacobi Ioannes & Chriſtophorus Subiudex Vieluneń. longo interuallo temporis reddiderunt obſequia Sereniſſ. Regi Auguſto. Petri verò filij ex Iedlenſka armorum Nabram, Florianus qui ſpiritualem eligendo ſtatum, dignitate Eccleſiaſtica aliqualiter prefulſit. Ioannes, qui cum Sobiekurſka reliquit filium Stanislaum. Petrus vltimus filius, eximius miles, obtinuerat in premium Aduocatiam Barenſem. Reliquit cum Traczowſka liberos.*

Rzuchowſcij, *in Sieradień. Palat. vndè cum Duninios Rzuchouios legis diuerſorum armorum eſſe conſidera, vt videre licebit ſub armis Labeciorum. Illi tamen ſunt qui intendunt animum ſtudijs ac rebus honeſtis.*

Klobukowſcij, *in Sieradien. & Cracouien. Palat. Hi totis conatibus ſtudent optatam nobili contingere metam. Quapropter literis, moribus, in* Curia *Regum conquiſierunt ornamenta. Petrus Klobukowſki, S. R. M. et Martinus ex Palat. Cracouien. ſubſcripſerunt Electionem Sereniſſ. Vladislai IV.*

Checimowſcij, *in Sendomirien. Palat. qui officiorum aſſiduitate plurimorum animos Principum in ſe conciliarunt. Extat hęc familia et in preſens, ex quibus Hieronymũ Checimowſki electionis Conſtitutio Vladislai IV. meminit.*

Gramaccij, *in Sendomirien. Palat. ſtudijs honeſti dediti, et labori nobilibus conuenienti. Vita enim humana veluti ferrum eſt: ferrum ſi exerceas, conteritur; ſi non exerceas, tamen rubigo interficit: ita homines exercendo videmus conteri, ſi nihil exerceas, inertia, atq; torpedo plus detrimenti aſſert quàm exercitatio.*

Gorliccij, *in Palat. Sendomir. in diſtrictu Pilznen. Exercent virtutibus, animum et corpus laboribus nobilioribus aſſueſcunt: nam mille mala affligunt ipſum cui eſt ſegne et inutile corpus.*

Zdrowſcij, *in Maiori Polonia. Quam praclarum eſt habere mentem ſanam in corpore ſano. Nunquam cum habebit finem in gaudio honorum.*

Domarathij, *in Sendomirien. Palat. ad Opatouiam, alios in Maiori Polonia & in Podgoria lego. Domarath magnus vir quondam in Repub. et in Maiori Polonia, Caſtellanus Poſnanieñ. et Generalis Maioris Poloniæ. De quo in multis locis habet* Cromerus & Bielſcius, *qui inquit, ſicut Garra in Hungaria ita Domarathus in Polonia omnia ſub Rege adminiſtrauit, anno* 1383. *Eius autem Legatio in Hungariam ad Reginam electam* fol: 263. *Legationem quoq; Domarathi Caſtell. Biecen. habet* Bielſcius *ſub anno* 1426. *ad Vitoldum.*

Chometowſcij, *in Ruſſia ad Leopolim. Diuerſo modio in dignitatis honorem aſcendunt. Dicebat S. Chriſoſtomus ſuper epiſt. ad Hebr.* Contemne diuitias, & eris diues; gloriam, & eris glorioſus; ſupplicia inimicorum, & tunc eos ſuperabis. *Addo his, qui contemnit Eccleſiam, contemnit et Deũ, conſequenter verò ſemetipſum atq; familiam domus peſſundat, et in nihilum redigit.*

Miedzwieccij, *in Sendomirien. Palatinatu. Hi animaduertendo quia nemo ignauia immortalis factus eſt, ideò aliqui horum maiórum ſuorum nobiles actus, occupationes, labores proſecuti fuerunt, aliqui religioſum animum Domino in ſeruitium perpetuum conſecrarunt. Talis erat Chriſtophorus in Sieciechouienſi Monaſterio.*

Czechowſcij, *in Sendomir. Palat. vulgò dicti Iankowie. Deus qui iubet nos mortis meminiſſe, profecto bonæ & glorioſæ. Qualis eſt ille, qui pro Eccleſia, Patria, & Deo moritur. Illorum eſt intentum, & viuere rectè, & mori optimè.*

Wloſtowſcij, *militari ac nobilium honeſto dediti. Derslaus Wloſtowſki Oxicius dicente* Dlugoſsio, *ad Koronoutam in bello ſtrenui viri & militis declarauit officium. Quod et* Bielſc. fol. 307. *meminit.*

OKNO

OKNO ZŁOTE ábo SZYBA,

Hoc eſt Feneſtra ad Aurifodinas,



DELINEATIO.

EST quadratum oblongum, altioribus cuſpitudinibus supernè & infernè diſpoſitum. Super galeam ſunt tres pennæ Strutij, in extremis pennis ſingulæ feneſtræ eiuſdem figuræ ponuntur.

ORIGO.

COmitibus Sucrinenſibus ad Rigam incolis in vſum hæc Arma, ante Lutheri & Caluini peſtiferam doctrinam annis quadringentis deuenerunt. Ratio originis, vel inuentio tanti theſauri, vel adminiſtratio. Sed nobilem fortunam in nobilium dignitatem & honorē amplioribus meritis deduxerunt. Qui nedum in Curlandia & Filandia ad Rigam & Liuonia, ſed etiam in Regno, & in M. D. Litu. à Sereniſsimis Poloniæ Regibus, ſpecioſa præmia reportarunt.

NIL FRVSTRA.

TRitum eſt Principis Peripateticorum axioma, Deus & natura nil faciunt fruſtra. Addam his alia duo: Eccleſia Sancta, & benè ordinata Reſpub. nil faciunt fruſtra. Illa enim Spiritu Sancto regitur & diſponitur: iſta autem conſilio maturo & forti dirigitur. Video quadratum pro inſigni Regum Nauarræ, ex cathenis ferreis factum. Video circulum in circulo, aut rotam in rota Epiſcoporum Moguntinorū Stemma perpetuum, de quibus *lib.* 1. *Impreſſarum cap.* 7 *Iul. Cæſ. Capacio.* Video Romam inprimis ruderibus in quadratum formatam, de quo *Ennius.* Eſt nunc & quis erat Romæ regnare quadratæ. Video plurimos bellatores caſtris in quadratum diſpoſitis victores triumphaſſe. Horum capitalis ratio quæ fuiſſet, ego quidem vt non militaris profeſſus ignoro, at quadratum iam excelſum inter figuras Mathematicas contemplor. Opinor tamen, quod ſicut quadratum Regis Nauarræ eſt ex cathenis ferreis, eo quia diſrupit catenas ferreas ſibi in obſta-

obſtaculum poſitas, & Moguntini vicem rotæ inſtabilis, in ſummæ ſtabilitatis verticem in Imperio appoſuerint: ita quadratum hoc in arma nobilitatis deductum aurea feneſtra, aureos viros ſignauit. Aureos inquam fide, aureos moribus, aureos bello, aureos Senatu, aureos in omni negotio Reipub. Equidem quadratum antiqui in ſignificationem totius probi deduxerunt. Quod *Pier. Valer. lib. 39. Hierogliph. cap. 34.* id aperte teſtatur, vnde *Ariſtotel. primo Ethicorum.* Quadrangulus reuera probus nullique obnoxius vituperationi. Inſigne igitur huius nobilitatis viros aureos & probos ſignificat, ſi more noſtro arcticum in antarcticum non confundemus. Habeo triangulos quatuor notatos punctis, crucibus, literis C & M. apud *Valer. in Hierogliph. lib. 39. cap. 38.* Habeo circulos varijs ornatos floribus, petris, manibus. Quis igitur negabit etiam quadratum retinuiſſe ſuum decorem? Vnde Rex Nauarræ adornauit ſuum quadratum cruce ex catena. Nil igitur eſt fruſtra in inſignijs nobilium & armis, at omnia ſunt poſita ſobriè, decenter, vtiliter, in honorem Familiæ & exemplum poſteritati.

FAMILIA HORVM ARMORVM.

IOannes Comes Suerinenſis, ſucceſſor in Comitatu maiorum, ante trecentos annos Comitum dignitatem retinentium. Chriſtophorus Sueryn legionum Pomeraniæ ductor. Iacobus filius Cæſarearum legionum ductor, Succamerarius Regni Romanorum, & Adminiſtrator Pomeraniæ. Ioannes Fælix, filius Præfectus Pomeraniæ. Vlricus Szueryn filius, Oberſter in exercitu Cæſareo & Conſiliarius. Ioannes filius Conſiliarius Cæſareæ Maieſtat. Iacobus Szueryn, Adminiſtrator Curlandiæ & Semigaliæ, qui dum Capitaneum ageret Pruſſicum in perſona Ducis, Lublini in Comitiis legem feudalem recepit, & iuramento proprio roborauit, Ioannes Vlricus filius, Marſchalcus Semigaliæ & Curlandiæ, Rothmagiſter Sereniſſ. Regis Poloniæ, notabat Familiam ſuam de Alsnang. Habuit in coniugem Barbaram de Konary. Obijt 1638. *cuius funera Collegij Societatis* IESV *Rethor celebrauit.*

OLELKOVICII DVCES, vnde ſunt & nominantur.



Deſcendunt origine ex Olgierdo Gedimini filio & Vliana, Ducis Vitepſcenſis filia, cum qua habuit filios ſex. Primus erat Volodimirius, cui Ducatus Chiiouienſis diuiſione bonorum ceſſit. Hic habuit filium Alexandrum, Roxolano idiomate Olelko dictum, qui dum fundauit & erexit ad fluuium Slucz, oppidum Sluciam, exinde poſteritas eius appellata fuerat, Duces Slucenſes Olelkouicij. Stricouius lib. 12. cap. 13. & Sarnicius in deſcriptione Pol. & Litu. *Ille demùm fundauit Oppidum Kopel, à quo & Kopilenſis Dux nominatus fuit. Nam dum*

Alexan-

Alexander ceſſit è viuis, vnus filiorum Semianus Dux Kiiouienſis,& Sluciæ per decretum Caſimir. Regis, alter verò Michael Dux Kopilenſis remanſit. Ita Stricouius lib.14. cap.3. ad Annum 1455. *Nati fuerunt ex Duciſſa Mśćislauień. vt* Paproc. in 1. Opere Stemm. fol. 1150. *Baſilius Simeonis filius Dux Chyouienſis, quem inter Epitaphia reſerunt Piecarenſium ſcripta. Iurius ſeu Georgius Olelkowicz, Dux Slucenſis, quem eadem Epitaphia referunt Iurij ſeu Georgij filius. Semionus vel Simeon filius Georgij, natus ex Radźiwilowná, vt* Paproc. in 1. Opere, fol. 1151. *Eius frater Georgius Dux Slucenſis, qui ex Teczyńſka Palat. Crac. Capit. Bełzenſis,& Lublinenſis filia, reliquit filios tres Georgium, Semionem, & Alexandrum, maximos bellatores ſub Auguſto Rege 1558. & ad Lebedźieuum Georgius ſeu Iurius duo millia & ducentos milites eximios,& diuerſæ armaturæ deduxit. Illi verò duo fratres, Auguſto Regi in Liuoniam contra Moſchos, quatuor millia ſumptu proprio militum ſtatuerant. O quàm fælix erat Patria, dum tantis propugnatoribus defenſa & vallata fuerat, creſcebat in illis vt apparet, ſummus amor Patriæ, obſernantia Regiæ Maieſtatis,& bonum Reipub. Vltimus hæres Slucenſis Ducatus, Lublini in Eccleſia Societatis* IESV *ſepultus. Vltima verò Duciſſa ſepulta eſt Sluciæ in Ruthenorum Eccleſia, licet fuiſſet Catholica, ſed ſuus maritus hæreticus, ibi eam ſepeliri curauit. Eius Epitaphium latinum ibi appenſum manet.*

D. O. M. G.

Magnorum Lituaniæ Dynaſtarum.

Ex Illuſtriſsima Sluciæ Kopyli Ducum Familia, Sophiæ Olelkouiciæ, Auo, Proauo, Georgio Abauo, Simeone Atauo, Michaele in Slucko & Kopyl Ducibus, Tritauo Olelkone, Vladimirij Kijouiæ Ducis, Iagellonis Poloniæ Regis Fratris, Olgierdi M. Litu. Ducis Nepote, Gedimini Pronepote, Vitenis Abnepote. Matre Barbara, ex Illuſtriſsima Kiſkarum Familia, Progenitæ Ianuſius Radziuil, Birzarum ac Dubynki, in Sluczko, Kopyl, Dux, M. D. Litu. Supremus Pocillator, mæſtiſsimus Coniunx, Coniungi deſideratiſsimæ Fæminæ, & genere & forma, plus virtute æuo ſuo claruiſſe, non abſque lachrymis poſuit.

O L I W A.



DELINEATIO.

EST medium lilium, quaſi è terra cum radicibus euulſum, coloris albi in campo viridi, circa ſumitatem liliorum, ab vtraque parte ſunt ſingulæ roſæ coloris rubei. Super galeam & coronam eſt leo ſtans ad medium erectus coronatus, exerit linguam & caudam prominentem, à tergo verſus caput deducit.

ORIGO.

IN Pruſsia ad villam Oliwá dictam, militi ſtrenuo tunc in pugna audaci fortitudine hoſtes depellenti & demetenti conceſſa antiquo tempore fuerunt. Sed demùm in eodem loco Anno 1175. Monaſterium Religioſorum à Principe Pomeraniæ de Familia Griſſorum Sambor nominato, erectum & fundatum fuit, & vſque in præſens Dei benedictione conſeruatum. Eſt enim Monaſterium hoc celebre ad Gedanum, vt *Sarnicius* dicit *in deſcriptione Pol. & Litu.*

FLOS IN FLOREM.

NON ſine prudenti conſilio, Ver, Æſtas, Autumnus, floribus ab Ouidio & Euſebio ſignificata ſunt. Sunt enim iſtæ tres partes anni flores in florem, vnde Ouid. lib. 1. Metamorph.

Extat ver tepidum cinctum florente corona
Stabat nudá æſtas & ſpicea ſerta gerebat
Stabat & autumnus calcatis ſordibus vuis.

De quo clarius Pierius in Hieroglyph. in 2. Parte, lib. 2. cap. 24. *Ver enim ſuo flore florem declarat æſtatis, Æſtas flore ſegetum declarat florem Autumni, Autumnus autem flore cornucopiæ declarat luxum hyemis, menſam ſcilicet onuſtam fructibus, carnibus, liquoribus.* Illæ ergò partes Anni ſunt flores in florem, hyems autem eſt depaſcens florem. Veriſimile huic in Dialogiſmo mortis, cum Principibus huius ſæculi reperio. Rex namque in ſuo Regno dicit: *Ego Regno.* Imperator dicit: *Ego Impero.* Princeps dicit: *Ego Dominor.* Papa dicit: *Ego hec totum vobis tribuo.* Ruſticus dicit: *Ego pro vobis laboro.* Mors his omnibus reſpondet: *Ego autem vos omnes deuoro.* Ita quoque

quoque hyems facit, quicquid collegerit homo in vere, æſtate, autumno, id totum deuorat hyems. Arma hæc floribus ſpirantia, ſunt flos in florem, non ſolùm ideò quia retinent lilium & roſas, non ideò ſolùm quia fortis leo illis patrocinatur, ſed quia floruerunt ad ramum oliuæ ſeu villam, ac deinde in eo loco floruit Eccleſia, religio, ſacerdotium, pietas. Inſuper quia actu & geſtu, labore & odore, familiam veſtram in dignitatem gratioſam in hac Repub. Polona deduxiſtis. Antiqui in ſcutis flores magnificos depingebant, alij autem pretioſis lapidibus ſcuta adornabant in flores, non alia ratione quàm quod ſummum præſidium in ſcutis ponebant, vnde Scipio cuidam militi dicebat: *Non miror quod clypeum tanta ornaueris cura, in quo plus præſidij ſtatuas, quàm in gladio.* Eodem quoque medio ſcutum veſtrum lilijs & roſis adornatum, vt nobile præſidium virtutis, honoris, & dignitatis retineatis.


LINEA FAMILIÆ OLIWA.

N. *Princeps militiæ Pruſſicæ vtebatur his armis ab antiquo. Meminit ipſius* in Secundo Opere Paproc. N. *Miles cui ad Oliuam iſta arma cum conſenſu & interceſſione Ducis militiæ collata fuerunt, & Oliwá nuncupata à loco.*

Graiewſcij *ad Lomzenſem Terram, antiqua & lata generatione Familia. Chriſtophorum Graiowſki, meminit* Bielſc. fol. 758. *Eius frater Præfectus Wiſcenſis, occiſus à Caſtell. Viſcenſi, cui filij & filiæ fuerant.* Ponit Paproc. in Primo Opere *Leſniouolſcios eorundem armorum, at* Bielſc. *& alij, armorum Pierſchálá eoſdem Leſniouolſcios aſſerunt. Vnde quia Oliwá, Pierſchálá, Poronia habent aliqualem conformitatem inter ſe, fortè errore ſcriptum fuerat. Ponit ibidem & Ciecißeuſcios ex Belzenſi, de armis eiſdem.*



OSEKI hoc eſt VNCI, ſeu CVNEI MILITARES.



DELINEATIO.

SVNT tres claui vncati, qui cuneis ſuis militum damna ad flumina paſſa recompenſant, coloris ferrei in campo cæleſtino. Super galeam alij tres pennas Strutij cum vncis in medio, alij ſuper ipſum clypeum delineant cuneos ipſos.

ORIGO.

IN bello Lithuanis habito, dum ob præterfluentem ripis cladibus diſpoſitis damna referrent, multorum res deiectæ, aliorumque corpora ſub aquis ſepulta latitabant. Adinuenit inſtrumentum nauta miles vncis tribus diſpoſitum, & plurima in profundo profluentis ad littora deduxit, tàm hoſtium de ſpolijs, quàm de proprijs. Princeps ingenij authorem & militem in rem grati animi, & promotionis in nobilium ordinem deducendo his armis & particularibus beneficijs æuiternè donauit, militem igitur ſtrenuum pennæ, diligentia autem vlterioris exercitij in vigore ingenij, his nobilium armis virum repræſentant.

FORTVNAM QVÆRO.

OMni in bello tàm nauali quàm terreſtri, nil aliud quæritur, niſi fortuna. Vnde Romani, vt ait Dempſterus ad longas perticas vncos acutos & fortes apponebant, quibus naues ſibi triremeſque attractis proxime, ille victor cui fortuna fauebat, acclamatus fuerat. Quapropter Carthagine Dux Annibal, vt manu debili fortem hoſtē bello nauali ſuperaſſet, in diuerſa vaſa terrea ſerpentes, viperas, ranas, aliaque reptilium capita concluſit, & approximatæ naui, alijs cum hoſte conſerentibus gladijs & manibus, alij hæc hoſtium nauibus iniecerunt, quibus viſis confuſus miles & perturbatus primò conſternatus, demùm occiſus fuit. Ita Annibal ſuæ conſternatæ fortunæ à Romanis faber apud exteros nouus factus fuit. Armorum ergò horum primus author fortunam in bello quæſiuit, & nobilem inuenit. Vnco namque quærendo miles cadauera & ſpolia in profluenti hoſtium, retulit nobilis viri togam ſagum & dignitatem. Equidem qui quærit mi-

ſit miles fortunam amatoriam quæ redux eſſe non poteſt non quærit fortunam, qui ſecundam quærit fortunam, & primam nec optatam quando habuit non quærit ſortunam. Ille verò qui fortunam aduerſam premit, ſuſcipit. domat in bello.& caſtris, propriè quærit fortunam, nam ſpecioſæ fortunæ conſtantiam quærit, vnde anteuertendo Ciceronis ſententiam dicam: *Talem laudare fortunam ſapientia eſt, vituperare autem ſtultitia eſt.* Quapropter Appollid. Comicus.

Habent per amplæ fortunæ metum
Periculiq; non carent prælustria.
Nec vlla celſa tuta ſunt mortalibus:
Quæ exercere vel inuidia vel tempus ſolet
Fœlicitatis culmen vbi quis attigit

Cunctos igitur nos fortunam quærere licet, non quidem illam, quæ vno exſiccato cyatho bono, mille mala infundit: ſed quæ ſit fortuna fortunarum, qualem Deum Ter Opt. Max. hic contēplamur, & poſt hanc vitā deſideramus.

LINEA FAMILIÆ OSĘKIORVM,

NOwiccij *in M. D. Litu. in Palat. Vilneń. Troceſi, & Nowogrodenſi, in Regno autem in Palatinatu Volhyniæ, clara Familia his quæ nobilem decorant, militari literis, iudiciis, & iure nobilium, quapropter officia terreſtria plurimi tenuerunt. In Lidenſi terra bona Kureiſsowſczyzna ab Annis* 300. *tenent. Bogdanus Nowicki cognomento Niger, miles probatus & ſtrenuus, cui Duces Exercituum legiones militum committebant. Hieronymum, Sigiſm. Auguſt. Regis Secretarium literæ referunt. Procopius Nowicki miles eximius contra Maximilianum pugnando Zamoſcio Exercituum Supremo Duci, viuos hoſtes deferebat, Rothmag. Sac. R. M. factus, ea detulit meritorum incitamenta, vt in præmium villam Rozlucz, ad Samboriam ſitam acceperit. Ex Cięſkowſka reliquit filium Albertum ſucceſſorem legitimum in feruore & fauore bellico, qui etiam ex optimo milite Rothmagiſter declaratus reddidit Patriæ conuenientia merita. Demum Ducis in Oſtrog referendo officia militis cum Szuyſczewſka ſuſcepit matrimonium, & reliquit filium Nicolaū, qui poſt Caſtrenſes in bello occupationes & triumphos, cum Euphroſina Horodyſka ſuſcepto connubio ſterilis deceſſit. Michael Sieta Nowicki, per anteceſſores ſuos indigena Palatinatus Kijouienſis factus Iudicis Caſtrenſis munus obiuit, reliquit poſteros. Zacharias Nowicki, cum Chodkieuiciis Ioanne & Carolo ad annum ferè octuageſimum miles, officium Metatoris Caſtrorum in Liuonia tenuit, conſedit in Samogitia in Roſſenſi diſtrictu, filiam Baſilij Kaluſowſki in coniugio obſeruando reliquit maſculam prolem. Ioannes & Paulus Nowiccij in Palat. Trocenſi, electionem Vladisl IV. Sereniſſ. Regis Poloniæ ſubſcripſerunt. Petrus Procopij Patruelis frater, Iudex Caſtrenſis Lydenſis, Chriſtophorus in expeditione Turcica ad Chotynū obijt. Andreas alter filius ad ſenium miles, in omni expeditione bellica præſens reliquit filiū Nicolaū.*

OSZEWSCIORVM.

DELINEATIO.



EST quadratum fractum, in angulos duos efformatum rectos æqualium laterum, in quorum primo qui ſuperior eſt, crux intro cernitur. Meminit illius *Paproc. in vtroq; Opere.*

ORIGO.

CVM in ſola Volhynia arma hæc reperiantur ab antiquo, à Ducibus Ruſſiæ ortum, & confirmationem ſuam habuêre. Quâ occaſione, & quò locorum difficile ſcire. Eſt tamen hæc coniectura, quod caſtrorum hoſtium ordinem confuderit, euerterit, ideò quadratum complicatum in angulos duos accepit. Et quia fælix & vtilis fuit parti illius progreſſus, ſalutari cruce fuit cum armis donatus, vel ab illo ſolo hæc figura inuenta, & à Duce militi ſtrenuo approbata, cui fortè & duos laneos, qui his duobus triangulis exprimuntur contulit.

TRIANGVLVM NOBILE.

FIguram triangularem ſumma nobilitate adnotarunt Scriptores, in Symbolis & Hieroglyphicis. Aliqui enim Supremum nomen, & diuinitatem triangulo ſignificarunt, aliqui iuſtitiam, aliqui Mineruam Tritoniam, de qua *Democritus* dixiſſe fertur, quod ideò Pallas Tritonia dicta, quod præcepta tria ad humanam vitam benè beatèque degendam neceſſaria propoſuerit. Benè inquit conſulendum, rectè iudicandum, iuſtè deniq; agendum, in quem terminum omnis diſciplinæ ſanctioris finis dirigitur. *Valer. Pier. Hieroglyph. 39. lib. à 41. cap.* Neque minoris nobilitatis ſunt arma hæc, dum cruce ſanctâ muniuntur, adornantur, ſpecificantur. Nam ſi licuit antiquis triangulo ad lineam duabus crucibus appoſitis inſcribere, CORRECTIO. Mehercule & his armis dum ſalutaris crux inſculpta manet, nil ignobili licet inſcribere, ſed correctionem vitiorum, laudem virtutum, meritorum palmam, honoris dignitatem. Vnicum igitur huic Familiæ curandum venit trigonum conſtans Patre, Filio, & almo Spiritu, vt ſcilicet Patris poteſtas ſuam omnibus largiatur vnitatem, & Sapientia Filij, ritè omnia diſponens, omnes inuicem vniat & copulet, & Spiritus Sanctus amoris vinculo ad Deum omnes conuertat, igitur ſuſpirando dicite:

O Sol

O Sol iuſtitiæ ſine te fluctibus atris,
Curarum potero tollere Chriſte caput.

Linea Familiæ horum armorum Oſſcwſciis tribuitur, qui in Volhynia multa rerum militarium indicia Dynaſtis ſuis præſtiterunt, vnde Paprocius in Secundo Opere *addidit: Viri præclari in hac Familia reperiebantur.*

OSMOROG ſeù GIERALT.



DELINEATIO.

EST crux in extremitatibus diuiſa, ita vt Octagonum exprimat, ad diuiſiones verò apponuntur ſingula mala punica, crux eſt coloris albi, campus rubeus. Super coronam phaſianus ſylueſtris, quaſi ad volandum diſpoſitus.

ORIGO.

Geraldo militi ſtrenuo ad initia Fidei Catholicæ in Regno excitatus ad fidem, adijt Romam & ibidem Fidem Chriſtianam profeſſus eſt, cui talia Summus Pontifex arma contulit. Quapropter prædictus miles arma propria antiqua ſcilicet Phaſianum ſylueſtrem ſuper coronam adiecit, ſcutum verò cruce ſalutifera cum globis vel pomis adornauit.

ADORNATA CRVX.

VArijs modis deuota Chriſtianitas, crucem quæ ſalutis humanæ ſpeculum & imago eſt, adornare curauit. Conſtantinus Imperator, crucem ex gemmis pretioſis, lapidibus, & puro auro fieri curauit, atq; in propatulo expoſuit. Theodoſius Imperator, crucem humi ſculpi ne pedibus teratur vetuit. Occidentis Imperator, crucem intermediam Imperij aquilam poſuit, atque eò quo in Imperio nil pretioſius eſt, crucem adornauit. Scipio Gonzaga Cardinalis, Patriarcha in Hieruſalem, crucem Ducali dextræ tenendam decreuit, & ſubſcripſit: *Potius mori, quàm Fidem fallere.* Iam profectò hic vitæ præcordijs & cordi crucem præponendo, maximè adornauit.

nauit, Alij in Familiæ & Regni ornatum & ſymbolum, crucem cum vulneribus Chriſti aſſumendo, ſummopere crucem adornarunt. Alij crucem cum clauis Chriſti angulis quatuor inſertis, in inſigne domus aſſumebant, ſicut nunc apparet ex Eminentiſsimi Cardinalis, ab Vrbano Octauo creati in inſignijs, Franc. Mariæ Macchauelli Florentini Patriarchæ Conſtantinopolitani & Epiſc. Ferrarienſis. Maxima hæc ſunt ornamenta Sanctæ crucis, cum officijs, ſignis, familijs, crucem perpetuò poſteris amplectendam, propoſuerint, commendarint. Etenim crucem quam Chriſtus humeris ſuis geſtauit, maximè nobis honorandam, adornandam commendauit, vt quod eſt grande ludibrium impijs, ſit dulce myſterium pijs. Nam quod Philoſophis viſum eſt ſtultitia, Apoſtolo Paulo factum eſt ſapientia & gloria. Ad arma præſentia dum oculum flecto, adornatam pomis Perſicis video & Phaſiano: vt Paſſio Chriſti per crucem, vtilitas per poma & fructus, finis per phaſianum volantem demonſtraretur nouo Catholico. Verùm ille quoque crucem ſibi collatam adornare curauit, cùm enim benedictione diuina plurima bona & poſſeſsiones teneret haberetque, non aureis retibus vmbras mundi venabatur, nec ſepultâ virtute Pluti & Mammoni idola adorabat, ſed conſiderando quod Epimenides pronunciauit.

Quas hominis congeſſit opes induſtria auari
Hæredis ſparget prodiga dextra malis.

Opes omnes in Eleæmoſynas contulit, & in Eccleſiarum ædificia. In quo ſuperauit Alexandrum Magnum, qui omnia quæ bello acquiſierat, diſtribuebat dicendo: *Hic conſiliorum meorum finis eſt, vt mihi gloriam pariar, opes inter alios partiar.* Finis verò eximij militis & Chriſtiani Gerardi fuit, non gloriam mundi ſed Chriſtum nanciſci, nil ſibi, omnia autem omnibus reſeruare. In quo addiſcenda Chriſtiano erit Prudentij cautio.

Deſine grande loqui, frànget Deus omne ſuperbum
Magna cadunt, inflata crepant, tumefacta premuntur
Diſce ſupercilium deponere, diſce cauere
Ante pedes foueam, quiſquis ſublime minaris
Peruulgata viget noſtri ſententia Chriſti,
Scandere celſa humiles, & ad ima redire feroces.

LINEA FAMILIÆ OSMOROGORVM, ſeù GIERALDORVM.

GIraldus, *cui talia arma primùm conceſſa fuerunt, ad initia Fidei Catholicæ in Regno. Erant illius arma primùm Phaſianus ſilueſtris qui nunc eſt ſuper coronam. Woislaus miles eximius ſucceſſor, qui bona habuit ad* Cracouiam, *vbi nunc Caſtrum Niepolomice. De hoc ita* Dlugoſſ. *Fortalitium aliâs Grobla. Voislaus armorum Gotard in ripa Visle ædificauit, & præbendam ibidem S. Ioannis, & Parochialem Eccleſiam fundauit & dotauit, & ibidem quieſcit. Ex hoc genere ad dictam Eccleſiam habent ius Patronatus, villa licet hac*

cet hæc ſit iam Regia, ex commutatione eorundem bonorum cum Caſimiro Magno, qui ædificauit Niepolonice Caſtrum, &c. Et Bielſc. fol. 239. *Alterius Voislai idem meminit, qui plurima Eccleſiæ Craconienſi in Clepardia contulit, erat ibidem illius effigies, ſed igne demolita, & poſtmodum vbi Eccleſia fornice adornata fuit, parietibus dealbatis, et reſiduum memoriæ effigiei ſublatum fuit. Erat hoc regnante Lokietkone,* Paprocius in 2. Opere. *Gieraldus Præpoſitus, qui ſubſcripſit quædam Priuilegia cum Crucigeris, vt* Cromer meminit ad finem libri Septimi, ſub Anno 1228. *Alterius fortè Geraldi, idem* Cromerus *facit mentionem Epiſcopi Rutheni. Qui Cracouiæ dum à Prandota Epiſcop. Cracou. leuarentur de Sepulchro Oſſa S. Stanislai Martyr. interfuit, lib. 9. ad initium ſub Anno* 1253. *Tertij Gieraldi Epiſc. Vioclauienſis, qui à Sereniſſ. Vladislao Auemionum ad Ioannem XXII. Pont. Max. in cauſa cum Cruciferis ſub Anno* 1315. *legationem expediuit, meminit* Cromer. lib. 11. Bielſc. fol. 217. *dum illius mentionem facit, addit. Mater illius vno partu edidit duodecim filios, ex quibus ille ſolus viuus remanſerat. Romæ mortuus cuius arma Gierald,* Bielſc. fol. 215.

Gieraltouij, *vt ex literis & eorum diſpoſitionibus apparet, erant Voislaus, Ludislaus, Preclaus, qui in Cracouienſi Palatinatu fundarunt à ſuis nominibus Woiſlawice, Ludislawice, Przeclawice; eorum in Zakliczyn manet Sacellum. Ex quibus deſcendentes fuerunt inter alios Adamus Iudex Caſtrenſis Sadecenſis, Sigiſmundus qui de Faſczowa notat Familiam ſuam & Georgius. In Podolia etiam reperiebatur hæc Familia milites eximij, ſed omnia ſunt in minuta ſparſa ab illo tempore quo in hæreſim lapſi maledictionis diuinæ obnoxij facti fuerunt.*

Siemichowſcij *in Sendomirien. & Cracouien. Palatinatibus. Et quia non locus virum ſed vir locum facit honoratum, tàm domi quàm foris, in bello & in pace, in Caſtris & Senatu, locum decorare ſatagunt, virtute, ingenio, fortitudine. Alexander Siemichowſki de Wroblowice, & Petrus electionem Vladisl. IV. ex Palat. Cracouienſi ſubſcripſerunt.*

Wyzyccij, *in Crac. ad Bochniam eiuſdem cum Gieraltis diuiſionis bonorum. Et quia ſola virtus præſtat gaudium perpetuum & ſecurum, his quæ honeſta & nobilia ſunt eos gaudere tantum licebit.*

Wolſcij, *in Cracouien. Palat. Quia cauſa omnium bonorum eſt natura lex & ars, ideò nobili actui, legi Reipub. & ingenij politiâ laborant.*


Faſczewſcij, *in Crac. Palat. Deſcendunt fortè à Sigiſmundo Gieralto, qui notabat familiam ſuam de Faſczyſsowa. Et quia omnis homo naturaliter boni amicus eſt, vtinam non profanum at incommutabile bonum vobis ſit amori, honori.*

Wroblicij, *in Sendomirienſi Palat. Ex quibus Epitaphium Cracouiæ hoc retinet, Ven. D. Nicolaus Wrobliſki, Canonicus Cracouien. Præpoſitus Omnium Sanctorum* 1508.

Sloneccij, *ſi Gieraldi verè ſunt ratione armorum non nominis. Erat Gieraldus Stonecki, Capit. Gniewkowien. vt* Bielſc. fol. 247.

Surgurthus. *qui in vnione M. D. Litu. cum Regno accepit hoc Stemma Gieraid, aut Oſnorog. Anno* 1413 *in Comitiis* Chrodlenſibus.

OSORIA, aliàs STARZA, alijs POSWIST.



DELINEATIO.

EST rota à curru in parte fracta, in cuius locum ponitur crux, ſeù gladius quaſſatus, rota eſt coloris flaui, campus rubeus. Super galeam ſunt tres pennæ Strutij.

ORIGO.

OSoria dicta ſunt ex nomine militis, cui primùm conceſſa fuerunt. Starzam alij dicunt, antiquitatem innumerabilem in Regno aſſerere volendo. Poſwiſt dicitur, ob fabulam quaſi parens armorum, dum nocte iter curru faceret, & lætum cor ſibillo alto explicaret, prouocati eò ſunt hoſtes in pugnam cum illo, quos ille ſcalis expugnando demum rotam in eos iecit, & victoriam reportauit. Et hoc rationis loco in origine armorum aliqui ponunt, ſed alia eſt & verior ratio collocationis armorum. Ex Lechis Oſoria reddebat militares actus, multis currentibus annis in Bohemia, cui tanquam præſtanti militi nobilis Bohemus filiam in coniugem cum numeroſa poſſeſsione obtulit. Hic dum in Patriam redire deſiderat, retinetur: aut ſi diſcedere velit, bona ſua in Bohemia remanebunt. Mobilibus igitur bonis diuenditis, & ſtabilibus quomodocunque oneratis, quo ſecurius iter faciat, aurum effoſſis foraminibus in curru & rotis abſcondit, atque eò modo ſecurus in Patriam venit. Qui vbi bona plurima ſibi in Regno & Patria comparauit, petijt in inſigne rotam ornatam cruce & gladio quaſſato, cui Rex vt ſtrenuo & probato militi, atque ſuæ Patriæ benè affecto, facilè conceſsit.

NOBILIS VIRI IMAGO.

CÆſar Ripa eximius Eques inter nobiles, & miles probatus inter milites in ſua Iconologia parte ſecunda hanc porrigit imaginem, ipſo in capite ſi nobilis vir delineandus venit, pingenda eſt matrona in habitu graui-

ſtu graui, quæ teneat haſtam manu dextera, & ſtatuam Mineruæ manu ſiniſtra. Matrona inquam pingenda, quia grauitas, conſtantia, prudentia decet nobilem: in habitu graui, quia Romanis nobilibus veſtis longa erat conceſſa, quali vti ignobilibus non licuit; haſtæ ſimulachrum Mineruæ demonſtrant, quia nobilitas acquiritur vel per arma vel per ſcientias, vnde Ouid. 2. de Pont.

Artibus ingenuis quæſita eſt gloria multis.

Dum arma hæc inſpicio, video quod nec Mineruæ nec Marti conceſſa fuerint, at Mercurio & diuitijs. Verùm quia diuitias honeſte acquiſitas Marti conſecrauit, & ob fouendam ſinu Bellonam diſpoſuit, meritò & hæc arma ſicut omnia quoque nobilium inſignia, imaginem viri nobis referent. Quapropter Cæſar Ripa, in imagine altera nobilis viri addidit. Pingitur mulier togata, riccâ mente ad demonſtrandum, quia nobilitas facilè conſeruatur, per diuitiarum mundanarum medium. Iuuat non immodicè propoſitum noſtrum inclyta Familia Romana Gabriellinorum, de quorum numero Iulius Cameræ Apoſtolicæ Decanus, Eminentiſsimus Cardinalis nunc viget Vrbani Octaui beneuolentiâ. Iſta enim pro inſigni nobilitatis defert Lunam inter tres rotas, quo declarant ad nobilem virum ſpectare literas, fortitudinem, laborem, & diuitias. Licet enim in his omnibus præualeant literæ, tum quia non facilè erroris vitio ſordeſcit quem doctrina purgauit, vt dixit *Plato 2. de Legib.* tum quia generoſum & omni fauore dignum ingenium, cui ſunt cordi diſciplinæ Polyticæ, vt docuit *Socr. apud Xenophontem*, tamen & diuitiæ maximè nobilem confirmant & retinent, vnde quidam: *Res valet, ars præſtat, ſi res perit, ars mihi reſtat.* Quapropter & Iulius Cæſar libro & gladio in medium propoſito dixit: *Ex vtroq; Cæſar*, ſubaudi, eſt, vel eſſe debet. Tacuit tertium nempe diuitias & theſaurum, quia præſupponitur Cæſarem ſine theſauro non eſſe. Perpulchrè ergo arma hæc Oſoriorum, & conuenienter per rotam auream, campum rubeum, gladium quaſſatum, crucem benedictam, & pennas terrena linquentes, nobilis viri imago declarata & oſtenſa manet. Igitur clara poſteritas rotam inſpiciendo fac, quod Villegiſius Moguntinorum primus Epiſcopus & Elector faciebat. Rotæ plauſtrali ſubſcribebat: QVIS SIS, QVIS FVTVRVS SIS MEMENTO.

LINEA FAMILIÆ OSSORIORVM.

OSoria *miles eximius, cui talia arma collata fuerunt, ex quo proceſſerunt, vt inquit* Longinus *viri ciuiles & humani. Albertus Oſoria Aduocatus Craconienſis, qui Duci Opolienſi Cracouiam ſubiecerat Vladislao Lokietkoni aduerſando. De quo* Cromer. lib. 11. *Eius frater germanus Præpoſitus Miechouienſis conceſſerat in vſum fratri Letkowice, ſed confiſcando bona Aduocati Rex, & villam à prædicto Monaſterio ademit. Accidit hoc Anno* 1313.

Brochoccij, *Andreas Præfectus militum in Sluzow, vt Marieburgum oppugnaret.* Bielſc. ſub Anno 1410.

Terawſcij, *in Sanocenſi Terra. Viri probi & amantes Patriam. Stanislaus cum Tarnowſka armorum Sas reliquit hos filios. Iacobum qui cum Solomonſka armorum Korczak, aut Wręby ſuſcepit prolem. Melchiorem, qui filias reliquit.*


Boklowſcij *in Syrad. Palat. Suſcipiunt in Patria pro honore illius libentius per amorem virtutis, quàm per deſiderium voluntatis laborem.*

Laſowſcij *ibidem, Iura Dei & Reipub. obſeruant, nam regulam ſummæ rectitudinis amant.*

Buſkowſcij *ibidem, Viri boni nominantur, vtinam ex iuſtitia, religione, fide, & veritate.*

Konraccij, *in Petricouienſi diſtrictu. Quia indigne tranſacta iuuentus odioſam reddit ſenectutem, literis, politiá, virtute, & moribus excellunt.*

OSTOIA.



DELINEATIO.

SVNT duæ lunæ auerſæ, medius intra eas eſt gladius quaſſatus ſine capulo, in campo rubeo. Super coronam pennæ tres Strutij, lunæ aureæ.

ORICO.

BOleslaus Audax, Anno 1069. contulit hæc arma eximio & ſtrenuo militi Oſtoia dicto. Nam dum cuſtodiam hoſtilem adortus ſtrenuè occidiſſet, captiuaſſet auſus eſt captiuus proditionis ſuorum rem agere. Iurauit igitur illâ nocte in lunam lucentem quod erit fidelis. Reddidit Oſtoius ſuum equum & arma, diſcedit igitur ad ſecundam cuſtodiam, & vt ſecuri ſint, nilque pertimeſcant admonet. Credunt facilè vti quem benè nouerant, diſceſsit ille quaſi ad caſtra, & à latere declinando, Oſtoium armatum cum milite deduxit, quos ille facilè compreſsit. Demùm conſilio facto in caſtra proditor venit, dedit ſecuritatis rem & victoriæ ſpem, incautos ergò dato ſigno à proditore Oſtoius inuaſit, diſperſit, occidit, quos tota fermè hebdomada in ſyluis quærendo & inſequendo ad vltimum profligauit. Talia igitur arma liberalis Rex conceſſit tan-

ſit tanto bellatori, lunam ob noctis tempus quo bellauit, & gladium quaſſatum quo multoties hoſtes deuicit. Video quoque à Paprocio in horto Regali originis horum armorum antiquitatem, ſed vereor vt habeat probabilitatem. Adducam iudicio altiori maſticandam. Poſteritas inquit Iapheth poſt confuſionem ad Babel in Croatiam venit, & factus eſt dominus inter ſuos. Hic quia lunam pro Deo coluit, illam quoque in ſignum accepit. Proximus morti maiorem natu in locum ſuffecit, qui dum inſtinctu diuino in Sabam appulit, vnà cum Gaſparo & Melchiore Regibus in Bethleem peruenit, & hic erat Balthaſar, qui vt rediјt, in memoriam itineris ſtellam ad lunam pro inſigni addidit. Dum verò poſt quoddam bellum & victoriam redibat, à fratribus Oſtoia ſeù Oſtawiciel ſalutatus fuit. Mutauit tunc fælicitate bellicâ elatus inſignia & inter duas lunas appoſuit gladium, quando verò ex Croatia Lechus & Czechus in vlteriores ripas & terras deſcenderunt, etiam poſteritas Balthaſari cum illis venit, quorum vna remanſit cum Czecho, alia diſceſsit cum Lecho. Hinc arma hæc & in Bohemia reperiuntur: *Hæc ille,* Sed mihi verior apparet origo prima, & concordat cum re & Hiſtoricis, niſi fortè diſtinctione ſaluetur, quod Oſtoie in Bohemia origo eſt iſta, Oſtoie autem in Polonia, eſt origo illa, poſtquam renouationem in Regno obtinuit.

FÆLIX CVRSVS LVNÆ.

OMnis quidem comparatio excellentis ad minus excellens odioſa eſt, ſed non ideò curſum fælicem lunæ adſcribo, vt comparatiuè quid dicam, at quoniam fælicem quoque curſum & luna habet. Eſt fæliciſſimus curſus ſolis, nam *Macrob. lib.* 1. *Somn. Scip. cap.* 17. dicit. Eſt hominum generi proſper & ſalutaris ille fulgor, qui dicitur Iouis, ſed Sol dux & Princeps, moderatorque reliquorum luminum, mens mundi qui cuncta ſua luce luſtret & compleat, verùm & luna fælicem ſuum curſum habet. Quapropter idem *Macrobius*, lunam omnibus viuentibus in fælicitatem aſsignat. Inquit enim Cap. 1. lib. 1. *Nec dubium eſt, quin luna ſit mortalium corporum & auctor & conditrix.* Et Cap. 17. *Lunaris inquit orbis terrenorum primus.* Vnde plurimæ lunæ beneficia circa animata & inanimata ab eodem *Macrob. ad finem Libri VII. Saturnalium enumerantur.* Dum arma hæc lunas & gladium introſpicio, fælicem curſum vobis ominor, Luna media cum capite, qua vt inquit *Beroſus Scytha* priſcus filius Araxe vtebatur, erat tantæ fælicitatis, vt innumera progenies in poſteritatem ipſius venerit. Ab illo enim Alani, Hunni, Gotti, Bulgari, Slaui, Turci, Tartari. Sub armis veſtris, quantæ gentes fuerint, ſi vtramque originem armorum conſiderabitis, quis facilè numerabit? ſed demus quod in Regno arma acquiſita ſunt, iam tot & tantos Epiſcopos, Palatinos, Senatores, Præfectos, Duces, Rothmagiſtros, milites, &c. quibus Familia veſtra reſplenduit, quis calamo manifeſtabit? Lu-

nam & Solem ſymbola dicebant perpetuitatis, credebant enim Ægiptij, quod Sol & Luna erant res elementi perpetui, quæ propriâ virtute omnes res generant, conſeruant, perpetuant. Vnde ſi luna eſt in ſagittario, naſcuntur viri Martis & bellicoſi, litem amantes; ſi luna eſt in Geminis, tunc qui naſcuntur curam domus & gubernationis rectè adminiſtrabunt, ac curabunt; ſi luna eſt in Sole, defectum pati Regnum vel Principem præſagit. Ita Iul. Cæſ. Capaccio, *Impreſſ. lib.* 1. *cap.* 8. ſi fides eſt danda. Equidem lunæ veſtræ perpetuum reddiderunt æuum fide, gloriâ, virtute. Vnde de Martino Szyſkouio Epiſcop. Cracouiæ relictum eſt.

Szyſſkowſki ſcierat (quod diſcat Epiſcopus omnis)
Quàm ſuauis Paſtor, quàm grauis eſſe Pater.

Nam licet magni in curia Regum, dilecti in Repub. expectati in Senatu, deſiderati in Caſtris, accepti in conſilijs fuerunt, rectum tamen ſemper & cuique ſine reſpectu dicere reperti ſunt. Delectat me dictum Friderici Traiectenſis Epiſcopi, qui à Ludouico Pio Imperatore dum admoneretur, vt abſque vllo perſonarum reſpectu ius diceret, *Reſpondit*: Rectè mones, ſed & illud à te ſcire cupio, vtrum piſcem hic appoſitum à capite an à cauda aggredi deceat. *Cum dixiſſet Imperator*, à capite vt à præſtantiori parte, ſubintulit. Ergò & tu Imperator renuntia prius inceſto coniugio quod contraxiſti. Profectò erant in Senatu Oſtoij, quales pagina ſacra deſiderabat. Deut. 1. *Date viros quorum conuerſatio ſit probata.* Et ſi licuit apponere cuidam ad gladium, *Vice valli ero.* Mehercule armis his quem vallatum lunæ demonſtrant dandum lemma hoc: *Vice valli fui, ſum, & ero.* Nemini equidem ignotum eſt legenti Hiſtoriam, quæ & qualia merita in toga, ſago, Oſtoiorum fuerunt & ſunt. Igitur clara poſteritas Maiorum ſuorum merita & geſta recenſentes, & memoriâ perfricantes dicti Caroli V. Imperat. recordamini, qui quod Præceptoris ſui Hadriani monitis non adeò optemperaſſet dicebat: vtinam atq; ter vtinam monitis Hadriani paruiſſem, iam non interprete nec alias opus haberem. Sic enim popularis luna veſtra in cælis quoq; vobiſcum collocabitur, vnde quidam in arma veſtra reliquit.

Cerne crucem, medio lunarum quæ ſita fulget
Dic; Domus hæc tanget nobilitate Polum.

LVNÆ LABORANTI SVCCVRRE.

ANtiquorum mos fuerat vt lunæ laboranti ſeu Ecclypſanti ſuccurrerent, vnde Iuuenalis de quadam clamoroſa muliere dixit: *Quaſi Vna laboranti poterit ſuccurrere lunæ.*

Succurrebant verò eo modo laboranti, vt omnibus nunc ridiculo ſit. Aliqui enim ſicut *Plin. lib.* 2. *cap.* 11. refert credebant, quod luna patiatur defectum ex incantationibus, vnde ad priſtinum ſplendorem non niſi diſſono æris crepitu poſſe reuocari dicebant. Quod etiam Romanis Plutarchus in Æmilio aſcribit. Aliqui autem clamoribus diſſonis talem lunæ morbum leuabant,

leuabant, vnde *Seneca lib.* 7. *cap.* 1. Nemo obſeruat lunam niſi laborantem, tunc vrbes clamant, tunc omnes pro ſe quiſque trepidant. Cuius meminit *Ambroſius ſerm.* 82. ad populum. Sed vanum eſt remedium lunæ patienti, quia nec ipſi eo pacto ſuccurrere poterant, & Eccleſia Catholica ore S. Auguſtini Tractatu de rectitudine Catholicæ conuerſationis. *Nullus* (inquit) *quando luna obſcuratur vociferare præſumat, quia certis temporibus Deo iubente obſcuratur.* Verum enimuerò licet lunæ cæleſti laboranti ſuccurrere nefas, veſtræ tamen lunæ perneceſſarium eſt, quod etiam gladius in formam crucis transformatus lunas ſuſtentans, vos edocere feſtinat. Eget vt ſibi ſuccurrat S. Eccleſia, cuius ſuccurſu omnes ſtabiles ſunt familiæ & Regna. Expoſcit ſuccurſum à Regibus, eò enim modo intrepidè permanſit. Mendicat ſuccurſum à virtutibus, nam hæ ſolæ vt nobilem, ita & firmum conſtituunt & conſeruant. Requirit laboris ſuccurſum, nam otia vitia, ignauia inopiam & ignobilitatem generant, & inducunt. Vnde quondam Academia Cracouienſis in arma veſtra ſubſcripſit.

Hoſtili Lunæ opponas ſi hæc cornua Lunæ
Vincere vel ſolas non valet vna duas.
Adde crucem, fugiet Stygiæ impia Luna phalangis
Vinci non poteris, vincere ſola potes.

Equidem Luna ſemper fuit nobilitatis argumentum, nam ipſi Arcades qui Luna priores dicebantur, hoc inſigne habuerunt, quo ſui generis antiquitatem teſtarentur. Ita Ouid. 2. Faſt.

Ante Iouem genitum terram habuiſſe feruntur.
Arcades, & Luna gens prior illa fuit.

Romani quoque qui antiquitatem ſuam ad antiquiſsimos heroas referebant, lunam pro inſigni geſtabant. *Roſinus lib.* 5. *cap.* 36. Sed vt ſemper luna fuit nobilitatis argumentum, ita quoque erat ſobrium ſucceſſoribus incitamentum, quatenus lunæ non laboranti deferant, laboranti verò ſuccurrant. Nil enim ſtemmata aliud nobilitatis ſunt, quàm lux veritatis, memoria vitæ, nuntia vetuſtatis. vnde ſicut inter omnes ſtellas ſola luna proprio ſplendore caret, ita ſi poſteritas harum lunarum proprio lumine lumen non tribuet, defectum & Ecclypſim notabilem ſuſtinebit. Ergò volitet veſtrum per ſæcula nomen.

LINEA FAMILIÆ OSTOIA.

OStoia *miles ſtrenuus, cui primo à Boleslao Audaci, in Regno talia arma collata fuerunt. Aut qui ex Croatia & Bohemia hic cum Lecho venerat, ſi origo loco ſecundo poſita aliquid præſefert veritatis. Styborius quem aliqui Oſtoium eſſe dixerunt: Plurimos enim Styborios referunt Priuilegia antiquorum Monaſteriorum in Regno, quorum aliqui Comites erant de Iableczna, alij Comites de Poniecz, circa Annum* 1099. *Quod non aduerſatur Oſtoiis qui*

à Boleslao

à Boleslao Audaci inſigne hoc obtinuerunt, nam ille annis ſuperioribus regnauit. Styborium Oſtoium hæredem de Glew, virum armis & victoriis clarum Caſimiri Regis literæ declarant, de Data 1290. Styborius Oſtoia de Radźimino ex Archidiacono Plocenſi beneuolentia Semouiti & Ianuſſij Ducum Maſouiæ, Epiſcop. Plocenſis. Hic in Patria ſua nouam coctо latere Eccleſiam ſtruxit & ornamentis decorauit, mortuus 1390. De hoc aliter Papr. in ſecundo Opere, *ſed Reuerendiſſimus D. Illuſtriſſimus Lubienſki Epiſcop. Plocenſis, in vitis Epiſcoporum Plocenſium fol. 115. hæc & alia de illo retulit. Petrus de Chodkowo Epiſcop. Plocenſis, iiſdem armis vtebatur inquit* Papr. *Illuſtriſſ. autem Lubienſki Epiſcop. Plocenſium ſcriptor ſin pe plebeia natum, Doctorem Medicinæ fuiſſe aſſerit. Sed pius vir, & eximius verbi Dei ſeminator, quem Andreas Oporowſki diſcipulus per annos 12. dicti Petri in Epiſcopum conſecrauit. Atq; ita non deturpauit Familiam Oſtoiorum, tàm bonus & pius Senator & Pater, Obijt 1497. Procopius Epiſc. Vladiſlau. quem ibidem refert Epitaph. Moſciſſ de magna Kozmin Pal. Poſnan. quem literæ priuilegiorum Anno 1260. memorant, cuius filius dum Kmitæ Sobienſcij filiam in coniugem accepit, atq; in dote Dinouiam & Rzeſcuiam poſſedit, cum filios non reliquiſſet, ad Nicolaum de Zerkow bona hæc iterum in dotem tranſierunt. Vltima de hac Familia erat Nicolai Dźiałonſcij conſors, cum qua accepit Chocinenſia bona in Cuiauianſi Terra. Styborius Ludouico Pol. & Vngariæ Rege ſceptra gubernante eximius triumphator, nominatus à Kuiauienſibus & Maſouitis. Rex Cuiauiam contra Zemouitum occupare intendebat. De quo* Cromerus lib 14. *Eundem Styborium aut filium potiùs ipſius meminit* Cromerus lib. 15. *quod ad Nicopoliam Sigiſmundi Exercitus ſuperatus fuiſſet, ille ſuper equum armatus & loricatus per Danubium traiecit. De illius fidelitate in Regem, refert* Cromerus lib. 15. *Creatus ab illo Palat. Tranſiluaniæ, ſepultus Caſimiriæ in Monaſterio S. Catharinæ. Illi Simon Starouolſcius, inter bellatores Sarmaticos tale Epitaph. erexit.*

Qui legis diſce ex me, viro forti vbiq; Patriam eſſe. Ego Sciborius Sciboricius Gente Oſtoius, ſub Ludouico Rege Patrium ſolum linquens in Hungariam commigraui, Sigiſmundiq́ue Imperatoris caſtra ſecutus, honores ab eo tantos pro meritis tuli, vt anteponi mihi nemo, comparari verò vix quiſquam poſſit. Principatu ſiquidem Tranſiluanico donatus, conſilijs eius non interfui ſolùm, ſed & præfui, Exercitibusq́ue omnibus imperando, trophæa ex hoſtibus deuictis, retuli. Nunc heu ſortem humanam, calcor ab omnibus, tectus hac humo.

Chelmſcij *in Cracouien. Palat. antiquiſſima & multis decorata præmiis Familia. Deſcendunt à Sciboriis ſeu Styboriis. Sciborium Chelmſki Præfectum Maioris Poloniæ, refert* Cromerus lib. 24. *poſt initium. Marcianus Vexillifer Crac. ob virtutis ſpecimen, omni bono Patriæ, ciui ſpeculum, militaris & conſilij grauioris documentum, & decus. Ex Pieniaſkowná reliquit fi-*

lios

lios Marcianum Succamerarium Generalem Palat. Cracouień. Bochnenſem, Vielicenſem, Rycynolenſem Capitaneum, qui in exteris nationibus Hiſpania, Gallia, Italia, Germania ſuæ indolis acumina ob perfectiorem Patriæ, & Reipub. decorem & amorem collegit, in Caſtris Cæſareæ Maieſtatis adoleſcentiam Marti præſentauit, vitam & ſanguinem Patriæ obtulit, & donauit. Illius fratres germani Nicolaus & Stanisl. qui iuxta nobilitatis ſuæ & effuſa merita digno honore & memoriâ æuiternâ conſeruandi ſunt. Ioannes Stephanus Chelmſki, Rothmagiſter tempore Interregni, poſt fœlicis recordationis Sigiſm. III. Regis deceſſum, ex Palat. Cracouień. electus. Stephanus Chelmſki Vladisl. IV. Regis Camerarius ſub electionem Sereniſſimi, nunc altioris ſpei deducit fortunæ incrementa.

Krezij *de Bobolice, antiqua reuolutione annorum excellit Familia. Nicolaus Kreza in bello ad Socalum in captiuitatem Tartaricam deuenerat, quem cum Turca pecunia comparaſſet, in verbum nobile, vt deferat pro ſe ſummam certam pecuniæ, in Patriam miſerat, qui vbi ſtetit verbo & retulit pecuniam ſuo Patrono, fidelitatem admiratus Turca totum ſibi donauit, inſuper equum cum frameа contulit, & in regnum remiſit. In Patria Rothmagiſter digniſſimæ excellentiæ creatus, ſummam in Caſtris obtinuit laudem. Contracto matrimonio cum Anna filia Checinenſis Præfecti Hieronymi Szafrániec, adiecit cum ea bonis propriis oppidum cum ſuis villis Wloſzczoniam, reliquit filios Ioannem, Martinum & Iacobum, filias quatuor. Iacobum Kreza Oſloium,* Bielſc. *refert ſub Anno* 1406. fol. 436. *Quod ſi poſteritas illorum remanet, profecto ſi eorum*

Luna ſolum Patriæ, ſolium crux alba ſerenat
Pro meritis debent lumen habere nouum.

Szyskowſcij, *in Caliſień. Palat. Horum claram progeniem quæ anteceſſorum ſuorum merita digniſſimis illuſtrabat factis* Illuſtriſſ. *& Reuerendiſſ. DD. Martinus Szyſkowſki, ſummoperè auxit & ornauit. Nam dum iuuentutem ſuam præcipuis florentem reddidiſſet literis duorum Epiſcoporum Cracouień. Petri Myſzkowſki, & Bernardi Macieiowſki Cardinalis Cancellarius fuit, quo in munere maturam & ſenili iam prudentia inſignem, in rebus Eccleſiæ cum laude & admiratione omnium operam nauauit. Inde ex Canonico Cracouień beneficio Sigiſmundi* III. *primum Coadiutor Stanislai Gomolinſki Epiſcop. Luccorień. mox ſucceſſor illius fuit. Et cum Regi viduo deſponſatam Coniugem ex Familia Auſtriaca vnâ cum Sigiſmundo Myſzkowſki Marſchalco Regni deduxiſſet, Epiſcop. Plocen. renunciatus fuit, cum etiam antea legationem ad Rudolphum Imperatorem cum Regis, Patriæ ſuaq́; dignitate obiuerit. Demum Anno* 14. *ſui Epiſcopatus Plocen. in quo iam non ſolum ſeneſcere, ſed vita etiam fungi cogitabat, iamq́; & ſepulchra & ſacras pro animi ſua expiationes deſignabat, ipſum Deus ad primam in Regno dignitatem Epiſcopalem. Cracouień. vocauit, ad quam promotus remanſit, quo in officio*

ita ſe geſſit, vt meritò dubitares, an ille maiorem officio contulerit, an ab officio retulerit dignitatem Paſtor & Senator: Paſtor Dei Diuorumq́ cultum & honorem promouit. Adhuc Canonicus Cracouień. exiſtens, Confraternitatem Compaſſionis Chriſti, primùm in Poloniam introduxit, eamq́ PP. Ord. Minorum Conuentualium, ad Eccleſiam S. Franciſci Cracouiæ, moderandam commiſit, in Capella ibidem huic Confraternitati à ſe magnificè & magno ſumptu extructa, & variis ornamentis ad deuotionem erga Chriſtum paſſum excitantibus decorata, quæ hucuſq́ cum magna populi deuotione ſtatis temporibus exercetur, & ex qua tanquam palmites ex viti frugifera aliæ ſimiles Confraternitates, in aliis locis Regni prodierunt, & fundatæ ſunt. Iam Epiſc. Cracouień. Indulgentias Stationum ſeptem vrbis Eccleſiarum ex conceſſione Apoſtolica in ſeptem principalioribus Eccleſiis Cracouiæ inſtituit. PP. Ord. Minorum de Obſeruantia ad Kicleas, in monte Kurczowa dicto, æreſodinis quondam noto templum in honorem S. Caroli Boromæi, eius inſigni reliquiâ Mediolano à ſe aduectâ illic repoſita, & Monaſterium extruxit. In Eccleſia Cathedrali Crac. S. Stanislao ſuo in Epiſcopatu Anteceſſori & Patrono Regni, Sepulchrum munificentiſſimum cum Altari ex argento, valoris ad centum quinquaginta millium florenorum erexit, & ad vacandum ad illud Diuinis, Collegium 9. Sacerdotum Angeliſtarum dictum inſtituit, & ſufficienter dotauit, quorum munus eſt cantu Symphoniaco, ad idem Sepulchrum ſingulis Feriis ſecundis decantare Miſſam de Angelis, Feriis quartis de S. Stanislao, Feriis ſextis Requiem, & vltra hoc tres Miſſas pro defuncto Pontifice ſingulis Septimanis legere. Ilzæ quod eſt Oppidum Epiſcop. Crac. vbi antea Præpoſitum egerat, Templum è latere cocto, Sacellum è ſecto lapide Parentum oſſa excepturum condidit, vbi & Caſtrum vetuſtate collapſum, operoſa molitione & auguſtiore forma inſtaurauit. Eccleſiæ ſuæ Cracouien. poſſeſſiones & fundos hominum aut temporum iniuria violatos, direptosq́ recuperauit, & ſtabiliuit. Paſtor cum eſſet vigilantiſſimus, ſublaturus Schiſma Ruthenorum, Luceoriæ Collegium cum Gymnaſio Societatis IESV fundauit, quamprimùm Epiſcopatum Cracouień. iniјt, ſtatim coacta Synodo Diæceſana, Cleri reformationi, morum integritati, & Diuini cultus amplificationi, publica inſtituta, legeſq́ tulit. In hac ſua Diæceſi, Paſtorali ſuo pedo Hæreticos terruit, pluſquam quadraginta Templa ab ipſorum manibus aut corruptorum vindicauit, Catholicis reddidit. Munificentiſſimus in Religioſorum cætus, ac egenos & pauperes, præter annualem annonam cuilibet Monaſterio, & Xenodochio aſſignatam, quolibet Anno ad 14. millia florenorum in illos erogabat, memor illius, quod D. Hieronymus ad Nepotianum de Vita Clericorum ſcripſit. Gloria Epiſcopi, eſt pauperum inopiæ prouidere, ignominia eſt Sacerdotis proprijs ſtudere diuitijs. *Prudentiſſimus Senator Reipub. bonum amauit, & etiam in arduis negotiis curauit, ciuiles tumultus, ſeditiones, confæderationes militares authoritate, gratiâ efuſiſſimâ in omnes cuiuſuis ſtatus & conditio-*

conditionis præcipuè in militares liberalitate, diſſoluit, aut placauit. Bello Turcico ad Chotimum Anno 1621. tota ferè nobilitate occupata cuſtos Metropolis Regni Cracouiæ publicè deſtinatus, numeroſo milite inſtructoq; præſidio confirmauit. Sed quis poterit enumerare virtutes & merita tanti Pontificis & Senatoris, cuius conſiliis, auxiliis, prudentiâ & liberalitate Reſpub. ſuſtentabatur, fouebatur. Ipſi à quodam eximiè ominatum fuerat in Arma ipſius.

Chriſtus Sarmaticus dum lumina flexit in arces
Szyſkouiæ Gentis viderat ille crucem
Virgo parens oculos etiam dum vertit eodem
Szyskouiæ lunas viderat illa domus
Dixit Chriſtus, erat Crux noſtro hæc digna cruore
Hæ Lunæ pedibus Virgo Maria meis
Martino roſeo ſacer hæc tandem edidit ore
Pro cruce Szyskouius vult meus ecce mori
Sub pedibusq́ue tuis cum lunis Virgo iacere
Martino ergo tuo Nate Parensq́ue faue

Succeſſit huic ſuo Patruo Præſuli & Senatori in virtutibus, ſucceſſit & in honore Pontificali Nicolaus Szyſkowſki Epiſcop. Varmien. ob præclara ſui in Rempub. merita, diuerſis honoribus cohoneſtatus, primum Cantor Crac. & Canonicus Plocen. ex quibus Capitulis multoties Iudiciorum Tribunalitiorum Regni æquiſſimus Iudex, deinde promotione Sigiſmundi III. Adminiſtrator Abbatiæ Czeruinſcen. & ſimul Maior Secretarius Regni, tandem à Vladislao IV. Sereniſſ. Rege in Comitiis Regni Coronationis ſuæ 1632. publicè coram toto Senatu Epiſcop. Varmien. renunciatus, cui poſtea ab eodem Epiſcopatus Vladislauien. conferebatur, quem ille ſorte ſua iàm contentus, gratiis pro fauore Sereniſſimo Regi actis non acceptauit. Obijt Anno 1643. Huius frater vterinus Martinus Szyſkowſki honoratus Præfectura Lelouien. & affinitate cum Illuſtriſſ. Familiis acceptâ coniuge nepte ex fratre Illuſtriſſ. Sapieha Palat. Nouogrodenſis, & ſorore Illuſtriſſ. D. Alberti Stanislai Radziuilij Ducis in Olyka & Nieſwez Cancellarij M. D. Litu. Tertius nepos Epiſc. Crac. N. Szyſkowſki ex alio eius fratre germano Georgio Szyſkowſki matre Sloſtowſka; hic poſt ſua, in ætate iuuenili in campis Martis in Confinibus Regni & in Moſchouia exercitia, pacatam vitam elegerat, acquiſitis multis bonis & poſſeſſionibus amplis in Palat. Caliſien. in Nido originali Dominorum Szyſkouiorum conſederat, affinitatem contraxerat cum Nobiliſſima Familia Rozrazeuiorum, acceptâ in vinculum matrimonij Helena filia Ioannis de Zychlinice, nepte Illuſtriſſ. Hieronymi Rozrazewſki Caſtell. Miedzyrzecen. Fuit ille primò Vexillifer Caliſien. poſtea Caſtell. Biechouien. Hi eius tituli & honores declarant virtutes & merita ipſius in Patriam. Petrus Szyſkowſki, nepos item Epiſc. Cracouien. ſed ex fratre eius Patruele, non tantùm meritis ſuorum maiorum gloriatur, ſed etiam eorum facta propriis virtutibus

illuſtrat & grauioribus meritis in Rempub. & Patriam adiuuat & ornat, ipſi vitam, ſanguinem, & ſubſtantiam promptè & liberaliter offert. is pucritiæ & adoleſcentiæ annis liberalibus ſtudiis in Regno impenſis, in alia Europæ regna cauſa maioris fructus & vtilitatis ſtudiorum profectus Germaniam, Belgium, Galliam, Italiamq́, peragrauit, omnium iſtarum gentium linguas, & neceſſariam ſcientiis conſummandis præſertim in rebus bellicis experientiam, poſt aliquot annos in Poloniam retulit. Mox ergò vt rediit Aulæ Regiæ ad obſequia admotus, eam prudentiæ & eruditionis formam ſparſit, vt omnium in ſe oculos conuerterit, & amorem Regium Sigiſm. III. ſibi conciliarit, nec tamen eum Aula retinuit, ſed ſemper pro loci & temporis occaſione obſequia ſua Patriæ, & Reipub. propriis ſemper, & vbiq́; expenſis, tum legationibus ad externos Principes, tum auxiliaribus copiis militum, tum in aliis negotiis detulit. Nam dum Illuſtriſſ. Chriſtophorus Dux in Zbaraz, ad Imperatorem Turcarum legatus miſſus fuerat, ipſe propter maiorem æſtimationem apud Barbaros Regij Legati & gentis Polonæ comes eius itineris fuit, vt etiam mores Turcarum experiretur, & poſtea expedition contra Turcas miles euaderet. Ipſemet Anno 1624. ad Principem Electorem Imperialem Brandeburgeń. Ducem Pruſſiæ in Germaniam Legatus, munus ſibi commiſſum cum laude & honore perfecit, Et iterum Principi Poloniæ & Sueciæ Caſimiro aſſociatus, Cæciliam Renatam Auſtriacam Sereniſſ Regi Vladisl. IV. coniugem deſponſatam, Vienna cum eo non contemnendo Comitatu deduxit, quapropter à Sereniſſ. Rege Præfectura Varceń. honoratus eſt. In multis expèditionibus bellicis, cum non contemnenda manu militum ſumptu vbiq́; proprio Patriæ inſeruiuit, vt in Confinibus Regni contra Tartaros, in Pruſſia contra Guſtauum Suecum cum Sereniſſ. Vladislao IV. vbi per totum tempus expeditionis manſit, vſq́; quo pax eſt conſtituta, & antea ſub tempus electionis eiuſdem Regis, publicæ pacis & ſecuritatis causá expeditus Rothmagiſter, militum proprio ſumptu conductorum fuit. Matrimonium primo vinculo tenuit cum Heliſabetha Laſocka, filia Ioannis Laſocki Caſtell. Cerſceń. matre ex Illuſtriſſ. Familia Sapiehorum, Palat. Poloceń. nata. Alterò, cum filia Ioannis Zebrzydowſki, Enſiferi Regni, ſororia Illuſtriſſ. Stanislai Lubomirſki, Palat. & Capitanei Generalis Crac. Tertiò, cum filia Ducis in Wiſniowiec Palat. Ruſſ. & N. Mniſzkowná Palatini de Sendomirień. ſorore vterina Sereniſſ. Duciſſæ Moſchouiæ. Et quamuis tunc fuerit implicatus occupationibus domeſticis, nullam tamen occaſionem omiſit bene merendi de Repub. Multoties Iudex Iudiciorum Tribunal. Regni, aliquando etiam & Marſchalcus fuit. Fauore Sereniſſ. Vladisl. IV. primò Caſtell. Sadeceń. mox poſt ſemeſtre Voyniceń. factus. Creſcit enim in illo amor Patriæ, obſeruantia Regiæ Maieſtatis, & ideò etiam creſcunt, & vtinam adhuc creſcant præmia meritorum, & dignitates. Non minus eius frater germanus Andreas Szyſkowſki Familiam ſuam naturæ & ingenij dotibus exornabat, iuuentutem ſuam literarum profectu

apprime

apprimè inſtructam in vſum conſpicuum Patriæ deducendo, S.R.M. Secret. in expediendis ſecretioribus literis diuerſarum gentium linguarum gnarus, obſequia ſua Sereniſſ. detulit, Scholaſticus Crac. Decanus Sendomirien. Præpoſitus Ilzen. fuit, ipſum propter ſuam virtutem & merita maximi in Regno honores, etiam Mitræ Epiſcopales expectabant, ſed mors inuida telam ſuccidere iuſſit, Vilnæ in obſequiis Regiis obijt. Ioannes Szyſkowſki, nepos item Epiſcop. Crac. iuuentutem ſuam artibus liberalibus inſtructam obſequijs Patriæ, in Caſtris miles, in Moſchouia & in aliis locis reddidit, Aulicus intimus, Cubicularius Regius, poſtea pacaciora vita electa in Palat. Caliſien. conſedit, in conſortium matrimonij accepta N. Zarębianká, ex nobiliſſima Familia Zarębarum in Maiori Polonia. Nicolaus Szyſkowſki vir ſummi ingenij, experientiæ multæ, iuris vt maxime peritus, Iudex primùm Terreſtris Vielunen. poſtea Succamerarius eiuſdem Terræ, in vtroq; munere æquitatem amans, largus in Eleæmoſinis ergá pauperes, memor leti Caliſij ad Eccleſiam PP. Societatis IESV *pro excipiendis ſuis ſuorumq; cineribus, magno ſumptu Sacellum extruxit, laminibus æneis texit, ipſum pro faciendis in eo Sacris magna ſumma pecuniæ dotauit, vt in eo Szyſkouiorum perpetua memoria vigeat.*

Karlinſcij *in Palat. Crac. in diſtrictu Lelouien. antiquiſſima Familia meritis in Rempub. præclara, in quatuor Lineas diuiſa, ex quibus aliqui cognominati fuerunt Szyowy, eò quod vnus illorum à vulnere atroci, quod habuit in ceruice, vocatus erat Szya, & hinc ab eo deſcendentes dicti ſunt Szyowy, horum Szyouiorum mentionem faciunt diuerſa Acta Iudicialia ſub Caſimiro Rege. Abraham in diuerſis expeditionibus Regni miles, in Actis Lelouien. Terreſtribus Anno* 1527. *nominatur, dum eius duo filij, inter ſe faciunt diuiſionem bonorum, quorum vnus Ioannes dictus erat Szyia, cuius duo filij Gaſpar & Martianus, non degener à Patre, vterq; miles pro Patria, quod teſtantur literæ conductuiæ militum ipſis tranſmiſſæ in Archiuio Karlinſciorum hucuſq; aſſeruatæ Martianus ſteriliter deceſſit, Gaſpar miles ſtrenuus pro Patria, non parcens carni & ſanguini, vt eam incolumem ſeruet; ex Sophia Zeronſka habuit* 12. *filios, quorum ſeptem pari fortitudine dimicantes, pro Patria in bello glorioſè occubuerunt. Sigiſmundus cui hoc nomen in Baptiſmo indiderat, in gratiam Sigiſmundi III. tunc primo in Regem Poloniæ electi, ab ipſomet Patre, adhuc puer penè in cunis exiſtens occiſus, hac occaſione: Arcem Olſtinen. ille Præfectus militum exiſtens, pro Rege Sigiſmundo contra Maximilianum Auſtriacum Regnum Poloniæ affectantem defendebat, Maximilianiſtæ miſſo tubicine imperabant ſibi arcem dimitti, addentes minas Karlinſcio, niſi dimitteret ſe occiſuros eius filium (hunc Sigiſmundum quem cum eius nutrice in quadam poſſeſſione cæperant) ille immemor carnis & ſanguinis, memor amoris Patriæ & fidelitatis ſuæ erga Regem, tormento bellico in conſertam multitudinem Maximilianiſtarum exploſo, ſimul cum illis, & filium ſuum interfecit. Duo eius filij Valentinus & Martinus, & ipſi continui in Caſtris, ſcientes ſe*

tes ſe in bellica domo natos, egregijs pro Repub. geſtis, nomen auitum bellicis actibus multis in locis, ſed præcipuè in Moſchouia circa Smolenſcum ſub Sigiſmundo III. & Vladislao IV. Regibus exornabant. Valentinus officio Excubitoris Ducatus Smolenſcen. ornatus ibidem functus eſt. Martinus eiuſdem Ducatus Vexillifer, multas poſſeſſiones in illis partibus, à dictis Regibus pro bene meritis acquiſiuit, Hic totam penè vitam ſuam in Caſtris glorioſè exegit, non modo in Patria, ſed etiam in exteris nationibus, vt in Vngaria ſub Imperatore Rudolpho, vbi bellicis actibus iuuentutem ſuam excolebat, inde vt in Patriam redijt, ſtatim ad Caſtra ſe contulit, nullam occaſionem bene merendi de Patria prætermiſit. In Liuonia in Exercitu Magni illius Herois Ioannis Caroli Chodkieuicij Ducis Exercituum, ac ſub ſignis Magni illius Moſchorum terroris ac domitoris Alexandri Gaſiovſki, cui vt eximio bellatori charus miles & à latere extitit, multoties in Exercitu præcipuè Lituanico Rothmag. aliquando etiam & Chiliarcha, aliquando locum tenens Directoris Centuriarium, aliquando & Iudex in Caſtris ius militibus dicens extitit, penè per omnes gradus Martis probatus miles pro ſalute & incolumitate Patriæ animæ ſuæ prodigus. Dum enim Smolenſcum à Moſchis forti exercitu obſidebatur, animandi erant obſeſſi ad fortiter reſiſtendum hoſti, & ſuppetiæ ipſis erant tranſmittendæ; & id difficile videbatur, cum omnes ad Smolenſcũ aditus hoſtilibus copiis inſiderentur, vtrumq; negotium Karlinſcius miles ſtrenuus & audax, gloriæ auidus, iuſſu Regio libenter executus eſt, & per cuneos hoſtiles in vrbem, & ab vrbe binâ vice ſemel cum literis Regiis, & iterum cum ſuppetiis penetrauit, ac ſaluus & incolumis duobus tantum ſuis cõmilitonibus deſideratis periculum omne ſuperauit, ac ſubinde à Regia Maieſtate, & à toto Exercitu gratiſſimè exceptus, et maximam gloriam ac præmia pro tàm heroico actu conſecutus eſt.

Kárápczewſcij, *in Podoliá & in Belzenſi Terra, qui ob militarem experientiám nominis ſui gloriam reddiderunt magnificam in Regno. Petrum refert* Paprocius, *humanitate & beneuolentiá, alijsq; appropriatis optimo nobili virtutibus ornatum. Hic ex Magerowna armorum Szeliga reliquit prolem. Erant in Podolia* Kárápczewſcij *viri potentes diuitijs & caſtris, ſed malá educatione liberorum periodum domui impoſuerunt: nam vnus Patruum ſuum interemit, & ipſe eadem pæna ſublatus fuit. Quapropter Crateris admonitio penſanda eſt, qui altà conſcendendo clamabat:* Quo tenditis homines: qui rei faciendæ tantum ſtudium, filijs autem quibus opes veſtras relinquitis, curam perparuam impenditis.

Czernikowſcij, *in Lublinenſi Palat. Inter hos virum militia & politia clarum referunt Petrum, Auguſti, Henrici, & Stephani Regum Aulicum & Rothmagiſtrum. In expeditione Moſchouitica cum Stephano Rege Metatoris Caſtrorum expediuit officium. Demum ad oneranda tormenta bellica in ipſo defectu*

ſectu à Vielicoluco ad Zamośćie Io. Zamoyſcio ſuppeditauit in omni expeditione. Honoratus titulo Subdapiſeri Lublinen. Echo illius ad Patriam:

Defendent geminæ falces tua menia Lunæ,
In medio quorum fulget imago Crucis.

Rokoſij, *in Cracouien. Palat.* N. *Epiſcopus Cameneceņſis, cuius germani fratres viri bellicoſiſſimi & Rothmagiſtri circa annum* 1398. *Dobieslaus Rokoß miles, cui Vladislaus Rex ius Teutonicum conceſſit. Ioannes Rokoß Rothmag. ex milite ſtrenuo circa annū* 1474. *expeditiones militares* 26 *perſoluit. Iudex Cracouienſis ad annum* 1400. *Franciſcus, qui virilem ætatem vt exemplatā in poſteris relinqueret, contraxit matrimonium, & reliquit filios, Hippolytum, Venceslaum, Conſtantinum. Hippolytus exercitatam iuuentutem artibus & armis conſpicuam patriæ vbi reddidit, cum Wielogłowſka armorum Stárykon reliquit filios* 6, *& filias quinq́. Bartholomæus primus filius Pocillator Principis Vngariæ Ioannis: vt rediijt in Patriam eximius miles. Cum Glinſka reliquit prolem. Stanislaus alter filius tenuit matrimonium cum Pieniaſkowná de Kruzłowá. Alij fratres Ioannes, Sebaſtianus, Hippolytus. Filiæ, Barbara Sokolenſka, Dorothea Farurey, Agnes Ankwicij, Anna Trzećieccij coniuges. Venceslaus verò Hippolyti frater miles eximius in Vngaria, & Aulicus Reginæ, demum Borkolabus ſeu Capit. Varadini, & ibid. deceſſit. Conſtantinus frater illorum nondum maturus obijt. Hieronymus vbi poſt tyrocinia militaria & triumphales actus atq́ generoſos ſedatam vitam amplexus fuit, ex Anna Broniewſka Præfecti Stabuli Regij, & Præmislienſis atque Miednicenſis Capitanei filia ſuſcepit prolem. Stanislai & Ioannis, qui à Coſacis in bello occiſus fuit,* 1638. *cum Gen. & M. D. Petro Potocki pugnando circa Boriſthenis ora, referunt Epitaphia Lubartouiæ in Eccleſia Ord. Prædicat. ex quibus in Familiæ conſolationem illud Stanislai Rokoß adduco.*

VIRTVTI ET PERENNITATI.

Piis & Poſthumis Cineribus.

Generoſi D. Stanislai à Brzeziny Rokoſz, Viri, quem virtus à primis annis togata in Curia Palladis inſtituit. Medijs ſagata in Caſtris Bellonæ exercuit. Extremis victorem ex acie laureatum in Capitolium ſuum euocauit. Vigilantiæ teſtis eſt Vngaria, ad quam primùm adierat. Conſtantiæ Moſchouia, cuius expeditiones nullas neglexerat. Fortitudinis Scythia, quam in defenſione patriæ declararat. Felicitatis confinia Regni, quam à Barbaris propugnarat. Continentiæ Comilitones & vrbes, in quibus ſtatiua habuerat. Fidelitatis Duces copiarum, qui tuendos illi fines Regni ab incurſione Scytharum demandarant. Abijt à viuis ad viuos, Anno partus Virginis, M.DC.XXXII. Ætat. 54. Dignus vt illi Homericum illud adſcribatur: Hic omnino fuit bonus, & vir, & miles acer.

Leſci

Leſcij, *in Palatinatu Chelminenſi. ex quibus in Sendomirien. Palatinatu aliqui. Bartholomæus Leſki cum Heduigi de Szczekarzowice Tarłowna reliquit Ioannem Subdapiferum Lublinen. & filiam Sbignei Sienienſki coniugem.*

Pękowſcij, *in Cracouienſi Palat. Ex quibus Iacobus Secretarius Reg. Ioannes Salinarum Cracouienſium Præfectus. Amplecti morales et heroicas virtutes magnum quidem eſt, ſed non mereri illis ante maieſtatem altiſſimi, turpe eſt.*

Dubaniewſcij, *Hos inquit* Paproc. *Epiſcop. Camenecen. ad arma recepit ex quibus alij in Præmislien. Terra honore nobilibus conuenienti, vt Venatoris, &c condecorati fuerunt.*

Suchorabſcij, *in Sendomirien. Palat. Maximam poſteritati reliquerunt gloriam in Caſtris, Senatu, Comitijs, Iudicijs, conuerſatione, ſed fides Catholica defuit. Ex his aliqui in Podolia perpetua ſibi domicilia conſtituerant, Marte, coniugio, honore.*

Krępſcij *in Sendomirien. Palat. Qui in Caſtris non tàm diu quàm benè viuere contendunt, cum omnibus contingere poteſt diu viuere, non multis autem benè viuere.*

Maleczkowſcij, *Ex quibus aliqui in Vngaria, ad Curiam Ioannis Principis reperer unt laudem, ſicut Ioannes, quem carmine Gruſcinius celebrauit, & Michael qui etiam Sereniſſ. Principi Tranſiluaniæ Bathorio reddidit obſequia, pro quibus digna præmia recepit. Sed quia electus in Regem Pol. dum fuerat, cum illo in Patriam redijt, Supremi Procuratoris Crac. & Adminiſtratoris officium peregit.*

Creſcant titulis, creſcant meritis
Alios donec repleant orbes,
Famæ radijs, facibus laudum.

Blinowſcij, *Ex quibus Andreas Epiſcop. confirmatus Margaritanenſis, Suffraganeus & Canonicus Vladislauienſis, Cantor Cruſuicen. S.R.M. Secret. virtutum ac pauperum amator, apud homines charus, vt Domino Deo ſit charior. Ita Epitaph. illius Arma Oſtoia.*

Kozniewſcij *in Ciechanouienſi Terra. Qui vt generis nobilitate, ita meritis & ſplendore dignitatum clariſſimi. Nicolaus Kozniewſki Præfecturarum trium Adminiſtrator Viſogrodenſis, Zakrocimenſis, Nouomieiſcenſis. Reliquit filium Valentinum, qui ex Węzłowna reliquit Nicolaum & Stanislaum, ſed fortè legendum ex Węzowna.*

Marchoccij, *Marte & Minerua Patriæ obſeruantiam reddiderunt, vnde gratiam Regis, beneuolentiam Senatus promeruerunt. Paulus Capitaneus Chouenſis, cum Supremo Exercituum Præfecto Zamoiſcio miles ſtrenuus, & S. R. M. Rothmag. quo eximiam Familiæ & ſibi gloriam comparauit. Vnde quidam in Arma ſua notabat.*

Ferreus vt gladius Lunæ fulgore coruſcans
Sic gentis veſtræ fama perennis erit.

Quid

Quid mirum? gladio Moſchos, Getuloſque feroces
Proſtrauit forti pectore Marchocius

Nicolaus Marchocki de Marchocyce, Capit. Cchouenſis, qui rectum de Deo ſenſum, rectum in Deum cultum promouit. Secutus eſt hac in parte nedum parentem, ſed & Patruum ſuum Nicolaum, Virtus enim vt inquit Laert. lib. 5. cap. 1. *eſt armatura quæ detrahi non poteſt, enſis enim & clypeus excutiuntur, ſapiens autem ac virtute præditus nunquam vinci poteſt. Ex milite igitur natus eſt miles, ex virtuoſo virtuoſus, & ita nobilis & generoſa aquila non progenuit degenerem columbam. Epitaphium eius Opatowiciæ apud Prædicatores.*

Dmoſciccij, *aut fortè Dmoſyccij in Sendomir. Palat. Ioannes militaribus occupationibus clarus, multis encomiis celebratur. Preclaus Capit. Scepuſienſis, quem Epitaph. Cracouiæ ad Sanctam Catharinam in Caſimir. refert Anno* 1474. *Sed quia* Bielſc. *fol.* 425. *refert* Capit. Cracouień. Pieniazek, *vnà cum Komorouio Petro, & Preclao Dmoſycki, quoſdam latrones in Bukowiec circumueniſſe, inde colligitur differentia cognominis, an Dmoſciccij vel Dmoſyccij dicendi, Poſteritas clariorem explicatiuam adhibebit.*

Modrzeiewſcij *in Sendomirień. Palat. Qui & Reipub. & Eccleſiæ dignos reddiderunt filios, nam & Societas Ieſu ex illorum domo ornatum congregationi ſuæ accumulauit.*

Ierzykowſcij *in Maiori Pol. Albertus imitator omnium bonorum honeſti & gloriæ palmam adiunxit Familiæ. Cum Iwienſka armorum Lodźia reliquit Stanislaum & Dobrogoſtum Burgrabium Koninenſem. Demùm cum Palecka reliquit Ioannem, qui cum Duce Slucenſi Alexandro, multorum hominum mores, ingenia, occupationes vidit, & vitæ ornamenta collegit. Reliquit & Thomam cum Petro eximios milites.*

Baranowſcij, *qui verè ſunt Ierzykowſcij, ſed à bonis diuiſis ſic differenter nuncupantur. Stanislaus poſt exactos nobiles actus iuuentutis & adoleſcentiæ, contracto matrimonio reliquit Martinum Notarium Terreſtrem Vladislauień.*

Sluſcij *in M. D. Litu. Antiquitate generis, meritorum ſplendore, præmiorum laurea, à peruetuſta Heroum Principum & Regum Maieſtate, condecorata Familia. Quàm deducendo in poſteritatis decus & calcar, Ioannem quem acta Caſtr. aut Terminorũ Crac. recenſent in exordium ponere liceat, qui vt ſplendor lunæ micantis effulſerat. Hic Iagellone in Regem Pol. electo, in tantum grauitate morum, & bellici iudicij experientiâ proceribus Regni cõplacuit vt ad vnionem Regni cum Duc. Litu. ſuis nobilibus inſigniis ipſum adſciſci delectarentur & exoptarent. Tenebant M. D. Lit. officia Reip. & commutati ad confinia hoſtium Turcica & Tartarica periculo expoſita, ſummè neceſſaria. Vt in Chyouia, Lubeco & Loiouo, curam vigilantem præſidiorum: in cuius rei maiorem dignitatẽ & authoritatem, illorum Abauus Sluſka perpetuus Rothm. ad Boriſthenem verſus Chyouiam à Caſimiro aſſignatus fuerat. Ioannes ſeu Iuanus, vt*

nus, vt præmia meritorum ſuorum maiorum reportaret, à Sigiſm. I. Capit. Lubecenſis, & Loiouienſis denunciatus, dignè & cum bono Patriæ Præfecturam adminiſtrauit. Cui & gubernatio Chyouienſis fortalicij & arcis poſt deuaſtationem Tartaricam renouatio & erectio commiſſa fuerat, ſicut illorum literæ clarius teſtantur, & Epitaphia Chyouiæ demonſtrant. Nicolaus Sluſka iuuenilem ætatem grauiori negotio Martis conſecrando, ſtrenuus miles & perpetuus S. R. M. Rothmag. Præfectus Krzyceuienſis, & Luciceń. Habuit in coniugem Kmitæ Marſchalci M.D. Litu. Vilkomirienſis & Onixtinenſis Præfecti filiam, quam progenuit Litaori Palatini Nouogrodenſis, & Marſchalci M. D: Litu. filia, iſtam verò Duciſſa in Olſzany, Epiſcop. Vilnenſis germana ſoror, luci mundanæ expoſuit. Habuit Sluſka vnicam filiam Nicolai ſororem Reginam, Martini Palecki Capit. Eyſiſcenſis, Secr. R. M. Aug. coniugem, quæ filiam demum ſuam Oleſniccio Palat. Lublineń. coniugem obtulit, ex qua progenita filia, Nicolai Firley Palat. Sendomirień. conſors fuit. Filij autem Nicolai Sluſka erant tres, Nicolaus, Chriſtophorus & Alexander, & filia Kawaczynſcij conſors. Nicolaus Sluſka primus filius, qui vt Patriæ & Familiæ ſuæ Primas valeat offerre laureas, ab ipſa ætate qua vires corporis ſuum vigorem perſenſerunt, detulit animum in Aulam Principum educationis generoſæ gratia, qua pectori & animo inſerta, mediis in Caſtris, & hoſtium Patriæ furoribus conſtituere vitam propoſuit. Hinc eximius & probatus variis expeditionibus miles, tum in Rothmag. S. R. M. tum in Ductorem copiarum propoſitus, & lege militari firmatus, ſolida & læta in Liuonia & Moſchouia reddidit Patriæ & Regno obſequia. Fecit ille quod illi clariſſimum Stemma perſuadebat.

Complexu ecce fouet crucem clariſsima Luna
Luna decus cæli eſt, gloria crux hominum.
Pugnandum eſſe cruce & gladio ſe opponere Peſti
Lucifugæ, quæ vrget ſternere Chriſticolas.

Chriſtophorus alter filius, qui dum ſecretâ deliberat mente quonam medio illuſtraret Familiam ſuam, obtulerunt ſe deſideranti Bellona & Pallas. Pacata igitur ſententia, vt animo concepit nedum ſagum, ſed & togam ornamentorum Patriæ, & domus plurimis extitiſſe literis, externarum gentium conuerſatione, ſtudiis exoticis in Palladis & Bellonæ ingeſſit ſeſe palatiis. Collectis igitur moribus, virtutibus, et fide, eam ex parente Hæretico nactam abegit, & in Aula Cæſareæ Maieſtatis Rudolphi, annis duodecim Camerarius & Aulicus, prompta atq; ſtudioſa detulit obſequia. Ab illo verò Sereniſſimo Regi Poloniæ Sigiſm. III. in Regiam redditus, et commendatus inter Senatores, honore Palatini Vendenſis decoratus, fuit adſcriptus. Reliquit tres filios, Nicolaum, Raphaelem, Ioannem, qui vt educatione et robore excellunt, ita maiorum imitatione in bono moris et Patriæ honeſto antecedant. Hoc namq; eſt illorum Stemmatis Echo.

Crux

Crux geminans inter fulgens clariſsima lunas
Quid niſi ſydereæ vult meminiſſe domus
Ergo crux orbi, cælo dum luna decora eſt,
Nobili Sluſkouij nomen in orbe volet.

Alexander Sluſka tertius filius poſt demortuos fratres Superſtes. Vir poſt reiectum errorem Caluini Catholiciſſimus, & Eccleſiarum promotor & fundator, Cuius ingenium, merita, prudentiam, ipſi tituli Senatorij cuiq; nullâ laboranti inuidiâ demonſtrant. Vt enim promotionem ipſius in Curia Regali taceam, in qua plurima annorum luſtra Camerarius & Aulicus peregit, atq; cum Sereniſſimo Rege bellicas expeditiones ceu Curialis miles expleuit, ex Caſtellano Minſcenſi Caſtell. Samogitiæ creatus, tum Palat. Nouogrodenſis renunciatus fuit, Præfecturas Rzeciceń. Loioueń. Moziren. &c. adminiſtrauit. Vbi autem præſens in bello nec per filios minorennes, nec per ſe ob grauatam ætatem eſſe potuit, certas ſummas auxiliatrices Sereniſſ. Regi ad Smolenſcum offerrebat. Fundauit et erexit plurimas Eccleſias, Volozyni binas, in Kowalowſcizna vnam, in Stolpice Ordinem Prædicatorum fundando, primò ligneam, poſt latericiam Eccleſiam illis ædificatam cum decem millibus ſummæ, & prædio ſpeciali obtulit, inſcripſit, donauit. In bonis verò poſtmodum dextere acquiſitis Bychow & Troſcienica, tutor Eccleſiæ fideliſſimus. Eſt religioſorum obſeruantiſſimus, Monialium pientiſſimus, pauperum fauentiſſimus. Cui illud cum Statio precamur.

Viue Mydæ gazis, & Lydæ ditior auro,
Troica & Euphrate ſupra diademate fælix
Exemptus fatis, &c. quem non turbine rerum
Deprendet ſuprema dies, ſed abire paratum
Ac plenum vita.

Habuit in coniugium Sacramenti matrimonialis Sophiam Zienieuicij, cuius germanus frater Nicolaus Caſtell. Polocenſis, Ciecierſcenſis, Propoiſcenſis Capitaneus, cuius ſoror Radźiuilij in Nieſwiez, altera Sapiechæ conſortes. De cuius integritate vitæ, morum grauitate, ſolertia domeſtica, obſeruantia mariti, educatione liberorum, pietate, conuerſatione, & iudicio, id proferam, quod Apollonida in Stobæo dixit:

Huius Matronæ virtutes pro dignitate laudare
Sapientis, alicuius eſt & docti viri.
Si prudens mulier marito ſuo inſeruit,
Si virum qui familiam ſuam perdit vxor prohibet
Si bona eius cuſtodit & domum ſeruat,
Si optimæ ſunt diuitiæ generoſam inueniſſe coniugem
Si eſt virtutis penu, & à peccato cauet,
Si mitigat iram & à triſtitia remouet;
Hæc prædita erat animo virili,

Corpore autem inter fœminas eximia,
Compendium optimarum & ſacrarum Matronarum.

Sed quod inter cætera ſanè mirandum eſt, forſicibus ex charta efformabat ad viuum omnia genera auium, beſtiarum, florum, inſignia gentilicia quæcunq; & ſubſcriptiones. In ſerico autem acu ita varium colorem, columbarum, ardelionum, fructuum, arborum exprimebat figuras, vt reales & viuæ apparerent. Quod otium ipſius ſingulare & ſplendidum commendabat domi, foris autem aptabat gratioſam inuidiam & admirationem.

Ergo tuum nomen celebretur laude perenni,
Viſtula dum flauâs in mare voluet aquas.

Suſcepit ex illa filios & filiam, Theodatum, Euſtachium, Boguslaum, Sigiſmundum, & Eliſabetham Caſtell. Sendomirienſis Succamerarij Regni Supremi Adami Kazanouſcij coniugem. Theodatus filius, amor & expectatio Parentum, cui natura plurima præſtiterat, maiora autem naturæ author et gubernator. Cuius indolem admirata iuuentus Academiæ Vilnenſis, hoc illi ſcripſerat Chronoſtichon.

Vere nitent flores TheoDatVs teMpore Verno,
Nonne tener patrIæ fLos generIqVe nItet?

Hic dum florentem ætátem literis et virtutibus ornatam, in Cubicularium Principis Poloniæ Vladislai, nunc nobis fæliciter regnantis Sereniſſ. Regis deuouiſſet, atq; referre obſequia promptius inchoaſſet, eoq; Parentum beneuolenti plurimum delectaſſet, mortis præcepto & iniuria Parcarum, ſublatus è viuis, in vitam fælicitatis translatus eſt, Euſtachius ſecundus filius, Capit. Rzecicen. Adoleſcentiam animo et corpore vigilem, atq; omnibus Reipub. et Patriæ commodis idoneam et diſpoſitam, vt ſublimiori exercitio variarum linguarum gratiorem, et prudentia experta promptiorem effeciſſet in Germaniam, Niderlandum, Galliam et Italiam deſcendit, vbi dum non contentus ipſis moralibus virtutibus, etiam Heroicas venatur, (proch dolorem Parentum) attritus infirmitate, Romæ obijt.

Illuſtres Lunæ fuerant Illuſtris & ipſe,
Nunc vincat ſignis, impia Caſtra ſuis.

Boguslaus tertius filius Capit. poſt deceſſum vterini Fratris Rzecicenſis. Hic incommoda corporis, animi rectitudine illuſtrauit, dum et literis, et diuerſis linguis, et dignitate morum, iuuentutis palmam, ad ſupremæ gloriæ faſtigia deduxit, et Illuſtri Familiæ ſuæ ſpem maiorum, iudicij maturitate præſentauit. Quali coactus naturæ tuæ et ſtudiorum diſpoſitione hoc tibi Confundatori noſtro opto, et precor, quod Arma tua tacitè loquuntur.

Crux, gladiuſue vetus, Lunæ munimen honeſtum eſt
Luna decus geminum præſidiumque cruci
Fortem animum hæc monſtrant pro ſacra religione
Sluſkonum ac vigilem, & pro Patria, eſſe tibi.

Quare

Quare age: nec tua te Generoſa incæpta fatigent
Impiger: & lunis & cruce perge duce,

Quod vt tibi ſecundè obueniant, collige ex Aſtrologorum dogmate. Inquit enim Hipocrates, *Oportet aſtrorum conſiderare ortus, præcipuè Canis deinde Arctum et Pleadum occaſum. Rodas neminem, arctes nullum, et non ſit qui te lachrymis in occaſum præcipitet. Hoc namq; etiam conſtitutas in Fide et Eccleſia Lunas decreſcere, contraria verò his, ad plenilunium deducere, et accelerando conſueuit. Sigiſmundus vltimus filius parentibus, alter Ioſeph. Tenera ætas ipſius et deſiderium Parentis copioſa ſibi de illo promittunt. Faxit et proſperet intentum Deus, nec aduerſa fortuna præualeat.*

Creſcat meritis
Titulis creſcat
Famæ radijs
Facibus laudum
Repleat Lunas.

Chotkowſcij, *in Syradienſi Palat. Hi vires et ingenium virtuti et honeſto dedicarunt, quocirca Pocillatoris Syradienſis, et aliarum dignitatum participes fuerunt.*

Iaklinſcij, *literis, bello, amicitia, et humanitatis beneuolentia præclari. Ex quibus Andreas cum Illuſtriſſ. Duce in Wiſniowec bellando, à Coſacis rebellibus obijt. Optimè Seneca Epiſt. 91.* Bellum in media pace conſurgit, & auxilia ſecuritatis in metum tranſeunt. Ex amico inimicus, hoſtis ex ſocio. *Mæſtiſſimus Parens Thobias, ipſi tale Epitaph. poſuit.*

HOSPES

Atrox deplora Fatum,

GENEROSI IVVENIS ANDREÆ IAKLINSKI.

CVIVS

Teneram ætatem, non Minerua minus quàm Bellona in Patrio, Germanicoque ſolo neceſſarijs Reipub. exercuerunt rudimentis.

INDOLEM & INDVSTRIAM

Illuſtriſſimus Princeps Viſniouecius Ianuſius Koributh, Supremus Regni Stabuli Præfectus intellexit, & laudauit.

DVM

Vigilias & excurſiones militares alacriter obeuntem,
Captiuos ab hoſtibus fugitiuis armis extorquentem,
Ferocis Abazi Paſſæ ad Camenecum fortiter impreſſionem ſuſtinentem ſpectaret.

SOLERTIAM & CELERITATEM,

In rebus agendis, Socij Comiteſque laborum in Pruſſia agnouerunt.

PRVDENTIAM,

In difficillimis negotijs expediendis, quoties militaris legati munere fungeretur. Supremus Exercituum Dux Stanislaus Koniecpolſki, approbauit. Infractum corporis & animi robur. Multæ etiam regiones Luczenicia & Kumeyki loquentur. Nam & bonum omen victoriæ duos primò impetu haſtili ſuo tranſuerbe-

rans Coſacos noſtro Exercitui propinauit, & in acerrimo diſcrimine vexillum ſeruauit, & periclitantes ſocios ab interitu vindicauit.

S E D

Heu luctuoſam fortiſſimi militis ſortem.

Q V E M

Nec Barbarorum impetus
Nec ſagittarum nimbus
Nec tormentorum fulmina oppreſsêre, vnà vincendo fatigatum decoxit ac ſuffocauit.

S I T I S

Quam cum leui potione aquæ mitigare vellet, ſubitò concidit, febrem ardentiſſimam concepit, & intra nouem dies, ſuam militarem relinquens ſtationem, ad immortalitatis Capitolium, egregius libertatis Polonæ vindex, miſerabili totius Exercitus cum dolore æuiternum triumphaturus commigrauit.

Cuius mortalitatis Exuuias, mæſtiſſimus Parens Thobias,

Per centum ſeptuaginta milliaria deduci curauit, vt in Patrio ſolo præſens fortitudinis extaret poſteritati monumentum. Mortuus 1638. 18. Ianuarij.

Zagorſcij *in Sendomirień. Palat. conſilio, prudentia, fortitudine, et dexteritate in agendo præcipui. Ioannes Zagorſki, poſt diuerſa trophæorum ſpecimina tàm in Caſtris, quàm in diuerſis expeditionibus, in Regiâ Sereniſſ. Caſimiri Ochmagiſter Sereniſſ. Reginæ. Hunc Sereniſſimus Rex, vnà cum Ioanne Dlugoſſio Canonico Cracouienſi, Legatum in Hungariam miſerat, vt Iſkram Sileſium cum Ioanne Huniad Gubernatore Regni Hungariæ diſcordes, componeret. Anno* 1448. *ſicut narrat* Bielſc. fol. 389. *Alterum Zagorſcium eximium militem cum Ioanne Zborowſki ad Pſcouiam pugnantem, atq; muris diſruptis minis ſubterraneis, cum periculo vitæ cuniculos accedentem, meminit* Paprocius in ſecundo Opere, ſub Anno 1582. fol. 404. *Ex his plurimi Zagorſcij militaris gratia et aucupis fortunæ medium in Ruſſiam et M. D. Litu. deſcenderant. Ioannes in Ruſſia miles eximius, non diſſimilem filium Iacobum reliquit, qui cum Palat. Sendomirień. Mniſzek, in Moſchouia militarem obiuit dexteritatem. Reliquit ex Siniotanczanka Nicolaum militem, ſub ſignis Campiductoris Regni Nicolai Potocki, demum Rothmag. in Pruſſiam peditum factus, contra Suecos digna protulit Patriæ etiam ad Kumcyki et Starzec obſequia. Ioannes eius germanus frater, miles ibidem cum Illuſtriſſimo Campiductore.*

Stobieccij ibidem, *Qui incenſi amore virtutum et maiorum, his ſtudium impendunt quæ illis perpetuam integritatem comparare poſſint.*

Nagorſcij *ibidem. Cui officium eſt aliquod commiſſum illud tractare debet. Aſtrologus de cælorum et Syderum ſerie, motuum magnitudine, configuratione, et cæteris horum paſſionibus, et accidentibus. Theologus de Deo Trino et vno, de actibus humanis ordinatis ad Deum, de ſalute proximi. Nobilis ergò etiam quod ſui muneris eſt peragat, Rempub. conſeruet, defendat Patriam, exemplum ſit alteri et Deum reuereatur omnibus diebus vitæ ſuæ.*

Domaraccij

Domaraccij *in Sendomirień. Speculum cuiq; nobili eſt inſigne ipſius. Oſtoia igitur vobis acclamat.* Crux meminit Chriſti Cynthia bina Poli,

Starzeſcij *in Ruſſia, militiâ Caſtrenſi cæterisq; virtutibus ornatiſſimi. Nicolaum Starziſki cum filiis quædam ſtemmata Ruſſiæ Nicoſtrato Græcorum Duci compararunt.*

Baliccij *in Præmislienſi Terra. Nominant Hiſtoriæ Baliccios, ſed quia* Bielſcius *quoſdam nominat armorum Topor, de quibus fuerit ſermo diſcernere non eſt facile, ſed quorumcunq; armorum ſunt æuiternæ memoriæ illos condecet relinquere poſteritati famam.*

Konczyccij *in Dobrzynenſi Terra. Vnum nobilitatibus veſtris commune faciam. Non poteſt vlla maior eſſe Patri voluptas quàm hæc, prudentem atq; temperantem videre aliquem de ſe prognatum.*

Pilawſcij *in Podolia. Officio militari & dextera humanitate in dignitates & poſſeſſiones deuenerant, ex quibus & Pocillatores Podoliæ, & alij Officiales in Caſtris & Palatinatu fuerunt.*

Stacherouij *in Sendomir. Palat. qui militarem experientiam in Vngaria acquiſitam ad Reges Ianuſium & Ioannem, Patriæ obtulerunt. Ioannes Stachera, Contributionum Regni exactor, in Sendomir. Palat. cum Cikowſka reliquit prolem.*

Kargowſcij *in Syradienſi Palat. Quid conſeruaret familias docet Euripid. in Bacchis. Tranquillitatis vita & ſapere, immota permanent conſeruantq; domos. Quamuis enim remoti ætherem habitantes, inſpiciunt tamen res mortalium cælicolæ.*

Vieſcij *in Lublineń. Palat. Labor eſt inæqualis, nam licet melius eſt agrum propter agricolam perire, quàm agricolam propter agrum: Nobilius tamen eſt nobilem propter Patriam, quàm Patriam propter nobilem perire, nam diligentibus Patriam eſt definitus in cælo locus.*

Soleccij *in Podgoria, Adami cuius Manaſterſka conſors erat, eſt Epitaphium in Gorá, à filio Stanislao erectum,*

Kaweczynſcij, *in Pruſſia & in M. D. Litu. clari meritis, officio, dignitate. Ex quibus vir ſingularis prudentiæ & dexteritatis eſt, Alexander Kaweczynſki Succamerarius Vilcomirienſis.*

Gloginſcij *in Kaliſień. Palat. qui illuſtrem Familiam ſuam, illuſtrioribus meritis continuò celebrant, Nicolaus Pocillator Caliſienſis.*

Gaiewſcij, *de Bloſczyſſowo in Poſnanienſi Palat. Ioannem Iudicem Caſtrenſem & Vice-Capit. Poſnanień. referunt acta.*

Podwyſoccij, *Arte ingenua & militari celeberrimi. Fares Aulicus Sigiſm. I. Albertus germanus Ioannis Zborowſki.*

Strzałkowſcij *in Sendomir. Palat. Difficile quidem eſt, ſed nobili conueniens, in periculis fortitudinem oſtendere. Quod ipſis in Caſtris, & in conſpectu Ducum militiæ proprium erat. Stanislaus ex Rauenſi Palat. ſubſcripſit electionem Vladisl. IV.*

Smoſzewſcij *in Caliſienſi Palat. Faciunt quod prudentis eſt ciuis. Non ſolùm ad Patres & maiores ſuos viritim genus ortumq́ ſuum referunt, ſed ad totam quoq́ Patriam, quia Patria vnicuiq́ decori eſt.*

Zloczyſzewſcij *in Maiori Polonia. Patriam amore proſequi non immodica virtus eſt. Quod profitentur illi qui vtilia ſibi ea quæ ciuitatis & Patriæ hoſtibus nolunt.*

Ilowieccij *ibidem, Inſtitutio nobilis iucundam vitam parit. Recta enim & prudens rerum gerendarum in adoleſcentia inquiſitio, & animi boni, & vegetæ mentis commune ſignum eſt.*

Radogowſcij, *in Lomzenſi & Maſouiæ Palat. Deo & naturæ referendæ grates. Nam quanto quis naturam habet præclariorem, tantò maiores dignitates expectet.*

Chyzinſcij *in Ciechanouienſi. Si qui militat laborem non detrectat, & rebus gerendis omnibus adeſt, neq́ vllam occaſionem, nec temporis momentum benè merendi prætermittit: etiam qui merentur Patriæ & Familiæ, eadem attentare debent cum Chyzinſciis.*

Woynowſcij, *Antiqua Familia & genere & meritis, apti & negotiis Reipub. & Aulis Principum, & Caſtris militaribus. Martinum in Curia Sereniſſ. Auguſti, & pro meritis ad vitæ tempora præmia referentem meminerunt Acta Caſtr. Cracou. Alij tranſierunt ad M. D. Litu. ex quibus Stanislaus Woynowſki ſubſcripſit electionem Sereniſſ. Vladisl. IV.*

Glewſcij *in Crac. Palat. Si turpe & indignum fuit ignauiæ cauſa res geſtas maiorum Græcos in ſeruitutem proijcere, idem certè eſt & nobilitati Polonæ quæ Patriam & Parentes moribus indignis maculant. Quod cauent Glewſcij.*

Lubochowſcij *ibidem, Quia armis hoſtes vincendi ſunt, & in his eſt ſalus Reipub. iſti in Caſtris & cum hoſte arma exercent & fatigant.*

Chrząſtowſcij *in Rauenſi Palat. Plurimos referunt Hiſtoriæ, ſed quia aliqui ſunt armorum Strzegonia, alij Zadora, &c. difficile indagare de quibus fuerit ſermo. Iſti tamen delectantur capite virtutis, nempe caruiſſe vitiis.*

Gawłowſcij, *in Maſouia & in Palat. Crac. ex quibus Stanislaus in Cracou. reliquerat digniſſimam prolem. Magna profectò fælicitatis pars eſt, filius bona mente præditus, erit enim columna Familiæ Etiam Gawłowſcios eſſe in Zakroćimienſi Terra, ex quibus Stanislaus miles ad ſenium in bello in Hungaria occiſus. Reliquit Albertum & Martinum, ex Alberto & Heduigi Iaſinſka, Ioannes militià & iure nobili deduxit ætatem.*

Telinſcij, *Ex quibus Cracouiæ eſt cuiuſdam Epitaphium. Ven. Dominus Iulianus Telinſki Canonicus Cracouienſis, & Præpoſitus S. Martini Cracouiæ. vir literatus & amicis amiciſſimus* 1531. *obijt.*

Politanſcij *in Maiori Polonia. Quia parentes magnum ſunt numen prudentibus, Deum vt ſummum Parentem, Patriam, in qua ſunt geniti, præceptores, progenitores ingenij, & genitores ipſos, digno afficiunt honore.*

Olewinſcij

Olewinſcij, *Eximij viri in Caſtris, & præcipuè ad Corononiam in cruento bello. Ex quibus* Dlugoſſ. *Dobieslaum Olewinſki meminit, &* Bieiſc. fol. 37.

Vadowſcij *de Vadow, in Palat. Crac. & Lublineñ. viri armis & bellica occupatione inſignes. Venceslaus ſtrenuus in Caſtris, & belli exercitio, qui ex Palat. Crac. ad Lublineñ. tranſijt. Cum Kiśielinſka reliquit filium Ioannem, qui ex Anna Dmuchowſka ſuſcepit Albertum eximium militem, qui cum Chmielecki pugnando contra Tartaros obijt. Ioannem occiſum ad Chotinum contra Oſmanum in pugna. Chriſtophorum, & hic occiſus à Tartaris. Thomam, qui contra Guſtauum in Germania militando deceſſit. Iacobus cum Campiductore Regni Kazanowſki militauit, tenet matrimonium cum Anna Stoinſka Not. Terreſtr. Lublineñ. filia, ex qua ſuſcepit Felicem militem eximium contra Moſchos, cum Liſakowſki conſors eius Stocka. Stanislaum, Mathiam ſtrenuè pugnantem in Pruſſia, in Moſchouia cum Palatinide Ruſſiæ, contra Coſacos rebelles ad Kumeyki & Starzec, cum Illuſtriſſ. Campiductore Regni Potocki Nicolao, conſors eius Chriſtina Wyſtępowná.*

Czechouicouij *Familia antiqua, dignitatibus, titulis, poſſeſſionibus in Samogitia clari, qui iure nobilium & Reipub. commodo plurimum detulerunt, & familiæ & Ducatui inſeruierunt. Ex quibus erat Iudex Caſtrenſis Samogitiæ, & Cmonius Widuklewſcenſis.*

Dobromirſcij *in Podolia, Antiqua & meritis clara Familia, notabant Familiam ſuam à Krzykow. Ioannes vir amantiſſimus Patriæ, omnia pericula Regni, viribus & ſumptibus propriis detruſit & ſuſtinuit. Ex Sieciechowna reliquit prolem. Thomas Dobromirſki, maiorum ſuorum merita & geſta ſedulius imitando, colluſtrauit Familiam ſuam optimis virtutibus, cum Anna Wilczkowná reliquit prolem. Stanislaus Dobromirſki, qui animo & pectore verſando illud Poëtæ.*

Si quid fortè mali, aut facias aut mente volutes,
Vt lateas homines: certè Deus omnia cernit.

Pietati & fortitudini, quibus Deo, animæ & Patriæ redderet debitum incubuit. Simon Dobromirſki, literis & nobilium dignitati in Comitijs Tribunalitijs, & Senatu proficuus. Notarius Terreſtris Camenecenſis in Podolia, vir ſincerus, Deum timens, amicum obſeruans. Reliquit prolem honeſto & decori deditam Notarium Terreſtrem Podoliæ.

Kſiężniccij, *ex Sendomirienſi Palat. Nunc in Podgoria Stanislaus atq; ipſius poſteritas, Bonitati, Dexteritati, & Paci inuigilare ſtudent. Eſt regul. bon.*

Si quis te obiurget malè cùm quid feceris illi
Gratiam habe: & ne iterum queat obiurgare caueto.


Rilſcij *de Rilſko, in Rauenſi Palat. alij in Crac. alij in Chyouienſi. Multa cognomina prædicti Rilſcij detulerunt inter ſe, nam alij vocantur Moſciczouij, alij Smigouij, alij Lanuſkouicij, alij Wilkowie. Franciſcus Magnus Procurator Cracouiæ. Ioannes Aulicus Sereniſſ. Sigiſm. III. Regis Pol. cuius filius Bur-*

grabius Cracovienſis, alter verò filius Samuel Capit. Rabſtineń. Cubicularius Sereniſſ. Regis Vladiſl IV. Petrus Notarius Terræ Rauenſis, Martianus Aulicus Sereniſſ. Regis Vladiſl. IV. Simon Rilſki ex Catharina Chrzaſczowſka reliquit filium Stanislaum, qui ex Sophia Iaſkowſka armorum Kościeſſa reliquit duos filios, Albertum Tribunum Zytomirienſem, Notarium Caſtreń. Chyonień. hic tenet matrimonium cum Sophia Grodecka Subiudicis Podoliæ, Stanislai armorum Starykon filia; Stanislaus alter filius Notarius Caſtreń. Zytomirień. cum Liplanſka ſuſcepit Sacramentum matrimonij. Fælicem Rylſki refert Epitaph. Vladislauiæ, Canonicum & Iuris Pontificij Doctorem, & Cantorem Prælatura. Referunt quoq; Hiſtoriæ Stanislaum Rilſki, in Palat. Crac. qui ex Vieyſka reliquit prolem.

Zaborowſcij, *in Palat. Syradienſi. Ex quibus Stanislaus Zaborowſki, poſt militares & Aulicos actus, ſpiritualem vitam elegerat. Decanus Eccleſiæ Collegiatæ Vnicienień. Oppidi Archiep. Gneſneń. factus, exemplo illius Ioannis Romani, qui liberis quibus bona ſua relinqueret carens, illorum SS. Virginem hæredem inſtituit, in eiuſq; honorem ex his bonis Templum ampliſſimum, quod ad Niues ſiue Mariæ Maioris nuncupatur Romæ ædificauit, hic ſimiliter bonorum ſuorum Paternorum, eandem SS. Virginem hæredem reliquit, nam vendito ſuo patrimonio in illa Eccleſia Confraternitatem SS. Roſarij B. Virginis inſtituit, dotauit, altari conſtructo, calicibus, apparamentis ornauit, Capellanum ſeu Promotorem illius Confraternitatis ſufficienti illi prouiſione, in hunc finem aſſignata inſtituit, vt in ea hæc deuotio SS. Roſarij perpetuò vigeat, prout & nunc feliciter ex ſingulari affectu erga SS. Virginem, illorum Oppidanorum ſuccedit.*

Roguſcij *in Maſouia, Syluester Roguſki, circa Annum Dñi. 1577. Varſauień. & Vladislauień. Canonicus, Sereniſſ. Annæ Iagelloniadæ Reginæ Poloniæ, Stephani Regis Conſortis, Medicus doctiſſimus.*

OSTRZEW aliàs PIEN.



DELINEATIO.

EST truncus arboris coloris albi, retinens abſciſorum ramorum quinque ſigna, à parte ſiniſtra tria, à dextra duo, in campo rubeo. Super coronam ſunt quinque pennæ Strutij.

ORIGO.

EX Bohemia in Regno Poloniæ reperiuntur & ortum tenent ſub Vladislao Hermano poſt Annum 1082. Reperiuntur enim in Bohemia differentia hæc arma. Nam Vlricus Princeps Sileſiæ filius Boleslai Biercouicio Domino in Drzenica, qui Polonos ad Pragam depopulantes fuderat Baronem, & primum conſiliarium fecit, qui dum pro armis vteretur vnica arbore ſecta, adiunxit ipſi alteram, vt in modum crucis deferat, & ſecturam ſextam addidit, atque ſuper galeam inter alas aquilæ vnicam arborem ſectam inſcribi præcepit. Iaromirus etiam tertius filius eiuſdem Boleslai, ſimilia arma contulit, arbores ſectas cum quinque ſciſuris decuſſatim poſitas cuidam venatori. Hic enim ad venationem à Virſouijs euocatus, quod ibi occidi debuiſſet, ſecretum Principi aperuerat dictus Horoua. Vtuntur ibi his armis Venatorijs Domini de Lipe, Krzyniecij, Domini de Lichtenpergo. Sed in galea ad caudam pauonis, & Carpionem nunc deferunt- *Ita Dubrauius, ita Paproc. in Horto Regali fol.* 183.

MEMORIA PERENNIS.

QVantos habuerint varia ſecula ardentes æmulos in firmandam perennem nominis ſui memoriam, tot Symbola, Statuæ, Epitaphia, Pyramides, & Carmina etiam minus ingenioſo referunt. Mihi quidem placuit tam inſignia arma penetranti, memoriæ perennis fuiſſe monumentum. Quis namque ſecura contemplabitur mente arbores ſectas, quæ dijs in honorem ramos & virgulta conceſſerant, labilem in memoriam deueniſſe? Vide *Alexandrum ab Alexandro lib. 4. Genialium.* Arbores *inquit* aras ſuorum numinum fronde adornaſſe- Ioui eſculo, Apollini lauro, Mineruæ olea, Veneri Myrto, Herculi populo, Baccho hedera, Pani pinâ, Diro cupreſſo,&c. frondes in honorem obtulerunt. Si verò ſepulchris inſigniorum virorum qui Patriæ, qui Reipub. qui Senatui, qui Familiæ, ſe ſuaque deuo-

uerant exquiſiti honores fiebant, arborum ramus Cupreſsi Piceæ, Tædæ, Ilicis admouebatur, *Ouid. 3. Triſt. Homerus, Virgil. in Æneid. retulerunt.* Ergò trunci arborum, priuati ramis, triſti memoria, imò graui ſilentio ſepelientur? Abſit. Erit illorum perennis memoria, vnde Virgil. de Miſſeno.

Pinguem tædis & robore ſecto
Ingentem ſtruxere pyram.

Eſt talium arborum vox, *Dijs & Illuſtribus honorem reddidimus, obtulimus* vnde Ouidius.

Et quantum trunci tantum mea nomina creſcent
Creſcite, & in titulos ſurgite rite meos.

Et Ariſtenes lib. 1. Epiſt. 10. optando inquit: *Vtinam & mens vobis arbores & vox eſſet, hoc vnum dictaretis de Cydippe pulchra. Dempſter. ad Caput 40. Roſini.* Dum arma Oſtrzeuciorum contemplor ſecta, & ſine cruce, non poſſum non ominari memoriam perennem. Nec poſſum ſuſpicari illud Alciati.

Arbuſtum geminos non alit Erithacos.

Nam cum videam quinque nodos & ſextum verticem, iam ſi truncum tegat terra, & latitent in ceſpite Nimphæ: dicendum mihi reſtat plurimos beneficio, multos honore, non modicos humanitate, vos recepiſſe & refeciſſe. Querci fructibus victitaſſe antiquos Arcades, tradunt Rom. Hiſtoriæ fructibus autem Oſtreucij, vltra annos quingentos in Regno poſteritas alitur & viuit. Arboribus truncis proſperatur ſanitas humana, vt Reumbarbaro, Ligno ſancto, &c. Trunco autem veſtro, Reſpub. ſanitatem, locis circumuenti libertatem, oppreſsi milite ſubſidium retulerunt. Hoc vobis Tomiſlaus Hermanni in Exercitu Præfectus in ornamentum reliquit familiæ, hoc Domini in Lichtenbergo, hoc in Regno veſtri antiqui proceres commendarunt. Igitur animis veſtris inſcribite illud Meandri. *Quisquis ſuapte natura ad bona procliuis fuerit, Nobilis eſt.*

LINEA FAMILIÆ OSTRZEWSCIORVM.

TOmislaus *Oſtrzeuius qui primus hæc nobilitatis arma ex Sileſia & Bohemia in Regnum intulit, ſub & cum Vladislao Hermanno Anno 1082. Maximus vir bello tempore tunc ob fratris deceſſum Regis turbulento. Gratuletur ergò poſteritas ipſius ſibi non gloriando ex rebus fortunæ, ſed ex his quæ ab ipſo proceſſerunt.*

Wierzbiecij, *in Chelmenſi & Dobrzynenſi Terra. Seruire nobilem decet, dico ſeruire moderatè non immoderatè, ſed ſoli Deo ſeruimus moderate & mediocriter, hominibus autem immoderate. Nam Deus viris temperantibus eſt voluptas, ſtultis autem eſt lex. Homo autem homini plus eſt lupus quàm Deus.*

Wlodkouij *in Chelmenſi Terra, Quia multorum malorum ſunt prætextus & velamentum opes, optimum putant participes bonorum ſuorum habere pauperes.*

peres. Dicit enim Scriptura: Quod vni ex his feciſtis mihi feciſtis, & miſericordes miſericordiam conſequentur.

Lętowſcij *in Pruſſia, Spe fulcire Familiam laudabile quidem, ſed ſicut anchorâ vnâ non ſemper fulcitur nauis, ita nec vnâ ſpe homo. Vbi ergò deeſt hominis adiutorium, Deus ſperetur.*

O V A D A.



DELINEATIO.

EST porta Vrbis cum duabus ianuis, ſupra quam eſt corona Regalis in campo rubeo, porta aurea. Super coronam tres pennæ Strutij.

ORIGO.

ACquiſita ſunt in nigra Ruſsia, dum Boleslaus Audax adorſus fuiſſet, portã auream Kiiouienſem. Vbi enim miles anteſignanus commilitonum Sereniſſ. Regem in belli feruore ad portarum cuſtodes ſecurè deduxit, & portam patere Regi obſides coegit, iſta arma Ouadæ militi dicto collata euiternè fuerunt.

PORTA REGIA.

QVæcunq́ue forti & intrepido pectore acquiruntur, regiâ fortitudine acquiruntur. Quapropter ipſis fortibus à natura regium nomen tribuitur. Leo dicitur Rex animalium, Aquila auium, Draco ſerpentum. Et quoniam ipsâ fortitudine Boleslai aurea Chyouienſis porta adepta fuit, meritò etiam arma hæc quæ talem fortitudinem & portam exprimunt, porta Regia nuncupanda veniunt. Obſeruabant quondam in horto Regali Eliſabetham neptem Caſimiri Regis Poloniæ, Duciſſam Stetinenſem, Matrem Sigiſmundi Bohemiæ & Vngariæ Regis, tantæ fortitudinis fuiſſe, vt manibus ſoleas equi ferreas diuideret, ſecaria cocorum, ceu bibulam complicaret, loricam militarem, ceu telam diſcerperet. Magna eſt hæc fortitudo & miranda, ſed non eſt fortitudo heroica. Regis Boleslai heroica eſt, nam poſt tot Duces Chyouienſes ex Moſchis, Lituanis, & Rusſis, poſt tot ligas ipſorum cum Scythis, Turcis, Vngaris, Græcis, pectore heroico, Regio,

 Auguſto,

Auguſto, Chyouiam obſidendo, inſtando, irrumpendo, cæpit, poſſedit & Regno adiunxit. Quæ quidem fortitudinis regiæ ſpecimina dum hæc nobilitatis inſignia edocent & exprimunt, etiam illum cui collata fuerunt non niſi fortiſsimi animi virum liquidò oſtendunt. Refert *Plutarchus in Queſt. Rom.* Fuiſſe Romæ Portam, quam feneſtram vocitabant, iuxta quam erat cubile Fortunæ. Dixerunt aliqui conſuetudinem fortunæ in hoc paſſu explicatam fuiſſe, at Plutarchus quid veritatis eſſet aperit. Priſco Tarquinio Rege demortuo Tanaquil generoſa & regia fæmina perſuaſit Romanis per feneſtram vt Seruium iu Regem eligerent, vnde tale tetulit porta ſuum Romæ memoriale. Occidentibus igitur Ducibus Ruſſorum, Orientibus verò Regibus Polonorum, Ouada miles propoſuit militibus. *Nunc eligite vel vitam vel mortem, fauebit Deus, Mecum ite, Regem ducite, Victoriam ponite, Triumphos expetite, Laudem Domino canite.* Fecit quod voluit, & Rex portam Chyouienſem in feneſtram redegit. Qualem portam? Fidei & cæli. Habeo in Ordine Sancti Guilelmi in Gallijs Monaſterium vocatum Portam cæli. Et meritò, Nam in clauſtro viuentes, rarius cadunt, citius reſurgunt: aperitur in clauſtro oſtium lectioni, in Capitulo confeſsioni, in Eccleſia orationi. Clauſtrum igitur eſt Porta cæli, ſed hoc tamen diſpoſitione & exercitio At Chyouiæ aperta porta per Sereniſsimum Regem facta eſt Porta cæli. Nam Fides Catholica ibidem firmata, Cathedra Epiſcopalis erecta, Religio introducta, Schiſmata perpolita, Gens morigerata in dies inuenitur, & conſpicitur.

PAWEZA.

P A W E Z A.



DELINEATIO.

SVNT tres gladij in vno pomo ad modum ſtellæ diſpoſiti, crucibus ſurſum, ſupra pomum verò inter duos gladius ponitur crux quaſi pomo inſerta. Super galeam pennæ Strutij in Regno ponuntur.

ORIGO.

DEſcendunt hæc arma ab Herburthis, ſeu ab armis illorum. Vnde in Stemmatibus Dobromili conſenſu Ioannis Fælicis Herbort editis dicitur. Paweza ſunt arma Slauorum antiqua, vtebantur his armis Gethæ ſeu Gothi, qui ex genere Slauonico ortum habuêre, ſicut ex Epitaph. Poſnaniæ Boleslai Chrabri colligitur, in Anno 1025. erecto. Rex Gothorum ſeu Polonorum legimus. Primùm hæc Arma in Saxoniam, vbi Slaui omnes erant Carolo Magno regnante, ſicut & nunc Vindi ibidem plurimi reperiuntur. In tantam dignitatem venerant, vt Principum quoque honore dignarentur in Saxonia. Addit Nicolaus Guiciardinus, Minorem Fratrem Ducis Saxoniæ nomine Herburthum Carolus Magnus gratiâ belli in Vngariam & Morauiam deduxit, in quibus locis ob ſpecioſa merita illorum plurimas poſſeſsiones à Garolo donatas tenuerunt. Et quia duos gladios pro ſtemmate deferebant, addidit ipſis tertium gladium cum virenti pomo & cruce, & ab illo Herburto cognomen receperunt. Ex Vngaria verò Caſimirus Magnus vocatos in Regnum Poloniæ ſtabiliuit, & claris honoribus decorauit. Hæc ibi. Sed ad differentiam quandam inter Familias Domus Herburtorum (ſicut nouiter quoque patet in Eccleſia Ordinis Prædicatorum Leopoli in Epitaphio Nicolai Herborth Caſtell. Camenecenſis Capit. Scalenſis, perpetui Rothmagiſtri & Ducis Copiarum Nati, ex Przerębſka & cum Zolkiewſka liberos procreanti) vtitur his armis ſine cruce, aliæ autem Familiæ cum cruce.

DIGNO MERITO DIGNVM PRÆMIVM.

ALTO Dei conſilio & ordine factum videmus, vt Sole oriente dies oriatur, occidente verò mox accedat. Ita quoque recta hominum iuſtitia & condigna lege cautum habemus, vt meritò bono optimum præmium,

præmium, demerito verò digna pæna tribuatur. Quapropter Magiſtrum incitando ad dignum meritum Seneca ſcribendo ad Lucilium inquit: *Oportet illos eſſe in ſententiis iuſtos, in verbis veraces, in actionibus honeſtos, in externa iuſtitia mites, & ante omnia in accipiendis donis abſtinentiſſimos.* Qua de ratione Epaminondas miſſos ad ſe legatos ferentes munera animo corrumpendi, prius eos ad prandium venire iuſsit, appoſita menſa vilis, bibebant vinum acidum, & *ait:* Abite & domino veſtro mea prandia narrate, quibus me contentum non facilè ſuis muneribus ad proditionem alliciet. *Stobæus ſerm.* 1. *de Prudentia.* Seuerior Cambiſes, qui Siſamnem iniquè propter pecuniam iudicantem excoriauit. *Herodot. lib.* 5. Videant igitur qui mereri volunt iudicio, turpe illud eſſe

Accuſatiuus ſi venerit ante Tribunal
Atq; Vocatiuus quamuis fuerit peregrinus
Proſicit in nihilum: ſi venerit abſq; Datiuo.
Dum diues loquitur, verbum Salomonis habetur,
Dum pauper loquitur, tum barbarus eſſe videtur.

Sit igitur ad promouendum meritum honeſtum Ludouici Pij Imperat. doctrina ſufficiens. Hic poſt mortem Caroli Magni congregato Procerum Aquiſgrani Conuentu, iuſsit Prætoribus nihil munerum accipere, pauperes ſummoperè commendauit, vetuit ne populum extraordinarijs tributis nouiſque ſeruitutibus expilarent. *Auentinus lib.* 4. *Annal. Boiorum.* Dum Arma nobilitatis prædictæ conſidero, quod tanta præmia dignitatum & honorum conſecuti fuerint, eſt in cauſa digniſsimum meritum. Quapropter cuidam indigno Imperatori dictum erat: *Tuo te gladio iugulo.* Et inquieto Maslao appoſitum Singraphe: *Alta petiſti, alta tene.* Vnde Tympius in ſpeculo boni Magiſtratus meritum bonum declarando reliquit.

Non reddere bona pro malis, malum eſt,
Reddere mala pro malis, peruerſum eſt.
Reddere mala pro bonis, peſſimum eſt.
Reddere bona pro bonis, æquum eſt.
Reddere bonum pro malis, optimum eſt.

LINEA FAMILIÆ PAWEZA.

HErbort *à quo primùm denominata hæc ſunt arma Herburthorum, quæ Paweza dicta, quia vndiq; viride pomum crucibus & gladiis ligarunt & circumdederunt, & hoc ex Slauonico idiomate.*

Zawiſij, *Antiqua in Ruſſia, Podolia, & Pocutia familia, militaribus diſciplinis & tropheis clara. Hi Ruſſorum errore reiecto in gremium S. Rom. Eccleſiæ adſciti, reddunt viua ornamenta cum poſteris Reip. & Familiæ. Optimè quidam ludebat, dicens:*

Ignauus

Ignauus ſtupidus ſtultorum nomen habebit
At ſapiens doctus tutus vbique nitet.
Dum ſtimulat virtus cui bonum corde reſedit,
Vt fas eſt vigeas, dum tua fata ſinunt.

Voronicij, *in Chyonienſi Palatinatu, quorum aliqui Schyſmate reiecto Eccleſiæ veræ adhæſere. Philonus Succamerarius Chyonienſis reliquit filium. Theodorus, Pocillator Chyonienſis, miles ſtrenuus & eximius, filius ſuus in Palatio nunc Vladiſl. IV.*

PEŁNIA ſeù PLENILVNIVM.



DELINEATIO.

EST Luna in pleno ſpheræ circulo, ex cuius vertice exurgit crux, ſuis in lateribus cruces deferens, Luna eſt alba, crux coloris aurei. Super coronam ſunt tres pennæ Strutij, à parte verò leua & ſiniſtra ſunt ſingulæ frameæ, manubrijs ad coronam verſæ, acuminibus ſuis coronam defendentes, campus eſt rubeus.

ORIGO.

A Duce fortiſsimo Ruſſorum Lubartho initia retinent. Caſimirus Rex Polonorum, circa Annum 1349. obſidendo Volodimiriam & expugnando, eximius & actu bellico ſtrenuus miles Lubarthi Bogdanus de Iuanice, luna tunc noctu ſplendente toto ſuo circulo, adijt exercitum Regium & totam vim, fortitudinem, numerum, & apparatum reuidit & colluſtrauit. Quod vbi retulit fidelis & prodigus ſuæ vitæ miles perturbato Duci, animum Dux reſumpſit, audaciam armauit, loricas & gladios adijt, ad vltimum liberatus ex inſidijs, tàm præſtanti militi & victoriam pronuncianti, in præmium æuiternum talia arma Bogdan & Pelnia dicta, liberè & gratanter conceſsit.

IVSTITIÆ NVMMVS.

SVmma iuſtitia eſt, reddere vnicuique quod ſuum eſt. Sed quia iuſtitiæ non vnica ſolùm conſideratio eſt, ideò non vniformiter etiam in nummis Imperatorum & tabulis efformatam videmus. Eſt iuſtitia authoritatiua, quæ etiam ferocem domat, ideò in antiquo nummo cernebatur iuſtitiæ effigies, claua ſupra leonis caput poſtremis pedibus reſidentibus iniecta. Inquit enim Orpheus in hymno iuſtitiæ.

Semper frangis enim omnes
Quicunq; iugum non ſubierint tuum.

Eſt iuſtitia vindicatiua, ideò antiqui effigiei illius faſces cum ſecuri ad lancem ſtatuebant, ſubſcribendo *Pereat mundus, & fiat iuſtitia.* Eſt iuſtitia comminatiua, ideò in effigiem ipſius formabantur duæ mulieres; vna, quæ fractum gladium gerebat, altera, quæ conto nitebatur. Demonſtrabant enim ſeueritatem cohibitam in prima, & lenitatem puniendi in altera fæminarum. *Pier. lib.* 42. Eſt iuſtitia diſtributiua, quam Cæſar Ripa in ſua Iconologia expreſsit: Laureata fæmina vnâ manu tenet manipulum millij, altera circulum aureum, appoſitum ſingraphe *Conſeruatio.* Iuſtitia enim diſtributiua æqui boniq́ue conſulendo omnibus, omnium conſeruationem præſefert & deſiderat. Confert huic granum, huic aurum, iſti honorem, illi vtilitatem, Quocirca Philippus Macedonum, quod citiùs non deſcendiſſet ad iuſtitiam diſtributiuam cum ſuo Hipparcho Euboico acerbè dolebat atque mitiganti ſuum dolorem & dicenti. Erat natu grandis tempeſtiuè deceſsit, ita reſpondit: vt dicit *Plut.* Sibi quidem ipſe tempeſtiuè deceſsit, ſed mihi præpropere, mors enim illum anticipauit priuſquàm à me beneficium acceperit noſtra dignum amicitia. Arma nobilitatis Pelnia dum conſidero, & originem illorum mente rumino, nil aliud eſſe niſi quendam iuſtitiæ diſtributiuæ nummum video; accepit namq́ue ea in præmium ob dignum & militare meritum, vel nummum iuſtitiæ dicam quia ſimilia his arma in nummo aureo Vngarorum Reginæ & Coniugis Sancti Stephani Regis contemplor, deferebat enim inſigne circulum cum duabus crucibus deſuper, ſicut Dubrauius *lib.* 11. *fol.* 96. & author Horti regalis retulerunt.

Ergò ô fortuna viris non inuide fortibus
Sed æqua bonis præmia diuide.

BENEFICENTIA LVNÆ.

MAxima eſt beneficentia Solis, innuit hoc ipſe Conſeruator orbium, dicens: *Solem ſuum facit oriri ſuper iuſtos & iniuſtos.* Innuit & ipſe Ariſt. qui dicit: *Homo & Sol generant hominem.* Verùm Lunæ quoque eſt non mediocris beneficentia. Licurgus Athenienſium Legiſlator, inter optimas leges ſanxit: *Milites vt plenilunio hoſtem adeant.* Hoc enim

non mo-

non modicum expreſsit beneficium lunæ. Non enim ideò legem ſanxit, vt commodius pugnarent cum hoſte die noctuque pugnando, nempè ad internecionem ipſius, ſed etiam vt beneficio lunæ, ſi bellum infauſtum fuerit, ſaluti ſuæ aptius prouidere valeant. Nam ſicut Ioſue fæliciter pugnando ad ſolem deducebat ſermonem: *Sol non mouearis*, ita flaccidus & deuictus miles noctu vitam conſeruando optat ſibi tempus à luna dicens: *Luceas ó Luna*. Demùm beneficentiam lunæ & ex hoc cernimus, quod luna ſol noctis appelletur, non ſolùm ob aliquid caſuale. Conſpectæ namque tres lunæ ſimul in diuerſis locis Cn. Domitio, & C. Fannio Conſulibus, vt *Plin. lib.* 2. *cap.* 32. refert, à pleriſque ſoles nocturni, quia miro modo tunc terram illuſtrarant, appellati fuerunt. Sed ſoles dicuntur ob ſummam beneficentiam his ſublunaribus, quia ſicut ſol in die, ita luna in nocte, illis conferre conſueuit. Vnde quidam Poetarum.

Vaga cingitur aſtris
Luna, et in Oceanum riui cecidere minores.

Quapropter Ægiptij Mineruam Saim hoc eſt Lunā ab illis ſic nuncupatam ſummis celebrabant ſolennitatibus, & feſtum illi Lychnopopæiam dictum conſtituerunt. Hoc eſt lychnos nauigijs imponebant, & Nilo ad vrbem Saim peruehebant, & vbi ad templum in quo ſimulachrum Deæ collocatum fuerat peruenerunt, accendebant Lychnos, vnde Sais per totam noctem ſacro igne quaſi in meridie ſole illuſtrabatur. *Themiſtius* Orat. 1. *ad Imperat. Conſtantinum.* Arma præſentia nobilium dum conſidero, non immeritò Lunæ beneficentiam nominabo. Neque ſolùm ex illâ ratione, quod quadam beneficentia Lunæ plenæ acquiſita fuerunt, ſed eò plurimùm quod ab his præſtantiſsimis & bello claris triumphatoribus qui illis inſigniuntur, ampla Patria & Reſpub. ſuſceperit commoda & beneficia. Si enim antiquos & modernis temporibus conſiderabimus Iuaniccios, illi Patriæ nedum ſubſtantiam ſed vitam, nedum ſe ſed & filios, conſecrarunt, reddiderunt. Reipublicæ verò, quæ Fide non Græca, Religione non diuiſâ, conſilio non ſuſpecto, fulcitur & permanet, animum vires opera, pleno affectu totoque pectore immolarunt, ſanctificarunt. Quocirca ſanguine & hoſtium gladijs in Moſchouia, Vngaria, & Patria id teſtificati in æuum, muniuerunt, ſigillarunt,

LINEA FAMILIÆ PEŁNIA, ſeu BOCHDAN.

Bogdanus *ſeu Deodatus, cui talia nobilitatis arma primùm à Lubartho ad Volodimiriam in Volhynia pugnanti Anno* 1341. *collata fuerunt. Quod concinnè ſatis quidam carmine adnotauerat.*

Stemma vetus titulum ducens à nomine Bochdan,
Quod crux tergemina lunaque plena regit,
Eſt ortum in bello cum Bochdan nocte latentem
Sub caſtris hoſtem circumeundo notat.

Hoc quia ter fecit, pleno ſub lumine noctis,
Crux illi triplex, Lunaque plena datur.

Tàm ſtrenuus miles ſuperatis plurimis hoſtibus Fidei et paci aduerſantibus, morte militari et in campo tropheo deceſſit. Facta enim incurſione in Regnum Tartari dum Volhynenſem tractum deuaſtant, ilic ad arcem Litouiſiam dum accurit, circumſeptus à Tartaris mediis in telis vnà cum aliis fortiter occubuit. Extat memoriale ipſius ad Serdiatice propè Litouiſiam, vbi numeroſa ſepulchra occiſorum, à duce ſuo Iwánicki nomenclaturam, et in præſens Iuanice retinent. Reliquit duos filios, Adrianum & Iliam, ſeu Heliam, viros ceu inter incommoda Tartarica & pericula natos, ab ipſa natura bellicis occupationibus aptos et deditos. Adrianus contracto matrimonio cum filia Iuaſci, ſiue Ioannis Hutor, ſuſcepit filium Iacouum ſeu Iacobum, qui atritis in bello humeris, ſagittis & arcu, nacta occaſione in domo Stecij ſeu Stephani Hulanicki filiam eius in coniugem ſibi elegit, cum qua habuit Fedorium & Zancum ſeu Zachariam. Quiquidem Zanko quia ad ipſam lanuginem in Vngariam diſceſſerat, ibidem miles cum Sereniſſ. Rege Vladislao ad Varnam Familiæ ſuæ monumentum glorioſum repoſuit. Anno 1444. Ilias Adriani frater, poſt terrores & vigilias militares cum filia Daſko ſeu Damiani Dederkalo, reliquit Michnum ſeu Michaelem. Qui cum filia Vanko Koptewicz, ſuſceperat Hrehorium ſeu Gregorium. Ipſe verò Michael cum Conſtantino Duce in Oſtrog M. Litu. Duce. ad Socalum 1519. Marti victori, Familiæ atque Patriæ, Parenti, ſanguine ſepulchrum conſperſit & occubuit. Anno verò 1523. triennio ſcilicet poſt deceſſum Michno ſeu Michaelis facta eſt diuiſio bonorum inter filios Chuedkum ſeu Fedorium Iacobi, & Hrehorium Michaelis. Quam ſubſcripſerunt ſemen Dux in Zbaraz, Fedorius Boki, ſemen Fedorowicz Lachowſki & Kudinus Drewinſki. Fedorius ſeu Chwedko Iwánicki, reliquit filium Bohuſium cum filia Euſtachij Szpakowſki, qui habuit duos filios Vaſkum ſeu Baſilium, cum Illuſtriſſ. Duce in Wiſniowiec Michaele Cerkaſen. & Caniouien. Præfecto militem, occiſus à Tartaris, cyppo ſuo denominauit campum, Iuaniccij Mobila, & Laurium ſeu Laurentium alterum filium hæredem totius Villæ veteris Iuanice Anno 1534. Qui vnionem Volhyniæ cum cæteris nobilibus iuramento confirmauit cum Regno 1569. Exactor contributionum Regni in Pal. Volhyneń. Cum Iwánicka dum gradū conſanguinitatis exceſſit Matrena contracto matrimonio, reliquit duos filios Lazarum, & Timoſiū ſeu Tymotheum, cum qua pro dote accepit villam Wola Iwánicka ſeu Piſki. Hrehorius verò qui diuiſa bona cum Chwedkone tenebat, cum Olechna Diochtij, ſuſcepit Sienkum filium, qui cum filia Iacyk Lityńſki habuit Gregor. & hic cum Olechna filia Petri Zerkalo Koniewicki reliquit Alexandrum, ex hoc Simeon cum filia Andreæ Korowai, qui cum Matrena Iuachni Kraſnoſielſki filia in dote accepit Nowe Iwánice, & ita Iwánice villæ, vetus & Nowa Iwánice ad Iuaniccioru̅ poſſeſſionem deuenerunt. Tymotheus Laurini ſeu Laurentij Iwánicki, parentis

rentis ſui imitator in bono & honeſto, amator pacis domi, & caſtrorũ foris, cum Bochdanka Prazowſka ſuſcepit Laurentium. Hic habuit quatuor filios. Fridericum qui militari exercitio in Caſtris Regni, & M. D. Litu. ſolidè deducto, plurimis expeditionibus fortitudinem animi & audaciam exertituum Ducibus declarauit. Demùm collectis duobus millibus copiarum, cum conſenſu Reipub. in Germaniam, pro Imperiali Maieſtate venit, commiſſisq; aliquot prælijs cum Guſtauianis et ipſi adhærentibus, ibidem obijt, & in ſacello Imperatorum fortunatus Oberſter ſepultus. Eius fratres germani vires ſuas Marti & Bellonæ ſacratas perpetuæ memoriæ deuouerunt. Nam Venceslaus in expeditione Moſchouitica, Ioannes in expeditione Turcica ad Chotiniam occubuerunt. Alexander autem quartus eorum frater valetudine caſtris & expeditionibus debilitata, cum Iuanicka Matrena quintum gradu attingentem, ſuſcepit ſacramentum matrimonij. Lazarus Iwanicki Timothei frater & filius Laurini, Politicam & iura Volhyniæ poſt militaria certamina amplexus fuit, quibus & Familiam ſuam cohoneſtauit, cum filia Stephani Hoholewſki, ex Palat. Belzenſi armorum Iaſtrzębiec celebrauit matrimonium, & reliquit filios quatuor. Primum Gabrielem, ex praxi militari Campiductori pro tunc Regni Zolkieuio apprimè dilectum, & ab illo in Caſtris diuerſis caſtrorum titulis honoratum. Dux in Oſtrog Ianuſius Caſtell. Crac. dum Capit. Volodimirien. priuilegium obtinuit, illum Iudicem Caſtrenſem & Vicecapitaneum conſtituit. Cum Bykowſka Apollonia armorum Kmita Czarnobilenſium tenuit coniugium. Secundum Mathiam, qui literis ornatam iuuentutem & Cancellariæ Volhynenſis ſtylo & praxi collectis, demum militaribus vigilijs, ad ſui Palatinatus dignitatem, in aptum & morigeratum nobiliter ciuem ſeſe collegit, & diſpoſuit. Erat vicibus quatuor deputatus ex Palatinatu Volhyniæ ad correctionem iurium & compoſitionem inter ſtatus. Candidatus pro Notario Terreſtri Volodimir. & Luceorienſi. Elector Sereniſſ. Vladisl. IV. Regis, nunc feliciter nobis & vtinam Neſtoreos in annos regnantis ex Palatinatu delectus, Vice-Capit. Vlodimirieñ. ſub Illuſtriſſ. Duce in Zaſlaw Georgio, beneuolus, iucundus, dilectus, & honoratus ab omnibus incolis ſeniculus. Illi conſors Margaretha de domo Kurczeuiciorum qui ante vocabantur Koriati, armorum Kurcz. Tertium Ioannem. Hic eximius miles, & Caſtrorum obſeruator acerrimus, bello clarus, conuerſatione acceptus, experientiæ in ſago notabilis, poſt expeditiones Liuonicam, Moſchouiticam, Valachicam & cæteras, poſt deceſſum Coniugis Annæ Iezowſka armorum Poray ex Syradienſi Palat. relictis ætatis maturæ filiis, contemptis fortunæ & corporis bonis, peregrinationi ſacræ, Romam, Hieroſolymam, et in alia ſacra & deuota loca eundi, animum adiunxit. Ipſius ſunt filij Conſtantinus, qui adoleſcentiam literis, virtute & moribus ornatam in eximiæ ſpei expectationem detulit, & ad ſpiritualis ſtatus dignitatem diſpoſuit. Vnde ab Illuſtriſſimis Epiſcopis Luceorienſibus variis dignitatibus Eccleſiaſticis honoratus,

etiam in numerum Canonicorum Luccorienſium adſcriptus fuit, & ad Iudicia Tribunalicia Regni deputatus eſt, vir iudicij excellentis, & Eccleſiaſtes honorabilis.

Fælix ſorte ſua eſt tetras cui frangere claſſes
Fas erit Hæreſeon vindice cruce ſua.

Eius germani fratres Suentoslaus & Stephanus maiorum facta imitando poſt pulueres Scholaſticos, gladiis conſcribunt famam domus ſuæ nobilis & ſanguine hoſtili. Immedicabile enim vulnus Patriæ, enſe reſecandum eſt, ne pars ſincera madetur. Quartum Georgium, qui dum florem iuuentutis bello conſecraſſet, in Moſchouiam cum Demetrio Moſchorum Imperatore miles properauit, vbi dum optima retulit ex hoſte trophea, Rothmagiſter ab Imperatore Moſchorum denunciatus fuit, ibiq; ceu fidelis Achates in ſeditione Moſchorum fortiter occubuit. Filiæ autem prænominati Lazari quatuor fuerunt, Heliſabeth Georgij Outoczynſki, Iudicis Terreſtris Vlodimirień. Theodora Hreborij Kiśiel Subiudicis Vlodimir. cuius filius nunc eſt Caſtell. Czerniechouienſis. Alexandra Ioannis Bobouitin, Regina Alberti de Grochow Ponętowſki conſortes. Thobias filius Gabrielis nepos Lazari, qui collecta educatione decenti in aulis magnatum, vitæ ſedatioris merita contemplando, accepit iuramenti perpetui vinculum cum Theodora Czapliczowna armorum Kierdey. Paulus illius germanus, vt familiæ ſuæ accumularet incrementa, in Gallia, Belgio, Hollandia, Flandrobelgio, &c. acuit ingenium & vires, atq; ſpei virentis expectatam reliquit ſpartam. Stephanus filius Mathiæ & Lazari nepos, ſpretis mundi illecebris religioſam vitam cum auſteritate in Ordine Prædicatorum profeſſus fuit, atq; ob literarum dignitatem, & Theologiam facultatis Theologicæ Lector creatus, Crac: deceſſit. Samuel germanus ſuus anteceſſorum in ſua familia merita adaugendo, militaris periculi ſocius, in Pruſſia cum Guſtauianis ad Czczouiam ſeu Darſauiã pugnando, occubuit. Daniel vltimus frater, militares & Caſtrenſes actus proſequendo, in pacaciorem ſtatum conſorte filia Wolſcij accepta tranſijt. Ergò clariſſima domus

Fac repetas animo ſumens exempla peracta.

PILAWA

PILAWA.



DELINEATIO.

SVNT duæ cruces & medium tertiæ à parte leua coloris albi, in campo ceruleo. Supra coronam & galeam, ſunt quinque pennæ Struthionum.

ORIGO.

ERAT Zyroslaus ſtrenuus & magnæ experientiæ miles Boleslai Criſpi Polona ſceptra regentis temporibus, qui plurimis trophæis in bello clarum nomen ſuum deduxerat, præcipuè tamen in Pruſsia ad Pilauam. Nam cum Pruſsi iteratis vicibus Chriſto fidem & fidelitatem Regi depoſuiſſent, & vice tertia eadem animo concepta efficere deſideraſſent, Boleslaus Rex cognita fraude bellum in vindictam ſceleris indixit. Fit congreſſus. Zyroslaus Leonidis pectore in hoſtem irruens, viribus fractis, eum qui totius mali ſentina & dux fuerat, in ipſo vmbilico militum perfodit & interemit. Idem Zyroslaus in bello Ruſſiaco cum Caſimiri Iuſti Parente & Rege Poloniæ, & ipſo Caſimiro pugnando alacri fronte meruerat inſignia præmia & promiſſa Regia, ſed fortuna diſtulit Regum morte accelerata. Igitur Caſimirus Iuſtus Rex Poloniæ copia meritorum Zyroſlai etiam ſub Boleslao Criuouſtio inchoatorum perſpecta, Maieſtate Regia Anno 1179. talia ſibi arma in perpetuum inſigne cum diuerſis bonis & poſſeſsionibus contulit, quæ nedum antiqua ſua merita & noua præmia exprimerent, ſed etiam fortitudinem victoris & hoſtium perfidiam explicarent. Erant baptiſma bis ſuſcipientes & reijcientes hoſtes, Zyroslao dantur ideò duæ cruces, cogitarunt fraudem tertiò per baptiſma hoſtes, datur Zyroslao victori & vltori fidei & perfidiæ media crux: ad Pilauam in Pruſsia hoſtes peccarunt, ad Pilauam quoque Zyroslao bellanti arma conceſſerunt.

Sic fauſtum fœlixq; tuum inſigne
Sic fauſtum fœlixq; tuum augurium
Sic fauſtum fœlixq; tuum trophæum
Sic fauſtum fœlixq; tuum nobilitatis decus
Viget, viret, viuit
Nomine, fama, gloria.

CAMPVS

CAMPVS CÆLESTIS.

EQuidem generans non facit formam vt *Ariſtotel. 7. Meth.* docuit, quapropter minoris conſequentiæ & fælicitatis campus erit vt producat cælum vel ſit cæleſtis, verùm non ſine graui animaduerſione Pilauiorum Stemma campum cæleſtem nominabo. Nec ſolùm moueor titulo Perilluſtri inuictiſsimi olim Oſualdi Anglorum Regis militum, qui locum in quo Rex erexerat crucem pro Impetranda à Domino victoria Heonſefeld, hoc eſt campum cæleſtem nominarunt. *Beda in Hiſt. Angli. cap.* 2. Nec ſolum moueor quia cruces floratas & floridas quaſi campum cæleſtem exprimentes author Cathologi gloriæ mundi legentibus offert: ſed quia Stemma nobilitatis Pilawa quendam campum cæleſtem repreſentat. Quid namque crux iſta vna, altera & media eſt, quam flos quidam ex crucibus compoſitus campum quendam ſanctiſsimum præſeferens & exponens. Liceat ergò dicere, campus hic, campus cæleſtis eſt. Noui multarum differentiarum cruces, ſunt rectæ, fixæ, patulæ, potentiatæ, cruciatæ, floridæ, &c. & quælibet harum ſacramenta multiplicia exprimit, ſicut arma nobilitatis Gallicæ id demonſtrant, ſed quæcunque ſunt differentiæ, nobilitates, dignitates crucis diuiſim ſumptæ, in veſtris armis Pilauij coniunctim leguntur & apparent. Nam inſpicienti Arma veſtra, offert ſe oculis ſubitò crux & recta, & fixa, & potentiata, &c. vt meritò arma veſtra dicenda veniunt, Flos crucium campuſque cæleſtis. Campum magnum in quo Arphaxad Regem Aſſyriorum Nabuchodonoſor Rex obtinuerat, *Iudith.* 1. *lectito.* Inſpiciendo arma veſtra ô Pilauij dicam, quod verè obtinuiſtis campum magnum dum tanta tamque ſalutifera inſignia vobis conceſſa & inſcripta fuerunt. Per hoc enim obtinuiſtis campum magnum in diuerſa arena Moſchorum, Vngarorum, Moldauorum, Pruſſorum, Liuonorum. Obtinuiſtis cum Scythis, Turcis, Valachis, Moſchis, Pruſsis, Gedanenſibus, Suedis & Coſacis, vnde vos tot honoribus, titulis, dignitatibus, præmijs, Reges, Senatus, & Patria decorarunt. Hinc Moſcorouios & Tuorouios omni ſeculo ob diſciplinam militarem non ignotos Hiſtoriæ referunt, Camienieccios, Bucaccios, Staniſſawſcios toga & armis potentes enumerare non deſinunt, inter quos multis ſeculis Illuſtres & Magnificos Potoccios ſuauius recolunt. Illi enim nedum campum magnum pro Rege, Patria, & Regno, ſed campum quoque cæleſtem obtinuerunt. Ea namque quæ ſunt Dei, quæ ſunt Fidei, quæ ſunt cæli, quæ æternitatis plurimi illorum tentant, obſeruant, nituntur. Seneca in Octauio campum cæleſtem expreſsit dicens:

Pulchrum eſt eminere inter Illuſtres viros,
Conſulere Patriæ, parcere afflictis, fera
Cede abſtinere, tempus atque iræ dare
Orbi quietem, ſeculo pacem ſuo.
Hac ſumma virtus petitur, hac cælum via

Hac

Sed plurima deſiderarunt Senecæ ad campum cæleſtem declarandum. Declarant habentque campum cæleſtem Pilauij, Fide, Deo, Eccleſia, amore, honore, reuerentiā, Patriæ, ſacrorum Diuorum.

VICTORIARVM CERTITVDO.

VNiuerſam certitudinem victoriæ Conſtantinus Magnus Imperator in cruce dum poneret, Conſtantinopoli tres ex æræ immenſas cruces fieri curauit, & vni dedit titulum Ieſus, quam auro ornatam ſuper arcum triumphalem in foro poſuit. Alteri dedit titulum Chriſtus, quam in Porphiriteca columna in loco Philadelphion collocauit. Tertiam Victoriam nominauit, quam in foro Panario ſuper columnam marmoream poni & erigi iuſſit. Eam Heraclius ſucceſſor ita magnifecit, vt & inuictam nominauerit, & terræ motu quaſſatam ferreis laminis firmauerit ſubſcripſeritq́;. OPVS DEO ACCEPTVM. *Niceph. lib. 8. Hiſt. Eccleſ.* Tres cruces Stemma veſtrum fecit, ô victorioſiſsimi Pilauij, nam ſicut primi ex familia veſtra primitus victorias certas & Chriſtianas obtinuerunt, ita obtinent in præſens & ferent in futurum. Sunt namq́; inſignia hæc veſtra, rememoratiua præteritorum, ſunt demonſtratiua præſentium, ſunt prognoſtica futurorum, nam Illuſtri Familia Pilauiorum Regni poteſtas ſublimata, nobilis Patria decorata, curilis Senatoria cohoneſtata, in præſens quoq; ſeculum permanſit & permanet. Erat non modica victoriarum certitudo in Kameniecijs, Tworouijs, Zakliceuſcijs. Erat non immodica in Bucaccijs, Sloſtowſcijs, erat & eſt victoria in Potoccijs in Podolia. An non immodica victoriarũ certitudo, cùm Ioannes Potoccius poſt Stephanos, Michailos, Dragulios, Rozuanos, Valachorum Moldauiæ Biſaetinorumq́; terror & ſtrages fieret. An non immodica victoriarum certitudo, dum Iacob. Potocius Smolenſcij muros ingreſſus, militem ſuum vt aquam diffluere in partes diuerſas fecit, ipſamq́; gubernationẽ Smolenſcij Seren. Sigiſm III. Rege mandante ſuſcepit, detinuit, reddidit. An non immodica eſt victoriarum certitudo dum Andreas Potocius vnà cum tribus germanis fratribus, pro Maieſt: Regia Sigiſm. III. millena exercituum ad Viſliciam & Guzouũ contra Rokoſanos deduxit? An non immodica certitudo victoriarum, dum Sereniſſ. Rex Sigiſ. Stephano Potoccio anteſignanam Regni arcem & Poloniæ coronam (Cracouiam dico) defendendam cuſtodiendamq́; in tali tumultu Reipub. commiſit & commendauit? Quid de Bernardo Potocio referam, qui contra Tartaros pugnando, ab ipſa clade Lituanorum exercitũ eripuit? Quid de Nicolao, Stanislao, Georgio, alijſq́; Potoccijs referam? Eorum familia magis eſſe Vliſſes quàm antri cyclopes & aurei Polycrates elegerunt. Quapropter concinnè quidam exponebat Potocium. Primus omnium Turcarum ordines conſilio inuadet, virtute ſpoliabit: Sumatis igitur Maximi Heroes Pilauij ex Armis veſtris certitudinis ſpem in victorijs, & ego licet indignus ante Deum exorator veſter, illud Ageæ Prophetæ cap. 2. expoſtulabo. *Implebo domum iſtam gloria, & in loco iſto dabo pacem.*

ACADEMIA CHRISTI.

CRucem Academiam eſſe Chriſti, multipliciter nouimus. Nouimus in mari; non enim via à nautis in mari voluitur, niſi ab illis arbor in cælum erigatur, velum diſtendatur, ex quibus cruce Domini efformata aquarum fluenta rumpantur. Et in hoc ſigno crucis, portum ſalutis petunt, & periculum mortis euadunt. Nouimus crucem eſſe Academiam Chriſti & in terra. Nam bonus agricola, & fructum abundantem ex terra expectans, non prius alimentum vitæ ex præconcepta ſpe ex labore perquirit, quam figuram crucis ad aratrum iugo boum, & ſemetipſo ad ſtiuam aratri crucis imaginem, quaſi initio & fine laboris benedictionem ex alto expoſtulando, efformauerit. Nouimus crucem Academiam eſſe & in cælo. Nam cum cælum oriente, occidente, meridie, & ſeptemtrione diſtinguatur, quaſi quibuſdam crucibus continetur. Nouimus & ex formatione hominis, nam ſi manus extendat in modum crucis, tanta eſt ipſius latitudo, quanta & longitudo. In quem ſenſum fortè etiam D. Ambroſ. ſerm. 56. in Exod. 17. cap. diſſeruit: *Citius noſtra exauditur oratio, cùm Chriſtum quem mens loquitur, etiam corpus imitatur.* Licet etiam orationem in terra humiliter proſtratam hominum, crucis hac formatione approbauerit. Cruces igitur multiplices dum ſtemma veſtrum exprimunt, qualem obſecro Academiam in vobis fundabunt? profectò non fundant Arrij, non Lutheri, non Zwinglij, non Caluini. hæc enim & ſimilium auerſantur depictam & manibus formatam crucem, ſtemmaque non nobilium & fide Chriſti inſignitorum eſſe aſſerunt: ſed ipſam fundant Academiam Chriſti, quæ in Baptiſmo ſacro cruce ſignatos baptiſat, quos etiam cruces Pilauiorum cum Zyroslao repreſentant. Si igitur vos delectat ſtemma veſtrum, ô Pilauij, atque eò claram proſapiam, famam, antiquitatem, aſſerere eſt iucundum, parce obſecro, te tuo gladio (vt quondam Imperatori Mario dictum fuerat) iugulabo. Cur crucem Chriſti, ex qua tuam nobilitatem trahis, & præcordio foues tanta veneratione non conſeruas? Adhibe igitur ipſam ad frontem, adhibe ad pectora, depellet enim Beelzebub, hoc eſt muſcas infernales. Audi Chryſoſtomum dicentem: *Pingamus Crucem & geſtemus in noſtris domibus, in noſtris frontibus, in noſtris animis, & cùm te cruce ſignaueris, contemplare quæ ſit virtus Chriſti, & quæ ex ea contigerunt.* Et ita Familia veſtra quæ fuit, & eſt Academia Martis, ſi fuerit quoque in Academia Chriſti, in vera & ſancta fide Catholica Apoſtolica Romana, multorum Martyrum ſanguine conſecrata, & gratia miraculorum illuſtrata, edocta & inſtructa ſtabilis & firma, benedictionibus replebitur. Sin aliter. Diſperdet Dominus habitatorem de domo idoli, verè etenim idolatræ ſunt, qui cruce cæleſti inſigniti ex fide, & propter Baptiſmi ſalutaris fontem, Chriſti tamen Crucem, ceu quoddam idolum abominantur, auerſantur, & fugiunt.

LINEA

LINEA FAMILIÆ PILAVIORVM.

ZYroſlaus Pilawa, cui primùm tàlia arma gentilicia à Caſimiro Iuſto Rege Poloniarum Anno 1179. collata fuerunt, viro armis ſtrenuo & Martis trophæo clariſſimi.

Exemplo Lacedæmonium non mænia, verum
Scutis opponebat ſcuta, virumq́ue viris.

Sed quia merita ipſius ſub Boleslao Criſpo lumina & præmia poſt Tyrocinia bellica ſub Boleslao Crinouſtio Arma hæc memoriam retinent, Annus inchoationis inſigniorum erit 1129. Paproc. in Nido virtutum. Alexander Zyroslai filius, vir bello & amore Patriæ clarus, reliquit filios octo. De hoc Paproc. in Nido virtutum, & addit Annum 1206. ex aliquo ſine dubio antiquo authore, crediderim quod Baſcone Canonico ſi benè recordor Poſnanienſi. Moſkorzewſcij, antiqua & ex Zyroslai filiis, immediate deſcendens Familia. Si antiquiores nobis non referunt Hiſtorici, ab his incipere liceat, ex quorum dignitatibus facilè erit Zyroslai poſteritatem & antiquitatem illorum coniecturari. Ianuſius Moſkorzewſki Anno 1239. in Vngariam Legatus. De quo ita antiquus Hiſtoricus Baſsko Canonicus Poſnanien. Miſit Boleslaus Pudicus Ianuſium Moſkorzeuium Palatinum Cracouienſem, cum Clemente de Ruſcza Caſtell. ibidem, qui cum Bela Rege Hungarorum fœdera iecerunt, ſiue antiqua firmauerunt, & filiam eius Kingam pro vxore & Quadraginta millia marcarum pro dote, &c. Hæc ille. Cromerus dum iſtius meminit legationis, non fecit mentionem nec nobilitatis nec armorum. Dicit tantum Clemens Clementouius Caſtell. & Ianuſius Palat. Cracouień. fœdera iecit, & filiam eius quæ Cunegundis dicta eſt, &c. ſub eodem anno. Ioannes Herburth fol. 120. Clementem de Ruſcza Sulislai filium, gente Gryphium refert, ſed Palat. Cracouień. (qui Pudico Regi reſtituit pulſo præſidio Conradi Cracouiam) nominat. Sed hoc ſaluari poteſt promotione noua. Bielſcius neſcio cuius genio prænominatum Ianuſium gente Toporeum poſuit fol. 165. Sed ſicut Clementi ſcribendo Caſtell. Cracouień gente Gryffium, de Climontouo non rectè addidit, nam Cromerus dixit Clementem Clementouium, hoc eſt Clementis filium non verò Clemuntouium, nam de Ruſcza erat, ita contra Baſcium non rectè poſuit Toporeum. Nicolaus Moſkorzeuius, ex maiorum meritis & propriis Regi Iagelloni & Anteceſſoribus ipſius dilectus, Procancellarius Regni, & in prudentia militari optimè verſatus. De hoc Cromer. lib. 15. ſub Anno 1389. Veritus autem Rex ne Vitoldus Vilna Ruſſorum impenſius ipſi fauentium proditione per inſcitiam & ignauiam Skirgellonis potiretur, miſit eò Nicolaum Moſcorouium Procancell. Poloniæ, cum mediocri militum Polonorum præſidio & apparatu bellico vt arcem vtramq; tueretur. Bielſcius fol. 274. addit, Moſcorouium miſit Vilnam Nicolaum armorum Pilawa. Et folio 276. refert quam forti pectore defenderit ſuperiorem arcem Vilnenſem Moſcorouius, ceciderunt in illa obſidione Vitoldi, ac Magiſtrorum Pruthenicorum,

& Linoniæ Korygel, & Narimunthus Iagellonis fratres ex noſtra parte, & Totiuilus Vitoldi germanus ex altera cum aliquot Comitibus. Durauit obſidio per menſes tres, idem refert Sarnicius lib. 7. fol. 340. *Clemens Moſcorouius Caſtell. Viſlicień. & Præfectus Cracouienſis, ex quibus & tàm altis titulis, & maiorum Moſchorouiorum authoritas antiqua, & merita eximia apparent. meminit illius* Crom. lib. 16. 1408. & Bielſc. *in bello contra Cruciferos cum Iagellone Rothmag. meminit* 1409. *Anno. Andreas Moſkorzewſki de Moſkorzewo, ex Palat. Sendomir. & Remigianus ex Palat. Crac. ſubſcripſerunt electionem Vladisl. IV. Sereniſſ. Reg. Pol.*

Kamieniecij *in Cracouienſi Palatinatu, alij in Podgoriam tranſierunt, ex Cameneco familiam ſuam notabant. Alij in Ruſſiam deuenerunt, & Familiam ſuam notabant de Zaloſce & Oleſko. Profectò erat Familia ſuis temporibus Patriæ & Reipub. deſiderium & decus. Nam nedum illam defenderunt, auxerunt. ſed plurimis accumulati bonis, plus virtutem quàm diuitiarum ſplendorem adamarunt. vt Echo ſit.*

Semper opum ſtudio præfer virtutis amorem
Non opibus virtus, ſed opes virtute parantur.

Alexander Kamieniecki qui ex Moſcorouiis deſcendunt, ſed à bonis diuerſis Kamieniecij, Potocij, Borowſcij, Staniſlawſcij, &c. nuncupati ſunt. Hic nedum anteceſſorum prænio, ſed meritò quoq; proprio in ſago & caſtris ad magnam togæ dignitatem, & Senatus honorem, circa annum 1309. *deuenit. Erat namq; Palat. Sendomir. ſed tribuo medium celebre & verum ad promerendam Senatoriam cuiq; nobili poſſeſſionato & literato.*

Inſpice te in ſpeculo, & bona ſi tibi forma videtur
Moribus obſcænis illam fœdare caueto.

Nicolaus filius Alexandri, non diſſimilis Parenti. Hic medio à parente ad virtutem & Patriæ amorem contracto, ceu enutritus militaribus mamillis, vitæ ſpatium ſtrepitibus bellicis reddidit, conſecrauit. Annum notat Paproc. 1350. *Vt Politice creſcas & tuum ab omnibus habeas honorem, audi.*

Fac tibi ſit vultus comis, ſermoque modeſtus,
Sic multos facilè tibi conciliabis amicos,

Ioannes filius Nicolai, qui ob dexteritatem Achilleam, & prudentiam Catonicam Caſtell. Leopolień. & Capit. Buſcenſis creatus fuit. De quo in initio Sigiſm. I. ita Miechouius. *Ioannes Camenecius tunc Leopol. Caſtell. & Buſcenſis Præfectus, adiunctis illi quingentis equitibus ære publico conductis in Podoliam ad tuenda confinia miſſus eſt, qui Miedzibozum perueniens, Tartaros etiam in Volinienſem Prouinciam erupiſſe comperit, vix tribus horis illic militibus equisq; refectis, adſcitis Braclauienſibus & Vinnicenſibus Præfectis, & à Prouinciæ nobilibus, & Podoliæ populis ſuppetiis acceptis, itinere quod viam nigram vocant, ad Voronono Horodiſco peruenit, in quo loco Tartarorum copias, prædam hominum, pecorumq; iam abigentes numero ſuprà duo*

millia

millia equitum exiſtentium, animoſe inuadit, atq; viriliter pugnando ſtrenuè fudit, omnem recuperauit prædam, copiasq; ſaluas in Miedzibozum triumphans reduxit.

Sic agitur bellum quoduis, ſic arma geruntur
Si id faciat miles, quod cupis vt faciat.

Meminit eiuſdem victoriæ & Cronier. in Oratione Funebrali Sigiſm. I. fol.3. à capite. Annum aſſignat Paproc. 1438. *dignitatis, Podoliam adminiſtrauit per* 10. *annos, Alexandro & Sigiſm. Reg. cariſſimus, æqui obſeruantiſſimus, & veræ pietatis cultor, Ætat. anno* 50. *obijt. Nicolaus germanus frater Ioannis, qui vnâ cum fratre plurimam Tartaris inferebat ſtragem, quo tantam meruit Regis & Senatus gratiam, vt Palatinum Cracouieñ. Præfectum Exercituum Regni, & Ducem Generalem Legionibus præfeciſſet, qui ſuſceptam prouinciam excelſo lætoq; animo perfecit: ſuperato Tyra amne Daciam ingreſſus conſimili viciſſitudine igne, ferro cædibusq; Valachiam moleſtauit, ſicut Bogdanus Valachorum Palatinus, paulò ante in Regno ad Trebuliam fecerat, cum Conſtantino Oſtrogij Duce ad Lopuſnam viginti quinque millia Tartarorum fudit, occidit, & iterum ad Viſniouecciam: de quo* Cromerus *in Oratione Funebrali Sigiſm. I.* Miechouius lib. 4. cap. 78. Starouolſcius *in Bellatoribus Sarmat. cui etiam tale Cenotaphium erexit.* Claudit hic lapis viator Camenecia Familiæ ſydus, tot procerum Senatus ſerie Nicolaum Palat. Crac, atque Exercituum Pol. Ducem Supremum, virum militaribus curis, & ſeueritate morum in ſago, præceptis eloquentiæ & comitate honeſta in toga clariſsimum, illâ inſigni de Tartaris ad Viſniouecciam, & de Valachis ad Tyram fluuium victoriâ penè immortalem. *Addit* Miechouius lib. 4. *vir ad vltimum vitæ diem armis belliq; ſtudiis clarus, &* Vapouius fol. 563. *Henricus Camenecius, qui ſicut inter equeſtres primos & ſummos tenuit honores, ita in eo quoq; eximiæ reſplendebant virtutes, erat Palatinus Cracouienſis, & Præfectus circa Annum* 1493. *Si deſideras ſimilem famam, accipe.*

Scire cupis quæ ſit famæ via certa parandæ,
Talem te præſta qualem te poſcis haberi.

Henricus filius Palatini Cracouienſis, à Tartaris ad Viſniouecciam occiſus, de hoc Cronier. lib. 30. *de reb. Pol. in initio. Ad extremum plena victoria noſtri potiti ſunt multis claris & fortibus viris cæſis, in quibus præſtantes fuére Henricus Camenecius & Derslaus Glouinius ante annum* 1495. *Petri bellatoris ad Budźinum Anno* 1443. *meminit* Bielſc. *Nicolaum alterum circa annum* 1500. *refert* Paproc. *Palat. Cracouieñ. & Præfectum Exercituum Regni, nam ille Nicolaus, de quo diximus erat ad Annum* 1438. *Subſcripſit priuilegium Alexandri Regis, Regno datum in Coronatione* 150-. *Martinus Camenecius, Palat. Podoliæ, ad Annum* 1515. *Cuius merita, audaciam, fortitudinem & amorem Patriæ Simon Starouolſcius in Bellatoribus Sarmat.*

 tali

tali Epitaphio deſcripſit. Martinus Cameniecius Podoliæ Palat. vir & cordatus & grauis, & dicendi libertate inſignis. Sciens nullum iuſtius bellum eſſe, quàm quod pro religione Chriſtiana, & Patriæ defenſione ſumitur, toto vitæ ſuæ decurſu, contra barbaros nominis Chriſtiani & ſeminis Poloni ſuis ſumptibus militauit, obtentâque de Turcis atque Valachis ad Chotimiam inſigni victoriâ, ad ſuperos lætiſsimus abijt.

Ioannes filius Palat. Podoliæ, circa annum 1558. *qui edoctus genitoris ſui intento & praxi, acerrimus fuit defenſor Fidei, & barbarorum infidelium continua afflictio, Nam perfidus hoſtis.*

Qui ſemel incautum blando ſermone fefellit
Ille idem, dabitur quoties occaſio, fallet.

Albertus alter filius dicti Palatin. natus ex Kośćielecka, cui militare ſagum deliciæ & ornatus fuerunt. Nam vitæ integer Tyranni nil faciem pauet. Hi duo germani fratres in exteris nationibus educati, charitatis fraternæ vinculum nunquam ſoluerunt, ſed ex communi ciſta alimenta, ſeruos & bella conſtituebant, poſt diſceſſum Henrici continuò in Tartaros vaſtantes Regnum pugnabant, habuit in coniugem Albertus viduam Chodorowſcij ex Familia Sienicciorum. Stanislaus tertius filius Palat. Podoliæ, qui dum ex nationibus exteris redijt, poſt pacatum à bellis & incurſionibus regnum, etiam vitam pacatam deduxit, habuit in coniugem viduam poſt Lachodowſcij mortem, de Familia Siemaſconum armorum Labęć. Erant iſti filij Clementis Palat. Ruſſ. Campiductoris eximij nominis gloriâ digniſſimi. Ioannes & Gaſpar fratres patrueles eorundem. Pugnarunt in Vngaria cum Turcis, in Patria cum Tartaris & Valachis, in Trebouleń. diſtrictu manebant. Henricus Caſtell. Sanocenſis frater Clementis, reliquit Annam Ioannis Pruchnicki filij Nicolai Caſtell. Præmislienſis conſortem. Filiæ autem Clementis erant Eliſabeth Ioannis Potocki Palat. Braclauień. Generalis Podoliæ Notarij Campeſtris, Cameneceń. Laticouień. &c. Capitanei conſors, matrona pia & deuota eleemoſynis & ieiuniis domino ſeruiens, ſepulta Laticoniæ, vbi & fundationem perpetuam fecit Ordinis Prædicatorum, quæ ante Cameneciæ in Podolia, Sacellum Diuæ Virgini in eodem Ordine opere heroico erectum, ex lapide fundauerat Dominis Potocciis. Altera filia Barbara Nicolai Mniſzek Palat. Sendomir. Kraſnoſtauień. Luconienſis, &c. Præfecti Parens. Tertia filia Stanislai Włodek Palat. Belzenſis Capit. Halicienſis Parens Eliſabeth. Quarta filia Vrſula Bernardi Archiep. Gneſnenſis Cardinalis genitrix. Clemens Kamieniecki, quem Epitaphium ita refert Croſnæ. Magnificus D. Clemens Moſkorzewſki de Kamieniec, Caſtell. Sanoceń. obijt 1536. *Ibidem ſepulti ſunt filia eius Mniſzkowá & filius Ioannes. Eius Epitaph. Ex procerum Sarmatiæ Kamieniecki Ioannes*

Virtutum fama clarus vbique loci
Debita naturæ perſoluens aſtra petiuit
Annum bis ternum tredecimumque ferens. Tworow-

Tworowſcij, *in Syradienſi Palat. qui poſtmodum in Podolia conſederunt. Ioannes qui ex Rothmagiſtro Exercituum Dux, demum Caſtell. Cameneccenſis in Podolia, poſt Podoliæ Palatinus fuit. Hic quis quantusq́; fuerit Hiſtorici referunt.* Miechouius *in Sigiſmundo Primo. Regius exercitus ad Tyram amnem reductus, iamq́; tranatandum eſſet, & regnicolorum exercitus amnem ſuperaſſet, mercenario milite & aulicis Regiis remanentibus, quibus Tworowſki miles ſtrenuus præfuit. Mox in inſidiis Palatini Valachiæ copiæ apparuére, Regij imperculſis animis vt negotium poſtulauit aciebus inſtructis pugnam parat, quam nec hoſtes detrectant; vtrinq́; igitur copiis ad certamen inductis, Palatini exercitus fugatus, & partim captus eſt. Capti fuére in eo prælio ex Magnatibus Valachicis multi ex quibus quinquaginta decolati fuére. Eundem fortè* Bielſc. fol. 518. *meminit, Ducibus Stanislao Lanckoronſki, & Tworouio armis Pilawa Rex iuſſit. Et ſub Anno* 1515. *ad Trebowliam Præfectus Trebowlienſis, dum eſſet à duobus millibus Tartarorum cinctus acriter defendit. Et Anno* 1516. *vná cum Stanislao Lanckoronſki Capit. Cameneccenſi Ioannes Tworouius ad Trebouliam octo centena Tartarorum fudit, occidit. Habuit in coniugem hærediſſam in Buczac, cum qua omnia bona accepit Bucacciorum. Deſcripſit heroicum animum ipſius inter bellatores poſt Cromerum & alios* Starouolſcius fol. 155. *Sed ipſum Epitaphium ipſius in Buczac in lamina ærea auro deornata, ipſius merita & honores, omni ſeculo ob militarem diſciplinam laudanda refert.*

Hic iacet Magnificus D. D. Ioannes Tworowſki Palatinus Podoliæ.

Dux fueram bello pedibus nunc calcor humanis,
Nec quicquam niſi me nunc benefacta iuuant.

Viuite ergo ſic Nati, vt viuatis Olympo. Terra iter ad cælum eſt, ad Stygiumq́ue canem. Diſpone domui tuæ quia morieris, & memorare nouiſsima, quia non peccabis. Anno 1547.

Nicolaus Tworowſki Succamer. Podoliæ, Præfectus Barenſis, qui ſolerti vigilantia & prudenti audacia maiorum victorias conſeruabat. Ex Anna Radziwilowná Duciſſa in Nieſwiez & Olyka Palat. Vilneń. filia, reliquit filios & filias. Ioannes germanus Nicolai, qui in exteris nationibus cultiorem iuuentutem reddendo, multo aptior ad Senatum & bellum graui exercitio cum cum Tartaris & hoſtibus factus remanſit.

Buczaccij, *Hi non ſunt illorum Bucacciorum antiquorum poſteri & filij, ſed ſunt propriè Tworowſcij, ſed ex bonis acquiſitis Buczac, Buczaccij vocati ſunt. Conſtat hoc tum quia antiquorum Buczacciorum erant Arma Abdank, iſtorum autem arma Pilawa. Conſtat & ex Epitaphio Iacobi Buczacki Epiſcopi Plocenſis in Cathedrali Eccleſia vbi ſic legitur.* Reuerendiſsimo Patri, D. Iacobo Buczacki Dei gratia Epiſcopo Plocenſi, vltimo hæredi Nobiliſsimæ & vetuſtiſsimæ illius familiæ in Terris Podoliæ & Ruſsiæ. *Conſtat & ex* Bielſc. fol. 591. *qui aſſerit eſſe Tworouios & Pilauios, Nicolaus*

Tworowſki

Tworowſki Buczacki nuncupatus, de quo ſuperius diximus. Ioannes Chriſtophorus Buczacki in Buczac, qui vt domui ſuæ redderet florentem ætatem, Romam diſceſſit, atq́ ibi ſanam doctrinam Fidei collegit, hæreſiq́ abdicata, gremio Eccleſiæ Sanctæ Catholicæ Romanæ adſcriptus eſt. Hunc in ætate virili dum celibem ageret vitam, ad ſecuriora domicilia tranſtulit altiſſimus. Quod ſuum Epitaphium in Buczac clarius refert.

Illuſtris & Magnificus D. D. Ioannes Chriſtophorus Buczacki in Buczac, ex Illuſtriſſimis Nicolao Buczacki, Succamerario Terrarum Podoliæ, Capit. Barenſi, & Anna Magdalena Radźiwilowná de Olyka & Nieſwiez Duciſſa Parentibus natus, claritatem tantorum natalium, decore virtutum ornauit. In tenera enim ætate literarum ſtudijs Senis ac Romæ excoluit animum, Catholicæque Religioni abdicata Hæreſi, qua ab incunabulis erat imbutus, addictiſſimus vixit, quo ſibi Clementis Octaui Pont. Max. amorem tantum promeruit, vt non ſolùm legationis promouendæ Canonizationis S. Hyacincti interfuit, ſed etiam myſterijs eiuſdem ſummâ cum gratia adhibitus eſt. Tandem ad Cæſarem Rudolphum Legationis Illuſtriſſ. Cardinalis Georgij Radziuilij Epiſcop. Crac. Auunculi ſui Comes exiſtens, reliquum iuuentutis in eximijs tàm pietatis, quàm fortitudinis exemplis editis conſumpſit. Templum Buczaciæ hæreſeos labe infectum, Catholicæ Fidei reconciliauit, ac Sodalitate Sanctiſſimi Roſarij ornauit & auxit. In Vngaria ſtrenuè ſeſe contra Turcam hoſtem Chriſtianorum gerendo, militiæ tyrocinium depoſuit. In Patriam reuerſus primùm ad Halicium contra Tartaros, dein in Moldauia contra Michaelem Tyrannum fidelem Reip. nauauit operam, & tot virtutum inſignijs relictis ſibi poſteriſque immortalem gloriam comparauit. Vixit annos 30. Obijt Anno Domini, Milleſimo, ſexcenteſimo, ſecundo. Georgius Albertus Buczacki mæſtiſſimus fratri dilectiſſimo poſuit. Eſt Buczacki in Gay hæres, ex quibus Procopius, & N. N. ſunt ſuperſtites, quorum -------- Catholicus factus reliquit prolem filium.

Potoccij, *in Cracouienſi Palat. à Potok, ex quibus alij in Maiori Polonia, in Podolia, in Pocutia, in M. D. Litu. Patriam ſibi & poſteris firmarunt. & ratificarunt Cuius Familiæ antiquitatem, dum propago ſit legitima & indiſſolubilis Meſkorouſciorum, minimè erit oportunum multis declarare ſcriptis. Quinque etenim fratribus bona diuiſa Parentis Moſkorouſcij, hæc diuerſa cognomina intulerunt. A Moſkorzowo dicti Meſkorouſcij ſeu Meſkorzeuſcij, à Potok Potoccij, à Tworowo Tworouſcij, à Kamien Kamienieccij, à Borowa Borouſcij. Sicut conſequenter à Staniſławice Staniſlauſcij, à Wazyno Wazynſcij, &c. appellati ex bonis acceptis fuerunt. De quo nedum Acta Cracouienſia, Sendomirienſia reſerunt, ſed priuilegia quoq́ multa cum Epitaphiis teſtantur. Profectò ſplendorem Familiæ ſuæ Potoccij, ex tàm Illuſtribus viris & magnis Senatoribus Regni deſcendentibus, maxima ſua & viridi fama reddiderunt illuſtriorem. Alexander Potocki, Lokietkonis tempore & Regno eximius, & dexteritate excelſus vir, cuius filius Ioannes Dapifer Reginæ Vngariæ. De quo Stricouſ: ſub Anno 1328. in hæc verba.* Ioannes Potocki, nobilis Polon. Carolum Regem Vngar. à periculo vitæ defendit, vbi Reginæ inſidiator Vngarus nobilis Fælicianus, dum defendebat periculũ mariti & Regis, quatuor digitos à manu dextera amputauerat. *Hactillc. &* Dlugoſſ. *videtur idem dicere dum periculum deſcribit ſub Anno 1330. At enim de Comitatu Regio. Ioannes filius Alexandri Potocben adoleſcens ingenuus, qui Dapif. officio fungebatur, Felicianũ in pueros regios crudelitatis & necis opera edere ... hic autem primus aggreſſus, ſic vno ictu inter collum & ſcapulas inflicto repreſſit debilitauitq́, vt corruens deſineret præceps in terram. Neq́ erat mirandum Polonum nobilem Dapiferi a ... cre offertum, nam Regina Caroli Hungariæ Eliſabeth erat filia Lokietkonis cum qua plurimi quoq́ nobiles Poloni in Hungariam deuenerant.*

Apertè

Apertè igitur Potochin & non Patochen, vt errore impreſſorum in aliis videmus Authoribus, Dlugoſſius retulit, quod Stricouius peregrinatione ibidem habita, vt firmiter cognouit, Ioannem Potocium nobilem Polonum diſertis verbis diſſeruit. Extant plurima antiqua Epitaphia GG. Potociorum à Potok, tàm in Eccleſia Andreiouienſi, quàm in Potok propè Andreiouiam in Palatinatu Cracouienſi, horum Potociorum Pilauiorum, qui nomen ſuum gloriamq́; in Podolia & in Pocutia, Confinibusq́; Regni actibus ſtrenuis & heroicis auxerunt & illuſtrarunt prædeceſſorum Atauorum & Tritauorum. Quibus ſit Epitaphium.

GEN. CIN. POTOCIORVM.

QVORVM

Nomen in Patria vetuſtum,
Gloria ſemper fuit viridis,
Sinceritas vbique probata.

QVIETEM SACRAM.

A Conditore pacis & quietis,
A Conſeruatore animarum & lucis
Ab Inſpiratore vitalis & perpetui ſpiritus.

PRECAMVR, OPTAMVS.

Sint regnentque cum Deo
Viuorum Perenne antidotum

IN CHRISTO.

Mortuorum ſolatium. Amen.

Bernardus à Potok Potocki, nihil de priſtina & ſolita authoritate in virtute & fortitudine diminuendo, ſe & ſua conſecrauit Patriæ & honori regio. Et quia fortuna cum ſplendet ſæpè occidit, nec quos deſeruit perpetuò premit, nec quos clarificat, perpetuò fouet, ingenuos ſuos filios Bernardum & Mathiam, Mineruæ ob prudens conſilium, Marti ob audax & fidele bellum, Ioui ob virtutis augmentum commendauit & reddidit. Et his diſpoſitis ſeipſum mortalitati compoſuit. Cui memoriale

VIRTVS & MORS.

Hominis vltima bona,
Mors non extirpat virtutem, Virtus non timet mortem.

SIC IVSTVS,

Quacunque morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.

BERNARDVS POTOCKI à POTOK.

Virtutem hæreditariam mihi effeci,
Mortem aduerſariam bello incitaui,
Sic inter gladios & lanceas Martis furentis vixi,
Sic mortem emorj in pectore compuli,
Et viuo vitam, vita viuenti.

Bernardus filius Bernardi, vt conſiderauit ſe non tantum ſibi eſſe natum, ſed etiam Eccleſiæ, Patriæ, & amicis, ad ea tàm animi ſui dexteritatem & fortitudinem, quàm progenitorum ex ſe educationem & affectum diſpoſuit, vt omnibus prodeſſe nulli obeſſe valeant. Hinc filius primus Bernardus ad ſtatum Spiritualem à Domino vocatus, & in Abbatem Andreiouienſem conſecratus, diuinum cultum, animi conſcientiam, Patriæ honorem, Familiæ decorem conſeruauit, promouit, adauxit. Staniſlaus verò alter illius filius, ob iudicij maturitatem & experientiam bellicam, vbi pacatiorem elegit vitam, atq́; matrimonialem delegit ſtatum, dignitate Tribuni Crac. à Sereniſſ. Rege condecoratus fuit. Staniſlaus Tribunus Crac. Bernardi prænominatus, contracto matrimonio multoties ob mortem coniugum, non cito ſed dignam & meritis claram ſuſcepit prolem. Nam cum ex Wazynſka & Pſarſka coniugibus ſterilis haberetur, tertio matrimonio ex antiqua Familia Gonorconum armorum Rawicz (quæ ita dilecta fuerat

Vladiſlao Laſconago vt Principatui, eius conſilia, amicitiam, fidelitatem anteferret) electa con-conſorte, ex illa eximios milites Georgium, Albertum. & Andream ſuſcepit. Georgius Staniſlai, militarem vt expleuit decorem, reliquit imitabilis exempli filium Bernardum, qui cum Tartaris Perekupſcenſibus ad Wiſniouecıam eximiè pugnauit Anno 1512. De quo bello ita Iuſtus Decius, Conſtantinus Oſtrouius cum Lituanicis copiis & Nicolaus Camenecius cum Polonicis ad Wiſniouecıam opponunt hoſti, qui ſtatim in Conſtantini aciem irrumpunt, at ille vt ſuorum fugam vidit Polonos vt ſubueniant hortatur. Præfectus itaq; copiarum Polonicarum videns Lithuanos à fortuna mulctatos Sampolſcio, addit Stricouius fol. 728. & Bielſc. fol. 519. Alberto, & Bernardo Potocio, addit Stricouius de Potok, ſtrenuis militibus & Rothmagiſtris negotium dat, vt actutum ſubſidia laturi accurrant. Faciunt, acies penetrant, captiuos diſligant, viginti quinque millia Tartarorum paucâ manu diſſipant & occidunt, captiuos ſedecim millia liberant, decem millia equorum à Tartaris acquirunt. Hunc Potocium Bielſcius Iacobum, ſed alij omnes Bernardum vocarunt, maiorem partem ſequimur. Albertus alter filius Staniſlai, cuius actus virtutes, & fortia vt nulla iniuria temporum tollerentur, Deum coluit, & animum excoluit. Quis enim eſt qui cælum inſpiciendo Deum eſſe non ſentiat. Reliquit filium Ioannem, Nicolaum, & Albertum, Ioannes poſt nobiles actus occupationum, ex Plaſſka ſuſcepit Staniſlaum & filias Catharinam Swarczowſka, & Heduigim Strzałkowſka, ex Gawronſka verò alterâ coniuge Remigium & Ioannem. Nicolaus verò alter filius Alberti, dum ſerenam iuuentutem caſtris & negotiis nobili viro deſtinatis, ad maturiorem deduxit, ex Catharina Gruſzczynſka Iudicis Sendomirienſis filia, reliquit Staniſlaum, qui ad Iarocinum in Maiori Polonia reſedit, & Andream, qui dum in M. D. Lituania celebrauit connubia, ſua quoque domicilia firmauit. Adalbertus tertius filius Alberti, toto vitæ tempore vſq; ad 80 ferè annum miles in Moſchouia cum Demetrio, & ab illo tempore in omni expeditione Valachica, Pruſſica, Turcica, Tartarica, Coſacica præſens, in Caſtris ad internecionem ipſam Cantimiri, & graſſationem Tartarorum, poſt occiſum ſuum magnum Chamum Tenuit cum Dorothea Zaiackowſka matrimonium. Sepultus Ieſupoli in Pocutia in Eccleſia Prædicatorum. Sorores illorum Barbara Samborzecka, Zofia, Anna, Catherina. Matthias germanus Abbatis, & filius in capite nominati Bernardi, reliquit Iacobum, qui donatâ Eccleſiæ in æternum bonorum parte, & alterâ alijs Potociis in Potok inſcriptâ, ipſius Bellonæ ac Martis trophæa fortiter apprehendit, atq; ſe totum obſequiis Regni & Regis adſtrixit. Et quia virtutem ſequitur honeſtum & vtile, pro multis magnisq; meritis, & Regi Sereniſſimo dilectus, & ab illo bonis Zaipole & Sokolow, vbi oppidum Potok ad Iſtrum fluuium erectum eſt, prouiſus fuit Cuius demum curæ & vigilantiæ filium Auguſtum Rex Sereniſſ. commiſerat. Reliquit duos filios, Nicolaum & Andream ex Koziminſka. Ex altera verò coniuge Iazłowiecka, ſuſcepit Staniſlaum. & filias Smiotanká Vexilliferi Podoliæ, & Koricinſcij coniuges. Nicolaus Iacobi filius, qui inter arma hoſtilia ad Iſtrum Valachiæ proximum à primæua iuuentute poſt tyrocin a literaria educatus, optimi bellatoris & Rothmagiſtri ſtrenui, turmarumq; militarium eximij Ductoris nomen accepit: quocirca ad ſplendidam meritorum gloriam ſuprema & Generalis in Podolia Præfectura, illi à Sereniſſimo Rege data & conceſſa fuit, nam primò Chmielnicenſem Præfecturam adminiſtrauit, tum Camenecenſem in Podolia. De hoc ita Priuilegium Regium Sigiſmund. Auguſt. Regis. Cum eſſet nobis per multa & varia eximiæ virtutis exempla ſpectata fides atque integritas Generoſi Nicolai Potocki, quamuis ab ineunte ætate ſua adhuc Diuo Parenti noſtro in eius Aula educatus, deinde etiam in noſtra per multos annos ſplendidiſſimè verſatus teſtatam reliquit. Plurima inſuper documenta egregij animi atque fortitudinis in militia pro tuendis finibus Regni noſtri per multa diſpendia ſuſcepta præbuit adeò vt omnium & noſtro iudicio dignus exiſtimatus ſit, vt inter alios Patricios nobiles & ſtrenuos viros de Repub benè meritos, ad præmia meritæ virtutis vocaretur. Reliquit ex Czermińſka milites eximios, & memoriæ nunquam marceſcentis quinque filios. Eius Epitaphio Camenetiæ in Arce addimus.

VIXI

V I X I
Gloriæ ſatis, non mihi.
R E D D I D I,
Regi ſubiectionem,
Patriæ honorem,
Familiæ obſeruantiam,
Mortalitati pondus.
N V N C
Reſurrectionem expecto,
Spe animam paſco.
O D E V S,
Tutor non vltor,
Sis precor creaturæ.

Joannes primus filius, Palat. Braclavienſis, Generalis Podoliæ, Notarius Generalis Caſtrorum Regni, Cameneceñ. Laticouienſis Capitaneus, vſq; ad ſenium & mortem continuus bellator & triumphator. Cuius magnanimitatem inter pericula belli, admirabantur hoſtes, Patria prædicabat, extranei deſiderabant. Erat Reipub. ornamentum ſingulare, & Familiæ ſplendor vnicum, ſubtile ingenium apud exteras nationes exercitatum, ad Naupactum Achaici ſinus cum immani Turca tyrocinia bellica deduxit, in Patria contra Michaelem Multaniæ Naleuaykam Coſacorum rebellium caput, Roſuanum in Moldauia & Stroicium pugnando maxima trophea retulit. Pro Rege Sereniſſimo Sigiſm. III. vnà cum tribus fratribus in tumultu Rokoſiano firmiſſimè & magnis cum copiis ſtetit, & in Moſchouia ad Smolenſcum pugnator acerrimus & inuictus, Ætatis Anno 56. Anno Chriſti 1611. April. 29. occubuit. Sepultus in hæreditate ſua Paniowce ad Camenecum Podoliæ. Cui Senatores ipſi Poloniæ hoc elogium ad ritractum poſuere, ſicut apud Illuſtriſſimum & Reuerendiſſimum. D.D. Archiepiſcop. Leopolieñ. Staniſlaum Grocbowſki lego.

Ioannes à Potok Potocki, Palat. Braclauieñ. Cameneceñ. Capit. Legionum Polonicarum contra Roſuanum & Michaelem Præfectus, Marte fælix & victoria, illum vitâ priuauit, hunc ſuum Principatum deſerere coegit. *Simon Starouolſcius inter centum bellatores illius geſta & trophæa ad Neuclum in Moſchouia & cum Tartaris & Maximiliano, aliaq; diuerſa prælia, dum induceret ſimeonem Ieremiæ filium in Valachiæ Principatum dum enumerauit ad valuas fani hæc appendit.* Ioannes Potocius Palatinus Braclauienſis hîc quieſcit, vir pacis & belli artibus, ſplendidæque inprimis dignitatis, in Caſtris clariſſimus. Laboris, inediæ, algoris, vigiliæ, patientiæ inexplicabilis. Inerant ei iuſtitia, modeſtia, liberalitas, grauitas, cæteræque Heroici animi dotes, quarum ille ope familiam veterem & illuſtrem in tantum claritudinis euexit, vt nemo maiorum ſit cum eo comparandus. Derelicta conſors Illuſtriſſima & Magnifica Kamieniecka Eliſabeth Succamer. Ruſſiæ filia, deuotiſſima & Catholiciſſima Matrona, fundatrix Eccleſiarũ Cameneciæ & Laticouiæ apud Ordinem Prædicatorum, buſtum mariti ex Smoleſcenſi arce in Paniowce tranſlatum, in Sacello Magno ſumptu ab eo vnâ cum eximio propugnaculo erecto depoſuit, & vexillum cum Epitaphio ſplendidè argento adornatum correſpondenter tumbæ, affigi fecit.

Andreas 2. filius Nicolai, ex Pocillatore Camenecenſi Caſtell. Cameneceñ. Qui dum ætatem iuuenilem in Aula Sereniſſ. Sigiſm. Auguſti excultam in Reipub. commodum, aptam Senatui & Caſtris reddidiſſet, eximius magneq; exiſtimationis miles, Rothmagiſter, ductor exercituum euaſit. In Beſſarabia ſeu Multania ad Cralouiam & Dziurdzoniam cum Turcis, induſtriam belli & fortitudinem animi declarauit pluries. Semianum Moldauiæ Palatinum, quem Rex Sereniſſ. & Reſpub per Zamoſcium Ioannem in Sede Principis firmatum eſſe voluerat, vnà cum Ioanne fratre & Iacobo Potociis conſtituit. In Rokoſiano tumultu & congreſſu ad Guzow

ſortiter dimicando, vitam periculo pro incolumitate Maieſtatis Regiæ expoſuerat, nam in medio hoſtium proſtratus, beſtilibus armis dexterè vitam defendendo inter impetus hoſtium & equorum conſeruauit vitam. Habuit in conſortium matrimonij primò Zophiam Piſeczka armorum Zabawa, ex qua ſuſcepit Nicolaum, Stanislaum, Georgium, Iacobum, & filias Annam Coſciij Palatini Ruſſiæ, Capitanei Barenſis, quæ poſt Ducis in Zbaraz, & Ducis in Korec conſortem, & Chriſtinam primò Alberti Humiecki poſt Zamiechowſcij coniugem. Secundo idem Andreas Potocki Caſtell. habuit Catharinam Buczacka Succamerarij Podoliæ filiam, ex qua ſuſcepit Ioannem, & Chriſtophorum. Iacobus Potocki Palat. Braclauien. Generalis Podoliæ, Bialocamenenſis, Camenecenſis, Laticouienſiſq; Capitaneus. Tertius filius Nicolai, qui vt plurima anteceſſorum laudi & gloriæ, decus & augmentum, & virtute, & propria fortitudine adiungeret, & in exteris nationibus, quæ plus Marte quàm Pallade nomen celebre retinebant, & Curia Regum, ex qua maxima incrementa virtutum profluunt, & ſpes optima de tutoribus Patriæ colligitur, & in Caſtris in quibus vſq; ad extremum ſpiritum, quo animi & pectoris ſtabiliuit ſibi æternum nomen, totam rationem vitæ conſtituerat. Et quia omnibus in factis peragendis ſine periculis debet proponi Deus humanæ rationi, reiecto errore quo ex parentibus infectus permanebat, ad veram Catholicam Eccleſiam quæ Vicarium Petri Apoſtoli legitima ſucceſſione conſeruat & veneratur, acceſſit, & in ea victor hoſtium, Patriæ & animæ, piiſſimè occubuit. Perfecit triumphatoris officium nedum periti Rothmagiſtri contra Michaelem in Dacia, contra Suecum in Liuonia, & contra quemlibet hoſtem Patriæ, maximè tamen contra Tyrannos Moſchorum, & ad Smolenſcum, vbi primus mœnia conſcenderat, & pedibus Regiis obſides cum Schinio ſubiecerat, & in Rokoſiano tumultu, vbi fidem & fidelitatem Sereniſſimo Regi, totam & totaliter reddiderat. Cuius merita & laudes cum calamo breui non poſſunt à nobis vt decet exprimi, ea ſolum adferre, quæ in Priuilegio eius habentur Palatinatus Braclauienſis velim liceat. Expertam centies animi pectoriſque fortitudinem ſinceritatis tuæ, quam nobis & Reipub. vnà cum tuis fratribus nobis dilectis explicatam eſſe voluiſti in graui hoſtium excurſione, præcipuè verò Valachis & Tartaris hoſtiliter depaſcentibus terras noſtras, audaci ſemper fronte, nec ſumptus, nec vitæ reſpectum habendo animoſe & cum admiratione multorum noſtroque fructu ſtetiſti. Et in hac Moſchouitica expugnatione ad Smolenſcum nullum periculum retractaſti, ſed ſpontè iam ex ſubterraneis cuniculis igne ſulphureo omnia depaſcente muros Smolenſci cuſtodibus hoſtium repreſſis, ipſe perſonaliter conſcendiſti. Regimen quoque in Smolenſciana arce commiſſum recto conſilio, prudentia, dexteritate perfeciſti. Conſtituimus tibi pro meritis regratificari, & initia præſtando Palatinatum Braclau. &c.

Habuit in vinculum Sacramenti, primò Hedwigim Pruſinowſka, cum qua Fundator Ordinis Prædicatorum in Ieſupole, cæterarumq; Eccleſiarum extitit munificus, vel quit ex illa Nicolaum, & Catharinam Vlinſcij conſorte... Secundò matrimonio tenuit Hedwigim Tarnowſka ſororem germanam conſortis Ioannis Zamoyſcij, ex qua ſuſcepit Ioannem, Iacobum, Staniſlaum, viros in Repub & Eccleſia Sancta tales, quales Reſpublica dudum deſiderauit, & ſimiles habere nunc in militari & amore Patriæ exoptat. Cuius Epitaphium Ieſupoli legitur.

D. O. M.

Hoſpes quid quæris?

Palatinus Braclauienſis, Generalis Podoliæ, Camenecenſis, Laticouienſis, Vaiſtinenſiſque Capitaneus IACOBVS POTOCKI de Potok Origine eram.

MODO

Cinis & vermis, parte tamen meliore incorruptus.

QVI

Lucis Familiæ meæ ſtudio, ætatem floreentem in Aula Principis Tranſiluaniæ, Magni illius Stephani poſtea Regis Poloniæ, ad publica merita formandam dedi.

IN

IN CVLTV DEI

Perſeuerans, arma pro ſalute Patriæ contra Michaelem in Dacia, Carolum Suecum in Liuonia, varios Tyrannos in Moſchouia fortiter & cum laude Familiæ tractaui.

HIS

Illuſtris Domus Tarnouiorum & Pruſinowſciorum, in affinitatem nec infecundam acceſſit.

SED

Cùm Smolenſcum Sigiſmundum III. Regem triumphatorem haberet, & Præfecturam vrbis nobis committeret, conſilio Dei, è periculis vitæ ereptus fui.

ET

Cum bonis omnibus deſiderium & mærorem relinquerem, precor pia vota animæ redde. Obijt Smolenſci, Ætat. 59. Anno Chriſti 1613. 26. Ianuarij.

Nicolaus 4. filius Nicolai, Aulicus Sereniſſ. Regis qui ob heroicæ dignitatis experimentum, ingentem ſpem reliquerat de ſe in animis Ducum Caſtrorum, ſed mors quæ ſine omni reſpectu perſonarum & boni tollit inop nati homines, in ætate florida viri illum ſuſtulit. Conſors illius erat Kalinowſka, quæ poſtmodum Pruſinenſc.j. Stephanus 5. filius Nicolai, Palat. Braclauien. Generalis Podoliæ, Notarius Campeſtris Regni Camenecen. Laticouienſis, Felinenſis, Litinen. Capitaneus, qui vt generoſam indolem literis & virtutibus, & fide ornatam, ad altiſſima merita maiorum acueret, totam indolem naturæ ad commoda Patriæ & Martis trophæa conuertit, atq; ſe totum magno Ioanni Potoccio Patruo ſuo informandum bellico inſtituto obligauit & tradidit. Et cum ſibi gratum nomen actibus fortitudinis comparaſſet in Caſtris, Rothmagiſter & ductor copiarum in tumultu Rokoſiano, tutor coronæ Regalis Sereniſſimæ Reginæ, & Craconiæ, ab ipſo Rege Sigiſm III. declaratus & electus, in talem deduxit perfectionem ſuam competentem ætatem, vt magnis cladibus hoſtem à Patria repreſſiſſet, & Moldauos, Turcas, Scythas, Marte proprio & viribus contumulaſſet. Tenuit in matrimonium Mariam Palatini Valachiæ Hieremiæ filiam, quæ poſtmodum Palatini Sendomirienſis Firlej erat conſors. Reliquit ex ea Petrum, Paulum, Ioannem, & filias Catharinam Radziuilij Succamerarij Supremi M. D. Litu. Annam Dominici Kazanowſcij Notarij Campeſtris, Boguſlauienſis Capitanei conſortes, & Sophiam Sanctimonialem Profeſſionis S. Dominici in Monaſterio Camenecen. in Podolia. Sepultus in Potok propria ciuitate, in Eccleſia Ordinis Prædicatorum ab illo fundata, magno apparatu & ſplendenti, in cuius memoria tumuli argenteis tabulis & vexilli, hæc ad legendum expoſita manent.

D. O. M.

Illuſtris & Magnificus D. Stephanus Potocki à Potok, Palat. Braclauien. Generalis Podoliæ, Notarius Campeſtris Regni Camenecen. Laticouien. Litinen. Felinenſisque Capitaneus, corpore ſolutus, in hoc tumulo conditus.

CVIVS

Claram progeniem ſplendor Aulæ complexus, intimis Sereniſſ. Regi Sigiſm. III. commendauit, & in bellis ciuilibus præſidentem vrbis Metropolitanæ & inſigniorum Regni effecit.

HINC

Decus Familiæ ſecutus glorioſum duxit, ſub auſpicijs Inuictiſſimi Regis ductando ordines, multis annis merendo, ſtrenuè pugnando. Martem Liuouicum iuſtum, Dacicum glorioſum, Moſchouiticum remotum, Turcicum ſacrum, varijs caſibus experiri.

TANDEM

Honeſtis negotijs, ſella curulli Senatoria atque claris officijs Regni decoratus.

SENIVM

In Anno 63. deuotus & ſacris expiatus clauſit, Anno 1631. die 5. Martij. Coniunx clariſſima Maria Mohilanka Duci illa Moldauiæ, vigeſimum quintum annum fœderis coniugalis deplorans cum nobili ſobole hoc confecit. Sorores horum quinque fratrum erant duæ, vna Illuſtriſſ. Strus Capit. Chmielnicenſis conſors, altera Stanislai Volucki Caſtell. Halicienſis, Succamerarij Regni Præfecti Rauenſis.

Andreas Potocki alter filius Iacobi cuius dexteritatem & prudentiam in actibus Reipublicæ & Martis tàm ex anteceſſore quàm ex ſucceſſoribus ſuis immediatis magnam ſuſpicari & proficuam generi illuſtri licebit. Reliquit Iacobum Rothmagiſtrum, & Succamerarium Halicienſem, qui natus Anno 1487. vſque ad Annum 63. qualem in ætate florida & prouectiori continuauerit vitam, Epitaphium in Eccleſia Buczacenſi in Podolia referat. Obijt Anno Dñi 1551.

Siſte parum iter percurrens buſta viator
Perlege, ſed mæſtus Sarmata luge precor.
Potocius recubat gentis generoſa propago
Vandalitum, lapidis monte tegente caput.
Quem Scytha, quem Valachus, quem Turca timebat iniquus
Hunc breuis vrna capit, puluis & vmbra tenent.

Andreas filius nunc dicti Iacobi Succamerarij ex Oſtrowſka Vexillifer Podoliæ, de quo ibidem in Buczac ad ſepulchrum parentis ita Epitaphium habet: Poſitus hic iacet D. Andreas Potocki de Potok, filius Succamer. Vexillifer Camenecen. Equitum ductor, quos fœliciter duxit Deo fortunaque fauente. Cognouit eum Moſchus magnanimum, Scytha equitem ſtrenuum, vixit Annis 40. Obijt 1572. 12. Febr. Reliquit vnicam filiam Capit. Chelmen. Woroniecki conſortem. Illius vt ex annorum computatione apparet, meminit *Bielſc.* ſub Anno 1563. cum cladem Krępſcij refert. *Staniſlaus tertius filius Iacobi natus ex Iazlowiecka, reliquit Ioannem in exteris nationibus literis & armis exercitatum, qui in Patria honore Capitanei Tlumacenſis dignatus, reliquit ex Oſtrorożanka de Sedziwoy filiam Annam coniugem Capitanei Rozanenſis Wyſsel, reliquit & Nicolaum in literis & linguis exoticis inſtructum, qui ex Logofetowna ſeu Cancellarij Principis Moldauiæ Supremi filia ſuſcepit Stanislaum & Ioannem. Sepultus cum hoc Epitaphio.* O homo quid quæris? ſi miraris nihil nouum. Si intueris quis fueram? ſapiens, ſtrenuus, & diues. Sed hæc omnia nihil, ſolus Deus omnia. Nicolaus à Potok Potocki, Rothmagiſter S. R. M ſub auſpicijs Supremi Ducis Exercituum, & Magni Cancell. Regni Staniſlai Zolkiewſki, quieſco. Vale, & cogita tuum extremum diem. Hodie vel cras ſequeris. *Nicolaus Potocki primus filius Andreæ Caſtellani Camenecenſis, cuius florida ætas maxima quæque aſſequi ſtudio nobili, vti exercitatum iam in literis, Caſtris, & aula promittebat. Ad Smolenſcum Rothmagiſter & Aulicus Regis Sereniſſ. Sigiſm. III. tale ſpecimen ſuæ obſeruantiæ in Patriam declarauit, voluit Sereniſſ. Rex fidelem aliquem ad cuniculos bellicos ſubterraneos verſus Smolenſcios muros directos mittere, & iuſtam dimenſionem funiculi ſulphurei exquirere: conſpecto Potocio vt iret mandauit, Audax iuſſu Regio & hilaris accurrit ad muros vrbis, intrat cuniculos, perficit mandata & inter ſclopeta à cuſtodibus emiſſa, transfixum deferens cubitum globo hoſtili ſaluatur. Sed tantæ ſpei virum ſuſtulit inuida mors gloriam virtutis quæ non ſiſtinet, cui ſit in memoriæ calamum.*

Conditur hac Nicolai corpus ſub mole Potocki,
Condere virtutem nulla ſepulchra queunt.
Illa viget ſemper, dum tellus ſtabit & vnda,
Et ſurgent nitidis ſydera celſa polis.

Staniſlaus alter filius Caſtell. Camenecen. qui ex Succamerario Podoliæ Caſtellanus, demùm Palatinus Braclauienſis, inde Palat. Podoliæ, Halicienſis, Colomienſiſque Capitaneus, & ob virtu-

ob virtutem & heroicam fortitudinem amoremq; in Patriam, altiora quoq; meretur, quod optamus, & à Domino precamur. Geſſit enim in Patria illam ac talem occupationem, vt nedum generis ſui claritatem incomparabili gloria ſuperaret, & acceptam à maioribus lucem ita nouo virtutis ſplendore cumularet, ſed etiam ſi nobiliſſimæ Familiæ decora antiqui non protuliſſent, ſummum ille genti ſuæ ornamentum extitiſſet, nam poſt exercitatam iuuentutem in Academiis Regni, dum in exteris nationibus perfectiorem literarum promotione & linguarum experientia reddidiſſet, Achilleum pectus ſanguinis generoſitate bullientem ad negotia Martialia conuertendo, hoſtem Patriæ à Moldauis, Turcis, Scythis, Coſacis, Moſchis, Pruſſis congeſtum, vita & fortuna poſtpoſita, repreſſit fortiter & continuit. Ille cum parente Illuſtriſſ. Rokoſianum tumultum diſruperat, ille Conſtantinum Palatinum Moldauiæ cum Illuſtri ſuo Patruo Ioanne Regio iuſſu & Senatus conſenſu, in Principem firmauerat & ſtabiliuerat, ille Skinderbaſæ potentiam in Cecora vſq; ad vltimum poſſe cum bellatoribus fortiſſimis repreſſerat, ille Turcarum agmina cum Oſmano Imperatore non vacillanti pectore ſuſtinuerat, ille Tartarorum incurſionem ipſaq; hoſtilium virium cunea, ad Buſſam cum Zolkienſcio ad pontem Bary cum Koniecpolſcio fudit, diſſoluerat, ille in Pruſſia à Supremo militum conſtitutus, in caput Guſtauianam fortitudinem pauco exercitu & abſentibus primis Rothmagiſtris & Ductoribus, tàm forti pectore debilitauit, vt recedere hoſtes, nec amplius turmas militum diffundere in noſtros cobibuiſſet. Quid dicam de excurſione contra Tartaros, qui tranſiecto flumine Neſtro cum multa præda aufugiebant, quos ille vnà cum fratre ſuo Capitaneo Camenecenſi, ad quindecim millia inſecutus fuit, plurimosq; è captiuitate liberatos, etiam in captiuitatem Principes Scytharum acceperit? Quid referam quàm forti animo cum Abaſio Paſa ad Studeniciam pugnauerit, & quàm potenter Coſacos rebelles ad Niedzwiedzicłozy, Borouiciam & Stärzec expugnauerit? Sed quid tanti viri laudes inops celebrabo, quem facta maiora, actuq; generoſiores in dies magis ac magis commendant abundantius? Dicent poſteri & ampliori ſtylo Hiſtorici quorum eſt, maiorum virorum & excellenti virtute præditorum laudes celebrare, vt & illis quoad fieri poteſt pro meritis ſuis gratia referatur, & cæteri habeant vnde virtutis & laudis exempla petant, & quod ad benè merendū de ſuis incitentur: Mihi verò ea vel primis labris attingere ſufficiat. Celebrauit Sacramentum matrimonij cum Kalinowſka Capitanei & Generalis Podoliæ filia, ex qua ſuſcepit eximiæ expectationis filios Andream, Procopium, & filias. Georgius tertius filius Caſtell. Camenecen. qui poſtpoſito errore Caluini, quem ex parentibus & ſcholis Panioncianis contraxerat, ardens Catholicus, & pius cultor Eccleſiæ, fortiſſimus miles euaſit. Occubuit in Valachia Rothmagiſter in ipſo feruore belli contra Tomſam Valachiæ Tyrannum. De quo ita Manes ſibillant.

Extulit ad hoſtem gladium ſomnoque fugato,
Ingentes Aquilas & fortia caſtra ſecutus,
Et Patriæ impendit totum prægrandibus auſis,
Nec ſibi, ſed toti genitum ſe credidit orbi.
Illum fama canet, cantuque imponet Olympo.

Iacobus 4. filius Caſtell. Camenecenſis, qui poſt exercitatam iuuentutem in diuerſis Academiis extraneorum, atq; benè diſpoſitam ad Reipub. honeſtum, & Martis victorias grauem adoleſcentiam, vt redijt in Patriam, Cubicularius & Aulicus Sigiſm. III. Regis Sereniſſimi, primò ſpreta blaſphemia Caluiniſtica, Fidem ſacram Catholicam Romanā eſt cuius ſupremum viſibile caput amplexus, tum Patriæ reddidit pectoris officia in Caſtris. Quam dum præ incommodo graueſcentis corporis iam exercere non poſſet, facultate animi & bonorum Patriæ non defuit, vnde Pocillatoris Podoliæ titulo meritò honoratus fuit. Vir probus ex virtute, laudabilis ex humanitate, benè meritus ex Patriæ amore, dilectus à bonis ex grauitate actuum, cui omnes omnia bona precantur. Reliquit ex Klomnicka filium Andream, qui in exteris nationibus cum linguis & literis collegit ſtudia virtutum & morum, quibus commendatus in Cubicularium Sereniſſ. Vladiſl. IV. maximam de ſe omnibus in Familia, reliquit ſpem & exiſtimationem.

tionem. Ioannes 5. filius Caſtell. Succamerarius Halicienſis, vir eximiè ornatus literis, atq; exoticis linguis, inde iudicij virentis & Patriæ proficui, multoties ad Comitia Regni, & Iudicia Tribunalitia electus & deſtinatus, prudenti conſilio meruit digniſſimum nomen. Celebrauit matrimonium cum Leſzczynſka Supremi Cancellarij Regni filia, cuius germanus frater nunc Epiſcopus Camenecenſis in Podolia, ſuſcepit ex illa duos filios. Chriſtophorus vltimus Caſtellani filius, Cubicularius & Aulicus Sereniſſ. Vladiſlai IV. Regis. Hic conſtituit domicilium ſibi in M. D. Litu. dum in coniugem relictam viduam Kniazij Holowczynſki, de Familia Woloniciorum accepit. Ordinauit ipſum natura & ad bellum & ad pacem, & ad conſilium & ad Martem. Non enim præſtantes aquilæ columbam degenerem producunt, ſed in Potociorum Familia hoc ſibi adſcripſit proprium Mars, vt cum illis bella hoſtilia & contra Patriam directa ſtrenuè & feliciter in hoſtes Patriæ dirigat.

Ferte alij pectus Patriamque in voce tenere,
In factis portat fortia verba Potok.

Nicolaus Potocki Iacobi Palatini Braclauienſis filius. Etiam parentis honore inſignitus Palatinus Braclauienſis Generalis Podoliæ, Campiductor Regni Exercituum, Camenecenſis, Liticouienſis, Nizinenſis, Cercaſſenſisq; Capitaneus. Hunc ſibi armis ſtridens Bellona, ipſa in iuuentute dum ageret decimum octauum annum, in militem & Rothmagiſtrum vſq; ad Moſchoniticum bellum pro Demetrio Imperat. Moſchor. elegit & vocauit, quem ita vna cum Marte educauit & muniuit, vt in arduis expeditionibus cum Turcis, Tartaris, Pruſſis, Suecis, Moldauis, & rebellibus Coſacis toto pectore bella gerendo victorias triumphales detulerit, atq; in manum dexteram ſummis bellatoribus Regis & Regni electus datus, & priuilegiatus fuerit. Et quia non victoria ſolùm, ſed etiam modus victoriæ exiſtimationem & gloriam conciliant, iurarunt illi Mars cum Bellona non aſtu, ſed vi & armis aggrediendū & finiendum cum laude bellum. Tentabat ille omnia nec quicquam pertimeſcebat, ſiue in tumultu militum, ſiue in copia hoſtium, ſiue gelu vrgebat ad Pilauiam, ſiue denſæ ſiluæ & paludinoſa loca ad Vkrainam. Nam fortes à Deo & fortuna iuuantur, inertes autem à fortibus caſtigantur.

Equidem Illuſtriſſime Domine, nullo modo facere ego debeo cliens, & perpetuus exorator Familiæ tuæ, in qua educatus fueram à puero munificentiſſime, quominus ampliſſimam iſtam dignitatem tibi gratularer, meamque perpetui & conſtantis erga te animi voluntatem declararem, vt quem tacito animi ſui venerabar, eundem etiam à me vnice coli, & obſeruari publicè teſtarer. Sed quod ego ita decenter perfectè & dilucidè non poteram nec ſciebam, hoc Inuictiſſimus & Potentiſſimus Rex Vladiſlaus IV. ſuo in diplomate Præfecturæ Cercaſienſis expreſſit, reliquit, & omnes Hiſtoricos edocuit. Ait namque: Quicquid Nicolaus Potocki paulò ſuperioribus bellis, Moldauico, Moſchouitico, Pruthenico, ac vno atque altero Turcico bellicæ ſcientiæ ac induſtriæ comparauit, id nuperrime contra licentioſam Coſacorum colluuiem contulit. Cum enim illi domandæ ac coercendæ negotium fuiſſet datum, illud & intrepidè ſuſcepit, & poſtquam ad manus & cruentum cum ſeruili turba conflictum deuentum eſſet, circumſpecti pariter & fortiſſimi ducis manus expleuit, validasque deſperatione, multitudine, cæterisque omnibus bellicis rebus & maximè pertinacia pugnandi armatas legiones, rebelles manu & animo exercitui præeundo non ſemel prerumpere, & in confertas acies irruere, atque inter primos aggreſſores verſari viſus eſt, & vitæ ſalutisque ſuæ prodigus, Patriam ab ingenti & formidabili diſcrimine quod ruſtica illa & ſeruilia pectora coquebant liberaret. Ac reſpondit quidem magnanimitati illius & excelſæ virtuti fortuna, nam ſic ferocem & contumacem gentem diuerſis prælijs fudit, vt parum abfuerit quin nomen quoque & memoriam illorum aboleuerit, niſi ſubiectis & in ordinem adactis parcere vere Polonum exiſtimaret. Non ego ampliùs his addam, licet Supremus Exercituum Dux Koniecpolſcius maximam victoriæ laudem tibi & Familiæ tuæ adſcripterit, & multi

Scripto-

Scriptores eandem ore celebri decantarint. At duo proponam monenda: Primum, quòd fælicem exitum pugnæ Deus largitur ſe inuocantibus, vt inquit *Liuius*, & approbauit Antoninus Imperator pugnādo cum Quadis. Secundum, quòd feliciſſimas victorias noſtras temperat Deus domeſtica clade, vt victorum animi deijciantur, & à Deo pendeant. Quapropter dicendo cum maximo bellatore Sereniſſ. Stephano Rege: *Non nobis Domine non nobis, ſed nomini tuo ſit gloria.* Hæreat menti Traiani affabilitas, Dionis culpata auſteritas, Philippi Macedonis benignitas: Magni Alexandri contempta ſuperbia, Conſtantini Magni pietas, & bonorum Imperatorum clementia, comitas atque liberalitas, eò namque & fortuna viridior, & gloria domus amœnior, propagabitur firmabiturque. *Habuit in vinculum Sacramenti matrimonialis Sophiam Palatini Lublinenſis Firlej filiam, ex qua ſuperſtites filij Petrus Rothmagiſter, Stephanus in exteris nationibus in linguis, literis, & belli exercitio educatus, Henricus Nicolaus, & filia Marianna Kazanouſcij conſors, & Victoria. Ex Eliſabeth verò Kazanowſka filia Campiductoris Regni, ſuſcepit Iacobum, Dominicum, & filiam Iohannam, quibus benedictio diuina adſit & faueat. Ioannes alter filius Iacobi Palat. Braclauienſis, qui poſt expeditionem Cecorianam cum Zolkiewſki diuina clementia ex ſummo periculo in quo plurimi ceciderant liberatus, vbi rediit Tyſmeniciam, à Tartaris excurſionem in Regnum à Cecora poſt infauſtum prælium facientibus, in captiuitatem deductus ibidem occubuit. Iacobus tertius filius, qui ab incunabulis Domino oblatus, poſt debita ætate religioſus in Ordine Prædicatorum profeſſus, eximius Theologus euaſit. Demùm Prouincialis Prouinciæ Ruſſiæ creatus, in ipſo officio vitam cum morte commutauit. Staniſlaus quartus filius, qui ipſam grauiorem adoleſcentiam, vbi caſtris militaribus addixit, totum ſe Marti trophæis ſubdidit. Quapropter à Sereniſſ. Rege, & à Ducibus Exercituum Rothmagiſter creatus, maxima fortitudinis & prudentiæ encomia detulit: inſuper Ductor cohortum, & Adminiſtrator Caſtrorum in abſentia primorum præſidum exercitus renunciatus, laudabilia in maximis tumultibus bellicis cum rebellibus Coſacis, & Tartaris referebat præmia. Cui Sereniſſima Maieſtas Regia ad calcar prælij maxima promittit ſicut iam contulit digna præmia. Petrus Potocki Stephani Palatini Braclauienſis filius, hic eximiè cultam iuuentutem in exteris nationibus eò dignitatis ad lauream deduxit, vt maiorum ſuorum merita quæ Regibus, quæ Patriæ, quæ Familiæ protulerant, prudentiâ in conſilio, in fortitudine Caſtrenſi, in trophæis ex hoſtibus, in ſe luculenter expreſſerit, & efformauerit. Sicut namque optimi Aſtrologi nil in computo vel ephemeridibus errantes cæli meatus deſcribunt radio & ſurgentia ſydera dicunt, ita ille ex quo militiæ caſtrorum addixit ſtudia, in tàm prudentem audaciam, peritiamque militarem deuenire ſtuduit, vt S. R. M. Rothmagiſter equitum grauis armaturæ denunciaretur. Cuius dexteritas in Pruſſia, & ad Chotinum contra Abaſium, licet clara promptaque extiterit, in ſeruili tamen congreſſu cum rebellibus Coſacis ad Starzec gloriæ virentis palmam, ab ipſo exercituum Præfecto pluribus dicebat ille reportauit. Sed præcipuè. Eſt in illo innatus amor Patriæ & Familiæ, quia vitam licet vix matureſcentem, nihilo reputauit, atque ibi adeſſe voluit, vbi primi inſultus maiusque periculum apparere videbatur. Nam licet naturam non obſcure vnicuique indidiſſe cernimus, vt natali ſolo velit cupiatque quam maximè; vehementer tamen amatores Patriæ ad cædendum hoſtes incitat, dum quis ſui memoriam futuris ſæculis ſe relicturum cogitat. Honoratus Præfectura Sniatinen. altiora meretur. Tenet Sacramentum matrimonij cum Staniſlawſka Caſtell. Camenecen. filia Paulus alter filius Stephani. Qui diligenti animo perpendendo quàm hominis vita ſit breuis, modò enim viuis, modò morieris, retraxit à ſæculo voluntatem liberam & ſpirituali occupationi applicauit. Quod commodiùs exequi vt poſſet, habitu Clericali indutus, floridam quæ nunquam marceſcat vitam exercendo & colligendo, Romam Sanctam deſcendit, atque ibi virtutum colles, literarum dogmata, conſcientiæ delicias venatur & acquirit.*

Fallitur inſipiens huius vitæ præſentis amore
Sed ſapiens ſcit quam ſit plena dolore.

 Ioannes

Joannes tertius filius Stephani. Qui interius ſpeculando quia vera laus & Patriam cohonestans eſt ex virtute & fortitudine, ad vtrumq; legendum florem in Holandiam aliasq; exteras nationes deuenit. Dicebat quidam:

Illuſtrem gentem ſatis hic habet atque parentem,
Qui virtute ſuam nobilitat Patriam.

Staniſławſcij, *de Staniſławice, in Sierad. Ruſſiæ & Podoliæ Palatinatibus, antiqua & meritorum dignitate, atq; præmiorum gloria præſtantiſſima familia. Deſcendunt enim ab antiquis Pilauiis per bonorum & poſſeſſionum diuiſiones ante 300 & vltra annos olim ſuperſtites. Horum poſteritas dum militaribus trophæis ſplendentem gloriam domui aucuparetur & colligeret, profligatis Moſchis, & in confinibus Regni Tartaris, Turcis, aliqui illorum elegerunt ſibi & conſtituerunt domicilia in Ruſſia, alij in Podolia, vbi celeberrimi nominis gloriam florentem memoria inſigni colluſtrare vſq; in præſens non deſiſtunt. Et quoniam dignitas ipſa, & tituli merita familiarum & antiquitatem domus commonſtrant, ab illis lineam Generoſorum DD. Staniſławſciorũ enumerare incipiam familiæ, ex quibus ſicut leo ex vngue generoſitas et nobilis virtus eorum reſplendeat. Gaſpar Stániſłáwſki, quem Priuilegia, Acta Regni, et Hiſtoriæ commemorarunt, ex milite ſtrenuo Rothmagiſter S. R. M. prudentia, audacia, & fortitudine inſignis, ac demum cohortium et turmarum militiæ Sigiſmundo I. iure Regni ſceptra gubernante anteſignanus et primas. Recepit in meritorum præmium Dapiferatum Sandomirienſem. Tenuit Sacramentum matrimonij cum Nieżácka, filia Nieżáccij de Nieżáczyce militis præſtantiſſimi, ad cuius dignitatem, præſtantiam, plurimos Turca de captiuitate in Regnum dimiſerat, dignam legationem dum expediret. Suſcepit ex illa optimum patriæ ciuem Gaſparum, qui iuuentutem dignisſimis virtutibus et literis ornatam in tantum reddidit patriæ deſiderium, vt multis quoq; Regum gratijs et titulis Regni honoratus fuiſſet. Dignitate Pocillatoris Sanocenſis condecoratus, poſteris de ſe reddidit memoriam. Habuit in vinculo Sacramenti matrimonialis tres coniuges. Primò Kraſiccij filiam. Secundo Milanowſcij. Tertio Kożiccij, ex quibus benedictionis diuinæ ſuſcepit prolem.*

Balthaſar Stániſłáwſki 1. filius. Hic Mineruæ conſecratam adoleſcentiam diſpoſuit Martis fauoribus & trophæis: certarunt quidem in illo Pallas & Minerua, ex vno Mars & Bellona, ex altero adre[illegible] brachio. ſed victor vicit, & Mars coronatam obtulit victoriam in præmium. Quapropter ex vigilanti milite Rothmag. feruidus in Patria commodum & vtile. Qua quidem militari prærogatiua, & eximiorum militum centenis ſibi delegatorum ductor ſtrenuus contra Ma[illegible] ad Byczynam, contra Moſchos ſub Sereniſſimo Stephano Rege, & contra ſingulas expeditiones hoſtium continuas, quo nedum ſibi comparauit inter militiæ Duces amorem, ſed etiam Regia benignitate acquiſiuit decorem. Creatus enim fuit à Sereniſſimo & bellicoſiſſimo Rege Stephano Bathoræo, Notarius Campeſtris Exercitus Regni, & Succamerarius Sanocenſis, à Sigiſm. III. Sereniſſ. Rege, ob grauitatem morum, & in aula Regia digniſſimam promotionem habuit. primò promotus in Præfectum Culinæ Regiæ, tum Caſtellaniæ Sanocenſis. Deinde poſt Hyacinthum Młodzieiowſki in dignitatem Theſaurarij Sereniſſ. Regis, poſt in Theſaurarium Regni poſt Ioannem Firlej Capit. Lublinen. in Capitaneum [illegible] Oſi[illegible] & Stargardien. conſtitutus & confirmatus, reddidit nobilitatis ſuæ & præmiorum di-

Eniſſima

gniſſima ſpecimina, cuius eximia merita diuerſa Priuilegia demonſtrant, in quibus ita loquitur Sereniſſima Maieſtas: Cum in bello contra Moſchos expediendo grauiſſimæ turmæ equitum tibi commiſſæ fuerint, ita Præfecturam adminiſtraſti, vt non ſolùm admirarentur cæteri, ſed ducerentur exemplo ad præclara facinora. Interregni autem tempore, & in prælio ad Byczynam fidei & dexteritatis excellens tuum robur eluxit. *Et in Priuilegio Theſaurarij Regni lego.* In tumultu domeſtico & in initio diſſenſionis, cum non contemnenda militum manu nobis tua nobilitas adfuit, & Cracouiæ nobis abſentibus ad cuſtodiam Sereniſſimæ Coniugis, & filiorum noſtrorum chariſſimorum conſtitutus, laudabili fide & ſolertia munus commiſſum ſibi obiuit. *Ex Herburthi filia de Dobromilow Palat. Ruſſiæ germana ſorore ſuſcepit filiam Zophiam Mieleccij conſortem Ioannem Cornelium, qui dum iuuentutem ſuam in exoticis ſtudiis atq; exteris nationibus dexterè excultam, virtutum flore & profectu adornaſſet, Patriæ & Sereniſſimo Regi obſeruantia nobilis dignitatem deuouit, vnde & Præfectura Szydlouienſi inſignitus fuit. Tenuit in conſortio matrimoniali filiam Tarnouij Caſtell. Sendomir. poſt Kazanowſcij Succamerarij Regni, & Kokenhauſcenſis Præfecti. Ex hac ſuſcepit filiam Leonoram lectiſſimam, conſortem Generoſi D. Alexandri Belzecki Capit. Belzenſis. Sepultus in Szydlow, vbi Epitaphium illius merita & præmia latiſſimè edifferit.*

D. O. M.

Illuſtriſſ. ac Mag. D. D. Ioannes Cornelius de Stanislawice Staniſláwſki, Illuſtriſſ. ac Mag. D. Balthazaris Theſaurarij Regni &c. filius. Qui dum optimis artibus excultus & in luſtrandis exteris nationibus ſpatio 18. annorum exacta adoleſcentia exemplo ſuorum Maiorum in Aula Sereniſſ. Sigiſm. III. Reg. Pol. verſaretur ob magnitudinem animi & præſtantiam ingenij Capit. Szydlouien. condecoratus, multas clariſſimorum virtutum protulit dotes. Hic talis ac tantus vir, Deinde Sereniſſ. Vladiſl. IV. Reg. Pol. Aulicus factus infractis viribus tuebatur Patriam, pius, munificus in pauperes, æquitati ſtuduit, amicis fuit. Ex Catharina Kazanowſka Sigiſm. III. Succamer. Regni &c. filia, reliquit Leonoram Conſtantiam. Obijt 1636. Annum 56. agens.

Martinus Staniſlawſki Gaſpari Pocillatoris Sanocenſis alter filius ex coniuge ſecunda Milanowſka, qui dum ætatem ſuam militaribus exercitijs atq; obſequiis Regiis in Curia obligaſſet Sac. Reg. Maieſtati, & Notarius Theſauri electus & confirmatus fuit. Obijt ſterilis. Michael tertius filius ex eadem Milanowſka, qui dum animi induſtriam & robur corporis, Caſtris & militiæ ab ipſa iuuentute conſecrauit, quotidianis obſequiis Martialibus, atq; vigiliis, in hunc deuenit ipſis Ducibus Exercituum commendationem vt inter milites primos adnumeraretur. Creatus namq; Rothmagiſter Equitum, ita hoſtium turmis fortis permanſit, vt fieri militarium cohortium S. R. M. Dux promeruerit. Detulit tantam gloriam domui, pugnando inter Electos vna cum Danilouicio, Herburtho, & Beſkieſsio in Multauia, Liuonia, Moſchouia, & in Valachia ad Cecoram, vt Sereniſſimus Rex poſt alios honores ipſi Succamerariatum Podoliæ in ornamentum Familiæ & vlterioris promotionis teſtimonium obtulerit. Habuit in conſortio ex matri monij primò Herburti filiam, ex qua ſuſcepit digniſſimam prolem Samuelem Rothmagiſtrum S. R. M. qui in pluribus expeditionibus id quod militem & nobilem decuerat, eximium præſtitit. Poſt Chocimenſem expeditionem contra Oſmanum cito obijt, relicta coniuge ex Chmieleciorum Familia vidua & ſterili. Filia ipſius cum eadem Herburtowna Anna elegit ſtatum felicitati perenni deditum in Vielunenſi Monaſterio Sacratarum Virginum. Secundò autem matrimonio habuit Danilouicij filiam, ſororem Palatini Ruſſiæ, & Theſaurarij Regni germanam. Ex hac reliquit filium Adamum & filiam Barbaram, quæ collegio Sanctimonialium aſſociata in Sambor religioſa vota conſecrauit altiſſimo. Adamus verò filius ipſius dum tyrocinia ætatis literis atq; exteris nationum exercitiis digniſſimis in ampliorem honorem prouectioribus annis diſpoſuiſſet meretur ſuæ Patriæ tranquillitatis meritò, dum ad Chotzimam

propriis ſumptibus expeditionem Turcicam compleuiſſet; non enim minus eſt meritum aliis meritis odiſſe neminem, bene velle omnibus, & conſcientiæ ſecuritati prouidere. Reliquit ex Krzezelowſka Michaelem & Conſtantiam. Gaſpar Staniſlawſk. quartus filius ex eadem Milanowſka. Hic Parentis ſui gloriam nedum propriis meritis auxit, ſed etiam poſteritati reliquit laudabilem. Erat namq; nedum militaribus Caſtris clarus, ſed etiam Sereniſſimis Regibus optimè meritus, vt ſicut ex vtroq; dicitur aliquis Cæſar, literis ſcilicet & gladij fortitudine, ita ille ex vtroq; optimus fuit ciuis Patriæ bene merendo atq; Sereniſſimis Regibus. Erat namq; Sigiſmundi III. potentiſſimi Regis Aulicus digniſſimus, & perpetuus Patriæ propugnator atq; miles. Quapropter adhuc ſuperſtite Parente creatus fuit Dapifer Sanocenſis, poſtmodum Pocillator, denium Succamerar. ibidem altiora merebatur ipſa virtute, beneuolentia, & humanitate id expoſtulante, ſed inuida mors florentis gloriæ virum è medio viuorum ſuſtulit. Habuit in conſortium matrimonij duas coniuges, ex quibus prolem hanc reliquit. Sigiſmundus primus filius ex Dyczowna Magni Procuratoris atq; Gubernatoris arcis Cracouienſis filia, hic dum animum literis tàm domi, quàm in exoticis ſtudiis graciliorem reddidit Patriæ, mox conuertit ſtudia ad ſpiritualem dignitatem. Et quia virtus, honeſtas, probitas, experientia Canonum Eccleſiaſticorum tales viros Senatoribus grauioribus & Cathedrarum Epiſcopis commendat, breui Præpoſitus Koſcielenſis ordinatur, quem poſtmodum Sereniſſima Maieſtas ex Secretario Abbatem Orlouienſem eſſe voluit, & conſtituere fecit. Michael ſecundus filius ex Dyczowna Staniſlàwſki Gubernatoris Generalis arcis Cracouienſis filia, Caſtell. Camenecenſis Palatinatus Podoliæ. Qui dum ex ipſis alumnis belli coſiſſimi Martis progenitus fuiſſet, adimpleuit in ſemetipſo quod doctiſſimi viri deſiderauère. Non gignit generoſa aquila degenerem columbam, vt namq; floridam ætatis attigit metam, illam mox grauiſſimorum Senatorum Aulis in exercitium nobilis virtutis & prudentiæ detulit, poſtmodum verò vbi moribus & actibus vir effectus fuit, pectus Patriæ, fortitudinem hoſti, audaciam militi, merita Familiæ, & quoad vitæ ſpiritus adaugeret ſibi vires perpetuò conſecrauit. Inter eximios & ſtrenuos experientia & fortitudine milites connumeratus, Tartaricas Phalanges, Pruſſica agmina, Moldauica Caſtra, Coſacorum fortalitia deturbauit, profligauit, diſrupit. Quibus meritis in tantum deuenit apud excellentiſſimos & ſupremos Exercituum Duces honorem, & apud Sac. Reg. Maieſtatem exiſtimationem, vt equitatus grauioris Rothmagiſter Sereniſſimi Regis denunciaretur. Quo in officio eò nomen deduxit, vt magnificæ Domus adiungere familiis ſuis ipſum, & Staniſlauſciorum Familiam deſiderarent. Inſuper vt ipſius meritis dignum redderetur præmium & honos, Sereniſſimus Rex Vladiſlaus IV. illi Caſtellaniam poſt deceſſum Herbarti contulit. Quo in munere magnorum & piiſſimorum Senatorum æmulator factus, nedum Regi & Patriæ obſeruantiſſimus, ſed etiam S. Eccleſiæ religioſiſſimus. Extructis namq; de nouo & fundatis Parochiis, Beatiſſimæ & miraculoſæ Virgini Mariæ in Conuentu Prædicatorum Leopoli ampliare & extruere ſacellum animum adiecit, quod nedum finaliter effecit, ſed etiam magnificè fundauit. Habuit in conſortium Sacramenti matrimonialis Georgij Czurilij de Gory, quem progenuerat Iazłowiecka filiam matronam morum grauitate, pietate in egenos, religione in Eccleſiam, obſeruantia in maritum, ſanctitate celeberrimis mulieribus comparandam. Suſcepit ex illa Gaſparum filium, quem in vita greſſibus humanis non maculata, ad cæleſtia dominantium dominus vocauit. Reliquit & filiam Eufroſinam Generoſi D. Petri Potocki Palat. Braclauien. & Rothmagiſtri Reg. Maieſtatis equitatus grauioris digniſſimi conſortem. Sorores Sigiſmundi & Michaelis fratrum erant Anna Nicolai Lanckorunſki Vexilliferi Leopolienſis conſors, Eufroſina Deodicata Cracouiæ nunc Sanctimonialium mater ad Sanctum Andream. Sophia Pauli Kuropatwà coniunx, Elizabeth Ruinicij conſors. Ex altera verò coniuge Fredrowna, idem Gaſpar Succamerar. Sanocenſis, ſuſcepit filiam Theophilam, quæ nondum ſibi elegit ſtatum virginitate gaudens. Continuando verò lineam inceptam ex Gaſparo ſecundo Pocillatore Sanocenſi prouenientem adſero coniugem ipſius tertiam è Familia Koziecciorum. Ex hac ſuſcepit ſummum bellatorē in expeditionibus plurimis in Moſchouia, in Pruſſia, in Moldauia, cum Moſchis, Turcis, Tartaris, Coſacis,

clariſſi-

clariſſimum virum & deuotione & iudicio excellentem nomine Adamum. Exercet nunc ſub Illuſtriſſimo Caſtell. Cracouienſi, & Supremo Exercituum Præfecto iudicia Caſtrorum, illiusq́; cohortis nobilitate ſtrenuus, & bello conſpicuus Vexillifer à multis annis vigilantiſſimus, & in multis expeditionibus fideliſſimus cuſtos & tutor. Qui dum diuerſis expeditionibus ſub diuerſorum Rothmagiſtrorum ſignis bellicis eximia documenta animi ſtrenui affatim declaraſſet, demum Supremi Exercituum Ducis bellicis ſignis complexis, vltra annos viginti defendit illorum honorem & decorem, imò peruigil cuſtodit & retinet.

Słoſtowſcij, *in Sieradienſi Palatin. Regali Curiæ & militiæ dediti. Petrus eximius miles & Aulicus Sereniſſ. Stephani Regis. Secuti ſunt in rebus bellicis, & fratres ſuos maiores Ioannes, Matthias, Andreas.*

Zakliczewſcij, *Literis, militari, & iuri Nobilium dediti. Dominicus Iudex Makouien. qui reliquit filios nouem. Ex quibus* Dominicus *filius Rothmagiſter ſtrenuus & fælix in Moſchouia, & cum Tartaris. Reliquit filios quinq́. Alter filius Martinus etiam Rothmagiſter, alij verò vt Andreas & Valentinus milites eximij.*

Kliczkowſcij, *in Maſouia & in Palatinatu Cracou. Ex quibus Petrus in iure Nobili verſatus fuit. & in Pocutiam alij militando cum Strus & Potocio deſcenderunt, qui pro benè meritis à Regibus prouiſi.*

Zelisláwſcij, *in Chęcinenſi diſtrictu, cum antiquitate domus literis et ſapientiæ dediti, Dicebat quidam nec ſine optimo reſpectu:*

Dulcè vetus vinum: ſenis eſt oratio dulcis,
Dulcior hoc ipſo quo ſapientior eſt.

Ianowſcij, *in Cracouienſi Palatinatu. Sequuntur virtutem & bonos, Nam*

Viam qui neſcit qua deueniat ad mare,
Eum oportet amnem quærere comitem ſibi.

Wazynſcij, *in Sendomirienſi Palat. de Ważyno, alij de Obidzice; Iacobus ex Goworkowna ſuſcepit Ioannem, qui ex Krzilczycka Laurentium, Raphaelem, Stanislaum habuit. Hic reliquit Marcianum, Chriſtophorum, Conſtantinum cum Ianowſka. Ex Wazynſciis Ioannes & Albertus ex Liuonia Electionem Sereniſſ. Vladislai IV. ſubſcripſerunt.*

Borowſcij, *in Cracouienſi Palat. à Kámienieccijs deſcendunt; & à Borow denominati ſunt. Ex quibus erat Abbas Szczyrzycenſis.*

Lichnowſcij, *in Sendomir. Palatinatu. Quia melius eſt præcauere, quàm pauere, & vtilius eſt erubeſcere quàm paueſcere, ideò in aulis Magnatum morum decentiam, in ſcholis literarum peritiam, in caſtris meritorum excellentiam colligere ſatagunt.*


Láchowſcij, *in Chęcinenſi diſtrictu ex Crac. Palatinatu. Ex Sendomirienſi Palatinatu electionem Sereniſſ. Vlad. IV. Ioannes ſubſcripſit. Summi boni eſt, mens conſcia recti. Quod ergo bonum, honeſtum, & ſpirituale eſt attendunt,*

Chrzczonowſcij, *in Sendomir. Palat. Prouidentia Dei omnia gubernantur, & quæ putatur pœna, medicina eſt. Quocirca omnia illi à Deo prouenire meditantes*

tantes, in proſperis agunt gratias Deo vt perſeuerent, in aduerſis etiam Deo gratias agunt vt auertantur.

Cieſzkowſcij, *in Syradien. Palat. Qui militarem exercendo, proſpiciunt meritorum præmia. Sed cor Regis in manu Dei.*

P I E L E S Z.



D E L I N E A T I O.

SVNT duo gladij euaginati decuſſatim poſiti acuminibus ſurſum & manubrijs deorſum. Exiſtimo campũ ſanguineum, & in corona tres pennas ſtruthij. Origo duellum cum hoſte fortũnatum & ſingulare demonſtrat & docet.

V E R V S M I L E S.

INnumerabilia rerum bellicarum authores ad rerum militem deſcribendum colligunt tum rerum tum mediorum. Neque immeritò. Nudus enim & inermis miles non de pugna, ſed de fuga cogitat. Segnis & rudis miles, conſpecto ſanguine & ſtrepitu armorum graui audito, confunditur, conteritur, perit. At exercitatus pluries & veteranus miles, qui non tam quærit de hoſte quot ſint quam vbi ſint, qui non videre hoſtem ſolùm ſed pugnare deſiderat, qui verus miles ſolus dicendus eſt: non multa requirit media, campus & gladius, ſufficiunt. Non enim cogitat veteranus miles ex inſidijs hoſtem aggredi, (communiter enim euenit, vt quas ſtruit ſibi parat inſidias) niſi fortè apertum teneat periculum aliter aggrediendi. Audacter veteranus miles cruorem ſuom ſpectat, quia ſcit viciſſe poſt ſanguinem, *inquit Petr: Ran: Inter Symbola Iulij Ceſ: Capaccio*, Habeo ciconiam quæ ore tenendo aliquod folia arbuſculi habet ſubſcriptum lemma *Audentius obſto.* Quòd folia habent ad audaciam & fortitudinem! Habent naturalia remedia ànimalia cum quibus in ſuos hoſtes: vitæ inſidiantes ſecure & fortiter tendunt, vndè ciconia ore tenendo folia platani quibus hoſtes naturaliter ipſius perimuntur, dicit. *Nunc audentius obſto.* Profectò quorum hæc arma propria ſunt, duo inquam gladij parati & in crucem diſpoſiti, ſi pro Deo religione & Patria ſtricti & aſſumpti fuerint, Deo inquam vno & trino, religione,

gione, ſancta vera Catholica Romana: Patria, iuſtum bellum defenſiuum atq; offenſiuum, deducēte audentius obſtabit. *Vnde Liuius lib: 9. Decad: 1.* Bellum eſt iuſtum quod neceſſarium eſt, & arma ſunt pia, quibus nulla niſi in armis relinquitur ſpes. Echo igitur armorum veſtrorum eſt Audentius obſtare. Hæc veſtra eſt fælicitas auguſta, hoc familiæ decus, iſtud maiorum veſtrorum meritum. Concedebant vt apparent ex armis multum amicis & familiaribus ſuis, ſed inimicos ſuos per omnia ſuperabant. Sed obſeruandum vobis erit quod qui inimicum animæ non ſuperauerit hoſtem corporis minimè ſuperabit, nam iudicium Dei ſuper tales manet vt decem viri mille fugarent, Si verò inimicum animæ ſuperauerit, dicit ſcriptura gladij ancipites in manibus eorum. Magnum quid refert Eucherius. Ait enim, qui mundi peripſema & quiſquiliæ creduntur, de nationibus ac Regibus iudicabunt. Et qui ſunt amabo iſti? qui animi hoſtes deuicerint. Ergo velim, ſi gladium mittis hoſti, pacem mitte animæ.

Prædictis armis in Vitepſcenſi Palatinatu vtuntur Pieleiſouij & Pieleiſouicij meritis ſuis & conuerſatione nobili clari. Ex quibus Paprocius meminit Staniſlaum cum fratribus eximios viros.

PIATYR ſeu PIETYROCH.

NODVS GORDIVS.



DELINEATIO.

EST Pentalpha ſeu Pentagonum aurei coloris in campo ceruleo ſcuti. Ad ſummitatem anguli primi eſt lilium.

ORIGO.

ARma hæc antiquiſsima & ante auguſtiſsimam orbi natalem Chriſti initia ſumpſiſſe Hiſtorici affirmant, ſed qua ratione & quando in Regno inuenta, non referunt. Colligi tamen tam origo prima gentilitiorum, quam ſucceſſus in Regno ex Luciano, Agrippa, & Antiochi Soteris nummo, & qui tractant de Pentagono ſalutis ſymbolo facile poſſunt. Videtur Alexander Magnus primus parens fuiſſe horum armorum, nam cùm nodum Gordium reſoluiſſet gladio, pro inſigni aſſumpſit ſibi & ſuis prædictum nodum Gordium. Hinc Arridæus frater & filius Alexandri Icio vel Ilo, eiuſq; poſteri eiſdem vſi fuerunt armis, illaq; viris fortiſsimis fidiſsimiſq; cum torque aurea conferrebant. Hoc ex monumentis

mentis illorum conſtat ſub Lentulo & Antonino conſulibus Romanis, & ex Ægiptiorum ſimilitudine, qui arma Gordiana, Pentagonum vocarunt. Dum verò variarum mutationum ſorte poſteritas Ielonis agitaretur, & ad Cherſoneſum vitam conſpicuam duceret, Ielo vnus ex Roxanna Alexandri proueniens, per Boſnam fluuium cum milite venit in oras, quas nunc Roxannas & Roxolanas vocamus. Erecta namq; Chorſona ad nomen chorſonēſis patriæ, regionem illam ex nomine parentis Roxannæ, appellauit Roxannam ſeu Roxiam. Hi igitur hæredes Chorſoni Ielouicii progeniti, diuerſimode in Roxolania pro diuerſitate Prouinciarum vocati fuerunt. Dum verò Ielouicij varijs agitarentur incurſionibus à Ducibus Moſchouiæ, Ruſsiæ, Lithuaniæ, & Monarchis Poloniæ, petierunt à Boleſlao Chrabri Poloniæ mutationem bonorum. Inclinatus petitioni, conceſsit æquiualentia bona Kunioujum, Malinſcum, Bokoinium, à quibus bonis modo Ielouicij vocantur Kunioufcij, Malinſcij, Bokoienſcij. De quo clarius habent priuilegia ipſorum & Acta Luccorienſia & Cremenecenſia.

SPES GENEROSA.

NON eſt laboris maximi ſpem generoſam aſsignare. Illa eſt quæ nec vana, nec dubia, nec fallax; ſed velim à quo ſpes eiuſmodi ſperanda? Ipſo à Deo. Ita Bernard: ſerm: 9. ſuper Qui habitat. *Tu es Domine ſpes mea, quicquid agendum, quicquid declinandum, quicquid optandum tu es Domine ſpes mea. Si mihi præmia promittuntur per te obtinenda ſperabo, ſi inſurgunt aduerſum me prælia, ſi ſæuiat mundus, ſi fremat malignus, in te ego ſperabo. Quia adhærere Deo bonum eſt, ponere in Domino Deo ſpem meam.* Vnde echo tantæ ſpei eſt.

Quoque loco verſor bellua nulla manet.

Arma hæc veſtra etiam ſymbolum ſunt certæ & generoſæ ſpei. Nam Pentagonum Lucianus in libello, in quo agit de quodam, qui inter ſalutandum lapſus eſt, ſalutis ſymbolum fuiſſe teſtatur. Cuius rei progreſſus talis eſt: Antiochus dictus Sotyr, à quo reliqui Syriæ Reges Antiochi dicti, cùm aduerſus Galatas acie decertaturus eſſet, eſſetq; in diſcrimine, per quietem vidit, vel ſe vidiſſe vt militum animos in ſpem erigeret ſimulauit. Alexandrum Magnum ſe vidiſſe, qui monebat vt ſalutis ſymbolum aſſumeret, idq; pro teſſera tribunis daret, eorumq; veſtibus inſueret, ea re fore vt victoria potiretur. Symbolum autem ſalutis erat tale, qualia ſunt hæc veſtra nobilitatis arma. *Pier. Val: Hierog: lib:* 47. *& fol:* 753. *Fecit ille & vicit.* Profectò iam talia arma veſtra ſpem generoſam exemplificant. Quaſi enim vox fuerit ex armis his veſtris ad homines. Qui gaudet in hac ſpe tenebit & rem, qui autem ſpem non habet, ad rem non poteſt peruenire. In familiam veſtram generoſam & antiquam dum flecto oculos, video fuiſſe tam eximios viros bello & caſtris, vt vna ſalus in eis, & ſpes fortunæ laborantibus in prælio, conſtituta fuiſſet. Illi cum Ducibus Ruſsiæ phalanges hoſtiū proſtrauêre.

Illi

Illi Regnō & Patriæ multoties ſalutem obtinuêre, illi vſque nunc Caſtrenſi dignitate præcelſi, illos retinent titulos & honores, quibus & optimus ciuis, & ſtrenuus pugnator, & dexterrimus Patriæ defenſor ſpecioſam in memoriam reducitur & commonſtratur.

LINEA FAMILIÆ IELOVIORVM.

IELO Kuniorſki, primus Terrarum Cremenecenſium Terreſtris Iudex, vir conſilio, fortitudine, rerum Reipub. gerendarum dexteritate conſpicuus. Nupſit illi Capitanei Cremenecenſis filia Deniſko Makoſiey, ex qua dum non ſuſcepit maſculam prolem filiæ, quæ erant ſex, bona in diuerſas familias quibus vinculo matrimonij iunctæ fuerant, intulerunt. Daniel Ielo Malinſki, Præfectus Legionis in Volhynia, ſummè meritus, & victoriis plurimis de Tartaris reportatis clarus. Michael filius Danielis, Marſchalcus Volhyniæ. Hic dum Volhynia nondum in Palatinatum erecta fuerat regimen & officium pro ſalute Patriæ & Reipub. digniſſimè & cum decore adminiſtrauit, & tempore Interregni iuſtè & ſuauiter optimum vt decuit ciuem Patriæ conſuluit. Euſtachius Ielo Malinſki Epiſcop. Luceorienſis, ritus Græci in vnione Sancta cum Eccleſia Romana. Erat vir & ſummæ authoritatis & probitatis, qui vnà cum Hippacio Pociey Metropolita Kiiouienſi, aliis Vladicis ſeu Epiſcopis perſuaſit vnionem, cum Eccleſia Dei Sanctam & neceſſariam ad ſalutem eſſe, diuiſionem verò ab illa eſſe perniciem animarum. Matthæus Ielo Malinſki, ſtrenuus bellator in Liuonia & Moſchouia, alijsq; expeditionibus in quibus ad extremum vitæ deeſſe noluit, licet multoties vulneribus & mutilatione affectus. Sereniſſimus Rex Stephanus, heroicum ipſius animum digniſſimis præmiis remunerauit & poſſeſſionibus. Hic fortè receſſum vnionis M. D. Litu. ſubſcripſit ex terra Volhyniæ 1563. ſub Alexandro Rege. Ianuſius germanus Mathæi ſtrenuus miles & fortiſſimus bellator, qui ad Gedanum dum audaci pectore confudit manum hoſtilem globo transfixus lethaliter poſt dies paucos heroicos actus Familiæ conſignauit. Ipſe Sereniſſ. Rex eximium militem inuiſendo, ſubſcripſit teſtamentum ipſius & vltimam voluntatem. Erat in captiuitate Tartarica ex bello 1577. ad Dubno. Ioannes Ielo Malinſki, Vexillifer Inuictiſſimi tunc Principis Regni Poloniæ, nunc Sereniſſimi Regis noſtri Vladislai IV. vir ſtrenuus & bellicoſus. Obijt in Moſchouia. Alexander Ielo Malinſki, Rothmagiſter in Hungaria eximius, qui nedum heroici actus detulit teſtimonia à Comite Stephano Kendi & Præfectis Exercitus, ſed eandem fortitudinem multoties Patriæ ſuæ contra quoſuis procedendo hoſtes declarauit. Daniel Ielo Malinſki, Vexillifer Volhyniæ, qui propriis ſumptibus militem neceſſitate Patriæ expoſtulante in caſtra & contra hoſtem deduxit, nec vitæ, nec ſumptui parcendo. Maximum ornamentum Palatinatus ſui, amicorum ſolatium, ſuis exemplum. Adfuit in expeditione contra Oſmanum Turcarum Imperatorem, & in Pruſſia contra Guſtauianos,

pianos, contra Tartaros in confinibus, & rebelles Coſacos omni occaſione oblata à Supremo Exercituum Præfecto continuus. Viuant fæliciter qui Patriæ fauent. Caſimirus Danielis filius eximiæ expectationis, vt qui iam totius nobilitatis conſenſu Iudiciorum Tribunalitiorum cuſtos, tutor, promotor maturior ætas deducet ornatum Familiæ, ſplendorem & vtilitatem Patriæ. Virtus namq; germinans honores, iacta in eo fundamenta ſua, ſplendore actuum & morum ſpecificè denunciauit. Fauete Mars Pallasq; viro, Deo ſe & ſua conſecranti.

Bokoinſcij, *in Volhynia nobilis & antiqua domus. Aptam meritis maiorum vicem referunt.*

Mormilij *in Braclauienſi Palatinatu. Ex quibus Marco & Miſko à Sigiſmundo I. priuilegium confirmationis acceperunt in bona æuiterne data Dzietkowce ſuper fluuium Kubicz, & Fedronowce ſuper fluuium Soba. Quæ quidem bona ante ſui prædeceſſores antiqui pro benè meritis tenebant, iterum confirmationem eorundem poſt deuaſtationem & ignem Tartaricum in Bracław acceperunt ab Auguſto Vilnæ Anno 1542. Daniel Mormil, Conſtantinus & Romanus eorum poſteri, qui militia quidem clari, ſed præcipuè cum Tartaris ad Chmielnik ſingularem declararunt operam.*

P E L I K A N.



DELINEATIO.

DIuerſæ ſunt Pelicani delineandi formæ, ſed pro armis præſentibus eſt Pelicanus, qui cruore ſuo paſcit pullos.

ORIGO.

NON alia eſſe poteſt, niſi quia primus Parens huius Familiæ in bello proprio vitæ periculo liberauerit Exercitum, vel in præſidio Principis animoſe ſteterit.

PRO LEGE & GREGE.

NON vnicam habet metam optimus ciuis, ad quam vitam ſuam collimat, atque pro illa mori non trepidat. Deus, Eccleſia, Patria, Rex, Amicus, Lares, metæ illius ſunt. Ad hæc omnia duobus his compilata manent, *Lege & Grege.* Et quidem gregem ſatis liquidò Pelicanus commonſtrat, qui pro pullis ſuis conſeruandis, ſuoque grege etiam ignem vien-

vrentem non perhorreſcit, ſed in illo moritur vnâ cum ſuo grege, nec mouetur. *Pier. Valer. Hierogl. lib.* 20. *cap.* 7. Legem autem Magni illius Luſitaniæ Regis Ioannis 2. commendat Symbolum duplex: Acceperat enim primò in Symbolum Virum, qui manu vnâ tenebat candelam accenſam, altera calamum ſcriptorium. Iterum aſſumpſit Pelicanum cum pullis, cui ſubſcripſit Epigraphe: *Pro lege & grege.* Quaſi diceret, vtrumque Symbolum non alio ſenſu defero, niſi pro lege & grege, cereum pro lege, calamum pro grege: cereum qui ſe ad cælum euntem anteiret, calamum qui ſe in terris morantem retineret: cereum pietatis ſuæ teſtem erga Deum, calamum beneficentiæ ſuæ indicem erga Regnum. Ita & Pelicanum aſſumpſerat non alio fine, quàm pro lege & grege, pro illis ſcilicet vitam perdere, pro iſtis ſanguinem prodigere, vt legem pareret, gregem defenderet. Verè erat Pelicanus, qui vt filios ſaturaret eſurit, vt potet ſitit, vt reficiat deficit, vt ſaginet marcet. Veſtra ſunt hæc arma ô Nobiles Domini, quibus nil eſſe cordi, niſi pro lege & grege mori. Nam res magnæ etiam cum periculis volunt percipi, nec poteſt qui multorum cum vtilitate vixit dignâ morte cadere, niſi plurimorum cum fructuum vſu etiam moriatur.

LINEA FAMILIÆ PELIKANORVM.

KOcielij, *antiqua Familia in Ruſſia, meminit illius* Dlugoſſ. *vt refert* Stricouius fol. 148. *Tres (inquit) Sclauonici Duces, Roſcislaus, Swiatopolcus, & Kociel à Græcis Fidei Chriſtianæ receperunt ceremonias. Anno Chriſti* 800. *in Oriente regnante Michaele, in Occidente Arnolpho Imperatore. Nicolaus Kociel, ob merita in Caſtris & Reipub. Præfectus Zigwoliſcenſis in diſtrictu Oſmanenſi, quem aut alium Conſtitutio Regni* 1589. *Liuoniæ Exactorem Contributionum meminit. Sed ſupra omnia Nicolaum Kociel eximium militem in Liuonia contra Moſchum Hiſtoriæ referunt, & contra Magnuſium; ibi enim ſummo pectoris robore arcem Zigwolſcenſem defendit. Demùm ad Kieſiam illius opera & inquiſitione Andreas Sapieha obſides liberauit, & Moſchis diſperſis ab arce tormenta bellica recepit, quod etiam iterato effecit. Demum ſub Kierepecio, Lenuartho, & Iaſkarate fortia animi intenta in effectum amabilem Caſtrorum Ducibus diſpoſuit & deduxit.*

PIELGRZYM ſeu PEREGRIN.



DELINEATIO.

EST leo proſiliens ex campo cæleſtino muro circumdato, ad medium erectus, pedibus anterioribus ante roſtrum erectis, & caudam ſurſum eleuatam tenens. Super coronam ſunt quinque pennæ ſtrutij. Alij tamen ſine muro ponunt arma hæc, ſed iacentem leonem ponunt in campo rubeo, à quo autem recedit, in campo cæleſtino deferunt. Eſt igitur campus duplex in his armis; infernè cæleſtinus, supernè ſanguineus.

ORIGO.

Bielſcius originem dicit *fol.* 178. Portugalenſis quidam peregrinus in Africam obuios habuit pugnantem leonem cum Dracone, vir cordis imperterriti, ſtricto gladio iuuit leonem, & victum draconem ſuppoſuit. Memor beneficij leo, nunquam receſsit à viro, ſed quocunque iret ſequebatur illum ceu canis, & deferebat illi varia animalia ad cibum apta. Contingit demum quod Portugalenſis fortè in abſentia leonis fuiſſet à Mauris vulneratus, nec remedium retentionis ſanguinis habuit: accurrit leo & ſanguine madentem dominum conſpiciens contriſtabatur, cucurrit tunc lacerta ad lambendum ſanguinem, iratus leo ictu illam occidit: venit altera & viſa alia occiſa recurrit, & accepit herbam quandam, quæ vt tetigit lacertam reuixit. Videns Portugalenſis rem miram, occidit illam lacertam & extraxit herbam atque vulneri applicauit, ſanguis conſtitit, vulnus ſanauit. Leo verò illi ad finem vitæ inſeruiuit, & mortuo ac ſepulto adiunctus, ita in dolore ſine cibo & potu fameſcit, ad ſepulchrum deceſsit.

GRATA SERVITIA PATRIÆ.

FRuſtra expectatur ſermo à mortuo ſi naturam ſpectemus, fruſtra expectatur gratia ab auaro, quia ſemper & à te cupit, ſed expectare à Patria gratiam conuenit omnibus ad obſequia illius intentis, nec tantum ager fertilis reddit, licet plura multò quàm accipiat reddat, quantum Patria nobis tributi.

tribuit: totum enim hoc quod habet conſeruat, protegit, tibi confert, dat, tribuit, ita quod illius meum, ſit tuum. Nam ſi nullus eſt finis tibi rectè conſulendi Patriæ, nullus quoque erit finis Patriæ tibi bona conferendi. Etſi parentis loco tibi Patria eſt, vt à parente omnia poſsidebis, etſi animi tui eſt bona Patriæ augere, & mala ipſius in ſe transferre, & illa augebit bona tua & in tuos filios transferret. Leo hic te moneat velim quonam pacto tibi inſeruiendum eſt Patriæ, quam ſcilicet ſolerter, prudenter, conſtanter, fideliter, fructuosè, realiter. Fictè enim Patriæ ſeruiens, fabas geſtabit depictas. Nam ſi ingratus in amicum in vniuerſum ab omnibus meretur vituperari, quid dicam de ingrato in Patriam, cuius ipſa mentio deſiderium eſt:


Scipio ſum iuſtus præmium vtriq; fero.

FAMILIA ARMORVM PIELGRZYM.

Vtuntur plurimi his armis nedum in Regno, ſed etiam in Germania & in Italia, & additamenta ſua acceperunt plurima. Germanicus Malaſpina Legatus ad Sigiſm. Sereniſſ. III. Regem, eiſdem vtebatur armis additam coronam habens, & muro albeſcenti vtens.

Sedzinſcij, *Eiſdem vtuntur ſed in duplici campo. Alios in tàm ſpatioſo Regno benignus lector adſcribet.*

PIORA.



DELINEATIO.

SVNT pennæ tres Strutij ordine recto diſpoſitæ, ita tamen vt vna penes alteram mediam altiorem teneant, coloris ſunt albi, in campo rubeo.

ORIGO.

ANtiqua in Regno referunt Scriptores, campus verò ſanguineus aſſerit acquiſita fuiſſe in ſpectaculo Martis. Exiſtimo non alio medio, niſi ipſius ductoris hoſtilis, amputatione capitis. Quapropter, quia & virum fortem, & candidis ornatum pennis aſſecutus fuerat, in perpetuum monumentum Familiæ, illius propoſita bellica acta fuerunt.


MILITIS DECOR.

DImidium facti licet qui benè cæperit habeat, ſed quoniam accidit ſpecioſum principium contumelia & ignominia finiri, eſt verior illa

 ſententi-

ſententia quæ axiomatis quoque locum retinet: *Finis coronat opus.* Militiam igitur decoratam non ex initio ſed ex fine ſpeculabimur & inducemus. Varijs video principijs magni bellatores inchoabant bellum, ſed probati, perfecti bellatores vnicum ſignum trophæi deferebant. Illi vrſinis pellibus, fluuialis canis, equinis iubis & caudis leonum, pardorum pellibus, quo truculentiores viſu forent, induti bellum incipiebant. Cyrus verò maximus triūphator conis albis milites ornabat, & ipſe Alexander Magnus & totius orbis debellator pennis candidiſsimis caſsidem circumcingebat. *Alex. ab Alexand. Gen. lib.* 1. *cap.* 20. Arma hæc, quæ ab antiquis triumphatoribus in ornamentum Galeæ fuerant, vt ibidem refert *Alexander ab Alexandro*, alba & candida Strutionum & ferrum deuorantis auis, dum in Gentilitium in Regno ab innumerabili tempore fuiſſe & eſſe conſpicio, non aliud memoriale auguror niſi militis decorem, militis (inquam) non nomine ſed re, non tyronis ſed exercitati, non in vrbe ſed in caſtris, in caſtris (inquam) non in quibus non ſperatur hoſtis, ſed vbi conteritur hoſtis. Eſt militis decor, probati, ſtrenui, eximij, nec prælium detrectantis. Habeo præſtantes milites, qui decorem militarem variè declararunt. Couidus Centurio in bello contra Myſos, qui miraculum fuit, poculum honoris militaris ſignum ſupra caſſidem deſerebat, ex quo modò ſuſcitabat flammam modò remittebat. Galli verò galeas corallis ornabant, ſed nullus verior militis decor, quàm quem ſibi propria virtute, ſanguine, audacia, ſagacitate acquiſiuit. Et talem hunc cuius arma nominamus fuiſſe aſſerimus, viuit proprio labore, & honore.

PIOTROWICZ.



DELINEATIO.

EST media Luna ſurſum cornibus obuerſa, intra quam eſt ſtella, ſupra quam eſt crux ſancta.

ORIGO.

IN M. Duc. Lituaniæ acquiſita ſunt, dum cuſtodiam hoſtium Piotrouicius ad auroram, dum ſcilicet ſtella decreſcenti lunæ propinqua manet inuaſit, arripuit, atq; hoſtem inſperatè, vigilia eorum ſemota, diſperſit & leuauit.

REGNVM & VICTORIA à DEO.

CLarum in Scripturis eſt hoc documentum dicente Pſalm. 143. *Benedictus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum; miſericordia mea, & refugium meum; ſuſceptor meus, & liberator meus,*

tor meus, protector meus & in ipſo ſperaui. Nec aliud Piotrouicij tàm excellentiſsimis ſuis armis exprimunt. Nam cum per artem bellicam libertas retinetur, gentis dignitas propagatur, imperium conſeruatur: oportet principem nedum ſubditos in bellica arte habere peritos, ſed etiam ante expeditionem habere perneceſſarium eſt pecuniam, commeatum, munitiones, claſſes, milites, arma, ſuccurſum. Vbi verò hoſtes ex improuiſo & inſperatè accurrunt, prædantur, vndè hæc illico erunt? Dicam. A Deo ſi fuerint. Igitur regnum & victoria eſt à Deo, armis veſtris Lunæ, Stellæ, & cruci, ſimilia arma adferam in ſymbolum ab Imperatore Auguſto Rudolpho 2. Archid: Auſtriæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ Præfecto. Deſcripſit literam R, quam ornauit corona ducali, infra literam poſuit orbem cum cruce, ad latera poſuit ſingulos gladios obductos lauro & ſubſcripſit: *A Domino regnum venit imperijq; poteſtas, Iacobus Typocius in ſymb.* Approbauit ſapientiſsimus Imperator id, & apertè dixit, quod arma veſtra tacitè proferunt. At quia & hominis diligentia in bello neceſſaria, miles optimus ad fortunam belli tria obſeruat, Deum timet, auroram obſeruat, duces veretur. Inſuper ad bonam fortunam & illud Poetæ aſpernandum non erit.

Qui prodeſſe alijs ſtudet, is ſua commoda ſpernat,
Ne pereat turpi gloria pulchra loco.

In Sagomitia vtuntur his armis Piotrouicij meritis clari, Ex quibus Stanislaum cum fratribus referunt Hiſtoriæ.

POBOG ſeu POBOZ.



DELINEATIO.

EST ſolea equi, calcibus infra diſpoſita, ſupra cauitatem ſuam retinens auream crucem. In galea autem & ſupra coronam eſt canis venaticus, erectus, medius loram in collo deferens.

ORIGO.

ORiginaliter eſt ex armis Iaſtrzębiec, à quo omnes ſoleæ equi deferunt initia, in arma nobilium poſita & conceſſa. Sed cum ex prædictis armis Lubicz, arma principia ſumpſerunt, vnus Lubiciorum dum germanum ſuum occidit fratrem, in pœnam

pœnam cruces ablatæ ſunt, & gladius eſt illi per medium ſoleæ adiunctus, & vocata arma fuerunt Zagloba, hoc eſt *Zágłowę*. Dum verò nepos prænominati fratricidæ militiam exercendo in exteris nationibus ſtrenuè, ad limina SS. Apoſtolorum peregrinando, & pænitendo pro delicto Aui vel Abaui veniſſet, ſummus Pontifex exemit gladium & ſupra ſoleam adiunxit crucem, vocauitq; arma illa Pobog, hoc eſt poſt Deum puta reconciliatũ & pietatem Nepotis, acquiſita & mutata ſunt. Quod tamen authoritas Regia interceſſione tantorum Principum Imperatoris & ſanctiſsimi Domini, ipſiuſq; meritorum teſtimonijs illecta, confirmauit. Veniunt igitur arma Pobog ex armis Zagloba, ſed an Zagloba ſit ab armis Iaſtrzębiec, vt R. D. Ioannes Rozycki Srzemenſis & Koſcinenſis Præpoſitus, in peroratione ſepulchrali Alberti Glebocki, Pocillatoris Caliſienſis vult, an vero ab armis Lubicz, vt alij poſuerunt, Zagloba Gentilicio dicendum erit. Vnde *Bielſcius* qui refert ante nuda ſolea vſum fuiſſe, ſed Chriſtianus factus addidit crucem, & exinde Pobozanius dictus, non audiendus.

IN ÆSTIMABILE ORNAMENTVM PATRIÆ.

INuentor primus ſolearum equi, è populis Teſſaliæ, dum vngulis ſubducto ferro hoſtem fortiter reprimeret, non immodicum ſtetit ornamentum Patriæ. Sed dum ex Iaſtrzębcijs vigente gelu & glacie montibus albeſcentibus, animoſe hoſtem ſubductis ſoleis pegaſibus ſuis fudit, diſperſit, occidit: immortalem ſui ſuorumq; conciliauit memoriam & perpetuis victorijs adornauit Patriam. Quapropter ſi referebant aliquando ſoleæ equi ſuum nomen, quia erant ex argento, iſta ſolea licet ſit ex ferro, quia tamen aurea cruce adornata manet, iam ſuum glorioſum nomẽ æuiternè parabit & conſeruabit. Refert maximum ingenſq; laudis præconium apud Stobæum ſermone VII. *Hercules*, de quo ita ait Mimnermus.

Non quidem illius robur & animum fortem
Similem ijs qui ante me fuerunt, credo: qui ipſum viderunt.
Lydorum equitum confertas diſturbare phalanges,
Hermi per campum virum haſtatum.
Illius quidem nunquam omnino culpauit Pallas Minerua,
Acre robur pectoris quando in prima acie.
Ferebat, atq; ſanguinarij in pugna belli,
Acerba per vim repellentis hoſtium tela.
Non enim illo hoſtium alius præſtantior vir
Erat, percurrendo pugnæ validæ
Opus, quam diu luce fruebatur Solis velocis.

Me hercule maximum ille detulit Familiæ ornamentum, ſed dum ego ſoleam hanc auro & cruce ornatam video, iam ſumma prætioſa & inæſtimabilia

bilia ornamenta Patriæ conciliata & oblata ab hac familia inſigni contemplor & conijcior. Etſi licuit Laodicenſibus in antiparlamento domus ciuicæ præſcribere:

Stare diu neſcit, quod non fulcitur ab alto.

Iam iſta familia cum ſua virenti gloria fulta ab alto cruce aurea & ſancta diu ſtabit. Et ſi ſudor prouocatus exercitijs decentior eſt, vt inquit *Socrates*, iam ſudor plurimis exercitijs in bello & caſtris in Parlamento & Senatu, in tumultu & quiete prouocatus in honeſtu n decus & vtile Reipublicæ, ſummæ decentiæ erit. Et ſi diuitiæ acquiſitæ proprijs laboribus amæniores ſunt, quàm comparatæ iniuſtè, iam diuitiæ familiæ Pobogiorum, gloriæ, laudis, & honoris ſummam illis & indelebilem amænitatem comparabunt & tribuēt. Quod breui Diſticho in colonia Academica Brodenſi in Arma Pobog exaratum fuit.

Dicitur armorum Præſes, pietatis & altrix
Pallas, ſed Solea hoc cum cruce vtrumq; docent.

VERI LIBERTATIS TVTORES.

Libertas Nobilis quæ lege, conſcientia, & iuſtitia conſtitit & firmata eſt, ſi quis ipſius verus tutor fuerit, maximi encomij exemplar referet. Sine omni hæſitatione eiuſmodi viros Pobogios exiſtimo, imò aſſero. Neq; ideò tantùm, quod in libertatem nobilem Pobogius familiam ſuam fratricidio maculam ingenuè & piè reduxerit, ſed ideò maximè quod Pobogius vt in ſecundo Opere ſub armis prædictis *Papr.* habet, libertatem hanc Polonam authoritatemq; Senatus, Nobiliter progenitis obtinuerit, induxerit. Adfero in hoc nouum, ſed Illuſtriſsimum & Reuerendiſsimum authorem, à quo Plocenſium Epiſcopi conſcripti ſunt Lubienſcium Staniſlaum, qui folio 54. ait: Stephanus Epiſcopus Plocenſis 7. cum Patriæ magno amore teneretur, dignitatemq; nominis Poloni auctam vellet, primus durum olim iugum ſeruitutis, quo Nobilitatis Polona ad nutum imperiumq; Principum obſtricta erat, eoq; quaſi vincta tenebatur, ſumma cura obtinuit, vt cum olim ſoli Epiſcopi Senatoria dignitate fulgerent, paucíq; alij ad id munus arbitrio Regum adſciſcerentur, deinceps per omnes diſtrictus & regiones, Senatores maiores, & minores, qui & in Prouincijs ius dicerent, & Regi iudicanti, ne omnia ſuo arbitrio faceret quaſi libertatis cuſtodes & conſeruatores adhiberenrur præſtoq; eſſent. His ſi tot, tantoſq; Proceres huius ſtemmatis ſummos in Regno, ſupremos in exercitu, primos in Senatu adiungas, veros libertatis tutores, libertatiſq; Nobilitatis Polonæ facilè pronuntiabis & aſſeres. Habeo inter Symbola Iul. Cæſ. Capaccio, quercum collapſam, ex quo planta floret ſubſcriptum: *Vici mea fata ſuperſtes.* Erat hoc excellenti viri ſecreta mentis apertio. At verius tale lemma Pobogijs ſubſcribam, nam ſi prænominatus Epiſcopus Stephanus iuxta Papr: Pobo-

gius talem libertatem Nobilitati Poloniæ contulit & introduxit, ſi primus ex Nobilibus & Polonis poſt extraneos & à Sede Apoſtolica datos Epiſcopos, in Plocenſi Cathedra electus Epiſcopus, licet ſummo cum labore & cura confirmatus fuit. Si magna virtutis & pietatis exiſtimatione geſsit Epiſcopatum, & vitæ terminum fælicem habuit. Dicam quòd

Vicit ſua fata ſuperſtes.

DVCES EXERCITVVM EX DVCIBVS.

Sicut nemo exiſtimatur bonus niſi ex fine bono præconcepto, ita neq; bonus dux exercitus eſt, niſi ex fine optimi ducis exercitus habito. Dices quis eſt finis optimi ducis exercitus? audi velim ſit quis finis boni, & exindè boni ducis exercitus finem colliges. Dicit Iamblichus ad Soſipatrum de virtute. *Bonus exiſtimandus eſt, qui perfectiſſimam actionem iuxta mentem ſeparabilem conſeruat, & participationem intelligibilis pulchritudinis ſuſcipit, ac eſſentiæ potentiæq; Dei particeps eſt.* Ecce finis boni. Finis autem ducis exercitus boni erit, qui perfectiſsimam actionem militarem iuxta mentem Sereniſ. Regis, Senatus, & Reipublicæ conſeruat, & participationem intelligibilis pulchritudinis Religionis & Patriæ ſuſcipit, atq; eſſentiæ potentiæq; Dei cum exercitu Chriſtianorum bellantis, particeps eſt. Sed quis erit exercituũ dux tam fælix? quod ſi fælicitas hæc non defuerit, nunquam tamen inuidi, maleuoli deerunt. Dicam Dux ex Ducibus. Quapropter Carolo V. Duci ex Ducibus origine & bello ſcriptum in laudis trophæum fuerat. *Oceanus moueat licet omnes vndiq; fluctus,*

Et potet Rhenum Theutona terra ſuum,
Non cadet imperium Romæ, quo tempore Cæſar
Præerit, ac ſolus publica facta reget.

Vobis ô Pobogij, Dij ex alto id ominati fuerunt, vt duces exercituum ex ducibus ſuccedatis. Incæpit hoc veſter Iaſtrzębecius, proſecutus fuit Lubicius, ſubſecutus eſt Pobogius, continuant perenniter Koniecpolſcij, Niſciecij &c. ſi non gladio militari, profectò ſpirituali. Quapropter Canonicus Chelmenſis in Arma Pobog.

Stemma Koniecpolium, ſacra Crux pietatis auitæ
Et Solea, indicium, roboris Herculei.
Quàm benè Crux ſoleam exornat, tam robur adornat
Relligio: bina hæc quam probè conueniunt!
Donec fulgebit crux, ferrum bella domabit,
Iſta indiſiunctim ſymbola permaneant.

Et quoniam duces ex ducibus eſtis, reſtat vt deniq; victores ſitis, hoſtium & Manium. Ad quod conſequendum vnicum affero. Dum Alexandro mater Mammæa & vxor Memmia humanitatem & clementiam exprobrarent, dicentes: Molliorem tibi poteſtatem & contemptibiliorem Imperij feciſti

rij feciſti

rij feciſti; Reſpondit, ſed ſecuriorem & diuturniorem. Igitur ſummæ vigilantiæ & iuſtitiæ ea quoque ob diuturnitatem obſeruando colite.

LINEA POBOGIORVM.

POboginus, *qui his armis vti cæpit, antiqua tempora ipſum referunt, nam tempore Interregni Miecislai Cluniacum in Galliam, pro electo Rege Caſimiro, qui in Ordine nomen Caroli aſſumpſerant, primores viri legati ad electum miſſi duo, ex quibus vnus erat Pobogius, vt* Bielſc. fol. 70. *refert. Annus autem erat* 1038. *Plurimos ex hac familia* Paproc. *in* 2. *Opere ponit Archiepiſcopos & Epiſcop. fuiſſe, ſed alij Scriptores aliter retulerunt. Stephanus Archiep. Gneſneń. qui poſt deceſſum Boſſutæ ſucceſſit* 1308. *vt* Bielſc. fol. 69. *adnotauit, quem* Dlugoſſ. *fuiſſe de armis Pobog dixit, ſed Ianicius in Cathalogo Archiep. Epiſcoporum Gneſnenſium Toporeum nominauit, quem ſecutus quoq; fuit Bielſcius. Sed quia primores Regni legati miſſi Cluniacum vnus ſpiritualis alter ſecularis, ex quibus erat Pobogius, facilè colligitur Stephanum Archiep. Gneſneń. vnum ex primoribus ſpiritualem fuiſſe Pobogium, quod etiam ex* Cromer. lib. 4. *à principio patet: alterum verò Toporeum Cracouienſem Palatinum. Et hac ratione Stephanus nunc Toporeus, nunc Pobogius dicitur. Qualis autem Archiep. Gneſnenſis in ſuo munere Archiepiſcopali fuerit, Ianicius ſic refert:*

Fatidicos Stephanus Patrio Pythonas ab Orbe
Depulit, antiqui Priſcaque feſta Iouis.
Tunc perijt Phæbe, perijt cum Caſtore Pollux
Reliquiæ veteris numina vana mali.

Stephanus Epiſcop. Plocenſis, Hunc Cathalogus refert antiquus Anno 1088. *Erat inquit vir modeſtus, vitæ caſtæ, pudicitiæ, Patriæ & Eccleſiæ amator. Obijt* 1099. *Addit Illuſtris & Reuerendiſſ. Hic poſt Italos & a Sede petitos ex Polonis electus fuit primus Epiſcop. Plocenſis, & libertatis nobilium in Regno promotor & auctor, ſicut ſuperius paulò clarius diximus. Boleſta armorum Pobog, De hoc* Cromer. lib. 6. ſub Anno 1167. *Ortus ex ea Familia, quæ ſoleam equi cum cruce altrinſecus ſuperpoſita inſigne gerit Caſtell. Viznenſis, & oram illam Pruſſis finitimam pro Boleslao Criſpo adminiſtrabat. Stephanus Palat. Cracouienſis, circa Annum* 1145. *Hunc literæ Monaſterij Cyricenſis, vbi & arma Pobog cernuntur meminerunt, & fortè iſte fuerat, qui poſt Miecislaum & Rixæ diſceſſum Caſimirum Sendomirień. Ducem, cuius grauitatem, humanitatem, facilitatem, iuſtitiam, ſolertiam, vigilantiam, & animi moderantiam prædicabat, in Regem Poloniæ nominabat, quando è Cluniaco Caſimirus electus fuit. Nam annos illos, vt ex* Cromer. lib. 6. *patet attigerat. Florianus Palat. Sendomirień. Hunc eadem Priuilegia Monaſterij Cyricienſis, quæ ſubſcripſit & ſigillo Pobog muniuit referunt. Petrum Epiſcopum Ploceń. ex Cathalogo antiquo horum armorum meminit* Paproc in 2.

Opere, *qui obijt Anno* 1263. *Sed modernus Author Epiſcoporum Plocenſium, licet plurima pia & munus Epiſcopale decentia enumerauit de illo, non tamen armorum Pobog ſed familiæ, quæ ſerpentem pro inſigni gentilicio defert fuiſſe aſſeruit, ſed hanc contrarietatem ipſum ſepulchrum quandoquidem in Eccleſia Cathedrali Plocenſi quieſcit, ſoluit, quod recentiores diligentius obſeruarunt. Hunc ex eodem Cathalogo meminit* Paproc. *filium habuiſſe Caſtellanum Syradienſem, ſed iſtius rei nil habet Cathalogus ſecundus & recens. Bernardus clectus Epiſcop. Plocenſis, & Romæ conſecratus Pobogiorum ex Familia inquit Cathalogus Epiſcoporum Plocenſium antiquus, quem ex Dominicana Familia fuiſſe, refert Cathalogus ſecundus & recens fol.* 107.

Koniecpolſcij, *quàm ampliſſimis meritorum præmiis, generis ſplendore, dignitatum excellentia, celeberrima Familia fuerit, acta, triumphi, incommoda belli, & fortunæ aduerſa cum auſpicata proſperitate, atq; tot & tanta deducta victoriarum trophæa, ſole clarius demonſtrant. Et licet ſolem eſſe claritatem diei importunum demonſtrare eſt, oportunum tamen auctori & fabricatori ſolis, ita ſi nobilitati tam Illuſtriſſimæ, tot ſæculorum ætatibus Familiæ Koniecpolſciorum, declarare Familiam luxiſſe, & Patriæ commoda, honeſtum & dignitatem victoriis, trophæis, conſilio, potentia, & fortitudine ſupportaſſe, minus neceſſe fuerit, ſummè neceſſarium tamen erit ſcriptoribus, qui Patriæ ciues, defenſores, & tutores ex præcordio Regum, & Senatusconſulto grauiſſimo fuerunt, ſilenti calamo non præterire velle, vt nec decere. Fecerunt enim quod illorum Gentilicium illuſtre præſetulerat,*

Fortibus hæc Solea, eſt armis exercita Auorum
Crux ſacra defenſa religione micat,
Hi gentis decora omnigenis virtutibus ornant,
Regumque obſequijs & Patriæ officijs.

Predborius Koniecpolſki, maiorum ſuorum & ampliſſimorum virorum merita conſequi & ornare deſiderando, eò iuuentutem & adoleſcentiam in maturitatem morum & dignitatum deuinxit, vt Generalis Præfectus Maioris Poloniæ renunciatus, iucundam ſui memoriam & deſiderabilem poſteris reliquiſſet, ſepultus in Koniecpole Anno 1309. *vel vt alij* 6. *Iacobus Palatinus Syradienſis, qui ſicut dignitatem Senatus alto conſilio & rectitudine iudicij conſeruauit, ita ſui atq; ſuorum nominis, inter ſucceſſus familiarum, rectam exiſtimationem ſtabiliuit. Meminit illius Epitaph. in Koniecpole Anno* 1309. *Iacobum alterum Palat. Lencicien. virum Reipub. amantiſſimum, & genti propriæ deſideratum, refert ibidem Epitaph. ſub Anno* 1380. *Predborius filius Iacobi Caſtell. Sendomirienſis, Leopolienſis, & Præmislienſis Capitaneus. Qui vt ad magna ex magno natus, ita vtilia Reipublicæ, decora Patriæ, conuenientia familiæ cogitauit, fecit, reliquit, Ibidem Epitaphium demonſtrat. Ioannes Cancellarius Regni, Capit. Syradienſis, quem plurima Priuilegia referunt, & Epitaphia in Magno Molendino, obijt* 1405. *& Generoſi filij, Ioannes qui*

nes qui obijt 1471. Pretborius qui obijt 1476. Iacobus Præpoſitus S. Floriani, qui obijt 1481. Hac breui tabula Epitaphiorum, maximam faraginem titulorum & honorum, virtutum & meritorum, amoris ſinceri in Eccleſiam, Patriam, & Rempub. quis non facilè contemplabitur? Ego profectò id de illis clariſſimè pronunciabo,

Magnanimum pectus Solea hæc animumque virilem
Et cui ceſſerunt ardua quæque notat.
Crux contra Hereticos præfert vexilla ſalutis,
Munit & antiquam crux animoſa fidem.

Iacobum Koniecpolſki Pal. Syrad. virum tàm bellonæ trophæis, quàm Mineruæ laureis omnibus virtuoſis cõmendatum, refert Bielſc. *dum ſupremam cladem Cruciferorum ad Grineualdum fol. 295. deſcribit. Eundem vna cum Ioanne atq; conſorte ipſius ſub Anno 1427. meminit. Ioannes de Koniecpole, Supremus Cancell. Regni, cuius prudentiam, iudicium, conſiliũ, oraculi loco ſeruarunt iudicioſi. Subſcripſit Priuileg. Iuris Teutonici Crac. vrbis Anno 1421. Legationem ad Sigiſm. Imperatorem Anno 1434. expediuit. A Vladislao Pol. & Vngar. Rege, cum Cruciferis ſancita pacta Anno 1436. conſcripſit. Sereniſſimi Adalberti Regis priuilegium, quo omnia priuilegia anteceſſorum ſuorum præcipuè Caſimiri parentis ſui confirmauit Regno, Anno 1454. ſubſcripſit. Tot igitur ac tantorum Regum Poloniæ Cancellarius Magnus, quàm dilectus Patriæ, Reipub. neceſſarius fuerit, ſole clarius eſt.*

Magnus in obſequia Patriæ, prudenſque Senator,
Præmia quem in cælis non peritura manent.

Predborius Koniecpolſki Caſtell. Roſperſceñ. à Rege Sereniſſ. legatus ad Sigiſm. M. D. Litu. Anno 1438 Qui etiam negotia Valachica compoſuit, dum creatus eſſet Caſtell Sendomirieñ. Anno 1451. vt retulit Bielſc. *Nicolaum Præfectum Præmislieñ. natum ex Barbara Caſtell. Cracouienſis Tęczyńſki filia, refert Epitaph. in Magno Molendino Anno 1549. Nicolaus Koniecpolſki, qui vnionem M. D. Litu. cum Regno in Comitiis Lublineñ. Generalibus, ſubſcripſit Anno 1569. poſtmodum Caſtell. Roſperſceñ. cuius filij ad bella nati fortitudine Achillea, & magnanimitate defenderunt Patriam & illuſtrarunt. Andreas 1. filius Nicolai, Sereniſſ. Rege Sigiſm. Auguſt. ſceptra Regni moderante ſtrenuus Rothmag. & eximius Patriæ ciuis & tutor, cum Ligęzionká reliquit prolem. Ioannes 2. filius Nicolai, maiora facta virtute & literis aſſ- uendo, reddidit Patriæ & in ſago, & in toga præcelſa obſequia familiæ & eximia ornamenta. Nicolaus tertius filius Nicolai, ingenua generoſitate & maiorum exemplis incitatus, diligentem præſtitit operam in Caſtris militaribus, & in equeſtrium dignitate, quorum trium fratrum gloriam, hæc vmbra ſæculis adnotare non deſinet.*

Non latebat ſoleæ magnum tenuiſſe decorem
Quæ notat excelſos Marte togaque viros.

Addita crux ſoleæ ne quâ ſe gloria vincat,
Gloria nam nulla eſt æquiparanda cruci.
Fxemplo Lacedæmonum non menia, verùm
Scuto opponebant ſcuta virumq́ue viris.

Stanislaus ſuprà nominati Nicolai frater, Capit. Vielunenſis, qui ex generis celſitudine illud obſeruauit ſedulius, quod Romana nobilitas ad ingreſſum Palatiorum inſcribebat: Vitijs careto, cæteris ſpecimen eſto. *Ex Liggzanká Caſtell. Vislicienſis ſorore, reliquit filios Stanislaum, Nicolaum, Sigiſmundum, Alexandrum, Chriſtophorum, filias verò Annam Caſtell. Belzenſis Czyzowſki conſortem, Sophiam Iordani Eliſabeth Oſſowſcij, &c. coniuges. Stanislaus Stanislai, in conſiliis & Regni Iudiciis vir magnus, cuius animi magnitudo facilia ex difficillimis reddebat. 2. Nicolaus Stanislai, cuius animus à natura ad honeſtatem conformatus, nouerat ſe natum fuiſſe amicis, Patriæ & Religioni. 3. Sigiſmundus Stanislai, hic eximiam tenuit cenſebatq; de Republica & Eccleſia Dei, bene merendi rationem. 4. Alexander Stanislai, Palat. Syradienſis, Capit. Vielunenſis. Hic cum Sereniſſimo Stephano Rege plurimis in expeditionibus tanta trophæa deduxit, vt immortalem, gloriam, memoriamq; ſibi conciliauerit.* Qui enim in generationibus gentis ſuæ gloriam adepti ſunt, in diebus ſuis habentur in laudibus, & nomen eorum viuet in generationem & generationem, *vt dixit ſapientiſſimus Eccleſiaſtes* 44. *Reliquit filios quinque ornamenta Patriæ eximia, & filias pietate, decentiaq; illuſtres quatuor, quarum vnà Dynchoff Palatini Syradień. filia, duæ moniales conſecratæ Domino in Monaſterio Vielunenſi, vltima D. Węzyk Capit. Syradienſis conſors. 5. Chriſtophorus Stanislai, qui cum generis dignitate ingenui ſui ſpecimen in theatro Patriæ vniuerſæ, qualia ſunt: ſpecioſus congreſſus nuntiorum, ex Equeſtribus Regni ad Comitia Regalia, & Tribunalis Iudicij legitima obſeruatio & iuſtitia. Samuel Koniecpolſki, Caſtell. Chelmeń. qui poſt condignam obſeruantiam animi in Patriam, & debitam fortitudinem in Caſtris in profectionem illius, ſuſcepit matrimonium cum Herburthi Fœlicis filia. Reliquit filios & filias optimè indolis, & ſpei eximiæ. Sepultus in Dobromil cum decenti Epitaphio. Stephanus eximius miles & Rothmagiſter, atq; in literis decenter inſtructus, Iudex Syradienſis & Capitaneus. Reliquit filium occupationi militari deditum. Predborius Alexandri Magni bellatoris filius Capit. Zarnouecenſis, qui maiorum ſuorum facta, & nobilem dexteritatem in exemplum propoſitam, mori pro Patria potiùs, quàm viuere in anguſtia ipſius, propoſuerat. Conſecratum ab alto deſiderium, nam in expeditione Moſchouitica, cum Sereniſſ. Sigiſm. III. ad Smolenſcum deceſſit. Stanislaus 2. Alexandri filius, qui maiorum ſuorum merita propriis ita ſuperauit, vt maximum decus, ſupremumq; domui ac Familiæ reliquerit. Nam cum præſentibus annis Supremus inter equeſtres Senatores, Senator & Caſtell. Cracouienſis, atq; Supremus Dux Exercituum Regni accla-*

gni accla-

gni acclamatur, & meritò proficuèq; denuntietur, omnia decora maiorum, laureas pennas, triumphos, congeſſit in nomen æuiternum ſibi, poſterisq; ſuis reliquit. Hic namq; cum Illuſtriſſimo Zolkieuſki in Moſchouiam Rothmagiſter deſtinatus, ita belli incommoda ſuſtinuit, vt inter præcipuos bellatores palmam nomenq; detulerit. Quo nedum Ductor Exercituum, ſed maiorum quoq; dignitatum in Caſtris decerni promeruit, Campiductor verò Regni pronuntiatus, contra Skinderpaſam ad Cecoram ſtrenuè pugnando, dum multitudine hoſtium ex vna, fraudeq; ſuorum ex altera parte Zolkieuius oppreſſus interiret, ille quoq; inter occiſos ſauciatus, in captiuitatem Turcicam deuenire compulſus fuit. Meliorem fortunam vt recepit benignitate diuina, plurima bella cum Guſtauo in Pruſſia victoriarumq; plena continuauit, & cum Abaſſpaſa ad Camenecum cum Tartaris ad Bednarouum, ad Vſcie & alibi, cum Coſacis rebellibus variis occaſionibus expeditiones Patriæ iucundas perfecerit, Præfectus Exercituum Supremus creatus, pacem omni ex parte conſeruat, tuetur, gignit, Patriæ, Regno, & Eccleſiæ.

Da tales plures terra Polona Duces
Vt ſint, pro Patriaque ſui Regisque ſalute.
Bella mouere ſciant, bella mouere velint.

Tertius Remigius Epiſcop. Chelmenſis, Abbatiæ Andreiouień. perpetuus Adminiſtrator. De hoc iſta Academicus Cracouius reliquit: Te ipſum Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. dum intueor, perfectæ virtutis archetypum, omnisque dignitatis & honeſtatis exemplar intueri mihi videor, vt enim naturæ dona prætermittam, quæ te alta indole præditum, & generoſa ſtirpe progenitum apertè demonſtrant, ſumma illa certè iudicij vis, quâ dubia promptè reſoluis, profunda ſapientia quâ abſtruſa facilè penetras, ſpectata prudentia, quâ perplexa dextrè colligis, inuicta conſtantia, quâ difficilia fortiter vincis, nonniſi cum magna ad Rempub. & Eccleſiam ornamentorum acceſsione in te reſplendent. Iam verò eas virtutes quæ in præclaris actionibus dextrè & fæliciter obeundis occupantur ita exerces, vt illæ quoque ſint tibi familiares, quibus humanæ conuerſationis ratio continetur, indeque prouenit, vt te facilem omnibus præſtes, atque tuæ propemodum ſublimitatis obliuiſcaris, & te infra teipſum ponas. *Chriſtophorus 4. filius Alexandri, Palat. Belzenſis, Præfectus Strienſis. Vir animi magnitudine, indicij rectitudine, magnanimitate conſilij grauis & authoritatiuus. Ex Duciſſa in Porzec reliquit digniſſimam prolem. Ioannes quintus filius Alexandri Capit. Syradienſis, qui ſicut altitudine dignitatis in tàm præcellenti ab antiquo Palatinatum excellit, ita virtutum corona, meritorum dignitate, literarum conſiliorumq; dexteritate antecellere poteſt. Alexander filius Stanislai Caſtell. Cracouień. Supremi Exercituum Regni Præfecti Buſcenſis Bareń. &c. &c. Capitanei filius, ex Lubomirſka ſorore vterina Illuſtriſſimi Stanislai Lubomirſki Palat. Cracouień. Vexillifer Regni, & Pereslauienſis*

ſlauienſis Capitaneus, qui in exteris nationibus literis, belli exercitio, reddidit ætatem ſuam in Reipublicæ negotia grauiora peragenda, & tractanda ita diſpoſitam, vt de facili optimus eximiusq́; miles, Rothmagiſter, Dux copiarum, inde honeſti, vtilis, boniq́; Patriæ tutor, appellandus eſt. Cui non aliud exopto à Domino immeritus licet nec minimè notus, quod filia Academiæ Cracouienſis illi in Brodi à ſuo Parente Illuſtriſſimo fundata & erecta voluit & deſiderauit, & his ampliora.

Sint ſine nube dies nitidi, ſine frigore noctes,
Aſsiduè Zephyri ſpirent, auræque ſalubres
Rideat & tellus, & flores vndique fundant,
Leuiter & rauco decurrant murmure riui.
Per nemora & ſyluas, volucres te voce ſalutent
Melliflué, & varient vocem diſcrimina mille.

Superſunt alterius Stephani ſtrenui Rothmagiſtri filij cum Danilowiczowna relicti, quorum vnus militaria documenta colligit in Hungaria, alter in exercitium animi exoticis in ſtudiis elegit diſciplinam.

Rokſryccij, *in Syradień. Palat. meritorum dignitate antiquiſſima, & præmiorum gloria præſtantiſſima Familia, pietate in Deum eximia, in qua nunquam deficiunt, ſed ſemper proficiunt, Fidei S. Rom. Eccleſiæ obſeruantiſſima, ab vno eodemq́; fonte cum Illuſtriſſima Domo Koniecpolſciorum deſcendens, nam & Koniecpolſcij de Rokſzyce antiquitùs, & Rokſzyccij de Koniecpole ſeſe appellabant, quod antiquiſſimæ poſſeſſionum & hæreditatum diuiſiones teſtantur, & filia Al. Domini Iacobi Rokſzycki Iudicis Syradień. nupta Generoſo D. Nicolao Gomolinſki Notario Syradień. vnà cum parente ſuo nuncupatur de Koniecpole, vt monuimus in Tomo primo huius Operis fol. 348. Ex hac Familia continua vſq́; ad noſtra tempora celebres, & illuſtres prodeunt eiuſdem gentis Heroes, & vt antiquiores quorum cum vetuſtate gloria ſemper viridis permanet, taceam modernis temporibus adhuc ſupereſt, qui Familiam ſuam heroicis actibus ſuis, & dignitate Senatoria exornat. Magnificus D. Martinus Rokſzycki Caſtell. Polanecen. vir multorum meritorum in Repub. & liberalis in Deum, vt potè qui in eius honorem in ſua hæreditate Sulişowe, PP. Bernardinis pro 30. Religioſis Monaſterium extruxit & fundauit, quibus adhuc & de neceſſariis liberaliter prouidet. Multoties fuit Deputatus Iudex, pro Iudiciis Tribunalitiis Regni ex Palat. Sendomirień. in quo ſua domicilia habet. In conſortium matrimonij habuit N. Podleſka armorum Bogorya, fœminam multis virtutibus, ſed præcipuè deuotione erga Deum ornatam, quæ ex eius benedictione viro ſuo in ornamentum Familiæ, Reipub. in obſequia pretulit filios duos, Vladislaum Ignatium Cubicularium, qui poſt reddita obſequia intimum Vladislai IV. qui Patriæ debita, accepit in coniugem ex Vngaria filiam Illuſtriſſimi Comitis Banfij, & Albertum Caſimirum, hucusq́; de Patria benè merentem, filias tres, quarum duæ illecebris huius mundi ſpretis, Chriſti in*

ſponſas

ſponſas in religione factæ Moniales ſeſe tradiderunt cum magno ſolatio Parentum, ſub quorum curam adhuc tertia filia ſupereſt. Nicolaus Rokſsycki ex Palatinatu Sendomirień. ſubſcripſit electionem Vladislai IV. Huic Caſtell. Polanceeń. ſoror progenuit Illuſtriſſimum D. Petrum Szyſkowſki, Caſtell. Voyniceń. de quo ſub Armis Oſtoia. Huius Familiæ de Rokſsyce, per lineam rectam tres ſorores Sophia, Catherina, & Eliſabeth, quæ ſua prole nuptæ nobiliſſimarum Familiarum viris, ſuam domum illuſtrarunt, Sophia de Rokſsyce Ioanni de Karnkow Karnkowſki Palat. Ploceń. Præfecto Viſogrodeń. nupta fuit cui prolem magnarum virtutum reliquit Stanislaum Karnkowſki Caſtell. Viſogrodeń. Michaelem Capitaneum Viſogrodeń. & Ludouicum qui ſub auſpiciis illuſtriſſimi D. Koniecpolſki, Caſtell. Crac. & Magni Exercituum Regni Ducis contra Guſtauum in Pruſſia, fortiter dimicando in acie glorioſe occubuit. Filias Iſabellam & Mariannam, Iſabella nupta fuit Illuſtriſſimo Stanislao Konarſki, Palat. Mariemburgeń. in Pruſſia, Marianna Magnifico D. Hieronymo Kryſki, filio Felicis Kryſki Magni Cancellarij Regni. Catharina de Rokſsyce matrona omnibus virtutibus & animi dotibus, ac in rebus omnibus agendis prudentia ornata quibus ſexum ſuum femineum vicit, de qua illud quod de vxore Germanici referunt Hiſtorici dici poteſt, Curis virilibus vitia feminea exuit. Nupta fuit Magnifico D. Andreæ Warſsycki Succamerario Syradień. quæ ipſi prolem ornamenta domus gignendo protulit, de qua plura ſub armis Abdank. Pietatem eius & religionem Ædes Sacræ virginibus Deo dicatis, Petricouiæ Ordinis D. Dominici erectæ teſtantur. Eliſabeth de Rokſsyce nupta fuit D. Gaſparo Zaluſki antiquiſſimæ Familiæ in terra Rauenſi viro, de quo plura ſub Armis Iunoſza.

Ab hac domo multæ aliæ Familiæ Illuſtres prodeunt ſuamq́ originem ad hunc fontem referunt. Ruſkowſcij de Rokſsyce in Palat. Syradień. & in Maiori Polonia: ex quibus ſuperioribus temporibus Magnificus D.N. Ruſskowſki Enſifer Syradień. PP. Bernardinis de Obſeruantia Cœnobium in Oppido ſuo hæreditario Złaczew erexit, ſupereſt adhuc in viuis & in dignitate Senatoria Magnificus D.N. Ruſskowſki Caſtell Inowlodlauień. vir in in toga & ſago meritis clarus. Pagowſcij de Rokſsyce viri militares.

Zapolſcij, *in Syradień. Palat. qui dignitatem Familiæ quàm etiam de Rokſsyce notant literarum & iuris ornatu Reipub. in obſequia manciparunt, bellicæ fortitudinis merent encomia, nam cum omnes ferme Bellonæ & Martis ſtudiis pro Patriæ defenſione contra hoſtes ſeſe deuouiſſent, nonnulli ferro hoſtili extincti ſunt, quorum tamen fama immortalis manet, horum exemplo nuper Martinus eiuſdem Familiæ victricia ſigna Sereniſſ. Vladisl. IV. in Moſchouiam ſequutus obijt ex vulnere. Huius Familiæ candor in omnes, fides in Deum, amor in Patriam, in amicos obſeruantia ſummas totius gentis laudes ſibi vendicant, & nullum eius proſapiæ reperimus, hæretica labe vnquam fuiſſe infectum, & ideò prædicti ſtemmatis rem & cognomen geſta eorum retinent, &*

Pobogij.

Pobogij. Id eſt poſt Deum & cum Deo ſemper ambulantes meritò vocantur. Ioannes Zapolſki ex Palat. Syradień. ſubſcripſit electionem Sigiſm. III. in Regem Pol. Stanislaus Zapolſki contra Maximilianum Archid. Auſtriæ affectantem Regnum pro Sigiſmundo III. arma ſumere ſuadet Anno 1587. *Idem exiſtens Subiudex Syradien. pro correctura Iurium deputatus ex Comitiis Varſauien. Anno* 1589. *Martinus Zapolſki Vicecapitaneus & Iudex Caſtrenſis Vieluneń. ex diſtrictu Vieluneń. ad correcturam Iurium deſtinatus ex Comitiis Varſavień.* 1601. Paproc. *in* 2. *opere mentionem facit* 5. *fratrum germanorum ſuo tempore exiſtentium Zapolſciorum, qui omnibus amabiles, & ad Reipub. obſequia erant aptiſſimi, ex quibus duo in albam Ruſſiam tranſiuerant, & ibi domicilia ſua fixerant, Dobrogoſtius erat Notarius Præmislień. qui cum Budkowná reliquit prolem Ioannem Zapoleum, qui Ludouici nomine Ruſſiam tenuit. Manet adhuc ſuperſtes in Familiæ ornamentum Magnificus D. Sigiſm. Zapolſki de Rokſſyce Caſtell. Vieluneń. qui Regi & Patriæ ſeruitiis ſeſe & prolem ſuſceptam ex Laſocka deuouit, Stanislaus natu maior Aulicus Regis Vladisl. IV. Ioannes, qui vt nomen Familiæ ſuæ Pobog retineat ſpiritualem vitam elegit Canonicus Eccleſiæ Cathedralis Crac. factus.*

Filipowſcij *de Siekluki antiqua Familia, ex diuiſione bonorum cum primis Pobogiis Patriæ & Reipub. obſequio, amore, & fortitudine optimè meriti. Hieronymus in Vngaria ad Tranſyluaniæ Principem, vir dignus omni laude ob merita in Caſtris & in Curia. Legatus ab electo Rege Bathorio ad Ordines Regni & M. D. Litu. vt* Bielſc. fol. 726. *à Sereniſſ. Stephano. Inciſor Regni & Nurſcenſis, Oſtrouſcenſis, & Oſtrolecenſis Præfectus, in omnibus cum Sereniſſ. Stephano Rege ad Gedanum, Vielcolucum, Toporeçiam expeditionibus maxima de hoſte retulerat trophea.*

Burzenſcij, *Quia ex malis liberis extrema eſt calamitas, ſeruant illi bonum & honeſtum diligenter.*

Kilianowſcij, *ſeu Kielanowſcij, ex quibus Abbas Sanctæ Crucis. Non poteſt eſſe maior Patri voluptas, quàm prudentem atq; temperantem aliquem de ſe prognatum; & beatus ille qui fælix prole fuit.*

Polanowſcij, *de Polanowice in Cuiauia, antiqua meritis & dignitate Familia. Ex his Ioannes eximius miles vt ſtrenuos actus poſteritati commendaret, in Ruſſiam, vbi frequens cum hoſte Tartarico congreſſus interuenit deſcendit, atq; ibidem ſtatiua & domicilia ſibi conſtituit: cum Hincowna in Podolia matrimonio contracto factus eſt multorum bonorum ex hærediſſa hæres. Erat vir liberalis atq; militiæ deditorum amans, quo beneuolentia illorum comparata ſemper celebri companía aſſociatus fuit. Reliquit tres filios, Valentinum qui ſteriliter deceſſit, Georgium Tribunum Halicienſem & Bartholomeum, qui in omnibus expeditionibus præſentes proprio ſumptu eximiũ militem conducebant, & filios ſuos Reipub. & Caſtris exercitatos idoneos Patriæ defenſores reliquerunt. Alexander & Nicolaus in Moldauica expeditione à Tartaris*

taris occiſi, Samuel qui Rothmagiſtri vices obibat ſtrenuum ſe ac pro Patriæ mori deuinctum ſedulò declarabat. Deuenit alternis vicibus in captiuitatem Scythicam, transfixus & ſauciatus hoſtium ſagittis & gladiis. Zbigneus illius germanus eadem infortunia compedum hoſtium detulit, & ægre tandem numerata ſumma euaſit. Stanislaus vſq; modo reddit Patriæ in Caſtris obſequia. Albertus Bartholomæi in expeditione Moſchouitica multoties ſauciatus, diuturna obſidione ſanitatis detrimento triſtia fata dulciter memorat. Ioannes Bartholomæi Pincerna Halicienſis, poſt militares actus Nuntius in Regni comitia, deputatus ad Tribunalia Iudicia, Commiſſarius & Reuiſor bonorum Regalium multoties fuit. Expediuit legationem ad Radulium Moldauiæ Principem in negotiis Regni aliquot vicibus, & in plurimis cauſis primorum arbiter dexterrimus. Reliquerat duos filios parentibus & amicis expectationis optimæ, ex quibus Petrus iam miles renunciatus ſub ſignis bellicis Ducum & veteranorum militum in Pruſſia & in Confinibus Regni maxima declarauerat animi præſtantis indicia, ſed vbi homo ſperat alio fata volunt, mæſtis relictis parentibus Marti & Patriæ valedixit.

Koſobuccij, *multorum reuolutionum zodiaci clara Familia in Plocenſi Terra in Zawkrze. Ex quibus erant tres fratres, vnus Canonicus Plocenſis, alter Nicolaus Caſtell. Sierpſcen. qui reliquerat tres filias, Wodinſcij, Golinſcij, Wiſniewſcij, poſt Paprocij coniuges. Tertius Ioannes Caſtell. Liuenſis, cuius filij erant Nicolaus vir literis ornatus, & Reipub. proficuus, qui ex Dzialinſka Palat. Chelminenſis filia, reliquerat prolem erat Notarius Plocenſis, & Stanislaum Notarium Zawkrenſem, reliquit ex duplici coniuge prolem. Alberti Koſobucki erat poſteritas, Iacobus Vexillifer Plocenſis qui ex No[illegible]wſka reliquit prolem. Staniſlaus qui cum Niſcicka habuit poſteros, Petrus cum W[illegible]rzb[illegible], Matthias cum Wilkanowſka Caſtell. Plocenſis filia, Ioannes cum Kepſka ſuſceperunt liberos. Iacobus cui Koſobudy ceſſerunt, reliquit Paulum & quinque filias. Meminit Bielſc. Koſobuccij, qui ex Gallia à Rege cum proteſtatione venerat, fol. 702. Adamum Koſobucki in conſilio & iure nobili eximium ciuem, correctorem ad iura meminit Conſtitutio Anni 1601. Electionem Vladisl. IV. ex Plocenſi Palatinatu ſubſcripſerunt Mathias & Iacobus de Wotoczna Koſobucki, Thomas in Koſſobudy Koſobucki.*

Konarzewſcij, *in Ciechanouienſi diſtrictu, cum temporum antiquitate meritis eximij, vt potè qui exercitium laudabilis virtutis in Procerum Regni curiis expolitum, & in Caſtris militaribus animoſe continuatum, reddiderunt Patriæ ad quoſuis actus nobiles idoneum & ſuo præmio excellenter dignum. Ex quibus vt Familiæ ſuæ ornamenta adaugerent, alij in Maiori Polonia conſederunt, nam & modernis temporibus Petrus & Melchior electionem Vladisl. IV. Sereniſſ. Regis ex Poſnanien. Palatinatu ſubſcripſerunt, alij in Pocutia, vbi militaris virtus laudis incrementa ſæpius deferre ſolet. Ioannes qui ad Tyram militando ſtrenuè ibidem conſtituerat ſua domicilia, plurimis expeditionibus clarus. Nam in Moſchouia & Liuonia Sereniſſ. Stephano bella ducente, & in Moldauia atq; Valachia Sigiſm. III. Regni ſceptra moderante, ſub bellicis ſignis Iacobi Koryćinſki, & Martini Kazanowſki, demum Palat. Podoliæ & Campiductoris vſq; ad vitæ tempora Patriæ amorem & Caſtris vigilantiam detulit. Reliquit ex Bielſka Raphaelem, ex Barbara Koryćinſka Nicolai filia Iacobum, Hieronymum, Lucam, Stanislaum, Albertum, Ioannem, & filias Eliſabet Andreæ Przedbor poſt Nicolai Gruſzecki, & Chriſtinam Skowreſki coniuges. Quorum non alia exiſtimatio eſt boni & honeſti habendi, niſi excubiæ militares & Magnatum Curiæ. Iacobus filius, in curia & ſub militaribus trophæis D. Radziuilij, & Supremi Exercituum M. Duc.*

Litu. Ducis, dum colligit honorem Familiæ, in bello Liuonico occubuit. Stanislaus qui iuuentutis florem maturitate morum & decentia vitæ amabilem omnibus bonis referebat, poſt Pruſſicas expeditiones cum Guſtauo, & varias incurſiones Tartaricas, bello Coſacorum domeſtico ad Kumeyki per transfixa globo latera perpetuæ quietis incola factus eſt. Hieronymus poſt demortuos fratres vnicus ſuperſtes, vbi iuuentutem ſuam in Academia Zamoſcenſi literis excoluit, in Curia Potociorum Iacobi Palatini Braclauienſis, & Nicolai tyrocinia fortitudinis & morum grauitatem collegit, vnde & eximius miles cum Pruſſis, Tartaris, Coſacis euaſit, & ad maiora præmia dexteram iuuentutem & ætatem optima conuerſatione & meritis decentioribus direxit & diſpoſuit. Quapropter per diuerſos honoris in Curia Illuſtriſſ. Nicolai Potocki Palat. & Generalis Podoliæ atq; Campiductoris gradus, Exactor Contributionum Regni in Podolia, & Iudex Caſtrenſis atq; Vicecapitaneus Camenecenſis renunciatus, ſpatioſum retinet campum merendi Patriæ, obſequio, conſilio, & fortitudine. Reſtant plurimi in Ciechanouienſi Palatinatu, quorum aliqui in Ordine S. Dominici. alij in Curia Kazanowſki Notarij Campeſtris, alij & plurimi domeſticæ pacis curatores. Nicolaus Konarzewſki ex Ciechanouienſi Terra, electionem Vladisl. IV. Sereniſſ. Regis ſubſcripſit.

Sczuccij, *in Lublinenſi Palat. & in Sendomirień. qui merita maiorum amplectendo amorem Patriæ vitæ periculo in Caſtris militaribus teſtantur. Ioannem & Andream meminit* Paproc. in Nido, *Georgius Adminiſtrator Haliciæ & Surrogator Capitanei Strus occiſus à Tartaris, ſepultus Ieſupoli. Sed etiam in præſens in Sendomirienſi Palat. reperiuntur honorem & honeſtum conſeruando Familiæ, cum Supremo Exercituum Duce Tarnouio militarunt.*

Byliccij, *in Cracouienſi Palat. dicebat Iſocrates amicos ſibi beneficiis obſtringes, alios verè magnanimitate capies. Sed non eſt hæc vniuerſalis regula, at ipſorum magnatum obſequio hi Patriam & amicos obſtringunt, & alios affabilitate & beneuolentia ſibi conciliant.*

Bromierſcij, *in Plocenſi Palat. viri literis & honeſto dediti, quo bonum Patriæ & decus communiter fit & conſeruatur. Nicolaus Canonicus Plocenſis & digniſſimi ſui ſtatus vigil & obſeruator. Alter Nicolaus ab alio fratre germano, vbi elegit pacatam vitam ex Magdalena Zdzarſka ſuſcepit Andream, Hieronymum Canonicum Premiſlienſem Præpoſitum Chelmenſem, Albertum & Matthæum, & filias 5. Martinus Bromierſki Nicolai germanus cum Klicewſka reliquit prolem. Bartholomeus illorum frater cum Zawacka liberos habuit:*

Ruczyccij, *in Viſogrodenſi Terra. Etſi virtutes habenti magna virtus eſt contemnere gloriam, tamen conſeruanti familiam ſuam conſeruanda eſt vt virtus gloria.*

Gardlinſcij *de Gardlin, in Ciechanouienſi Terra Parochia ad Grodowſko milites eximij. Paulus miles à temporibus Auguſti Regis ad expeditiones omnes Stephani Bathorij Pol. Regis, tenuit Præfecturam Mariæburgenſem plurimis annis, Ad Iudicia Tribunalis Regni alternis vicibus electus fuit. Cum Koſinſka armorum Rogala reliquit Adamum, Martinum, Alexandrum, & Andream. Adamus reliquit filios 4. Andreas Lencicienſis Burgrabius, Martinus & Albertus in bello cum Valachis obierunt. Alexander captiuitate Turcica debilitatus, vt rediit in Patriam obijt. Mathias Garlinſki eximius miles, Viceſgerens Rethmag ſtri Ioannis Potocki, eius filius Ioannes qui cum Duce in Korecz pugnando, captiuitatem Tartaricam perpeſſus. Eius filius Martinus contra Michaelem Woydam, & in Cecora cum Zamoyſcio miles. Ex Catharina Bieniecka armorum Korab, ſuſcepit Alexandrum militem cum Duce in Wiſniowiec. Chriſtophorum qui cum Vlenicki per annos 5. miles eximius, demùm in Curia Ducis in Viſniowiec Ieremiæ Præfectus, Stabuli & Curialium Supremus. Iterum Duci in Korzecz Carolo Samueli reddit obſequia digno merito*

rito quem ille domus & Curiæ Ducalis Supremum præfecit. Samuelem qui cum Capitaneo Vinniciensi Odrzywolſcio miles ad Omelnicum à Coſacis rebellibus mutilus factus cum Stroilenſka coniugium ſumpſit. Sebaſtianus Martini frater in diuerſis expeditionibus exercitatus miles, in veteranum tranſijt conſors illius Anna Rzeczycka. Albertus tertius eorum germanus, cum Duce Radziuilio Patriæ & Reipub. dando merita Capitaneum militarem in Smolenſko gerit, & domicilia ſtabiliuit. Andreas vltimus illorum frater in Moſchouia ad Stolicam oſſa ſepulturæ concedendo, nominis ſui poſteris memoriam poſuit.

Wirſchowſcij *de Wirſchowko, in Palat. Syradień. Hi dignitatem Familiæ ſuæ obſeruantia Caſtrorum conciliarunt. Ioannem habet Epitaphium Bari in Podolia, vir (inquit) Pius, fidelis Dominis ſuis omnibusq; benè meritus. Ex his militia allecti in Ruſſiam deuenerunt, atq; ibidem domicilia ſua ſtatuerunt. Quorum Alexander modernis temporibus poſt eximios militares actus, eſt Iudex Caſtrenſis Laticouienſis & ViceCapitaneus. Ex Waſiczynſka reliquit filium Petrum & filias, coniugem Roſochaciy & alias.*

Zeromſcij *in Palat. Inouloclauienſi, Regibus & Reipub. amabiles. Petrus Zeromſki Præfectus Regiæ Culinæ & Capit. Bydgoſtienſis, in Zeronice.*

Wilkowſcij, *qui cum virtutis decore occupationem Caſtrorum, quibus fortitudo & fama perennis familiam extitit, vitam conſumpſerunt. Ex quibus Rothmagiſtrum ſub Illuſtriſſimi Koniecpolſcij triumphalibus ſignis exercitatum habet Epitaphium Bari Ioannem.*

Strzeſzewſcij *in Plocenſi Palat. Nicolaus eximius miles & Rothmagiſter Sereniſſ. Auguſti Regis Pol. Iacobus illius germanus Dapifer Plocenſis. Mathias in Kraſniewo electionem Vladisl. IV. ex hoc Palatinatu ſubſcripſit.*

Lekawſcij *in Craconienſi Palat. Patriæ legibus conſeruare ſtudia nobilium, et verum Patriæ ciuem, et optimum virum quia condecet, id profitentur.*

Sutkowſcij *in Mazouia, Matthias Theſaurarius Nurſcenſis, ſubſcripſerunt electionem Sereniſſ. Regis Vladislai IV. Lucas Theſaurarius Nurſcenſis, Paulus et Adalbertus. Quàm pulchrum eſt naſci nobili parente, tàm neceſſarium illorum merita ampliare et præmia conſequi.*

Dmochowſcij *in Maſouia, ex quibus Eligerum per omnes expeditiones Sereniſſ. Stephani Regis Martinum Hiſtoriæ referunt. Ex Nurſcenſi Terra Martinus Dmochowſki, Lucas, Adamus, & Petrus electionem Vladislai IV. Regis ſubſcripſerunt.*

Czyzowſcij *in Maſouia, video in Cromero Cizouios, Ioannem Caſtell. Craconienſem, & paulò infra Præfectum Craconienſem, quo amoto ob ingraueſcentem ætatem data eſt Nicolao Pienanſcio Vitouicio.*

Staniſzewſcij, *in Czerſcenſi Terra et in Præmislienſi, ſi laudandum eſt quod ſecundum artem fit, magis laude dignum ſi nobilis iuxta generis ſplendorem et decentiam Familiæ vixerit, ſciunt hi quod dico, ideò rectum et animo conueniens mente reuoluunt et factis.*

Trzcinſcij *ad Mlauam, ſed etiam in Craconienſi et Poſnanienſi Palatinatibus Trzcinſcij reperiuntur, nam ex Craconień. Alexander Trzcinſki et Georgius, ex Poſnanienſi Stanislaus electionem Vladisl. IV. ſubſcripſerunt, ſi non ſunt diuerſorum armorum, et ex Lublinenſi Ioannes.*

 Kierzniow-

Kierzniewſcij *in Podlachia, Conſcium eſſe ſibi in vita ſua nullius criminis multum voluptatis parit. Id curate & comprehendetis.*

Muchowicccij, *in Belzenſi & in Maſouia. Si nullum bonum eſt iuxta Diogenem, niſi cuius finis eſt magnanimitas, cauendum eſt nedum mons parit naſcatur ridiculus mus. Hoc eſt vbi à nobili forti quid generoſitatis ſperatur, ignominia fiat.*

Malinowſcij *in Podlachia, ex frequentatis actibus fit habitus, inquit* Ariſtoteles, *igitur continuis obſequiis in Caſtris militaribus, à Patria grata, habitus & præmia ſperant.*

Cz̨etkowſcij, *in Dobrzynenſi Terra. Vt vir bonus non eſt in apparentia ſed in realitate, ita fortis non in longa ſtatura eſt, ſed in audaci agilitate. Nam & ſimulachra artificioſa & belle ornata, ad ſui quidem ſpectaculum alliciunt, ſed corde carent, viros ſe iſti fortes pro Patria, & bonos pro ſui conſcientia deſiderant.*

Ławſcij *in Lomzenſi, Stanislaus Ławſki à Zegocin, Palat. et Vicesgerens Sigiſm. Auguſt. in Maſouia, ſubſcripſit vnionem Ducat. Oſuiecinen. et Zatorienſis* 1562.

Dadzibogocij *in Lublinenſi, auarum eſt omne genus barbarorum, igitur Dadzibogij ſunt miſericordes.*

Lanieccij *in Maſouia, Optimum eſt noſſe omnia in Repub. Caſtris, ſed decentius noſſe ſeipſum.*

Miedzwieccij, *ad Waſoſze. Qui miratur parua contemnit magna, virtus & fortis animus mirandus.*

Popowſcij *ibidem, Aſueſce victum habere purum non delicatum, ſed virtute viuitur.*

Suchodolſcij *in Lublinenſi, Nicolaus eximius Rothmagiſter in Liuonia, in obſidione Kioſienſi, & vbiq; retulit gloriam. Martinus electionem Regis Vladislai IV. ſubſcripſit.*

Zadzida, *qui in vnione cum Regno M. Duc. Litu. hæc arma ſuſcepit, à quo hi vtuntur his armis.*

Dulzewſcij *ad Ciaſniki, eximius miles cum Romano Sanguſzko Nicolaus.*

Iamentouicij, *ex quibus Valentinus caſtrorum militarium obſeruator.*

Ianuſzowſcij *in T. oceń. Palatinatu, ex quibus Georgium Hiſtorici meminerunt.*


Kutlewſcij *ibidem, in M. Duc. Lituaniæ.*

Ryminſcij, *in Podlachia.*

Bieliccij *in Cuiauia, quorum aliqui in Minſcenſi Palatinatu, aliqui in Alba Ruſſia conſederunt, Iacobus ex Regina Sokolanka, reliquit Ioannem militem cum Palatinide Braclauienſi Potoccio Petro.*

POCIEY

P O C I E Y.



DELINEATIO.

EST crux in ipſa ſummitate armorum, infra quam eſt media luna concauitate in arma obuerſa, ab hac baſe crucis ductæ lineæ duos triangulos efformant, quos hæc Familia lances vocant, in ſpatio inter triangulos formantur tres lineæ admodum armorum Korczak Wręby nominatorum, campus cæleſtinus.

ORIGO.

ANtiqua vt apparent arma à Ducibus Ruſsiæ optimis militibus in Palatinatu Breſtenſi M. D. Litu. degentibus conceſſa. Crediderim quod hoſtem latitantem inter duos monticulos, cum periculo maximo vitæ inuaſerit nocte & ſtrenue fuderit. Quapropter Vaga vocantur, quaſi Odwaga: lineis verò hoſtis exprimitur, triangulis, montes commonſtrantur, lunâ, nox oſtenditur, cruce, quod Chriſtianus eſſet exprimitur.

CÆTVS PIORVM.

NON eſt dubium quod alia ſunt ſigna & occupationes cætus piorum, alia impiorum apud viros honeſtos & bonos. Declarauit hoc ipſe etiam Horatius lib. 2. Sermonum dicens:

Omnis enim res
Virtus, fama, decus, Diuina humanaq; pulchris
Diuitiis parent, quas qui conſtruxerit ille
Clarus erit, fortis, iuſtus, ſapiens, etiam Rex
Et quicquid volet.

Ecce impiorum ſigna occupationum & intentionis, diuitiæ & lucrum. Piorum verò non alia eſt intentio & occupatio, quàm Dei honos & pura conſcientia. Nam hac pietate in Deum ſublata, etiam fides ac ſocietas generis humani, & vna excellentiſsima virtus iuſtitia tollatur neceſſe eſt. Quapropter Quintilianus Declam. 6. dixit: *Habet ſuos impetus pietas.* Arma hæc non immeritò quendam cætum pietatis nominabo. Nam ſi lunam Pythagoras modo terram cæleſtem, modo terreſtre cælum appellabat, quid dicam de cruce ſancta, quæ ſimul cum luna in his apparet armis? Luna eſt cupida luminis, familia hæc eſt cupida pietatis. Lunam modo ſoli adiunctam, modo redeuntem aſpicimus, Familiam verò hanc modo accedentem ad Chriſtum,

Chriſtum, modo pro Chriſto pugnantem, modo pro fide & Repub. morientem videmus. Luna ſemper ea parte clara conſpicua & illuſtris eſt qua ſolem aſpicit, obſcura verò caua & inanis ea parte qua diuertit à ſole, & familia hæc vt Chriſto iuncta eſt conſpicua & illuſtris ſtetit, vt verò hæreſi infecta permanſit, vacua ab honore & inanis in Republica fuit. Conſidera velim Pocieium Metropoliam & Vladicam pro fide Vilnæ patientem, conſidera alterum hæreſim repudiantem, reuolue demum erroribus perplexos, & affirmabis quod aſſero. Quapropter ſatis verè nedum concinne Plutarchus ſcribendo de liberorum educatione dixit: *Quibus ex Patre & Matre innata eſt macula, eos, quoad vita ſuperſit, in delenda quædam ignobilitatis conuitia comitantur, quæ increpare volentibus, in promptu magnopere ſunt.* Quod ſi ipſi licuit dicere de vitijs, quomodo de Schiſmate & Hæreſi ex parentibus vel praua ſua voluntate contractis, idem non intelligendum erit? vnde in Fauſtinæ nummis *(inquit Pier. Valer. Hierogl. lib. 44. cap. 17.)* ſimulachrum leua pallam ſuſtinet, dextra verò mediam lunam, cui auicula inſidet ſubſcriptum, *Perpetuitas*, puta ſublata. In nummis verò Seueri Alexandri Aug. ſimulachrum, lunam dextra attolit in ſublime ſubſcriptum, *Perpetuitas Auguſta*, puta manebit. Ita cœtum piorum fidelium & Catholicorum, manet perpetuitas auguſta, impiorum verò Hæreticorum & Schyſmaticorum tranſijt perpetuitas fœlicitatis & honoris. *Ergo*

Occidat omne malum, ſurgat & omne bonum.

LINEA FAMILIÆ POCIEIORVM.

POciey, *antiqua & poſſeſſionata Familia in Palatinatu Breſtenſi, in M. D. Litu. Horum bona Rozanka. Adamus Pociey Caſtell. Breſtenſis, cui dum conſors Oſtrorecka obijt, conuertit animum ad ſtatum ſpiritualem. Cuius vita religioſa diſpoſuit ipſum ad altiorem gradum in Eccleſia Græca Vnitorum cum Romana ſede. Creatus erat Metropolita Ruſſiæ, & Epiſcop. Volodimiriæ, qui dum fidem Catholicam Romanam prædicat & obſeruat Vilnæ, atq; proceſſioni Sacratiſſimi Sacramenti in die Corporis Chriſti reuerenter adeſt & deuote aſſiſtit, à Schyſmatico iteratis vicibus gladio percuſſus vulneratus fuit. Echo ipſius è tumulo ad viatorem.*

Expectas? faciam forſan tibi verba viator,
Non faciam; faciet ſed mea tumba tamen
Adam Pocieius iacet hac tumulatus in vrna
Gloria Pontificum lausque decusque domus
Tu quod non graue, nec magnum concede petenti
Dic noceat cineri nulla procella meo,

Fedorius Pociey Iudex Terreſtris Breſtenſis, & diſpenſator Contributionum *Regni in Anno* 1589. *Et quia iuſtitiæ ſeruans lucem multos effugiet hominum ſermones, ideò ille tranquillitate animi deduxit ſuam ætatem in lætitiam cordis.*

cordis. Illius frater erat Notarius Breſtenſis. Chriſtophorus, Ioannes, & Petrus Pociey, filij vnius horum. Ex quibus Ioannes Subiudex Breſtenſis, Petrus verò Notarius Breſtenſis fuit. Profectò magnum eſt præmium, vbi honore præmiatur virtus, ponitur enim aliorum ſpeculator & cuſtos legum. Quiſquis autem ſpeculator hominum & cuſtos legum ponitur, in alto debet ſtare per vitam, vt poſſit prodeſſe per prouidentiam. Reliquit Petrus Pociey ex Kuzanowſka Sophia filios ſex. Ex quibus Paulus eximius miles, armaturæ grauioris ſub ſignis Notarij Campeſtris, Bobuslauienſis Capitanei Kazanowſcij ad Kumeyki in bello cum Coſacis rebellibus animeſc obijt.

Cæleſte hoſpitium non rediturus adit.

Nec liceat præterire ex hac Familia duas Matronas pientiſſimas, tum erga conſcientiam ſuam, tum erga Eccleſiam Romanam, vna eſt Ioannis Vislouchi conſors, quæ dum eſſet grauiter hæreſi infecta Caluiniana, dum illam reiecit, tota in ipſa contemplatione conſcientiæ & Eleæmoſinis permanſit, atq; ſui mariti Catholici ſepulchrum & Sacellum ſacrificio, calicibus, crucibus, lampadibus, candelabris argenteis ſplendidè ad centum libras conferendo de argento adornauit. Altera eſt Friderici Sapiecha Capitanei Grodnenſis, & Oſtrzyuenſis conſors, tota in oratione, ieiuniis, & Eleæmoſinis.

Exiguum iſtud ſed magnum geſtat nomen.

POSTOLSCIORVM.



DELINEATIO.

EST lilium vnicum recenter è terra euulſum, quaſi dimidium armorum Gozdauæ. Super galeam & coronam tres pennæ Strutij, ex quarum medio manus armata erecta frameam manu vibratam geſtans.

ORIGO.

EX Sileſia hæc arma reperiuntur in Regno, nam Steph. Bathorius Sereniſſ. Rex Petro Poſtolſki claro bellorum experientia & diuerſarũ gentium linguis, contulit hic in Regno cum indigenatu bona & poſſeſsiones, dum illi tàm in Curia, quàm in expeditionibus varijs obſequijs vigil & præſens adeſſet.

LILIATA FORTITVDO.

NAturarum & veritatis indagator acerrimus *Ariſt. in lib. de virtutibus & vitijs, liliatam fortitudinem deſcripſit.* Fortitudo eſt inconcuſſum à mortis metu, & conſtantem in malis, & intrepidum ad pericula eſſe, & malle honeſte mori quàm turpiter ſeruari. Nam ſi vitioſum putamus, ſi quis mollis vultu, pectore autem ribaldus foret, dicimus enim: *In tenero ſtat tibi corde ſilex.* Ita qui ſe militem liliatum & fortem prædicat, arguendus plurimum erit, ſi ſua fortitudo, ipſa fuga probata fuerit. Et dicimus: *Fortis vt lepus.* Dum prædicta arma nobilitatis inſpicio, ſi manum armatam, ſi gladium vibratum, ſi galeam militarem conſidero, meritò fortitudinem liliatam nominabo, hoc mihi etiam lilia ipſa probabunt, & iſtæ pennæ Strutij perſuadebunt. Video ſymbolum Ludouici Dulcis lib. 1. apud Iul. Cæſ. Cappacium, qui expoſuit ſpeculum ad ſolem & ardentem facem, & ſubſcripſit: *Ex aliena luce lucem quærito.* Equidem viſis tàm ſpecioſis armis, non aliud licebit proferre, quàm vt ex illorum ſymbolo, lux fortitudinis, & pulchritudo liliata percipiatur & adnotetur, vt ſi cui eſt robur in neruis & oſsibus, illi fiat fortitudo in armis & gladio. Arridet mihi Romana victoria de Tarentinis, vbi enim Pyrchus Epyrotarum Rex Romanorum militum virtutem & Ducum prudentiam admiratus fuiſſet, exclamauit vt Florus refert: *O quàm facilè erat orbis Imperium occupare, aut mihi Romanis militibus, aut me Rege Romanorum.* Tales profectò fuerunt illi, quales prædicta arma commonſtrant. *Viuite fortes.*

Fortiaq; aduerſis opponite pectora rebus.

POGONIA MAGNI DVC. LITV.



DELINEATIO.

EST cataphractus eques atque totus armatus, ſuper equum coloris albi, qui extenſa & vibrata dextra, ſtringit gladium, equus velocitati curſus diſpoſitus, ſella ligata ad pectus & femore equi, ornata panno rubeo cum triplicatis ſtriphis, ſupra dorſum gerit ſcutum cum duabus crucibus, cauda equi ſurſum eleuata, campus eſt rubeus.

ORIGO.

NON vnica erant Gentilitia Magnis Ducibus Lituaniæ, vtebantur enim primitus Centauro ſeu Kintauro vſque ad Troideni deceſſum.

Quo

Quo ſtemmate veri Duces M. D. Litu. Ginuilus Gedroc, atque Duces Holſanenſes, Algimundus & Mindouius poſt ipſum relicti vſi ſunt. Poſtmodum ad Familiam Columnorum, vbi M. D. Litu. per Vitenem Anno 1283. deuenit, tribus columnis vti cœperunt. Ad vltimum Gentilitium viri cataphracti ſuper equum aſſumpſerunt. Nam Narimundus germanus Troideni ſteriliter decedendo perſuaſit ſubditis & Baronibus, vt in Dominum & Ducem non niſi virum maturum, qui eis præeſſe eoſque ab hoſtibus defendere poſsint, eligant. In cuius rei imaginem, eiuſmodi virum ipſis in Ducatus Gentilitium, & perpetuum memoriale commonſtrauit. Eò igitur ſtemmate M. D. Litu. vſque ad Reges Sereniſsimos Poloniæ, qui ſunt M. Duces Litu. inſigniri habent pro regali honore. *Stric. fol. 364. Paproc. in 2. opere* 590. Additio autem fuit parmæ cum crucibus Mendoco Lituanorum Regi Amico Cruciferorum, hæc enim inſignia illorum propria fuerunt, ab Innocentio ſummo Pontifice, & Ferdinando Imperatore, vt quædam Chronica antiqua Pruſſorum refert: & *Stricouius habet in ſuo Prodromo.* Factus enim Mendocus erat Chriſtianus, & vocatus Mendolphus. *Stricouius* 1246. Quod etiam clarius in Serie Ducum demonſtrabitur. Quid verò talibus armis ſignificatum fuerit, *ita Stanislaus Koſſobucki carmine retulit.*

Aſt quid Equus ſibi vult curſu qui currit ouanti
 Concutiens ſonitu quadrupedante ſolum.
Quem iuuenis ſcutumque tenens enſemque minacem
 Aere rigens clypeo terribiliſque regit.
Magnanimum ſignificat, qui tanquam Curtius olim
 Pro Patriæ mortem ferre ſalute velit.
Auſonium ſiquidem Centaurum ritè Narimon,
 Dux linquens, equitem ſubſtituit ferocem
Vt patrio debere ſolo ſe noſcat amatrix.
 Poſteritas, dicit ſtemma quod eximium.
At miles armatus congreſſu fundet inermem,
 Stemmate Dux quali gaudet Hyperboreus.

ORDO DVCVM LITV. & SAMOGITIÆ.

KVNAS *Dux Lituaniæ & Samogitiæ. Kiernus Kunaßewicz, à quo Ciuitas Kiernow fundata eſt. Frater illius Ginbutb, cuius filius Montuil in Samogitia ſucceſſit Patrimonſui in Iurbark & Kunaſsow, vbi nunc Kowno. Eius filij Erdziwil Nemena Vikint.*

Zuibund Derſprungowicz, M. D. Litu. poſt Kiernum, nam quia filiam ſolam Polatam genuerat, illam Zuibundo Familiæ Romanæ armorum Centaurus, ſeu medij viri & medij equi à cingulo: cuius equi cauda draco erat, hunc ille vir ex arcu ſagittam in os vibrando interimere intendebat, dedit in coniugem & heredem totius Lituaniæ eò medio effecit, vnde ex Dzievaltovia & Vilkomiria Kiernoviam ſedem ſuam tranſtulit, & armis ſuis Centauro vel Hipocentauro adiunxit Columnas, & vtriq; Gentilicijs proprijs & Kiernouij ſuam inſignire familiam cœpit, Stricou. 247. fol. *Hic prænominatus Zuibundus contracta amicitia cum Duce Samogitiæ Montuil Ruſſiam inuadere cœperunt & deuaſtare, à quibus aliquoties profligati Ruſſi, Cromero referente: ipſi quoq; grauiter à Ruſſis fuſi 1205. fuerunt.* De quo Cromer. fol. 188. primæ editionis. *Per hoc tempus Lituani gens fera, ſylueſtris, & obſcura, Ruſſorum agros prædis agen-*

dis agendis inſiſtare cœperunt. A quibus cruento prælio victi, ſubera, reſtes & faſces frondees quibus ea gens in balneis ſudorem prouocare ſolet, tributi nomine deinceps pendere coacti ſunt. Anno domini 1217. *vt* Stricou. notat fol. 264 *iunctis ſimul exercitibus Samogitiæ & Lituaniæ Duces præfecerunt exercitui Erdziuilum filium Samogitiæ Principis, cui ex præcipuis Baronibus in conſilium & belli euentum feliciorem adiunxerunt Grupionem ſeu Strumpiura . . morum Columna, quem ſolio ſequenti Campanum ex Palemone deſcendentem aſſeruit. Alterum ex Familia Vrſinorum Eixiſſum. Tertium ex Familia Roſarum Grauſum, qui poſt deuaſtationem à Batti Tartarum primò Nouogrodenſem arcem occupauit, & ſedem ſibi fundauit, poſt loca vaſtata in Gródno, Brzeſcie, Mielnik, Brochiczyn, Branſko, &c. recepit, & cœpit celebrare nomen ſuum Erdziuilus hærede Samogitiæ & primò Magno Kniazio Nouogrodenſi, eius autem frater germanus Vikint poſt deceſſum Montuildi Patris Dux Samogitiæ ſucceſſione extitit. Ducibus autem ſuis Erdziuilus vt Scriptores Ruſſorum habent conceſſit bona Stumpro ſeu Kampeio, Oſmianenſem modernum tractum, in quo Gaſtoldus fuit ſucceſſor. Exiuſio ſeu Euſiuſſio Eiſiſenſem ab eo denominatum tractum, & ex illo Monuiderum familia eſt. Grauſio autem tractum qui ab illo Grauſki dictus, ex quo* Douoinij *proceſſerunt,* ita Stric. fol. 268. *Succeſſit hic Erdziuilus poſt deceſſum fratris in Ducatum Samogitiæ, ſed poſt deceſſum ipſius ad Zuibundum Dorſprungouicium ratione ſororis illius & ſuæ coniugis deuenit. Et ita columnæ iunctæ Centarouiciis durabant ad filios Romunthi, ſed tamen vt inchoatæ à Palemone columnæ fuerunt in Erdziuili poſteros in progenie virili vſque ad Vitenen Eraigoleicium & Iagelonis poſteros,* Stric. fol. 270. *Diuiſa ergò bona erant in Lituania, alia poſteri Erdziuili cum Nouogrodo tenuerunt, vt Mingailo, Skirmundus, Ginuil, Boris, qui Poloniam occuparant, Algimunt, Ringolt, Troinata. Alia poſteritas Ziuibundi Lituaniæ & Samogitiæ Principis. Kukouicus Ziuibundi filius, qui cum Crucigeris qui tunc Liuoniam inhabitare cœperunt, in Curlandia & Samogitia, fortiter pugnauit. Vtenus ſeu Vcianus, quem Petrus Duſbruch Vtinuerum Regem Litu. nominat filius Kukouicij, ſucceſſit parenti à quo Vciana erecta eſt, plurima hic bella expediuit. Reliquit filium Suintoborum.*

Ringoltus Algimuntouicius tutor Suintobori ſucceſſit Vteno 1219. Princeps Nouogrodi, Podlachiæ, Seueriæ. Hic Lituaniæ, Samogitiæ, & Ruſſiæ Princeps acclamatus fuit. Bellum cum Ruthenis ad Mochilna, cum Cruciferis Liuonienſibus multoties confecit. Mindauga Ringolti filius ſucceſſit, quem alij Mindoum, alij Mendolphum vocauere, qui in Regem Lituaniæ coronatus 1251. *ab Innoc. IV. Hic victus fuit ab Enſiferis Liuonienſis,* Stricou: fol. 326. *Maſouiam inuadit. Troinata Mendaugi filius, hic Patrem & duos fratres auxilio Doumantis iugulauit.* Sarnicius fol. 285. *Sed & ipſe non ita multò poſt à Woyſilkone comprehenſus in venatione, excarnificatus fuit. Fuit Woiſilko etiam filius Mendaugi, ſed Monaſticam vitam profeſſus in Monaſterio Vronſcenſi ad Pinſko religioſam vitam ducebat. Hunc proceres Lituani renuentem & cunctantem precibus ſolicitarunt ad gubernacula ſuæ Reipub. & Kiernouiæ inaugurarunt. Occiſus à Leone Duce Ruſſorum Vladimiriæ.* Striccuius fol. 342. Anno 1267. Sarnicius fol. 285. *Et in hoc linea Columnorum finijt. Suintoregus Vtenuſouicius Artaikiaurus ſucceſſit. Ætatis ſuæ 96.* Stric. fol. 344. *Giermanth filius Suintorogi, ab illo Oppidum Geruati erectum. Quanta bella cum Polonis & Cruciferis habuit.* Stricou: fol. 349. *refert. Giliginus filius Giermonti ſucceſſit in M. D. Litu. eius frater Trabus Princeps Samogitiæ 1275 poſt tres annos obijt Gilginus. Romanus ſeu Romuntus Giliginowicz ſucceſſit, qui reliquit filios Narimuntum, Doumantum, Holſam, Gedruſium, & Troidenum. Ex quibus vltimus maxima incommoda bello coronæ induxerat. Diuiſa bona inter illos* fol. 345. Stricouius. *Trabus Giermuntowicz Gubernator M. Duc. Litu. ab eo Traby Oppidum erectum fuit, vide* Stricou. fol. 353. *Narimuntus Romultowicz, cur cum Doumante fratre habet diſcordias.* Stricou: fol. 158. & ſeq. *Troidenus minimus filius Romunthi, hic Duciſſam Maſouiæ Ducis filiam in coniugem habuit, ex qua ſuſceperat Romuntum qui factus religioſus ritus Græci vocatus fuit Laurus. Occiſus Troidenus à Doumante fratre*

fraude

fraude per ruſticos dum ex balneo egrederetur. Doumathus Pſcoviæ & Polociæ Princeps Suir oppidum ſundauit, à quo Swierſcij Duces originem habuerunt. Stric. fol. 364. *Occidit hunc Doumantem Lauras bello cruento commiſſo Et iſte Romunthus ſeu Laurinus perſuaſit Primatibus Lituaniæ, vt virum bellicoſum eligerent, quia ille redire ad Monaſterium ſuum voluit, & Narimuntum qui inſignia virum armatum Ducibus Litu propoſuit, eò fine vt bellatorem Ducem haberent, declarauit. Vitenes Marſchalcus Troidenj, armorum Columna erectus ſucceſſit:* Stricouius 365. Anno 1283. *Hic Poloniam ſæpius vaſtabat & Crucigeros,* Cromer. lib. 11. Miechou. lib. 4. cap. 10. Obijt 1315. *Gediminus filius ſucceſſit, calumniam de illo tollit* Stricou. *rationibus 385. folio. Erat Ruſſorum & Moſchouiæ ſtrages, erexit ciuitatem Troki, nuncupauit hoc nomine, quod plurima onuſtus ibi venatione fuiſſet, vnde à ligatura Troki, dicta eſt eodem cognomine, & Viſnam 399. fol. Filij ipſius erant Montuid, Narimunt, Olgert, Kieiſtut, Lubartus, Iaunuta, Koriatq. Bona illis diuiſa refert* Stricouius fol. 407. & ſeq. *Obijt 1329. ignea ſagitta per dorſum transfixus, (inquit Miechou.) Iaunuta Gedimini filius ſucceſſit,* Stricou. fol. 412. *ſed ipſum Kieiſtutus ſede pepulit, atq; ipſam Olgierdo conceſſit, Iaunuto verò Zaslauiam detulerunt, quæ eſt in Minſcenſi tractu. Et ab hoc linea materna deſcendunt Chlebouicij.* Stricou. ſol 414.

Olgerdus M. D. Litu. 1330. maximus bellator cum Crucigeris, Moſchis, Roxolanis, Polonis. Eius filios ex Vlianna Ducis Vitebſcenſis filia numerat ſex, ex Maria Tuerſcenſis Ducis filia alios ſex, Stricouius refert fol. 461. *Alij autem omnes 12 filios ex vna fuiſſe affirmant conſorte, ſed ille probabiliter deducit dictam à ſe ſententiam. Iagello filius Olgerdi ſucceſſit, Patronus Regni, Apoſtolus Lituaniæ, Pater Poloniæ, Hoſtium vindex, Eccleſiæ promotor, Regni defenſor. Quem poſt tot & tantos Hiſtoricos ſecula omnia poſteris decorem & ſtabilimentum Reipub. perſonabant & enucleabant. Inter Neotericos vitam & Epitaphium Simon Starouolſcius iam nunc Canonicus & Cuſtos Tarnouienſis, luculentiſſime & cum veritatis dulcedine expreſſit, ante ipſum Sarnicius lib. 6 encomia cum prælijs enumerauit, ſed taceant omnes nam ſacra Regum Maieſtas, & poſteritas viua luce ſplendidam refert Iagellonis vocem. Quod inter cæteros Guagninus ita carmine celebrabat.*

Hic gentilis erat Lithuanus de ſtirpe Iagello
Vir bonus, & tantas inter honeſtas opes
Mox eſt cæleſti princeps baptiſmate tinctus
Quem ſubitò eſt Dominum gens imitata ſuum.
Hinc dotale cæpit pulchra cum coniuge Regnum,
Et tribuit Lituanis ſigna Polona ſuis.
Rege ſub hoc memorem ſuſcepit Pruſſia cladem,
Sæpius & rigidus concidit enſe Gethes
Quàm multa in Regno ſtruxit delubra Polono,
Monſtrat gymnaſium ſat puto Croca tuum
Et linquens gnatos ex iuſta coniuge natos,
Lucida fulgentis ſcandit ad aſtra poli.

Skirgailo Olgerdowicz ſucceſſit in M. D. Litu. Iagellonis fratris beneuolentia, ſed ipſum multoties deturbauit Vitoldus, nec potuit habere finem quietum, niſi cederet ſedem Vitoldo 1392. Vitoldus ex quo ceſſit Skirgailo ſucceſſit in M. D. Litu. quem multoties turbauit Suidrigailo, Kiouiam cepit, Tartaros multoties fudit, Moſchos debellauit, Crucigeros vnà cum Iagellone Rege ad internecionem deduxit. Cui tale ſepulchrale inſcribendum Starouolſciis ſuaſit.


Quieſcit Magnus Sarmatarum Bellator Vitoldus Magn. D. Litu Maximus Princeps iuſtitia, aſſacilitate, vigore animi, peritia rei militaris & rebus contra Tartaros, Ruthenos, Moſcos, & Crucigeros tàm Liuonienſes, quàm Pruthenicos fæliciter geſtis, omni æuo memorabilis, & in quo noua Euangelij lux cum nouarum virtutum admirabilibus exemplis illuxit. Hic eſt ille Heros, qui in ſumma barbaria natus, ſumma

ſumma pietate Chriſtianam religionem complexus, pro ea aſſerenda bella cum Barbaris continua geſſit, eiſque glorioſus reliquos quoque hoſtes facile deuicit, & Imperium Polonum ſubactis Prouincijs auxit. Hic eſt qui dogmatibus Chriſtianis imbutus, in omni vita abſtemius, nec niſi aquæ potor fuit, qui in victu & veſtitu ſemper temperans vixit, qui viros fama meritiſque inſignes magna liberalitate fouit, & ſacrorum Myſtas præcipua veneratione coluit, expletis 80. annis in regionem viuorum receptus, Anno ſalutis 1429.

Sudrigailo Boleſlaus Olgierdowicz ſucceſſit. Hic Poloniam bello turbabat, poſt exul à M. D. Litu. Podoliam ademptam recuperabat, Lituaniam inuadebat. Demum Paſtor ouium in Valachia per ſeptennium, Stricouius fol. 585. *Demùm Luckum à Caſimiro tenuit. Sigiſmundus Kieiſtutowicius promotione Iagellonis ſucceſſit,* Stricou. fol. 574. *Hunc occidit Iuanus Dux Vrſa mediante,* Stricou. 589. *Caſimirus Iagellowicz M. D. Litu. ſucceſſit bella cum Moſcouiticis ingentia finiuit. Qui dum Rex Poloniæ electus fuit 1447. Iam à Regno Poloniæ Magnus Ducatus Lituaniæ non receſſit ad alterum gubernatorem. Cuius res geſtas in bellatoribus Sarmatiæ Starouolſcius breuiter ſed clarè recenſuit. Caſimirus Iagellonides Magni parentis, magna progenies, exemplar conſtantiæ, grauitatis, patientiæ, fortitudinis, omniumq; virtutum. Qui Pruſſiam & Pomeraniam per deditionem accepit. Crucigeris fæderum non tenacibus poſt tredecim annorum bellum ſupplicibus pacem conceſſit. Qui cum Hungaris & Bohemis bella acerrima geſſit. Qui Magnum Moſchouiæ Ducem pacem redimere coegit, & Scytham ſæpè repreſſit, Moldanorumq; Palatinum bellicoſiſſimum Stephanum in clientelam accepit, & Magno illi ad profligandos Turcas adiumento fuit, cumq; vixiſſet 64. annis, & effuſæ clementiæ plurima ſubditis exempla reliquiſſet, fatalem horam adeſſe ſentiens Chriſtiano ritu Sacramenta percepit, & quinq; ac quadraginta annis quibus regnauit tot tantaſq; res geſſit, vt immortalem ſibi gloriam compararit.*

POGONIA ſecundò.

DELINEATIO.



EST vir cataphractus equo inſidens, lanceam equeſtrem vibratam in hoſtem dextera ſtringens.

ORIGO.

MAgnus bellator & ſummus triumphator de hoſtibus Dux Maſouiæ, Conradus Gentilitium hoc aſſumpſerat. Nam pacis tempore quæ quidem rara apud ipſum fuerat, vtebatur eleuata equeſtri haſta, tempore verò belli, inclinata & in hoſtem directa, ita *Bielſcius fol.* 173. Ipſius bella referunt Hiſtorici Filcius Caſimirus, Boleslaus, Semouitus, ſed quantum attinet prædicta. Gentilicia, inter ſymbola quidam Marcellus excellens ingenio & Marte, vt conſequi valeat id quod cogitauit & voluit, formauit lilium cui adiunxit lemma. *Tu Marcellus eris.* Quaſi dicat; dum id quod intendis conſequeris.

Ita

Ita victorioſiſsimus Dux Conradus Maſouiæ, qui hoſtes toties deuicerat & bello omnia conſequi intendebat. Pegaſeum & armatum virum cum haſta inclinata in hoſtem & ad pugnam gentilitium aſſumebat, innuendo ſubſcribendum: *Sic victor manebo.* Lego in lib. 2. Impreſſarum Iulij Cæſ. Capaccio, leonem ſedentem à cuius vna parte eſt pomum imperij ſuper crucem diſpoſitam ex lancea & ſceptro, ab altera eſt corona Imperialis ſuper crucem adaptatam ex vexillo bellico & Eccleſiaſtico, deſuper ſcriptum lemma, *Vires accendit inclyta virtus.* Profectò eſt Symbolum virtutis Regiæ, nec minoris excellentiæ, quæ & Ducalem animum, & militiæ Polonæ conuenientiam trophæorũ exprimant & declarent, ſunt hæc ſplendida arma, virtute etenim inclyta fortitudinis accendebat vires. Erat vt Claudianus referebat de animoſo leone.

Vt leo Maſſyli cum lux ſtetit obuia ferri
Tunc iras, tunc arma ciet ſi decidat hoſtis
Ire ſuper ſatis eſt, vitamq; relinquere victo.

POGONIA Tertiò.



DELINEATIO.

EST eques cum vibrata framea ſuper equum, qui nec ſellam nec loram habet, ipſe autem eques eſt ſine habitu. Quibus gentilicijs vtebantur quidam in Ruſsia Duces, quorum filia erat genitrix Illuſtriſsimi Ducis in Oſtrog Conſtantini Conſtantinouicij Baſilij in Baptiſmo Palatini Kiiouienſis, Marſchalci Terræ Volhynienſis Capitanei Vlodimirienſis.

MÆCENAS & HEROES VERVS.

SVNT plurimi Ducum & Principum, qui dum alterius cladem inſpiciunt, lætantur & rident. Non enim conſiderant quod illius quoque res agitur paries cum proximus ardet. Alij autem calamitatem proximi Ducis ſpectantes, iuuare procraſtinant, quo inimici bellum fouetur plerũq; & augetur. Alij omninò adiutorium negligunt & denegant dicendo: *Bella gerant alij.* Aliter hic hæros veruſque Mecenas proceſsit, vt hoſtem vagantem depopulantem igne, ferro vaſtantem conſpexit, qui nocte vt latro non vt bellator fines Regni ingreſſus fuerat, non veſtimenta quæſiuit, non equũ adaptatum bello expectauit, non companiatum numerum pergrandem præſtolatus fuit, non alium contra hoſtem ire præcepit, ſed ipſe ſine ſella, lo-

lis,

ris, veſte, equũm conſcendit, gladio hoſtem inuaſit, repreſsit & ſuſtulit, quo ſibi æternam & veram gloriam comparauit. Optimus namque Princeps ſimilis eſſe videtur Leoni, qui dum hoſtem perſequitur fugientem etiã cauernas illius intrat quovſque deuicerit rebellantem. Quapropter illi adſcriptum manet Italicum prouerbium, *Nel entrar cieco, nel vſcir proteruo.* Hoc eſt in intrando cæcus, in egrediendo proteruus. Talis erat prædictus Princeps hoſtes inuadendo audacter, fortiter, victorioſe. Marchio quidam formauerat ſibi medium fortiter pugnandi. Aquilam quam ſerpens premebat in pectore, & ſubſcripſit: *Semper ardentius.* Qua fecerit intentione taceo, ſed ſi prænominatum Hæroem conſiderauerimus, quam ardenter, prompte, audacter, fideliter hoſtem inuaſerit, dum ſcilicet ita nudus pugnat periculum eſt non dicere, ſemper ardentius pugnauit. Non vnus hoſtis illi ſatis fuerat, perfecit acrem pugnam, vrſam, leonem, draconemque deuicit,

Audaces animos armati nulla ſalutis
Spes: & fors ſtrages alea iacta dabit
Cede hoſtis, palmam queis deſperatio ſpondet
En extrema ſalus armat in interitum.

POGONIA Quartò.



DELINEATIO.

EST manus armata cum ſtricto gladio ex nubibus apparens in cãpo flauo. Super coronam eadem ſunt arma.

ORIGO.

LVdouico Rege regnante conceſſa fuerant aliquot ſtrenuis militibus, de quo ita *Dlugoſſius,* Clenodium huiuſmodi datum fuit Primario Clementi de Claiow, & Ioanni Diacono Canonico Cracouienſi & Nicolao Bielunka & alijs nobilibus Hungaris.

MAGNA MAGNIS DANDA.

NON eſt vniformis omnium fortuna in bello, quapropter non omnibus quoque vna debetur laurea, ſed tamen magnis viris magna conferenda præmia. Sarmatæ quondam in ſcuto duos victores cum diſtrictis

ſtrictis gladijs deferebant, ob declarandam duplicem fortitudinem ex viro ſcilicet & ex muliere. Indigna enim erat marito illa quæ tres hoſtes non occidiſſet, *inquit Stricouius lib.* 4. Dabant igitur magna magnis. Similes enim ſunt viri bello magni materiæ primæ, hæc licet non ſit, nec cælum, nec terra, nec aer, nec aqua, nec vir, nec mulier, nec brutum & nihil eorum quæ mundo ſublunari continentur, eſt tamen hæc omnia, nihil enim eſt ſub cælo, quod illius aliquam in ſe particulam non habeat. Ita licet bellum nihil ſit, & in nihilum vertat omnia, & quo maior miles, eò maiora inſert mala, quia nec pax, nec virtus, nec domus, nec Eccleſia, nec rex, nec ſubditus, nec dominus, nec ſeruus ſine magno milite quietem retinere poteſt. Magnis militibus magna debentur. Habeo in Commentarijs Alciati de Symbolis fol. 59. vbi ſcriptum erat ad Symbolum, *Duo protegit vnus.* Henrico IV. Galliarum Regi adductum erat primum ante omnia ſymbola, duo colligata ſceptra enſe medio inter ea poſito. Erat ergo echo gladij, ad Regnum Galliæ & Nauarræ directum, duo ſcilicet regna vnus gladius protegit. Dum ergo in arma hæc oculos diuerto, Ludouici Regis duo Regna Pol. & Hungar. vnus gladius in forti manu militum ſtrictus, fortiter protegendo, regna eundem in memoriale perpetuum ſibi & poſteris retulit, & in præmium honoris ſuſcepit, vnde bellatori dogma.

Si tibi vis quando deſit generoſa leonis
Vulpinam pellem te decet aſſuere.
Si tibi per pinnas ſummumque negabitur ire,
Furtim per terras repere te decet. Hic
Aſtum vel vires alio quis in hoſte requirat
Cui ſolus finis vincat vt, eſſe ſolet?
Quis vitio vertat belli pulcherrima furta?
Vim ſolam poſcat, conſilium reprobet.
An ſine cede virum, magna victoria parta,
Aut certa generet turpia probra Daci?
Norma Ducum & Regum fertur iactaſſe Philippus
Vſum ſe in pugnis ſæpius arte doli.

LINEA POGONIORVM.

KLaiowſcij *de Klaiow, quibus hæc arma collata fuerunt. Clemens & Ioannes Canonicus Cracou. vt* Dlugoſsius *adnotauit, habuerunt excelſos Marte togaq́, viros.*

Bielunka *Nicolaus Hungarus, qui cum alijs eadem accepit arma in nobile ſignum.*

Sadouij, *deſcendunt ex his. Erat ex illis Palatinus Sendomirienſis* 1361. *vt patet in Priuilegiis Monaſterij Andreiouienſis.*

Wandzanouij *in Palatinatu Cracouienſi, ſed aliqui horum fortunam ſuam ciuili non prætulerunt.*

Vieyſcij *in Cracouienſi Palatinatu.*

Replinſcij, *in M. D. Litu. in Volcomienſi. Vt dementia eſt ad bonum & honeſtum trahi, ita pietatis & ſapientiæ, ſequi generoſæ naturæ indolem. Quo hi gaudent.*

Hunorowſcij *in Maiori Pol. Stanislaus qui in Sroda Canonicos duos fundauit, quorum ius Patronatus à poſteris exequitur. Quos & Kamienienios, quia plus in Ciuitate & ſua lapidea, quàm in villis manſerunt, appellauerat vulgus. At forte honos eorum demiſſius vehitur.*

POGONIA quintò.



DELINEATIO.

EST manus dextra loricata, frameam aut ſimiteram euaginatam portans, in campo rubeo. In vertice ſtemmatis galea militaris aperta, cum aurea deſuper corona, ex qua miles armatus cum ſimitera in manu dextra euaginata, cognomen huius ſtemmatis Pogonia.

ORIGO.

STephanus Bathorius Sereniſsimus Rex Anno 1581. Regni ſui 6. contulit hæc arma, quæ in Priuilegio dato in Caſtris ad Pleſcouiam Pogonia nominauit. Data autem fuerunt Stephanouicio Chriſtophoro Notario Theſauri Regis, pro maximis meritis & ſtrenue geſtis ad Polocciã, Pleſcouiam, Vielicolucum, ex Illuſtriſſ. Ducis Supremi Exercituum Regni Ioannis Zamoiſcij commendatione, quem & cognomine Pleſkowski, ipſa Regia Maieſtas in Priuilegio appellare voluit, maneat quemq; fortem ſuus & perennis honos.

VIDE & CREDE.

NON immeritò manus oculatas aliqui finxerunt; docuerunt enim tali Emblemate, neruos & artus ſapientiæ eſſe, *Non temere credere.* Nam qui cito credit leuis eſt corde, qua declamatione antiqui docebant, vnam aurem porrigere accuſanti, alteram accuſato; vnam delatori, alteram delato. Perpulchrè Plato reliquit.

Quum à piſtore panem petimus, vinum ex ænopolio.
Si æs habemus dant mercem, eadem nos diſciplina vtimur,
Semper oculatæ noſtræ ſunt manus, credunt quod vident.

Equidem


Equidem̃ in arm̃a prædicta dum flecto animum, & armatam manum, fra-ſramcam & virum conſidero: extemplo quod video credo. Fortem fuiſſe in bello, audacem in prælio, mirandum in periculo, dextrum in hoſtium ſpolio. Cuidam excellentis ſtaturæ viro & quaſi alteri giganti erecta fuerat ſtatua, cui inſcriptum erat: *Sed cerebrum non habet.* Res nefanda & plena ignominiæ, eſſe natum quaſi ad fortitudinem, & non eſſe aptum ſed ineptū. Alludebat Alciatus ad arborem.

Pulchra coma eſt pulchro digeſtæq; ordine frondes,
Sed fructus nullos hæc pulchra coma gerit.

Mehercule, tantorum armorum promeritor & Patronus plurimum inge-nij & Martis cerebri deglutierat, dum ſplendentem virum & decore fulgen-tem dextram in præmium gentilicium & memoriale æui ſempiternum obti-nuit, ſemper honos nomenq́ue eius manebunt. Ergò celeberrima nobili-tas, ſi quæ adhuc de his armis ſupereſt, tanti parentis contemplando virtu-tem, ſumite è fortitudine vires, atque ſi non parem, vel in parte æquiualen-tem deſerte Familiæ & Patriæ amorem, fortitudinem, honorem.

P O K O R A.

DELINEATIO.



EST ſolea equi, vncis inferne poſita, per tranſuerſum habet clauem intra quam ap-paret crux, in campo ceruleo pingitur, ſuper co-ronam ſunt pennæ Strutij.

ORIGO.

ANtiqua ſunt arma in Regno, & quia appa-ret clauis quaſi à foribus Eccleſiæ, credi-derim quod ob pænitentiam humilem pro quodam delicto, à ſummo Pontifice addita fuerit, vel ab Epiſcopo in Regno. Quapropter Pokora hoc eſt Humiliatio vocata fuerunt.

POTENTIA VIRTVTIS.

NEmo virtutis potentiam ſatis explicabit, nam ſi tot Philoſophi, qui re-rum naturas & proprietates ſublunarium copioſis deſcripſerunt li-bris, illius potentiam non deſcripſerunt, ſi Doctores ſacri altiſsimis medijs eandem vix explicare potuerunt, cui igitur explicandam potentiam ipſius relinquemus? Plato de Repub. ita eam inſinuauerat: *Virtus eſt ſani-tas, prauitas eſt morbus.* Ariſtotel. 1. Polit. de illa dixit; *Virtus & malitia de-*

terminant nobiles & ignobiles, ſeruos & liberos. Seneca Epiſt. 61. hæc de illa; *Bonum & optabile eſt, quicquid ex virtutis geritur imperio.* Cicer de Legib. 2, *Virtus* (inquit) *nil aliud eſt, quam in ſe perfecta & ad ſummum perducta natura.* D. Auguſt. lib. 22. de Ciuit. Dei cap. 30. *Virtutis præmium eſt ipſe Deus*, Adducere licet ad declarandum propoſitum Simonis Colinæi Politi & literis optime inſtructi & ornati inuentum, qui vt declararet immortalitatem literarum, Saturnum falce omnia metentem depinxit addito verſiculo Symboli anima. *Virtus ſola aciem retundit iſtam.* Relinquo inuentum, lemma ſuſcipio. Ea quæ digna ſunt falce Saturni, Martis lancea, Bellonæ ira, Mineruæ excandeſcentia, Iouis iudicio, ſola virtute retunduntur. Quapropter apertè Seneca docuit: *Nulla poſſeſſio, nulla vis auri & argenti, pluris quàm virtus æſtimanda eſt.* Tempori adſcribere audent, *Duriſſima ſcindit.* Quid enim tempus diuturnitate ſua non emolliat.? quid non tentet & faciat? tandem durisſima tempus ſcindit & proſcindit. Eſt etiam virtus circa difficilia, vt inquit *Ariſtotel.* quapropter ad virtutem tanquam ad aſyllum omnibus confugiendum eſt, vt aduerſarij marceſcant. Illa etenim durisſima ſcindet. Quocirca inſpicienti hæc arma, dum ſoleas ſine cruce conſpicio, durisſimũ quid contemplor, ſed dum clauem cruce inſignitam habeo, iam parentem horum armorum durisſima ſcidiſſe, quadam ſuæ humilitatis virtute coniector. Docet namque quod ſuperbia ceciderit, humilitate exurrexerit, vnde Poeta.

Alta cadunt vitiis, virtutibus infima ſurgunt,
Hec te mons ſterilis, vallis amæna monent.

LINEA POKORORVM.

D*Obieslaus* Pokora, Paproc. in Secundo Opere *inquit. Quod à Paganis Lublini quoddam Monaſterium defendit. De illius prædeceſſoribus plurima quoq́ dicit ſe in Priuilegiis diuerſis vidiſſe.*

Lichtanſcij *in Ruſſia, milites eximij, & vſq́ in prouectam ætatem Caſtris dediti in Tremboulienſi diſtrictu aliquos notabant Hiſtorici, contra hoſtiles incurſus expeditos equites.*

POŁOTA.

P O Ł O T A.



DELINEATIO.

EST manus nuda ſagitta transfixa, ardentem facem comprehendens in campo rubeo, Super coronam turris biculminea, ex qua aliqui ponunt vexillum ab vna parte eductum & explicatum, ab altera coronam viridem, ſed in priuilegio, non legitur.

ORIGO.

VArſauiæ Anno 1580. à Sereniſſ. Rege Stephano, Valentino Vąſowic Iacobi Vąs Ciuis, & Ahenarij Leopolienſis conceſſa ſunt. Nam arcem Polocenſem loco & arte egregiæ munitam validisq; præſidijs firmatam, ac ingenti belli apparatu, rebusq; omnibus arcendæ oppugnationi neceſſarijs inſtructam, ille contempto potentiſsimo mortis periculo, in tot tormentorum fulminibus, ſagittis inſtar grandinis emiſſorum, turrim biculmineam multoties transfixus inflammauit, eoque arcem conſumpſit, & obſides in deditionem compulit. Quapropter arma hæc illi Sereniſſ. Rex tanquam veram ipſius virtutis imaginem, tunc primum in Regno, ipſius virtute partam & quæſitam, dedit & conceſſit, illi quoq; cognomen ab arce Polocenſi & à flumine Polota, quem transierat cum igne in aheneo vaſe & face accenſa Polotinſki; adſcripſit & attribuit.


CORONATVS LABOR.

VT ſpecioſam virtutem concomitatur honos, ita honeſtum laborem, corona & præmium iure meritò ſequitur, ſed fortè quærere contendes qualis nam coronetur labor? In Commentarijs Alciati luculenti Symbolo id edocetur à Chriſtophoro Plantini. Expoſuit ille circulum in ſeipſum circumactum cum erudita hac Gnome: *Labore & conſtantia.* Mehercule talis labor ex virtute procedens dum conſtantia in finem deducitur, coronatur. Vnde Sacra ſcriptura, perſeueranti vſque in finem coronam in præmium promiſit, ſed pace tanti viri coronatum laborem ego aliunde depromam. Circulo, quo exprimitur conſtans labor, addam tale lemma: *Labore & conſcientia.* Ille etenim labor meretur coronam, quem conſcientia nec aggrauat, nec accuſat, nec condemnat. Quapropter monebat D.

Gregorius ſuper Ezechielem Hom: 9. *In omni quod dicitur ſemper tacite recurrere debemus ad mentem, & interiorem teſtem & iudicem requirere.* Quid enim prodeſt ſi omnes laudent, & conſcientia accuſat? Aut poterit obeſſe ſi omnes derogent, & ſola conſcientia defendat? Quapropter ad ſertum ex albis lilijs contextum adſcripſit quidam: *Caſta placent ſuperis.* Et ſi caſta illis placent, dicito quantò illis conſcientia caſta placebit? Concludit hoc D. Ambroſ. dicens: *Duo ſunt tibi neceſſaria, conſcientia & fama, conſcientia propter te, fama propter proximum.* Quaſi diceret, Deo conſcientia placebis, proximo autem optima fama. Dum arma prædicta contemplor, conſidero laborem, conſpicio conſtantiam, ſed præcelluit in illo conſciẽtia, non enim aliter Dei adiutorium & virorum illuſtrium fauor obtinetur. Conſcientia enim vt *Cicero* etiam docuit, eſt maxima conſolatio rerum incommodarum. Placuit mihi Impreſa Ducis de Nocera. Erexerat ſibi palmam, ex cuius ramis procedebant ſagittæ feruentes, ceruum qui ſub vmbra illius latitabat, qui Ditamnum ore tenebat, cui adſcripſit: *Hinc vulnus ſalus & vmbra.* Profectò bona conſcientia eſt animæ ſalus & vmbra. Adiuuit hic miles eximius laborem ſuum conſcientia, vnde tot tantiſque iaculis ad turrim altam ſauciatus, retulit vulneris ſui corporalis, ignobilitatis, & egeſtatis, ſalutem & vmbram à Sereniſsimo Rege conſentiente Senatu.

Połotinſki *Valentinus reliquerat filium Stephanum, hic excellens miles & Roth magiſter, cum Regina Abſolomowna ſed dubito quod familia ſit ſuperſtes.*

POMIAN.



DELINEATIO.

EST caput nigrum Zubronis ſeu Vri, gladium nudum ad dextrum cornu appenſum, per leuam partem deductum retinet in campo ceruleo. Super coronam eſt armata ſeu loricata manus extenſa cum gladio vibrato.

ORIGO.

D*Lugoſſus* de armis Pomian ſcribendo dicit, Originem Pomianij pro inſigni habent caput Zubronis nigrum cum gladio, in ſignum Genologiæ confuſionis, circulo in naribus dependente ſibi ablato.

Erat

Erat enim Clenodium vnum cum Clenodio principali Vieniaua, quod ex Baronibus ſigniſerum Morauiæ ortum ducens in familiam numeroſam creuit, ſed cum Laſthek Chebda de Grabie germanum fratrem Zarandum Decanum Gneſnenſem in villa Lubania zelo inuidiæ & ambitionis Tyrannicè occidiſſet, per iudicium Vladislai Regis Secundi in quærela deduxit, diuortium inter illos factum eſt, & vna parte qua ſe Vieniawa ſeu Perſtenen vocant in ſuo originali clipeo remanente, alteri circulus ademptus & gladius in ſignum Tyrannidis datus eſt. Hæc ille: Vocata ergò ſunt *Pomian* quaſi *Pomni man*, hoc eſt memento mutationis armorum.

SPECIOSA INITIA, ſed DESIDERATVS FINIS.

Diuerſam pariunt fælicitatem proſpera mundi fluxa & mutationi obnoxia, & proſpera quæ perennitati per fidem Chriſti conſecrata manent. Illa etenim vt aduerſa rapiuntur fortuna, ita fundare illa atq; ſolicitari de illis, vanum & vituperabile eſt. Iſta verò, vt nulla res fortuna actus eripit, ita de illis cogitare, præmeditari, inſudare opere pretium eſt, vnde de illis Seneca Epiſt. 99. dicebat: *Calamitoſus eſt animus futuri anxius, & ante miſerias miſer qui ſollicitus eſt, vt ea quibus delectatur ad extremum vſq; permaneant.* De iſtis verò gloriabatur D. Paulus. *Bonum certamen certaui, curſum conſumaui, fidem ſeruaui, de reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi dominus iuſtus iudex.* Et admonebat D. Petrus, *Satagite vt per bona opera veſtra certam electionem & vocationem faciatis.* Habent hæc ſpecioſa initia, ſed & deſideratum finem. Accidit quidem quod initia mala optimum finem habeant, nam & ſcorpio qui viuens lædit, morte medetur. Accidit quod initia bona, malum finem ſortiantur, nam dicitur in Euangelio ad Patremfamilias: *Domine, nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo, vnde ergò Zizania?* ſed plerunque euenit, vt ſpecioſa initia deſideratus conſequatur finis, vituperabilia verò, exitioſa terminet calamitas. Dicente Chriſto, *Non poteſt arbor bona malos fructus facere.* Dum initia conſidero & progreſſum primum prædictorum armorum, profectò ſpecioſa initia, nam eadem erant quæ modo ſunt Wieniawa. Accidit quidem mutatio, ſed tamen ſubſecutus eſt deſideratus finis, & rediјt pulchritudo initij ad finem & pulchritudinem finis. Refert Iul. Cæſ. Capaccio libro 2. Impreſſarum, quod Carolus de Aquino Conte de Martorano antiquiſsimam, & perilluſtrem Familiam ſuam maiorumque merita dum præcogitaſſet, lumini ſcripto colore ſtatuis exponere adſcripſit: *Merſus & emergam.* Profectò merſus erat ille ob cædem fratris, ſed ita eſt emerſus, vt nunquam poterit mergi. Non enim fortunæ innituntur Pomianij vt veteres pagani, qui dicebant: *Fortuna virtutem ſuperat, ſed innituntur virtuti, quæ omnem ſuperat fortunam.* Quapropter factus eſt eis dominus adiutor, vt ſpecioſa armorum Pomian & Wieniawa principia & adornarent & ſuperarent. His namque

reuolu-

reuolutionibus annorum vidimus & videmus Pomianios Archiepiſcopos, Principes, & Primates Regni, Epiſcopos Plocenſes, Luceorienſes, Chyouienſes, Cuiauienſes, Præmislienſes, &c. Quid de Senatoribus, Præfectis, Iudicibus, alijſque in dignitate ſumma poſitis referam? Impleuerunt Caſtra ſago, Senatum toga, Eccleſias Cathedrales Tyara & honore. Ericus 14. Sueuiæ Sueciæ & Vandalorum Rex (*inquit Typotius in Symbolis*) erexerat pictorum opere manum è nubibus quæ ſceptrum regale deferrebat, erat ſubſcriptum lemma: *Deus dat cui vult*. Tantum honorem contulit illis Deus quia voluit, & quia benedictio parentum ſuper eos deſcendit, & quia virtus ipſa ſibi eſt pulcherrima merces.

LIBERTATIS AMATOR & TVTOR.

AVrea libertate quid præſtantiùs? exiſtimo nihil. Nam ea quoque nobiſcum in cælis regnat. *Eratis ſerui, nunc autem liberi facti.* Sed ſunt aliqui amatores libertatis ſuæ, non alterius: aliqui ſunt amatores, ſed non tutores, cum tamen liberis eſt communis libertas amanda & tuenda, nec alia in virtutem aſtruitur libertas, quàm vniuerſalis. Quod perpulchrè D. Bernard. de libero arbitrio oſtendit: *Prima libertas eſt naturæ, ſecunda gratiæ, tertia gloriæ. Prima habet multum honoris, ſecunda plurimum virtutis, tertia cumulum iucunditatis.* Eſt libertas naturæ, quæ habet plurimum honoris, libertas eſſe non vnius, ſed communitatis dicitur. Quæ nam erit virtus libertatem propriam amare & tueri? Habent hoc & bruta. Nam bobus Neuricis, *vt Ælianus ex Ariſtotele lib. 5. de Animal. cap. 7.* refert, non data ſunt cornua in capite, ſed in dorſo & non rectè feriunt ſed obliquè, quia enim ſolam libertatem tuentur propriam cornuta animalia, vbicunque cornua excreſcant, illis ſufficit. Tueri autem non tàm propriam quàm communem libertatem, eſt hominis vt homo eſt, cui facultas procedens à ratione & voluntate, hoc eſt liberum arbitrium ineſt, cuius bonum communitatis præferre particulari bono proprium eſt. Dum Gentilicia præſentia intueor, libertatis amatoria pronunciabo, Vrus namque ſeu Zubro, eſt omninò captiuitatis impatiens, vnde vel nunquam, vel difficulter capitur. Imò ſi eò inciderit; vnde deſperet poſſe euadere, ſemetipſum præ ira ſuffocat, vſque adeò ſe genitum ad libertatem putat, nihilque eſſe optabilius ea præſentiat. *Pier. Valer. lib.* 11. *Hierog. cap.* 50. Profectò Pomianij erant ſingulariter amantes & tuentes libertatem Patriæ & Regni, libertatem boni & honeſti, in Eccleſia & Repub. Cogita Vloſtiborium Archiep. Gneſnenſem, memorare Lubinſcium Primum Principem, Primatemque Regni cum ſuis Coepiſcopis. Perſpice Iaruntouios, Socolouios, Koluccios, Puklateccios, alioſque præſtantes & immortali laude celebrandos, Patriæ & Reipub. amatores & tutores, omnes hi & cæteri, libertatis quoque erant tutores & amatores. Vnicum adferre in medium volo de boue Suſidarium, quandoquidem &

dem & Vrus, bos germanicus eſſe dicatur. Suſis quotidie centum cados in hortos ſicciores aquæ bobus Regi extrahunt, quod ſi plus extrahere aliquis voluerit ita reſiſtunt, vt nec blanditijs, nec verberibus induci poſsint. *Ælianus lib. 7. cap. 1.* Tales ſunt in munere libertatis Pomianij, nil vltrà equum & iuſtum, nil contra honeſtum & vtile Patriæ, nil deuium legi & libertati, etiam dono, prece, promiſſo adacti cogitarunt, voluerunt, fecerunt. Memoria enim Tiberij Cæſaris dicta ſæpè ruminarunt, qui vt Corn. Tacit. refert dicere ſolebat egrediendo è Curia Græcis verbis: *O homines ad ſeruitutem paratos.* Admonebat eos, qui libertatem publicam nolebant, repudiabant. Eam igitur Pomianij libertatem deſiderant, quæ vera, propria, & non Methaphorica nec illicita eſt. Illam promouent libertatem & tuentur, de qua Cicero in Paradoxis. *Quid eſt* (inquit) *libertas?* Poteſtas viuendi vt velis. Quis igitur viuit vt vult? qui recta ſequitur, qui gaudet officio, cui viuendi via conſiderata ac prouiſa eſt, qui legibus non propter metum paret, ſed eas ſequitur atque colit. Illam libertatem promouent, de qua *Horat. lib. 2. ſerm. Satyr. 7.*

Quis nam igitur liber? ſapiens ſibiq́ imperioſus,
Quem neq́ pauperies, nec mors, nec vincula terrent
Reſponſare cupidinibus, contemnere honores
Fortis.

Talem libertatem promouent, quæ non libertatis fumus & anarchiæ flamma ſit, ſed quæ ſinceram libertatem legibus & iuramento firmatam ſapiunt, odorant, referunt. Pereat (*inquiunt*) libertas illa. *Nam*

Quid iuuat abruptis in libertate morari
Vinclis, ſi maneant & tibi colla premant?

SVMMI PROTECTORES PATRIÆ & REGNI.

Vana quidem eſt ſalus & protectio hominis ſine Deo, qui araneam tellam in murum facilè erigit: ſed ſi protectio hominis Dei ipſius protectione roboratur, iam hominis protectio ſumma nedum eſt, ſed quam nec Vliſſes cum Hercule, nec Romanorum Duces cum vniuerſa multitudine aliorum militarium & potentum Dynaſtarum præſtare potuerunt. Rex auium Aquila ſenio confectus, dicunt Naturaliſtæ, quod ipſo rore vitam conſeruet. Quapropter venerandam ætatem dum aliqui exprimebant, Aquilam ore hiante ad ſolis ortum ſtatuebant, ſubſcribebantque: *Diuino numine paſcor.* Enimuerò ſi viri timentis Deum protectio in aliquem ponitur ex protectione à Deo, ille dum numine diuino paſcitur & fortificatur, protectio illius ſumma eſt. Non ingraueſco tantum lemma Pomianijs adſcribere: *Paſcuntur diuino numine.* Nam ſi cornua Vri Philippus Rex Macedonum ad pedem montis iaculis confoſsi, quæ erant ſedecim palmarum Herculis religioni obtulit, vt refert *Thaumatographia Naturalis cuiuſdam in*

Biſonte & Boſano. Iam Pomianios qui talis animalis capite inſigniuntur, paſci quodam numine non difformc rationi aſſerere licebit, ſed eò plurimùm paſci illos diuino numine dicam, quum innumeros excellenti virtute vitam ornare, præſtanti pietate dies enumerare, religionis promotione plurimum clareſcere, dignitate ſacerdotali peramœniter floreſcere; conſidero & conſpicio; verè etenim iſti diuino paſcuntur numine. Quapropter protectio Patriæ & Regni illis ſummè conuenit. Hinc de Vloſtiborio Archiep. Gneſnenſi Clemens Ianicius reliquit:

Vloſtibori quid agis? cur ſic tibi vita modeſta eſt?
Dignus es, & ſacras paſcere ſpernis oues?

Quid referam de Illuſtriſsimo & Reuerendiſsimo D. D. Archiep. Gneſnenſi, Primo Principe & Primate Regni Lubienſcio, cui ſicut inter omnes Senatores Regni prima Senatoria conuenit, ita quoq; Regni, Patriæ, & Reipub. protectio, ſummus eſt illius protector, quia ob ſinceritatem, vitam non tumidam & ſacram, protectio Dei ſuprà ipſum eſt. Viue diu & fœlix Senatorum ampliſsime & potentiſsime. *Et vincas ſignis impia caſtra tuas.*

LINEA FAMILIÆ POMIAN.

L*Aſlbek Chebda de Grabie, cui talia arma data in memoriam fratricidij fuerant, Vladislao II. regnante Dlugoſſus ſub Gentiliciis Pomian. Erat Iaranda occiſus frater, & Decanus Gneſnenſis. Vloſtiborius Archiep. Gneſnenſis, qui poſt Martinum armorum Bodula ſepultum Bononiæ ſucceſſerat* 1279. *De hoc* Ianicius *in Cathalogo, &* Bielſc. fol. 191. *referunt. Præcipuè tamen tacite loquendo Ianicius, aliquod conſiderationi dignum, quod Hiſtorici tacuerunt. Non enim ſucceſſorem habuit ob mortem, ſed ob depoſitionem officij Quod ne aduerſe intelligi poſſit, ita loquitur.*

Nicoleos cauſa eſt fueratque cauſa Philippo,
Gaudeo facta animi quod rata vota tui.

Iarandouij, *ſiue Iaruntouij de Brudzow, multis honoribus, quia & meritis id aſſecuti fuerant, cohoneſtati. Iarandam Decanum Gneſnenſem, quem Sigiſm. Rex eiectis vi Saxonibus & Pomeranis præſidiariis de Znena Oppido dicto præfecerat.* Cromer. lib. 14. ad Annum 1384. *Alterum Iaranda de Brudzewo referunt Priuilegia Regni, Palatinum Inouloclauienſem. Anno* 1436. *Petrus Iaranda de Brudzewo Succamerar. Caliſienſis* 1451. *Ioannes Caſtellanus Caliſienſis* 1505. *& plurimi alij de Brudzewo in diuerſis Regni Priuilegiis reperiuntur. Quorum officia & miniſteria cruenta ante fuiſſe nemini dubium, cum nedum literatis, ſed etiam benè meritis in caſtris eiuſmodi dignitates ab antiquo collata fuerint, ſed dato quod incruenta fuerint, qui tamen ad ſtudia mentem reuocauit & conuertit, quia plurimos in amicitiam attrahit, affluitq́; ad eum omnis optimus, facilè etiam à Regibus in numerum ſtipendiariorum & Senatorum veniunt & vocantur. Iarund poſterioribus*

tempo-

temporibus Palat. Lencicienſis. Qui vt ex maioribus erat optimus ciuis Patriæ, ita propriis virtutibus vtilis Reipub. Nunquam enim inutilis eſt opera ciuis boni, auditus eius viſuq́, vultu, nutu, obſtinatione tacita, inceſſuq́; ipſo Patriæ, & omnibus prodeſt, Seneca de tranquillitate vitæ docuit. Reliquit cum Eliſabeth de Gulczewo armorum Prawdżic duas filias, vnam Soboccij Caſtell. Goſtinenſis coniugem, ex qua progenita Heduigis Comitis de Gorka Palatini Poſnanienſis conſors, alteram Ianuſij Latalſki Comitis de Labiſsino coniugem. Ieranda de Brudzewo Palat. Inculoclauienſis, vnà cum Sedziuogio Oſtrorog Palatino Poſnanienſi & Generali Maioris Poloniæ, & cum Dobrogoſto de Samotulij Caſtell. Poſnanienſi armorum Nalecz, dum certificati fuerunt, quod duæ coronæ à Sigiſmundo Imperatore Vitoldo & Iuliannæ Duciſſæ M. D. Litu. breui debebant mitti, cuſtodiam vt interciperent, ſicut iam Legati Cæſaris cum literis à Ioanne Czarnkowſki Succamerar. Poſnanienſi interceptæ ob bonum Reipub. fuerant. Bielſc. ſub Anno 1430.

Chebdij, *ab origine armorum cognomen deducitur, Ioannes Chebdi de Niewieſs, Apoſtolicæ ſedis Romanæ Archidiaconus, Vladislauienſis Decanus, Gneſnenſis & Cracouienſis Canonicus, occiſus à fratre Vienauio* 1400. *Nicolaus Palat. & Capitaneus Syradień. Venceslao Bohemo regnante.*

Niewieſij, *antiqua Familia in Niewieſs, ad quorum differentiam Chebdij de Niewieſs.*

Lubienſcij *de Lubnia, ab Chebdiis & Niewieſijs deſcendunt. Nam à Nepote Nicolai Palatini & Capitanei Syradienſis, etiam Nicolao coemptæ ſunt in Syradienſi territorio complures poſſeſſiones inter quas vtraq́; Lubna acquiſita fuit. Et ab his poſſeſſionibus poſteritas Nicolai Hebda de Niewieſs, diuerſas accepit denominationes, ſicut alicui diuiſione bonorum ceſſerant. Tam antiquam familiam claram & optimè merentem Patriæ, & Reip. & Senatui totoq́; pectore arte, labore & Marte inſudantem, ordine longo delineare minime conuenit. Dicunt enim hoc Acta, diſpoſitiones, Cathalogi Regni militum, Rothmagiſtrorum, Priuilegiorum, merita & honorem illorum recenſentes ſatis copioſiſſimè. Sufficiat mihi propriis meritis adauctam virtutem præmiis antiquorum per exiſtentes nunc, eorumq́; paulò ante viuentes maiores, connumerare. Andreas de Lubnia Theſaurarius Regni, qui ſubſcripſit Priuilegium Pruthenicum 1436. vir magni ingenij, & in Reipub. negotiis efficioſiſſimus, & ſtrenuus rerum moderator. Lubinſki Proauus Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi D. D. Mathiæ Lubienſki Archiep. Gneſnenſis, Primatis & Primi Principis Regni, in prælio ad Choyniciam infauſto cum Sereniſſimo Rege Poloniæ Caſimiro III. fortiter pugnando contra Cruciferos in ſummum diſcrimen vitæ deuenerat. Non enim optimus Patriæ ciuis, & inuictus miles plus defert vitæ, quam incommodo & periculo, vita enim quam hic viuit breuis, quã autem viuere debet, æterna eſt. Perennitati igitur gloriæ & decori Familiæ Lubienſcius ſtuduit, dum in caſu tàm arduo periculum audacter ſubijt. Cui ſit in Epitaphij locũ.*

Exſpectas faciam forſan tibi verba viator.
Non faciam: faciet ſed mea tumba tamen.
Pomian Lubienius iacet hâc tumulatus in vrna,
Gloria nobilium lauſq́ue decuſq́ue Ducum.

Suentoslaus Lubienſki, ex hac vetuſta ſtirpe natus, pietate & virtutum corona inſignis cum Barbara de Zapolice, Matthiæ de Buzenin Pſtrokonſki Epiſcopi Vladislauienſis & Pomeraniæ, Regni Supremi Cancellarij ſorore conſobrina, genere, opibus, probitate, cum pruden-

tia excellentiſſima Matrona ampliſſimæ benedictionis diuinæ, & perfectius dicendo, ſingularis prouidentiæ cæleſtis, filios & filiam habuit.

Matthias Lubienſki Archiepiſcop. Gneſnen. primus Princeps Primasq́ Regni.

Hic primæuam iuuentutem decore floreſcentem patriis in gazis, eo fructuum deduxit in vſum, vt omnes Eccleſiæ Sereniſſimi Regni, totusq́ Senatus, Populusq́ Polonus, ordinem, vitam & decus ab eo decerpant, ſuſpiciantur, & expectent. Ad eum me hercule terminum deueniunt illi, quibus honor diuinus præcipuum in operibus, & bonum commune primum in meritis eſt Philippo Macedonum annuente. Ille enim vt fama eſt, non tam de copiarum & auxiliorum viribus gloriari voluit, quod quaſi particulare & proprium fuit, quàm de prudentia & ſucceſſu, quem in conciliandis hominibus habuiſſet, quod commune erat. Verùm Matthiæ Lubienſcij pietatem, honorem Dei & cultum, vtilitatem communem conſiderando, ſuperat his plurimum, ſicut titulo & honore ſuperauit omnes. Scit enim ita pietatem colere, vt illam religioni non anteferat: cum & pietatis gradus ſit fides, & pietas vera ſit Dei verus cultus. Quo & pius eſt in Deum, & pius in proximum, & nulli vult eſſe niſi pius. Hinc in eo morum grauitas poſuit domicilium: prudentia & dexteritas in rebus agendis ſignaturam: religionis obſeruantia condignum ſacrarium. Non enim faſtus, inuidia, iurgium, duplicitas, ſimulatio, aliaq́ vitæ probatæ nociua & detrimenta in illo reclinatoria inueniunt: ſed virtus, bonitas, iuſtitia, veritas, ſua tentoria firmarunt & radicarunt. Vt illius

Queîſcunque laudes perſequeris modis,
Queîſcunque laudes obtenebres notis,
Virent, vigent, namq́ue alma neſcit,
Exitium capulare virtus.

Decorum & ſummè perpulchrum fuerat Conſtantino Magno, nedum ſcire ex virtute præeſſe, ſed etiam prodeſſe: neq́ nouit aliter Illuſtriſſimus Lubienſcius cito labentes temporum dies finire, niſi omnibus prodeſſet. Teſtatur idipſum Miechouienſis Conuentus, quem Abbas digniſſimus propriis expenſis magnificum reddidit & reſtaurauit. Teſtatur Eccleſia Vanckouienſis, quam eò quòd in ipſa à ſacro fontis baptiſmate leuatus fuerat, ex muro fieri fecit, & Cuſtodibus S. Sepulchri procurandam & curandam contribuit. Teſtatur Chelminenſis Epiſcopatus, quem ceu Paſtor fidelis omni ſolertia, exemplo, profectu adminiſtrauit. Teſtatur Cathedra Poſnanienſis, ad quam gubernandam translatus, liberali affectum declaratione, paterna confouit benignitate. Non ideò, vt memoriæ veſtigia ſignificaret, ſed vt legitimi Paſtoris atq́ vigilantis officio non deeſſet, nec mereri optimè Eccleſiæ & conſcientiæ negligeret. Teſtatur & Epiſcopatus Vladislauienſis & Pomeſaniæ, in quo non ea quæ ſua ſunt, quàm quæ Ieſu Chriſti quæſiuit & deſiderauit. In eo namq́ quod principale atq́ ſingulariſſimum Paſtoris veri eſt, cultum diuinum munificentiſſimè promouit. Fundauit perpetuum Pſalterium, Sacrificia incruenta fieri in copia ſolenniori curauit & prouidit, Votiuas cantatas æternis inſcriptionibus ordinauit, & quod laudabile & prædicandum eſt, omnes Cathedræ ſuæ Presbyteros vigilia orationum, ſimplicitate exempli, religionis amore antecelluit, & omnibus præiuit.

Felix cui talis ceſſit traiectio ſecli,
Mille neces veniant, funera nulla timet.

Vt verò Vladislai IV. Gratia, & SS. D. N. Vrbani VIII. benedictione & conſenſu, ad Archiepiſcopatum Gneſnenſem primum Principem Regni & Primatem perpetuũ aſcendit, vt Aquila renouans plumas ad volatum, ita ille ad munia Eccleſiaſtica & officia ſpiritualia obeunda, quo feruentior athleta Domini euaderet, gratioſius refloruit. Videbant illum in Comitijs Generalibus Regni, tot Senatorum & Equeſtrium Nobilium caterua circumſeptum, & ille ſedatum animum, & grauitate generoſum, vultu religioſo diſerebat. Conſiderabant tanta inſignia Principis numeroſo ſeruorum & amicorum concurſu venerata, ſed quem illa præbant & deſignabant, ipſo ſpiritus feruore & conſcientiæ puritate lætabatur & gaudebat. Laudabant alij videntes euntem faſtum ſæculi ſplendidum & copioſum ante & retro ſub-

ſeruien-

ſtruientem populum, at ille in ſinceritate cordis, creatorem ipſum venerabatur & Dominū. Inde iam ſpectatoribus colligere liceat, quantus erit Archiepiſcopus ſuæ ſponſæ, quàm vigilantiſſimus paſtor. Poſt emerita virtutum merita, poſt exantlatos ex ardentiſſimo diuini Numinis zelo, natos conatus, iterum cœlo diis'q; fauentibus, & ipſe refloreſcet, & ſponſam ſuam refloreſcere faciet. Ille Eccleſiaſticam dignitatem Hæreticarum ſuperſtitionum erroribus laceſſitam ſplendenti reſtituet ſplendori. Ille oues curæ ſuæ commiſſas, errantes ad tutum Eccleſiæ ſanctæ gremium feliciter reducet. Ille decorem Domus Dei, eiusq; Sacerdotes & miniſtros diliget, tuebitur, promouebit, & curabit.

Etſi fata dabunt longæuam ducere vitam,
Occidet omne malum, ſurget & omne bonum.
Nam cui quarta ſedet ſacro Infula vertice, firme
Sublimes apices exuperat meritis.

Stanislaus Lubienſki Epiſcopus Plocen. qui literis domi, in variis Academiis collectis, quo amplius nobile ingenium & iuuentutem excultam, ſerio diſpoſitiorem ad Reip. & Patriæ officia conferret, in exteras nationes iuris patricij & Cancellariæ Regiæ iam gnarus, animum & vires contulit. Quibus ſtudiis, nedum Illuſtriſſimis & Reuerendiſſimis Epiſcopis Pſtroconſcio, Gembiccio, Tyliccio deſideratus, ſed etiam Senatui & Sereniſſimo Regi charus extitit. Quapropter ad ſpiritualem vitam inclinatum, Sereniſſima Maieſtas ipſum, Abbatia Tynecenſi, Procancellariatu Regni. Epiſcopatu Luceorienſi, demum Plocenſi illuſtrauit, & magnum Senatorem effecit. Erat ille Eccleſiaſticæ libertatis, maieſtatisq; defenſor conſtantiſſimus. Erat in Paſtorali munere vigilantia, præſtantia, & munificentia dexterrimus. Erat in Senatu, conſilij perfectionis & eloquentiæ oraculum, illum Sereniſſ. Rex Sigiſmundus III. ceu primum dilectumq; conſiliarium ad videndas & audiendas belli ſuſcipiendi cum Sueco, cauſas in Sueciam deduxit. Ille Epiſcoporum Plocenſium vitas, nouiter à R. Andrea Trzebicki Scholaſtico Plocenſi prælo datas conſcripſit, & normam viuendi ſucceſſoribus Paſtorali in munere eo ipſo propoſuit. Ille Reipub. & Senatui, omne ornamentum honeſtum & delectabile cum vtili, intimis viſceribus deſideratum promouit, effecit. Declarat hoc funebris Oratio illius, quæ quadraginta ſpatio annorum in variis negotiis, muneribusq; obeundis Sigiſmundi III. Regis Poloniæ nauatam operam clauſit. Declarat Baſilica Plocenſis, quæ diuturna ſtructura collapſa, ab illo ſuffulta & exornata conſtitit, atq; ad pſallendum diurnis & nocturnis horis decem & nouem Sacerdotes cum Clericis ſuſcepit. Declarat Bibliotheca ampliſſima, quam ille Cathedræ Plocenſi, ex qua poſteri eius in liberaliſſima ſtudia amorem legerent, contulit. Quid dicam de Collegio Societatis IESV *Pultouienſi, quid de Contubernio Noſcouiano Cracouiæ. Quid de ipſa Academia Cracouienſi referam? illorum inopiam liberali munificentia reſarcitam æuiterna tempora, & illorum ſi boni ſunt gratitudo pronunciabunt, decantabunt. Etſi hunc Eminentiſſimus Cardinalis Annibal Bentiuolus poſt fata tali præconio adornauit. Illum Religio* inquit *Catholica, propugnatorem acerrimum eloquentia, lumen eximium, Polonicus Senatus, prudentiæ normam ſuſpiciunt, ac mirabuntur. Quas igitur ipſi laudes Patriæ, Senatus, & Cathedra Plocenſis, eius laboribus, meritis, conſiliis, vigiliis, fulta viua & radians effecta, debebit & perſoluet? Iam vitam ipſius, operam & mortem celebrauit luculenter Eccleſia Plocenſis ſcripto, ergò nos quoq; votis noſtris reddamus officium. Amori, Patriæ, Reipub. Muſarum, Clientum, Epiſcopatus, Regnum & Senatus.*

Dic, Non noceat cineri nulla procella tuo.

Obijt Anno ab Epiſcopatu Plocenſi XIII. Ætatis 67. Salut. 1640.

Albertus Lubienſki tertius horum frater, Præpoſitus Pultouienſis, Cracouienſis, & Gneſnenſis Canonicus, longa oratione merito venerandus. Erat enim vir omni ambitione quæ vt plurimum honoratos ſequitur, vacuus: humanitate inſignis, pietate exemplaris, ſermone affabilis, largus eleemoſyna. Hic, nedum pietatem erga Deum, ſed etiam erga Rem-

pub & proximum ardentiſſimè obſeruauit. Nam paupertate & inopia preſſas virgines, & in caſtitate virginali Deo reddere vota anhelantes, cum dote ſufficienti oblata, ad virginuin contubernia in Monaſteriis deduxit, commendauit, reddidit. Academicos quoq; Scholaſticos, ne moleſtia indiga ſtudia liberalia ac ordinatiorem in ſæculo vitam relinquerent, impenſis propriis vel alebat, vel ſubleuabat. Animaduertebat enim cum S. Ludouico Galliarum, quod nobiliores expenſæ nunquam habeantur, quam dum expenditur in eos, qui & Eccleſiam ſanctam dilatare & tenere, & Rempub. temporibus ſuis conſilio & fortitudine amplia re & iuuare poſſent & valeant. Sed quid plura moror. Fuit ille Pater pauperum, oculus cæco, & pes claudo, ſed inexorabiles Parcæ, orbatæ genti fælicitatem ſubtraxerunt, & ò heu breui ſubtraxerunt. Dixit Viximus iam terræ, cælo iam viuere præſtat,

Non liceat Oreſtis vnde venire dies.
Anxia nec dubiam diſturbent pectora mentem
Laurigeram en animam, facit habere polum.

Martinus Lubienſki S.T. Profeſſor, qui plus animam quam fortunam ſecreta mentis delectatione contemplando, omnem faſtum ſæculi contempſit, & ne quomodo à Diuinis colloquiis & occupationibus retrahi poſſit, religionem Patrum Societatis IESV ingreſſus eſt. In qua, vt dies vitæ ſolidè, rectè & ordinatè deduceret, arctiſſima cuſtodia ſenſus, cogitatum & affectus mortificando, nec redire in ſæculum, nec generis dignitatem nigro pallio velatam reiterare ad faſtum cogitauit, ſed ita viuere, vt feliciter & benè moriatur in religione ſtuduit & deſiderauit. Ioannes Lubienſki de Lubna, vltimus eorum frater, poſt ingenuam atq; generoſam iuuentutis ætatem, literis, politia, & virtute decoratam, reddere & conſeruare Patriæ dignitatem & honorem, variis conſiliis, ſtudiis, laboribus & obſequiis deſiderauit & contendit. Laudabile enim eſt eſſe magnum in Repub. non ex proprio ſenſu & ex oculis, ſed ex meritis & obſequio Patriæ. Reliquit filium optimæ expectationis tam familiæ quàm Patriæ, quem moribus & literis inſtructum nationibus exterioribus bellicæ virtutis inſtruendũ atq; linguarum experientia exercitandum obtudit Illuſt. parens & perſuaſit. Soror eorum ſpretis mundi illecebris, vt caſtius & crebrius ſponſo animæ ſuæ delectaretur, illumq; dulcedinem ſui cordis promereri poſſit, religioni ſacræ & Deo ſe totam deuouit in Monaſterio ſanctimonialium Oloboccenſium, vbi ob ſpecioſæ vitæ progreſſum atq; laudabiles religionis actus, Mater ſororum & Abbatiſſa conſtituta & electa fuerat. Apponere iam liceat militantibus Lubienſciis ad arma illorum inſcriptum calcar à Medico & Mathematico Chodouicz.

Lubinium meritis meruiſti ſydera biſons,
Pro Patria fortis perge ſubire neces.
Pro Patria mors pulchra venit: fer fortiter enſes,
Dignus eris cælis inſeruiſſe caput.

Grábſcij de Grábià, qui præſtantiam antiquæ dexteritatis caſtrenſi & forenſi negotio adornarunt. Caſtellanus Cruſuicienſis Grabſki eximiæ probitatis & fortitudinis, reliquerat filios Martinum qui familiæ ſuæ gratioſa fulcra progenuit. Ioannem, Sebaſtianum. Staniſlaum. Ioannes cum Zborouio Io. Caſtel, Gneſnen. Curiæ exercituum primitie ad Fſconiam ſolertiæ fortitudinis ſpecimina declarauit, dum Paulinum Ogalinum Moſanum in captiuitatem deduxit. Petrus alter filius Caſtellani Cruſuicienſis, literis vir deditus. ſed ira non parcens. Nam dum eligeret ſtatum Spiritualem, ex ira occidit virum: pœnitentia ductus diſceſſit Romam, ſed in itinere alterum virum occidit. Quapropter rediit in Patriam & ſtatum coniugalem arripuit. Lucas tertius Caſtellani Cruſuicen. qui poſt exercitatam iuuentutem in Caſtris & Curiis Primatum, cum Zakrzeuſka ſuſcepit matrimonium, & reliquit liberos. Grabſcij de Grabiá plurimi electionem Sereniſſ. Vladiſlai IV. ſubſcripſerunt. Samuel Grabſki de Grábia Capitaneus Breſtenſis Cuiauienſis, qui ſicut merito ita aptitudine ad res agendas Reipub. & Regni maximè commendatus. Commiſſa ſibi negotia in Tribunali & Comitiis Regni dexterè obiuit. Matthias Vexillifer Breſtenſis, quem ipſum officium

Martiale

Martiale reddit in altiora negotia Reipub. idoneum. Ioannes, Martinus, Ezechiel Grabſcij de Grabia, qui omnes virtutem extendunt factis, quo ſpecioſius honos familiæ & amor ſingularis Principum conciliatur.

Bronißewſcij *de Bronißowo in Palatinatu Breſten. Cuiauien. diſtrictu Predecen.* ortundi genus ſuam trahunt à Comitibus Bohemiæ vnà cum Familia Grabſciorum, quod colligitur ex diuiſione inter eoſdem poſſeſſionum, per quam villa Bronißewko Grabſciis ceſſit, villa verò Bronißewo Bronißewſciis, à qua ſuam denominationem hæc Familia ſortita eſt, Libri etiam autentici Caſtri Pradecen. teſtantur eandem habuiſſe ab Auis & Atauis Grabſcios & Broniſzeuios originem, in quibus ſcribitur quod Grabſki Broniſlaus in tutella habuit Pſarſcium fratrem ſuum, hoc tamen differunt, quod Grabſcij de Grabie, Bronißewſcij de Bronißewo ſuam appellationem habent. Fuerant in iſta Familia Bronißewſciorum viri rei militaris ſtudioſiſſimi, & in doctrina excellentiſſimi, ſed quia vnus illorum Ioannes Bronißewſki progenitus ex Bodzanowſka antiquiſſimæ ac nobiliſſimæ Familiæ ratione materni ſanguinis Chodorowſciorum in Ruſſia defecerat à fide Catholica, & filium ſuum Sebaſtianum ac alios filios ſuos ad idem crimen Hæreſis pertraxerat, ideò & in priuato poſitus & poſſeſſiones amplas cum bona fide amiſit, & poſteros ſuos in paupertatem redegerat, reſpexit tamen Omnipotens ex alto, nam filios eiuſdem Ioannis ad vnitatem fidei Catholicæ per gratiam ſuam reduxit, inter quos Sebaſtianus Bronißewſki vir competentis doctrinæ, magni conſilij & iudicij, tempore Sigiſmundi Auguſti fuit terrarum Ruſſiæ & Podoliæ luſtrator & eiuſdem luſtrationis Notarius, idem fuit Notarius Radzieiouien. in Cuiauia, cui pro ſuis meritis idem Sigiſm. Auguſt. contulerat certas poſſeſſiones circa Caſtrum Radzieiouienſe. Hic nonnullos agros in vicinia villæ Cety, aliàs in nori Bronißewa, in qua ipſe domicilia ſua habet apud nobiles Owſiane coemit pro Altaris fundatione in ſua Parochia in Oppido Chodecz dicto, ad quod illud Altare ſepulchrum Gentilitium extruxit, in quo ipſe cum ſibi ſanguine iunctis de eadem familia vltimum diem ſupremi Iudicij in pace expectare diſpoſuit. Hic factus Catholicus zeloſus, contra hæreticos ſcripſit libellum ſub titulo: Proteſtatio Chrzeſcianſka Sláchetnego Sebaſtyaná Bronißewſkiego przeciwko Ewángelikom. quod ſcriptum quia non eſt integrum, & iniuria temporum diſtractum, ideo typis non eſt euulgatum. Ioannes frater germanus Sebaſtiani, ex Kalinſka de Terra Lanciciein. progenitus, cum Ioanne Herburto de Falſtyn, ſub Rege Sigiſmundo Auguſto militiam coluit. Horum frater germanus ſed ex ſecundo matrimonio Parentis ex Morzycka, de Terra Cuiauien. progenitus Venceſlaus vir à natura bonus, in Scholis quidem Hæreticorum enutritus, ſed ſtatim à prima iuuentute errores hæreticorum reliquit, & fidem Catholicam amplexus eſt, qui in Ducatu Tranſyluaniæ, & in aliis partibus Vngariæ optimis militiæ à iuuentute iactis fundamentis, quorum in illo Regno eximia extat memoria, fuit poſtea in Patria Comes militiæ Illuſtriſſimorum Ducum Roſenſciorum: Michaelis & Cyriaci, qui cum Rege Stephano expugnabant Moſchouiam. Multa præclare geſſit in expugnatione Arcium & Ciuitatum, præſertim verò in expugnatione Soropecen. in Seuerien. Ducatu. Is idem cum Duce Conſtantino Viſnioueccn. milite veterano Capitaneo Cirkaſien. hærede in Zaloſce, tàm circa Iampole in expeditione Tartarica, quàm in Valachia, & contra alios diuerſos & maximos Regni hoſtes fortiter dimicauit, poſtmodùm matrimonio ſibi copulata Conſtantia Grotowſka de Grotowice in Palat. Lancicien. armorum Rawicz, antiquiſſima Familia, prout ſcripta teſtantur progenuit tres filios, & duas filias Helenam, & Sophiam. Helena apud Virgines Deo dicatas ſub Regula & Profeſſione S. Brigittæ, ſeſe officiis pietatis exercendo, in clauſtro Virginum Samborien. in Ruſſia obijt, Sophia verò nouem annorum ſpatio in ſeculo exacto vitam finiuit. Filius verò Nicolaus ab expeditione contra Turcas & Tartaros redeundo, dum ad Cecorata Caſtra Regni vnà cum Ducibus belli ſublatis per inimicos Crucis Chriſti direpta fuerunt, multis belli incommodis fractus in Volhyn a diem clauſit extremum. Alter filius Bartholomæus, ſacro Ordine Presbyteratus initiatus, vitam ducit quietam. Tertius natu ſenior Ioannes poſtquàm artibus

liberalibus

liberalibus, militiæ, ac ſæcularibus in Aulis Principum occupationibus aliquot annis in iiſdem conſumptis nuncium remiſit, quietioris quoq; vitæ amore captus ab Illuſtriſſimo S. memoriæ Martino Szyſkowſki Epiſcopo Cracouien. Presbyter factus rebus Eccleſiaſticis hucuſq; ſtrenuam nauat operam: Vir iſte propter eximias animi ſui dotes Summo Pontifici Vrbano VIII. Romæ, Ferdinando III. Roman: Imperatori, dum Viennæ pro Sereniſſima Cecilia Renata Regina Poloniæ Sereniſſimi Principis Caſimiri & aliorum Procerum, ac nobilitatis Polonæ peregrinationis illius ſeu expeditionis comes fuit, apprime charus extitit. Idem Sereniſſimis Regibus Sigiſmundo III. & moderno Vladislao IV. quem tempore ſuæ peregrinationis in Vrbem Romanam pro Anno Sancto 1625. ex mandato & inſigni gratia ſuæ Serenitatis ſecutus fuit ſummoperè gratus. Idem omnibus amicis & vicinis propter ſuam facilitatem & promptitudinem in expediendis ſingulorum negotiis cariſſimus, maximis meritis in Eccleſiam Dei & doctrina clarus, Patriæ, & omnibus affabilis, Iuris vtriusq; Doctor, Canonicus Sendomiricien. Præpoſitus & Officialis Pilſnen. cui ille doctiſſimus, & clariſſimus Annalium Eccleſiaſticorum Baronij continuator, Abraham Bzouius Tomo XVIII. Annalium ingenij & doctrinæ tale teſtimonium in æuum poſteris relictum dedit. Ioannes Broniſzewſki Canonicus Sendomirienſis, nobiliſſima in Regno Poloniæ Pomianorum Familia ortiundus, Regi Sigiſmundo ab optima morum inſtitutione, & vitæ integritate, nec non in ampliſſimis in Eccleſiam Cracouienſem, cui nouem amplius in obſequio Martini Szyſkowſki Epiſcopi, in rebus ſpiritualibus præcipuè operam diligentiſſimam probauerat meritis longè clariſſimus, *quo in loco idem Apoſtolicus Hiſtoriographus Bzouius ponit doctiſſima & lectiſſima Poëmata ac carmina eiuſdem Ioannis Broniſceuij, Vrbano VIII. Pontifici Portam Sanctam aperienti in præſentia Vladislai tunc Principis nunc Regis Poloniæ eius nominis IV. ſuam ſanctitatem ſalutantis & ab eodem enſem & pileum benedictum accipientis, & eidem Vladislao alia in apertione illius Portæ in Vaticano præſenti dicata, & ab iiſdem gratiſſimè accepta. Idem Ioannes Broniſzewſki propter ſuam dexteritatem à S. memoriæ Iacobo Zadzik Epiſcopo Cracouien. ſingulare & publicum meritorum ſuorum in Eccleſiam Dei obtinuit teſtimonium in literis ſuis Epiſcopalibus, in quibus ipſi committens viſitationem cum facultatibus Epiſcopalibus, etiam conferendi beneficia in Archidiaconatu Sandecenſi vocat ipſum hominem rectum, & Sacerdotem verbo & exemplo in plebe proficientem, prudentia, conſcientia, & vitæ integritate pollentem. Multa hic bona Eccleſiæ Pilſnen. poſt maximam ipſius ruinam & conflagrationem in reædificatione & reparatione ipſius præſtitit, & in auctione Cenſuum pro Sacerdotibus & Altariſtis illius Eccleſiæ plurimum laborauit, & laborare non deſinit. Alius Ioannes Broniſzewſki Sebaſtiani filius, qui ab expeditione Moſchouitica redeundo, belli incommodis & vulneribus ab hoſtibus confectus occubuit. Samuel ex Koladzka progenitus, cuius filius Stephanus, in expeditione contra rebelles Coſacos ſtrenuè pugnando interfectus, vitam pro Patria profudit: Viuit de hac adhuc Illuſtri Familia Ioannes Chryſoſtomus Broniſzewſki, qui Latinis, Germanicis, & Italicis literis eruditus, cum per 40. propè annos in diuerſis Regni expeditionibus nomen ſtrenui militis obtinuiſſet, & Sereniſſ. Sigiſm. III. Regis Poloniæ, ac fortiſſimorum multorum Imperatorum, ſiue Ducum Regni gratiam promeruiſſet, ad extremum ingraueſcente ætate finem vitæ ſuæ intra lares domeſticos pacificè præſtolatur. Dominus miſericors domum & Familiam iſtam propter nefandum crimen Hæreſis* (vt creditur) *humiliatam forſitan aliquando ſubleuare dignabitur, & reflorifcere faciet.*

Sokolowſcij, *in Cuiauienſi & Lencicienſi Palatinatibus, antiquiſſima & meritis atq; potentiæ celebris Familia. Albertus Caſtellanus Dobrzynenſis, qui prædeceſſorum merita, vt ſplendidi adornaret encomio, militaria caſtra & Reipub negotia, auidè, dexterè, proſicuè adminiſtrabat. Ex Lewinowna reliquit filium Nicolaum veſtigia Parentis obſeruantem. & honore ſuperantem, creatus enim fuerat Lencicienſis Palatinus. Ex Straſzkowſka ſuſcepit filios Ioannem, Iaroslaum Capitaneum Kolenſem, qui habuit tres filios Chriſtophorum*

phorum

phorum, bonis & mobilibus auctum Capitaneum Rogozninſem, Ioannem qui cum Trzebuchowſki reliquit Michaelem, Iaroslaum, Chriſtophorum, Stanislaum, qui et ipſe fuit Capitaneus Rogozinenſis in Pruſſia, ſicut Chriſtophorus in Maiori Polonia. Albertus tertius filius Nicolai, Dapifer Breſtenſis, Nicolaus quartus filius Tribunus Kruſuicenſis, cui in filiis maximè benedixit Dominus, nam cum Hedwigi Trzebuchowſka reliquit Stanislaum, Albertum, Ioannem, Hieronymum, Nicolaum, Chriſtophorum, Gabrielem, ſingularis expectationis in Rep. viros, qui generoſis actibus plurimum Patriæ proficere deſiderabant & curabant. Filiæ autem eiuſdem Nicolai Tribuni erant Ruſkowſcij Iudicis Breſtenſis conſors, Kielczewſki, Oſtrokońſka Caſtellani Konarienſis, Swientoſlawſka coniuges, & aliæ duæ Virgines demortuæ. Stanislaus filius Nicolai ex Nicolao, qui vnà cum prædeceſſoribus hic notatis, familiam ſuam annotabant de Wrzaca, eximiæ probitatis vir, cum Brudzewſka armorum Grzymala, reliquit filios Ioannem & Chriſtophorum. Aliqui poſt diuiſionem bonorum cum fratribus & acquiſitione aliorum, à diuerſis locis familiam denominabant de Wawrzynowo, de Biſieckiery & aliis de locis, ſed vna eademq; eſt domus & Familia. Michael Sokolowſki, Caſtellanus Goſtinen. Breſticñ & Rogozneñſis Capitaneus, ex Sczawinſka babuit Stanislaum, qui acquiſita à parente bona amiſit. Eius filia Sophia erat conſors Iacobi Sczawinſki Palat. Breſtenſis. Mathias Sokolowſki Capit. Radzieiouicñ. in Breſtenſi Palat in Cuiauia. Stanislaus Sokolowſki, Surrogator Poſnanieñ. electionem Vladisl IV. ſubſcripſit ex Poſnanienſi Palat. Alexander Sokolowſki Epiſcopus Chyouienſis, Abbas Calui Montis S. Crucis, literis, prudentia, conſilio, atq; fidei Sacræ propagatione, cis & trans Boriſtenem pientiſſimus zelator. Qui poſt ampliatam religionem, & in formam reductam Diœceſim, atq; viris doctis ornatam, primùm religioſis in Chyouiam & Faſtouiam Ordinis S. Franciſci de Obſeruantia introductis, poſt à tumultibus rebellium Coſacorum ad interſtitia temporum inter expeditionem contra illos factam ad Kuwcyki & Stárzec propriis militibus defendendo oram infeſtatam eximiè meren Patriæ, profligatione facta, nomen vt Senator, & Eccleſiæ promotor eximius, ſibi meritò acquiſiuit.

Koludzcij, *in Cuiauienſi Palat. Eximia occupatione generoſam indolem, maximis honoribus dignam detulerunt, non enim decet nobiliter natos id facere quod populo & vulgò conueniens videtur. Sordidum eſt trita & vulgari via & vita viuere. Et quia Koludzcij diuerſis armis vtuntur, vt* Paproc. *dicit: difficile erit apud Hiſtoricos diſcernere de quonam fuerit ſermo. Illos tamen qui in Cuiauia reperiuntur connumerare optimis ciuibus Patriæ modò liceat. Nicolaum Koludzki eximium militem & probatum in hoſtilium congreſſu referunt aliqui. Et tres fratres germanos celeberrimi nominis viros, Andream, Petrum, Stanislaum, refert* Paproc. *in Nido virtutum. Optima equidem fraternitas eſt, quæ vera religione & recta virtute, nedum ſanguinis cognatione & ortu conſtringitur & vnitati reintegratur. Ianuſium Koludzki meminit* Ianuſzouius in Statuto fol. 799. *Eo quod Priuilegium vnionis ad Regnum Palatinatus Belzeñ. ſub Caſimiro Rege Anno Dni* 1462. *ſubſcripſerit. Paulus Koludzki Gneſneñ. Cracou. Ploceñ. Canonicus, & Secretarius Reg. Maieſt. & Ioannes de Dabrowká Koludzki, electionem Vladisl. IV. Sereniſſ. Reg. ex Palat. Breſteñ. in Cuiauia ſubſcripſerunt. Ex Palat. verò Inouladeclauienſi Ieremias Pocillator Inoulocłauienſis, Petrus Gladifer Inoulocłauienſis, Vladislaus, Stanislaus, Petrus, amplam generationem Koludzciorum ampliſſimæ virtutes proſequantur neceſſe eſt. Habent enim*

medium ſingulare, vt diuerſis viis Patriæ, Regno, & Familiæ præclara referant obſequia, & illuſtrem domum ſuam, multò illuſtriorem efficiant meritis, actibus, & trophæis.

Łáwſcij, *Hi Scholaſticum ſcamnum literis, & lancea ad Senatorium extulerunt, erat enim ex illis vnus Palatinus Maſouiæ.*

Wolſcij, *in Caliſienſi Palat. & Syradieñ. viri vt rebus Martis, ita & Mineruæ eximij, & Reipub. negotiis perſoluendis idonei. Iudicum Terreſtrium Caliſienſium munus obierunt, & Tribunalitia Regni, atq; Comitiorũ perſoluerunt.*

Puklateccij, *Caſtrenſem in hoſtes deductam egregie adminiſtrarunt. Extollitur hac in parte Mathias, qui cum Chodkieuicio ad Vle eximiam fortitudinem ſuam declarauit. Noueram vnum cum Zamoiſcio Confinium Regni Cuſtode militantem, qui ad Haliciam cum Tartaris pugnando, dum occiſus eſſet Rothmagiſter ſuus ille quoq; ſaucius in captiuitatem deuenit, & niſi ingenti ſumma pecuniæ liberatus.*

Suſcij, *Adamus Suſki, cuius filius Thomas Æconomus Capitaneus Lomzenſis, & tenutarius Zebrouienſis, reliquit Gaſparum militem cum Ioanne Zamoiſki, vbi eximia fortitudinis ſpecimina declarauit, progenitus ex Chlebowſka armorum Roza, in Maſouia retinent domicilia.*

Glinſcij *in Plocenſi Palat. Ea quæ ſunt facienda nobili facere non declinant ſed faciunt.*

Malawſcij *in Plocenſi Palat. Id quod eſt bonum dilexerunt. Bonum autem illud eſt, quod rectum & honeſtum & cum virtute eſt.*

Wichrowſcij, *in Palat. Breſteñ. Cuiauieñ. qui originaliter Iarundij ſunt. Albertus Wichrowſki Pincerna Breſtenſis in Cuiauia, qui eximiæ virtutis profectus reliquit in exemplum poſteris. Nam & Caſtris militaribus nomen honor ſicè obtulit, & humanitatis amore inter proximos excelluit. Reliquit proiem cum Gęgicka. Stephanus etiam militaris obſeruantiſſimus, dum matrimonium contraxit cum Anna Przyluſka, ſuſcepit optimos milites cum Struſio Alexandrum & Felicem. Adamus Wichrowſki tertius germanus nominatorum tranſijt in Palatinatum Cracouieñ. filia illius Trzecieccij conſors. Baltaſar Wichrowſki, prænominatorum Auigerminus frater, multarum linguarum peritus, præcipuè verè Orientalium, quod ipſum maximè commendatum Ducibus Exercituum fecerat. Nouerat linguam Turcicam, Hungaricam, Serbiæ & Moldauiæ, hic relicto ſuo Palatinatu, dum exercuit militarem totis viribus & pectore annis vſq; ad ſenium, in Ruſſia ad Tribouliam manſionem poſuit. Reliquit filium eximium militem & Rothmagiſtrum, equitum armaturæ loricatæ, Chriſtophorum Gladiferum Halicienſem, expediuit plurimos actus bellicos, in Hungaria Michaele dominante, in Moſchouia cum Ioanne Zamoiſki Cancell. Regni, & Exercituum Supremo, in Pruſſia cum Palatino Ruſſiæ, & Auunculo ſuo Goiſki, propriis expenſis militem contra Abaſium Baſam, & contra Oſmanum cum Lubomirſcio, contra rebelles Coſacos multoties, ſed præcipuè ad Kumeyki & Starzec obijt vigilantiſſimi Rothmagiſtri vt conuenit officium. Reliquit cum Miacinſka Sophia armorum Pientáwá filium Petrum, cui nedum educationem optimam dedit, dum illum in externas nationes ob literas, linguas, & exercitia militaria comparanda tranſmiſit, ſed aptum Reipub. reddidit & Caſtris, qui modò Rothmagiſtrum agit. Inſuper bona illi auxit, & Sceblatum acquiſiuit, quem Eccleſia murata & ſumptuoſa, arce è lapide erecta muniuit & ornauit. Tenet matrimonium cum Humiecka armorum Iunoſa Alexandri, ex Alberto de Rychty Caſtell. Cameneceñ. filia, nata ex Potocka*

ſecka Palatini Podoliæ ſorore, & filia Andreæ Caſtell. Camenecen. Alexander Wichrowſki, Pincerna Breſtenſis, ſubſcripſit electionem Vladislai IV. Sereniſſimi Regis, ex Palatinatu Breſtenſi Cuiauienſi.

Kobierzyccij, *ampla meritis & generatione Familia. Bartholomeus, Albertus, & Ambroſius germani fratres. Bartholomeus habuit conſortem Heduigim Walknowſka Wieruſzowna, cui reformationis inſcribit florenos ducentos in Kobierzyſko minori Syradiæ 1524. ſuſcepit ex illa filias quinque, & filium Stanislaum, qui ex filia Caſtellani Roſperſcenſis reliquit filios Ioannem, Albertum, Nicolaum, Bartholomeum, Staniſlaum Caſtellanum Krzyuinenſem, & Venceſlaum Cuſtodem Varmienſem, & filias ſex, ex quibus Vrſula mater eſt Virginum in Monaſterio Olobocenſi. Ioannes primus filius, cum Potworowſka habuit Alexandrum, Suentoſlaum Canonicum Plocenſem, & Vladislaum filias verò Mariannam Grabinſcij, Sophiam Ioannis Kobierzycki, Heliſabetham Iaſkolſcij coniuges, & Heduigim cum Barbara. Staniſlaus Caſtell. Krzyuinenſis cum Zapolſka reliquit Albertum ſtrenuum militem, & Barbaram Sieroſzewſki, Catharinam Zychlinſki coniuges, & duas ſanctimoniales Tereſſiam & Victoriam. Bartholomeus Kobierzycki, ex Zeromſka Heduigi Notarij Caliſienſis filia, reliquit Stanislaum Pocillatorem Caliſienſem, S. R. M. Secretarium, cui munus Legati Regij ad Belgium obiuit, & Martinum eximium militem & ornamentum Familiæ, qui in expeditione ignea cum Guſtauo pretenſo Suecorum Rege ad Ingelſtadum vbi occiſus eſt Guſtauus occubuit. Filia ipſius vnica Sophia, Stephani Czarniecki Copiarum Palatini Cracouienſis Lubomirſk Vicesgerentis, optimi bellatoris ac vitam pro Patria fundentis, conſors. Ambroſius germanus frater Bartholomei in capite poſiti ſteriliter deceſſit, Albertus illius germanus, habuit filios Matthiam, Laurentium, Ioannem, & Venceſlaum, ſicut ex diuiſione bonorum inter illos in Woyczyce, & minori Kobierzyko apparet.*

Dziembowſcij *in Palat. Caliſien. in diſtrictu Naclenſi, præbent ſcientiam conſcientiæ, ideò pluribus amabiles. Matthias qui dum in coniugem accepit Grabiaſcij filiam, & cum ea accepit ſortem in Sitno, Sicinſki appellatus eſt. Reliquit Gaſparum militem, qui contracto matrimonio reliquit prolem, quorum vnus filius in Samogitia domicilia ſibi elegit. Petrus frater Mathiæ cum Sicińſka contracto matrimonio vendidit ſortes in Sitno, & acquiſiuit bona Kęſowo, à quibus Kęſowſki appellatus eſt. Ioannes tertius frater, qui dum à Szydlowieccijs acquiſiuit bona Brzuchowo, cognominatus eſt Brzuchowſki, conſors illius Barbara Słupſka armorum Topor, ex qua ſuſcepit Thomam militem, qui in Podolia vnà cum coniugio domicilia ſua firmauit. Conſors eius Sophia Ioannis Skárbek filia, ex qua ſuſcepit duos eximios milites, Ioannem & Thomam. Chriſtophorus alter filius Ioannis, qui cum Kamieniecka habuit Ioannem & Chriſtophorum, cum Iablonowſka verò Andream, Samuelem, & Albertum Ord. S. Franciſci de Obſeruantia.*

Bogatkouij *in Cerſcenſi, ex quibus aliqui tranſierunt in M. Duc. Litu. ad Grodno, Petrus Capit. Bielicenſis & Licenſis, reliquit filios Ioannem, qui in Maſouia paterna bona ſuſcepit, Aulicus Regius Sigiſm. III. Petrum Rothmagiſtrum in Liuoniam equitum grauis armaturæ cum Chodkiewicz Duce Supremo Exercituum, Paulum militem cum Nicolao Radźiwil, Palat. Vilnenſi, Reſident in Lituania. Ioannis verò filij in Maſouia reſidentis erant milites ſtrenui Marcianus, Victorinus, & Petrus.*

Klobſcij *in Cuiauia, optimi Patriæ ciues & milites, Bartholomæum eximium bellatorem in Podolia habent Regeſtra militaria.*

Kielczewſcij *in Caliſienſi Palat. ex quibus Georgium in rebus bellicis eximium, refert* Paproc. in 2. Opere. *Ioannes Kielczowſki Subdapifer Caliſienſis, ex Caliſien. Palat. ſubſcripſit electionem Vladiſl. IV. Sereniſſ. Regis. Ex Palatinatu autem Lenciciensi, ſubſcripſit eandem Ioannes Theſaurarius Caliſien.*

Grabienſcij *in Syradien. Palat. ex quibus erat Caſtell. Roſperſcen.* 1458.

Plomkowſcij, *ex quibus Bartholomæus & Iaroslaus in bello ad Coronouiam retulerunt fortitudinis ſuæ nomen, vt* Dlugoſſus *refert, & meminit* Bielſc. fol. 307. & 295.

Saka, *à quo Sakowicij in M. Duc. Litu. qui arma Pomian in vnione accepit, vt ex literis Priuilegij patet* 1413. *in Hrodlo. Ab his exiſtimo deſcendunt Sakouicij, Andreas Sakowicz, Capit. Poloceuſis, miſſus legatus ad Vladislaum Regem Vngariæ & Bohemiæ, cum Epiſcopis Cuiauienſi & Poſnanienſi, cum Ioanne Czyzowſki Caſtell. Cracouien. & Ioanne Tęczynſki Palat. Crac. cum Dzierslao Rytwieńſki Caſtell. Roſperſcen. & Ioanne Niemierowicz, quorum numerus mille ducenti companiæ fuerat, vt in Reginam Eliſabeth filiam Adalberti Imperatoris, & ſororem Ladislai Caſimiro Regi deſponſarent.* Bielſc. fol. 398.

Makowieccij, *in Pruſſia eximij Patriæ ciues, ex quibus aliqui in Pocutiã tranſierunt, viri bono honeſto & Patriæ ornatu digniſſimi, qui bona Zawalaw, & Rozanka poſſidendo, eximia munitione illa contra Tartaros munierunt, viri conſilij grauitate & prudentia ſingulari ornati, Dapiferi Halicienſis munus peragit vnus, reliquit filios & filiam Stanislao Potocki armorum Pilawa, Tribuno Exercituum, deſponſatam in conſortem, quibus benedictione diuina faueat Omnipotens.*

Zeroſláwſcij *in Sieradienſi Palat. antiqua familia, & meritis militaribus illuſtris. Iacobus in Sokalienſi pugna in captiuitatem actus, ſed maiorem vltro ſuſcepit dum Turca factus, ibidem obijt. Proh dolor, quot ibi ex Catholicis partim ex ignorantia, quia paruuli in vincula venerunt, partim ex malitia in Turciſmum lapſi perierunt. Ioannes filius ipſius eximius miles. ex Kárábczewſka armorum Oſtoia prolem reliquit numeroſam & militiæ deditam. Martinum, Iacobum, Nicolaum, Ioannem, Chriſtophorum, Hieronymum & Raphaelem. Iacobus alter filius Iacobi eximius & ſtrenuus miles, multa retulit trophæa de Turcis in Hungaria Ludouico Rege regnante.*

Cioſnowſcij *in Cuiauia, ſiue* Ciáſnowſcij *propè Srzodam, conſeruant optimum animum. Optimus autem & pulcherrimus animus eſt, ſi Dei cultor eſt. Chriſtophorus ex Breſtenſi electionem Vladiſl. IV. ſubſcripſit.*

Brzezewſcij *in Caliſienſi, bonis moribus & virtutibus exercent animum & affectum, nec facile vitia ita ſubi cpunt.*

Wilkoſtowſcij *in Cuiauia in Iunoeclauienſi diſtrictu. Videntur nihil agere, &*

maiora

maiora agunt, dum tranquillitatem vitæ exercitiis honeſtis terminant. Adamus elect. Vlad. IV. ſubſcripſit ex Brzeſtenſi Palat. & Suentoslaus.


Oſtromęccij *in Chelmenſi Palatinatu in Pruſſia. Admonebat Seneca: Inhæreat iſtud animo, & tanquam miſſum oraculo placeat. Optima quæq; dies miſeris mortalibus æui prima fugit: ne igitur fugiat, exercuère eam nobilibus actibus.*

Zdanowſcij *in Sendomirienſi Palat. Qualis malis artibus popularis fauor quæritur, non eum, ſed quem optimi approbant, deſiderantq; habere.*

Kruſzynſcij, *in Cuiauia eximij milites, aliquem cum* Koniecpolſcio *Supremo Exercituum noueram, quem & Nuncium in Turciam miſerat, ſed quia etiam ſunt armorum Dolęga, ex Hiſtoria difficile diſcernuntur.*

Oſieccij *in Cuiauia, Sebaſtianum referunt militem eximium, Petrus electionem Vladisl. IV. ſubſcripſit.*

P O R O N I A.



DELINEATIO.

SVNT lilia ad modum armorum Gozdauæ, ad iuncturas verò liliorum, ſunt roſæ albæ ab vtraque parte in campo rubeo, ſuper coronam tres pennæ Strutij.

O R I G O.


NObili armorum Gozdawa facta eſt additio roſarum, vnde & *Paprocius in 2. Opere* ſtatim poſt arma Gozdawæ hæc arma poſuit.

FLORIDA VITA.

SAtis mirarer dicentem Senecam in libro de *Proſperitate vitæ.* Digni (*inquit*) ſumus viſi Deo, in quibus experiretur quantum humana natura poſsit pati. Mirarer inquam, niſi intentum ſuum in libro ſuperiori de *gubernatione mundi* explicuiſſet. Quid enim experiri ipſum neceſſe fuit, quem ipſe plaſmauit, & de fecibus terræ plaſmatum debilem & labilem eſſe, imò ſine eius auxilio nec vnum gry poſſe, vndequaque nouit, mendicus & pauper homo eſt, plenus peccato, malitia, negligentia, ſocordia, ſuperbia. Dignus vt bullæ inſtar in nihilum redigatur. Quid igitur neceſſe ipſum experiri fuit. Dixit, *Viſi ſumus Deo digni.* Paternum enim habet Deus aduerſus homines animum, & illos fortiùs amat, & operibus doloribus ac damnis

exagitat, vt verum colligant robur. Nam ſicut aſsiduitas periclitandi contemptum periculorum habet, ita & aſsiduus labor leuem facit laborem, ſic agricolis manus tritæ, ſic milites lacerti ad excutienda tela valent, ſic nautæ in mari ſecuri, & curſoribus ſunt agilia membra. Florida quoque vita hominum, fit experientia noſtri à Deo, diſcimus enim inde actus, cogitatus, & conſcientiam puram & mundam. Arma prædicta inſpiciendo, floridam vitam ipſa nuncupabo. Tota enim ex floribus, tota ex candidis, tota ex odoriferis, tota ex reginis florum compoſita. Iulianus de Medicis aſſumpſerat in ſymbolum roſam, quam inter duas cepas poſuerat, & inſcripſit, *Per oppoſita.* Voluit indicare, quod vir bonus & timens Deum etiam inter malos non corrumpitur, ſed ſicut inter ſpinas roſa ſuum decorem, odorem nobiliorem conſeruat, ita inter malos bonus efficitur optimus. Et ſicut mali deſcendunt in peius, ita boni per oppoſitum aſcendunt in meliùs. Nam quæ bona ſunt, fiduciam faciunt; quæ bona ſunt, magnitudinem animi dant, vt *Seneca dicit de Paupertate.* Refert Iul. Cæſ. Capaccio in lib. 2. Impreſarum cap. 78. Camillus Camilli Comes quidam acceperat in Symb. radicem roſæ & dedit lemma: *Non ſemper neglecta.* Innuebat quod homines virtutis amantes, & vitam floridam ducentes, ſi aliquando negliguntur, non ab omnibus negliguntur: etſi ab aliquibus contemnuntur, non ſemper contemnuntur: nam & roſæ abiectæ hyeme, in tempore verno honorantur, & in delicias à Regibus & omni homine aſſumuntur. Conſtat eum cui hæc arma collata fuerunt ſic candida & odorifera, floridam vitam & ſinceram, Regi & Reipublicæ, domi & in Caſtris, apertè & omnibus ſpectantibus, declaratam fuiſſe & approbatam eſſe. Nam omnis rerum copia, omnes opes, virtuti concedunt.

P V C H A Ł A.



DELINEATIO.

EST ſolea equi circulo ſurſum poſita, ſuprà quam ſunt arma Pilawa, ſeu cruces duæ & media, color cæleſtinus. Super coronam tres pennæ Strutij.

O R I G O.

VEniunt ex armis Lubicz, vnde tanquā è fonte fecundo omnes ſoleæ poſt Iaſtrzębcia arma proueniunt. Propiùs tamen videntur ex armis

armis Pobog proceſsiſſe, ſed fortè auctio facta, dum rem militarē ſub Supremo Duce exercituum, qui de armis Pilawa fuit ſtrenuè & dexterè exercuiſſet.

ROBVR POTENTIÆ ab ALTO.

NVllus celebrare audebit robur Celtarum licet intrepidorum. Illi vt refert *Stobæus ſerm. 7.* Turpe æſtimant parietem aut domum corruentem fugere: in vndatione autem externi maris aduentante armati occurrentes ſuſtinent donec vndis obruantur, ne videantur fugiendo mortem pertimeſcere. Tantum hi dabant ſuis armis & audaciæ, quantùm nec baſiliſcus inficientibus ſuis oculis, nec remora retrahenti ſuæ virtuti. O rudes viri, robur potentiæ humanæ eſt ab alto. Ille ventis, mari imperat, qui vocat ea quæ non ſunt quaſi ſint. Neque modis omnibus probare licebit robur declaratum ſcripto à Iamblicho in Epiſt: ad Olympium de fortitudine. Inquit ille: *Fortitudo primaria intelligatur, quæcunq; immota intellectualis facultas, & maximi vigoris intellectualis actus, mentisq; conſtantia, & immutabilis habitus intra ſeſe. Hæ ſunt ſpecies fortitudinis* (addit ille) *vel per ſe ſubſiſtentes, vel ſuum robur communicantes.* Profectò tetigit rem fortitudinis, nam & Ioſue proſtratos ad bibendam aquam, reiecit præconcepto in illis languore corporis, & ex illo debilitatem animi, attamen primaria fortitudo, non prouenit niſi ab alto. Et qui docet manus ad prælium & digitos ad bellum, igitur eſt prima fortitudo ab illo, vnde edoctus Dauid dicebat: *Speret Iſrael in Domino.* Quapropter inter inſignia Gentilitia Equitum ordinis velleris aurei à Ioanne Iacobo Hiffletio edita. Philippus Comes de Hornes circa Crucis arma, tale lemma roboris potentiæ adiunxit. *Dominus mihi adiutor.* Talia quoque ſunt prædicta Gentilitia, non ſperauit fortitudinis robur à ſe illorum parens, non ab equo & ſoleis, non à pennis & trophæis anteactis, ſed ab alto, à cruce Sancta & Deo. Eminentiſsimus Cardinalis Vincentius de Mondoui, ad laurum frondoſam, & firmam addidit gnome. *Feruidos excludit ictus.* Taceo qua ratione id appoſuerit, ſed propoſito noſtro peroptimè conuenit; cuius enim potentiæ robur eſt ab alto, ſit hoſtis numero ſuperans, ſit potentia belli luxurians, ſit fortitudinem Achilleam iactitans, corruet & facilè cadat. Nam ſi Deus nobiſcum quis contra nos? *Spiſſa ramis laureæ feruidos excludit ictus*, inquit Horat. Ergò tot crucibus munita ſolea, hoſtiles quoſque impetus, demittet inuanum.

LINEA ARMORVM PVCHAŁA.

PVchałá Debiesłaus eximius bellator & Crucigerorum ſtrages, Præfectus vnâ cum Alberto Malſcio arcis Radinenſis, ad Golubum quodam inſigni ſtratagemate oppreſſit Crucigeros.* Crom. lib. 17. fol. 274. & 277. Starouolſcius *inter bellatores* fol. 76. *illum celebrauit. Sed* Bielſcius fol. 292. *armorum Wieniáwá Puchalium refert.*

Czywinſcij *in Maſouia, ampliſſima meritis & propagatione familia, nam aliquot villæ ſolius familiæ ſupereſſe, inquit* Paprocius in 2. Opere.

Myſikowſcij

Myslkowſcij in Flocenſi Palat. decorem domus & patriæ commodum apprimè curarunt, dum aliqui Rothmagiſtri contra Michailum Multanum fuerunt Puchalij, extant adhuc ex Andrea Puchala, qui Staniſlaum progenuerat ex Papieſka. Staniſlai verò filius Simon Puchala Presbyter & Eccleſiaſtes in Skrzinno, meretur virtute & doctrina lauream.

PVŁKONIA.



DELINEATIO.

EST medius Equus vſque ad pedes anteriores erectus. Alij ipſum caput altè erectum depingunt.

ORIGO.

ORiginem horum armorũ difficile ſcire, ſed antiqua ſunt hæc arma in Franconia, & in Auſtria, demum in Pruſsia inueniuntur, ex quibus DD. Rokoſij in Pruſsia his armis vtuntur, ſicut *Paproc. refert in 2. Opere fol.* 286. Et DD. Stibichen ex matre in Regno eiuſdem vtuntur, ſicut apparebit ſub Armis *Zlota beczká*. Quibus etiam Saxoniæ Principes vtebantur ante baptiſmum Vedekindi Ducis, atro pullo equino, poſt baptiſmum Carolo Magno ſuadente, candido vtuntur.

VIR GENEROSVS.

MErito ad generoſitatem equi virum generoſum comparamus. Symbolum enim equus eſt viri animo inuicti, qui obſequitur rationi, vt Commentator Alciati ad Embl. 35. Quapropter, dum fundamenta Carthaginis vrbis iacerentur, & repertum eſſet caput equi, omen non ſine iuſta contemplatione dixerunt generoſam fore ciuitatem, atque generoſos in ea viros. Antiquorum erat mos, vt nomen Generoſi ignobilibus viris & ſeruis non tribuatur. Quo exemplo Domitianus Metium Pompoſianum quod nomina Magonis & Annibalis ſeruis indidiſſet ſupplicio affecit, tanquam clariſsimorum virorum nomina ſeruili contagio polluiſſet, vt *Alex. ab Alex Genial. lib. 3. cap* 20. Sed eorum quoque mos erat, vt nullus generoſus vir nominaretur, qui bellum pro Patriæ aris & focis detractaret vel fugeret. Tantæ igitur generoſitatis viri ſignum erat inter cætera equus, Hinc Græcorum eximij milites vice galeæ detulêre equinas iubas & caudas: Æthiopum verò milites, pelles equorum capitum cum ipſis auribus & iubis deferebant, vt lib. 1. cap. 20. idem qui ſupra retulit. Vnde generoſis Ducibus & Principibus Ariſtippus equitandi rationem perſuadebat, indignum eſſe dicens in tanto dignitatis gradu ſedere, & artem equitandi non tenere. Quadripedante putrem ſonitu quatiat vngula campum. Dixit Virgil.

PVŁKOZYC

PVLKOZIC ſeu PVLKOZIA.



DELINEATIO.

EST caput Aſini grizeum in campo ſanguineo. Super coronam eſt media capra anterioribus pedibus erecta, cornua ad dorſum prominentia habens.

ORIGO.

ORtum ſuum retinent à Stauiſsio Polono, qui in Sclauonia militaria deducebat trophæa. Ad arcem Eczech nuncupatam à Paganis obſidio facta, quam dum ob munitionem expugnare non poſſent, fame terminandam conſtituerunt. Plurimis diebus dum non retroceſsiſſent, obſides certis conditionibus deditionem meditarunt. Diſſuadebat Stauiſsius, ignominiam perpetuam, infidelitatem hoſtis, imminens vitæ periculum proponendo, tandem ægrè effecit. Præficiunt ergo Stauiſsium arci, atque in defenſorem & protectorem militiæ & obſidum decernunt. Excogitauit medium Stauiſsius eximiũ, quo hoſtes fallere & recedere cogeret. Occidit aſinum & capram, eorumque ſanguine liniuit bouinas pelles aliquot, & oculis hoſtium expoſuit; quod vt hoſtes contemplati fuerunt, inanem obſidionem ſuam decreuerunt. Faciunt tamen fortitudinis actus excurrendo ad arcem, & obſides medijs in telis, fruſtratim ſectam aſini carnem in hoſtes loco lapidum eijcere ex arce cœperunt. Confuſus hoſtis receſsit. Quo viſo detenti obſides illius generoſitati retulerunt gratias, & ſuum perpetuum gubernatorem acclamarunt. Dux arcis vt redijt, tanti ſtratagematis inuentori, & fidelitatis debitæ in ſe ſincero conſeruatori, talia arma in gentilitium inſigne circa annum vt notatur, 1022. contulit & conceſsit. Redijt ille in Patriam, & meritis plurimis in eam deductis, reliquit poſtmodum prolem. Cuius poſteritas ad modernos dies excellentem familiæ gloriam declarat & conſeruat.

PROTECTORES ECCLESIÆ.

SIcut non immodicum differunt Eccleſia & mundus, ita differens quoque eſt ipſius protectio. Aliter enim protegitur mundus tempore belli, aliter tempore pacis. Ita & Eccleſia ſancta Dei, aliter protegebatur tempore primæuo dum creſcebat, aliter protegitur moderno tempore dum iam

creuit. Ibi protegebatur amore patientiæ & perſecutionis; modò protegi-gitur deſiderio ſecuritatis. Quapropter Hilarius de Trinit. lib. 4. intuendo initia Eccleſiæ dicebat: *Hoc proprium habet Eccleſia, dum perſequitur floret: dum opprimitur, creſcit: dum contemnitur, proficit: dum læditur, vincit: tunc ſtat cum ſuperari videtur.* Habendo verò reſpectum ad ſecundum Eccleſiæ ſtatum, pro ipſius bono & ſecuro occidi voluit S. Stanislaus, trucidari ſanctus Thomas Cantuarianus, & mori Angliæ ſupremus Cancellarius Morus. Erant igitur primi protectores, & nunc ſunt vbi Eccleſia creſcit, confortantes & protegentes ad patientiam & coronam; vbi autē iam Eccleſia creuit, ſunt protectores Eccleſiæ ad ſecuritatem ipſius defendendam, atque reddendum ſacrificium laudis. Ad intelligentiam prædictorum, adducam Silenum apud Ælianum, qui narrat quod extra hunc orbem terrarum eſt orbis omne bonum continens, in qua ſunt duæ vrbes maximæ, vna vocatur Machimos, hoc eſt pugnax, & perpetua bellorum contentione minax: altera vocatur Euſebes, hoc eſt pia, vbi pij in pace vitam agunt, & ampliſsimis opibus fructum ex terra capiunt ſine aratris & bobus, eoſque à morbis immunes vitam peragere in ſuauiſsimo riſu, & perſæpe dij immortales eorum non dedignantur vti commertio. *Ælianus lib. 3. Varr. hiſt. cap. 18.* Equidem non ſatis percipio quid veritatis aſſerat Ælianus, ſed hoc verò veriùs eſt, quia dum creſcebat Eccleſia Sancta, orbis erat pugnans & machinans contra eam, at vbi creuit, omnes boni, Sancti, prudentes, & Deum vnum & trinum venerantes & colentes, Eccleſiam Sanctam vt columnam & lucem veritatis piè defendunt, protegunt, & mori pro illa deſiderant. Huius igitur Orbis pij, pacati, Sancti, protectores ſunt ſinceri, & religioſi Pulkozicij & fuerunt. Vide in Arma hæc, ad orationem Sadoleti Reuerendiſsimo D. Nicolao Wolſki Epiſcopo Chelmenſi, inſcriptam & dedicatam legitur.

Non quoduis animal Chriſti myſteria ſignat,
Nec cuiuis decuit munera tanta dari.
Non quoduis animal ſtans verba prophetica dixit,
Præſertim hoc animal quod ratione caret.
Scilicet hæc fuerant aſino conceſſa modeſto,
Lex vetus id docuit non minus atque noua.
Verius iſta puto de noſtro dicere Wolſco,
Qui caput hoc Aſini nobile ſtemma gerit.
Hic etenim Wolſcus tanto de ſtemmate natus,
Eſt merito Præſul ſingula ritè facit.

Quid de alijs Pulkoſicijs referam, quos tot Cathedræ Epiſcopos ſuos referunt? Taceo ego, cum illæ iam ſuis ſcriptis omnibus retulerunt. Sed tamen liceat mihi Rzeſouium Archiepiſcopum Leopolienſem commemorare, cuius protectionem, zelum, diligentiam breui carmine Canonicus Leopolienſis Iacobus Skrobiſzowski expreſsit.

Metropolis ſedem primus Rzeſouius almam,
Lemburgam tandem tranſtulit Halicia.

Contulit

Contulit atq; noua multa ornamenta Cathedræ.
Sic inconcuſſum ſtat pietatis opus.

REIPVBLICÆ FERTILITAS.

FErtilem Rempublicam poſt aras duo permanenter faciunt, Toga & Sagum. Hoc eſt Mars & Minerua, vnde Iulius Cæſar tenendo vna manu gladium altera librum, ſubſcribere voluit: *Ex vtroq; Cæſar.* Quapropter ad defendendam Rempublicam, & fertilem reddendam Patriam, ita Homerus Odyſſ. 1. incitabat.

Vos age pugnate donec vnusquisq; veſtrum.
Ictus aut vulneratus mortem aut fatum ſequatur,
Moriatur, non enim indecorum eſt defendenti
Patriam vel Rempub. mori.

Ad conſeruandam verò Mineruæ dignitatem, ac deducendam per illam fertilitatem Reip. ita concitabat Ariſtophanes in Ranis redarguendo ſimul negligentiam literarum in Ciuibus.

Ciuium quos quidem ſcimus ingenuos, modeſtos,
Iuſtos, honeſtos, ac probos viros eſſe.
In palæſtraque & choris enutritos, & muſica,
Illos expellimus: fabris autem & peregrinis, ſeruis.
Malisque atque malo genere natis ad omnia vtimur.
Qui poſtremi aduenerunt quibus ciuitas antehac
Ne pro piaculis quidem facilè vſa eſſet.
At nunc ſaltem ô ſtolidi moribus immutatis
Vtimini denuò viris bonis. Nam etſi quid proſperè egeritis
Hoc pacto non abſurdum erit, neque ſi quid erratum fuerit.
Ab arbore enim digna
Et ſi quid patiamini, ſapientibus pati videbimini.

Meritò hæc arma fertilitatem Reipub. præſagiunt tribus ex rationibus. Prima, Quia etiam ſomniatus aſinus hoſti captiuitatem præſagit. Quapropter Octauio Auguſto cum aſinus cui Nicontæ nomen & Aſinarius cui nomen Eutycho obuiam facti, omen certæ victoriæ attulêre, inquit *Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 14. in fine.* Secunda, Quia abraſa ab aſino vitis feraciorem vindemiam facit. Quocirca Naupliæ lapideus aſinus ſpectabatur grata poſteritatis memoria dedicatus, & in medio vineæ aſini erat Caluaria, ſcripſit *Vadimonius* Tertia, Quia percuſſus à Scorpione, ſi ſederit ſuprà aſinum tranſibit in aſinum dolor & pro percuſſo torquebitur, inquit *Apul. lib. de re ruſtica.* Addit *Democritus*, percuſſus à Scorpio, ſi ſtatim ad aſinum accedens in aurem eius dixerit, Scorpius me percuſſit, non doliturum ampliùs dolore ſcilicet in aſinum tranſeunte. Quod ſi tàm magnifica aſino conceſſit natura, quantam habebunt magnificentiam illi, qui nobiliter & generoſe nati, & per tot ſæcula Reip. Polonæ obſeruantiſsimi, prædictis inſigniri Gentilitijs, pro decore honeſto & ornamento habent & tuentur: Recogita velim Do-

lim Dominos in Rzeſzow, reuolue Dominos de Czyzow, conſidera Dominos de Bobrek, perſpice Dominos de Podhaice, voca in mentem Dominos in Kolaczyno, & alios innumeros de gente Pulkozycia, & ſine rumore fertilitatem Reip. Polonæ per illos adauctam & productam affirmabis, tueberis, laudabis. Quapropter de Rzeſouio Epiſcopo Cracouien. & Duce Seueriæ Kantſcius ſcripſit:

Vidit apud Varnam te Vladislae cadentem
Dum geris audaci fortia bella manu.
Miles vt egregius quondam, de Eccleſia & aris,
Sic benè promeritus vir fuit ille ſuis.
Rectè animis cedunt generoſis omnia: celſæ
Nil menti, atq; viris ardua nulla bonis.

PVLCHRITVDO PATRIÆ.

NON quid Græcum exiſtimes, aſinum eſſe pulchritudinem Patriæ. Non ego obliuiſcor adagia, prouerbia, ſymbola, epiteta, hieroglyphica, quæ de aſino contraria referunt, ſed admiror in pulchritudinem aſſumi eximiam. Inueniuntur enim aſini albi capite purpureo. *Ælianus lib.* 4. *de Animal. cap.* 52. Aſinus Tiberij ſcintillas ſeu radios emittebat è corpore, inquit *Cauſsinus ex Damaſ. lib.* 7. *cap.* 13. Rex Aſſyriorum inter dona magnifica & pretioſa ad Ferdinandum Neapolitanum Aſinum miſerat, miraculoſo enim pilo, virgato corpore, diuerſis coloribus & paribus lineis erat. *Pontanus de Magnificentia.* In Perſia tàm pulchri inueniuntur aſini, vt vnus vendatur triginta auri ponderibus. *Paulus ait Venetus.* Quod ſi aſini irrationales tàm pulchri inueniuntur, quid dicemus de Familia illuſtri Pulkozyciorum à tot ſæculis in Caſtris, in Senatu, in Eccleſia, claua, purpura & tyaris inueſtita & coronata? Non mihi quidem iucundum eſt, ſed pernecesſarium hoc aſſcribere, cum Dlugoſſus, Miechouius, Cromerus, Anno 1358. Caſimiro Magno regnante in bello Valachico cum Petro Palatino, plurimos referant pulchritudinem familiæ ſuæ & Patriæ dignitatem auxiſſe, promouiſſe, fortitudine, ſanguine, morte. Taceo Ligezas, quos vniuerſum ſæculum proclamat, non proferam Niewiarowſcios Regibus & Caſtrorum Ducibus eximiè notos. Non commemorabo Wrocimowſcios, Boguſios, alioſque memorandæ dignitatis viros, quos latiùs linea demonſtrabit. Eorum pulchritudine Reſpublica Polona multo tempore ſuum decorem retinuit ſplendidum & incontaminatum. Habet *Plinius lib.* 15. *cap.* 40. Domitij Neronis coniunx Poppæa fœtas aſinarum conſeruabat quingentas, vt lacte illarum ad corpus extenuandum & macerandum pulchritudinis gratia in balnea vteretur. Regnum verò Poloniæ & iſte clariſsimus Regni Senatus, ſanguine eorum qui inſigniuntur capite aſini, multoties ab hoſtium impetitionibus pulchritudinem ſuam obtinuit, & retinuit. Non enim tantum pro-

prijs

prijs Parentibus, quàm communi omnium Parenti Patriæ pulchritudinem detulerunt, voluerunt. Et ſi comparare merita ad inuicem illorum & ornamenta Patriæ per illos appoſita velim, illud Pherecydis Philoſophi, qui primus omnium de natura & dijs ſcripſit, & plurima ac ſtupenda ſuæ ſapientiæ declarauit monumenta, vt *Diog. Laert. lib. 1. de Vitis Philoſophorum* habet, adducendum erit. Inſcriptum eſt eius tumulo hoc Epigramma.

Deſinit in me omnis ſapientia, prima quod autem
Pythagoræ tribuatur palma, fatebor
Id, ſed ob hoc, quia primus erat in gente Pelaſga.

Etenim Pulkozycij tantum meruerunt Patriæ, tantum vtilitatis & honoris perpetui ipſi contulerunt, vt quis plus & magis, difficile ſit diſcernere. Certarunt pro eius pulchritudine, vita, ſanguine, bonis, pacis bellíq; tempore. *Vnus conſiliis, alter præſtantior armis & è contra.*

LINEA FAMILIÆ PVŁKOZYC.

STauiſſius ſeu Stawiß cui talia arma primùm collata fuerunt circa annum 1022. ſicut in origine armorum diximus. Boguß filius Stauiſſij imitator parentis bello & caſtris illuſtriorem reddidit progeniem Anno 1044. Reliquit inter alios filios Stauiſſium & Boguſium, quorum Cathalogus & Bulſcius circa 1061. quod Lampertus Zula Epiſcopus Crac. Canonicos Cracouienſes fecerit, meminerunt. Notabant familiam ſuam de Ziemblice armorum Pulkozá. Et enumerat ibidem alios creaſſe Canonicos prænominatum Epiſcopum Nicolaum de Wścicklice armorum Boncza. Petrum & Iacobum fratres de Zbylitowice armorum Iunoſza. Mſciniouum & Ioannem fratres de Iákuſsowice armorum Iáſtrzębiec, & Stauislaum de Szczépanowice armorum Prus. Bielſcius fol. 77. *Iazdeuus Comes de Przemakow, quem Priuilegia S. Crucis in Caluo monte ad annum 1200. referunt.*

Petrus Epiſcopus Plocenſis ſucceſſit poſt Gunterum armorum Prus: ipſi verò ſucceſſit Andreas armorum Griff. Is in Comitiis Sieradienſibus effecit, vt publico decreto Eccleſia Plocenſis ab oneribus Principum, ſtatiuis militaribus, collectis, tributis, ſuffragijs, hoc eſt Principum precibus pecunia libera ſit. Paulus Przemaconius Epiſcopus Crac. circa annum 1266. ſucceſſit poſt Prandotam Bialoczouium, habuit verò ſucceſſorem Procopium Ruthenum conſanguineum ex matre Leſci Nigri. Obijt 1293. Perſecutiones à Leſco innocenter pertulit & captiuitatem. Sed motus erat Leſcus aliorum ſermone, vt in 2. Opere Paprocius refert. Fundauit Cracouiæ in arce aliquot altaria, ſed magis deditus erat venationi, quam deuotioni.

Thomas Epiſcopus Plocenſis. Hunc Paprocius in 2. opere dicit horum fuiſſe armorum. Sed Illuſtr. & Reuerendiſſ. Epiſcopus Lubienſki in Vitis Epiſcoporum Plocenſium arma ipſius tacuit. Dlugoſſus verò armorum Prus aſſeruit ad finem anni 1263. Ioannes Rzeſſowſki Archiepiſcopus Leopolienſis, qui tranſtulit ſedem Haliciæ Leopolim, anno 1414. mortuus Rzeſsouiæ in domo paterna 1435. Tumulatus in monte Caluo. Aſſumptus erat poſt tranſlationem Nicolai Trambe ad Gneſnenſem metropolim. Succeſſit illi Ioannes Odrouanzius. Hic antequam veniſſet Leopolim, Matthias Epiſcopus Premisl. in ſpiritualibus adminiſtrauit Eccleſiam Leopolienſem, vt ex confirmatione Conuentus Colomienſis Ord. Prædicat. facta in craſtino Natiuitatis Domini anno 1413. conſtat. Hic Ioannes Vladislaum Regem cum Pilecciа matrimonio iunxit, & in Reginam Crac. coronauit. In Samogitia Eccleſiam Cathedratem ſub titulo SS. Alexandri, Euantij, Theoduli, vnà cum Petro Epiſcopo Vilnenſi erexit. Prouentus Canonicorum Leopolienſium auxit, & plurimos pro Eccleſia & Patria labores ſubijt. Hæc in Cathalogo Archiepiſc. & Epiſcop. Halicienſium & Leopolienſium Canonicus Scroliſeuius.

Ioannes Rzeſſowſki Epiſc. Cracovienſis, ex ſtrenuo milite & ad Varnam pugnante cum Vladislao Poloniæ & Hung. Rege. Aſſumptus 1471. poſt Ioannem Lutecum armorum Doliwa: ſucceſſit verò illi Fridericus Princeps Poloniæ S.R.E. Cardinalis. ſedit annos 16 Obijt 1488. Poſtquam occiſus eſt ad Varnam Vladislaus, & ille redijt ex infelici pugna, miſſus erat vnà cum Ægidio Suchodolſki, vt perquireret, an Rex viuus vel extinctus fuerit, propter quod interregnum vſque ad tertium annum durauit. Biellcius 382. *Creatus autem Epiſcopus promeritus Eccleſiæ & aris, Sacrarium in Crac. Eccleſia exſtruxit, & alia quibus laudatur in auum* Cromer. de illo lib. 27. anno 1471. *Ioannes Rzeſſowſki Capitan. Nouæ Ciuitatis Korczyn, & Canonicus Crac.* Cromer. *de illo meminit* lib. 37. *ſub anno* 1467. *Damoborium Caſtellanum Naclenſem Toporcum latrocinia exercentem referendo. Repreſſa ſunt latrocinia, quæ iam increbreſcere cœperant, ita vt Ioannes Rzeſſouius Canonicus Crac. & Præfectus Corcinenſis Petricouia domum reuertens in itinere direpta quam ſecum vehebat ſupellectili ſua & Regia, caperetur.*

Pulcoſicij *plurimi occubuere in bello Valachico Caſimiro regnante, anno* 1360. Cromerus *ita de hoc bello* lib. 12. *Mortuo Stephano Woiewoda Valachorum duo filij eius Stephanus, & Petrus, de Principatu contendebant, ſed excluſus Stephanus à fratre ad Caſimirum auxiliares petendo confugit. Conſcriptus exercitus è Polonis & Ruſſis non contemnendus, ſed Petrus imparem ſe videns ad ſyluas confugit & ſeris, ſecuribus ſuccidit arbores prægrandes, vt facilè deijci poſſint, vt igitur noſtri iter faciunt, in inciſas arbores impellunt & noſtros obruunt. Capta ſunt in eo conflicta tria vexilla magna, Cracouienſium, Sendomirienſium, & Leopolienſium. Signa verò Gentilitia nouem, Topororum, Leliuiorum, Liſſorum, Rauitorum, Griffortum, Szeniauiorum, Habdancorum, Polucoſarum, & Stremienniorum. Paulus de Bogumilowice Iudex Cracouienſis, quem Acta Terreſtria referunt. Martinus de Wilczyce, Priuilegia hunc Caſimiri Magni Anno* 1335. *referunt. Viſigus ſeu Wyzgà qui erexit Czyzow, hunc Priuilegia Dominorum de Czyzow referunt. Ioannes de Czyzow Czyzowſki Caſtell Cracouien. à Vladislao Poloniæ & Hungariæ Rege conſtitutus loco ſui Palatinatuum Regni Cracouien. Sendomir. etc. Ruſſiæ, & aliarum terrarum ad eaſdem ſpectantium, tutor, rector, & gubernator per tempus, quo ipſum in Hungaria manere contingat. De hoc Priuilegium, Dat Cracouiæ, &* Calimach. lib. 1. fol. 3. *Idem Caſimiro regnante eoſdem Palatinatus, quouſq; ex Lituania in Regnum peruenerit, commiſſos ſibi habuit. Iterum à Vladislao Poloniæ & Hungariæ Rege beneficia conferendi accepit poteſtatem Anno* 1444. *Hæc Priuilegia in Eccleſia PP. Bernardinorum in Rzeſſow conſcripta apparent. Reliquit filium Ioannem, vt ex Epitaphio patet Cracouiæ in Arce* 1415. *& filiam conſortem Ioannis Zaklika Palatini Sendomir. quæ omnia bona parentum de Pulkozicciorum domo, in familiam Toporcorum inſcripſit. Et hac de ratione Zaklika ille cum ſua poſteritate à bonis Czyzow, Czyzowſcij nuncupati fuerunt, ceſſit Præfecturæ Cracouien. Pienianſcio ob ſenectutem* 1457. Crom: *Michael de Chmielow, Iudex Cracouien.* 1410. *Indicus de Iurkow fideiuſſor, centum Vngarorum pro Rege Hungariæ, Croatiæ, Poloniæ, Generoſo D. Nicolao de Witow* 1441.

Ligęſij *antiquiſſima Familia, quæ à diuerſis dominiis, & poſſeſſionibus variè cognominata fuit, vnde tàm in Eccleſia PP. Bernardinorum, quàm in Curia Rzeſouienſi Domini in Czyzow & Rzeſſow, Bobrek, & Przeclaw, in Sendziſſow, & Glogow, &c. Ligęſij nuncupantur, quod computatio ipſa annorum non retractabit. Dobieslaus Ligęza de Bobrek Caſtell. Cracouienſis, quem priuilegia referunt Monaſterij Sczyrzicenſis Anno* 1379. *Eodem Anno Ioannem Palatinum Lencicienſem de Bobrek priuilegia ſubſcripta demonſtrat. Staniſlaum Ligęzà de Bobrek, refert Priuilegium Monaſterij S. Crucis in monte caluo Anno* 1350 *Dobieslaum de Bobrek, & filium eius Staniſlaum Vexilliferum Cracouien. referunt ibidem literæ ſub Anno* 1399. *Ioannes Ligęza hæres in Niemarow Palat. Lencicien. cum Heroica fortitudine pietatem quoq; ſummoperè coluit Cracouiæ in Eccleſia SS. Trinitatis, ad*

quum

quam FF. Ordini. Prædicat. domicilia ſua habent, Capellam ex muro fieri fecit, quam calicibus, ornamentis, aliiſq; attinentiis munificè ornauit, & in ea Sacrificia Miſſarum ordinauit fieri, & ad eam in Anno 1418. illis PP. Sculteciam in villa maioris Pradnik, quæ hucuſq; in poſſeſſione illorum manet pro ſexcentis marcis latorum groſſorum Pragenſium emit. Leſcus Bobricius, de quo Cromerus ſub Anno 1443. præclarum eximiæ virtutis Specimen duo Poloni equites, Ioannes Tarnouius, & Leſcus Bobricius Hungaricorum annalium teſtimonio edidère, dum alter Summeni portas duobus vulneribus acceptis effugit, alter Petreſſi murum primus aſcendit. Eum Starouolſcius inter bellatores Sarmaticos tali Cenotaphio honorauit. Leſcus Bobricius Ligeza, vi corporis & virtute animi, militariq; fœlicitate nemini ſecundus, ac prorſus antiquis Heroibus par hoc tumulo conditus iacet. Qui prima Caſtrorum rudimenta in Podolia contra Tartaros Vitoldo prudenti atq; bellicoſo Duci approbauit. Iagelloni Regi fortiſſimo contra Crucigeros in Pruſſia Tribunus militum egregiam operam præſtitit. Ea tandem Vladiſlao eius filio bellis Hungaricis atq; Turcicis eximiè commodus, cum quo ſimul & vitam in acie Varnenſi poſuit. Ioannes Ligeza Epiſc. Plocen. hunc Rzeſonia habent delineatum in Palatio D. Ligeza, & vt opinor inter Epiſcopos Plocenſes nouiter editos, non Ioannes ſed Ianiſlaus nuncupatur, qui dum obijt 1367. eum titulum ſortitus in ſepulchro repræſentat. Defenſor Iurium Eccleſiæ, nam licet arma & familiam Ianiſlai non nominauerit author Epiſcoporum, addidit tamen, vt nobilem & magnæ familiæ fuiſſe intelligamus hæc. Eo animo omnes hoſtium iuris Eccleſiaſtici inſultus ferre ſolitus, vti virum nobilem & magno animo præſtantem decuit. Iacobum Ligezá, qui in bello cum Suidrigailo pugnando occubuit 1431. meminit Bielſc. fol. 338. & Ioannem de Bobrek idem meminit folio 374. cum Turcis pugnantē ſub A. 1443. Plurimos de hac Ligeziorum familia, vti genere, ita meritis, dignitate, titulis & trophæis clares referunt ſcripta in Rzeſſow. ſed arborem rectam deducere ex illis non eſt poſſibile, illos tamen vt conſcripti ſunt inferius nominabimus. Nunc præmittamus arborem hanc inferiorem Ligezorum. Petrus Fælix & Preſlaus germani fratres, nati ex Tarnowſka filia Caſtell. Crac. Petrus Caſtell. Czechouicn. Dominus in Chrzanow & Bobrek. Fælix reliquit Fælicem Caſtell. Zarnouien. à quo eſt Ioannes, Nicolaus, & Sigiſmundus, Ioannes Tribunus Sanocenſis, reliquit ex Pilecka armorum Leliwá filios, & filias Iordanis, & B... Præfecti Stabuli Premiſlienſis conſortes, ſoror autem illius Anna, Caſtellani Premiſlienſis Korytko conjux fuit. Alter filius Fælicis Nicolaus Caſtell. Viſlicienſis qui iuuentutem literis & moribus adornatam reddidit idoneam ad obſequia Regia, vnde ex Camerario Aulicus Regius, tum Vexillifer Curiæ & Capit. Zydacouienſis, ex Bonarowa vidua filia Iordani Caſtell Cracouien. reliquit Nicolaum Spytek, & Ioannem, & filias duas, Nicolaus erat Aulicus Stephani Regis, qui in coniugem habuit Caſtell Czechouien. Kormanſki filiam, altera conſors illius, vt adnotatur in Eccleſia PP. Bernardinorum in Rzeſſow, & in Palatio, erat Sophia Kraſinſka Palatini Plocenſis filia, ex qua ſuſcepit duas filias ...ulentianam, & Conſtantiam. Et ſicut parens illius habuit ſummos honores pro meritis, nam natus ex germana ſorore Comitis de Tarnow Caſtell. Cracouien. & Supremi Exercituum Regni Generalis, cum Caſtellania Viſlicienſi, erat Biecenſis, & Zydacouienſis Præfectus, ita filius eius Nicolaus Spytek de Bobrek in Rzeſſow, Glogow, Sędziſſow, Gorzyce hæres, erat ex Caſtellano Czechouien. Zarnouien. Sendomirienſis Caſtellanus, Biecenſis Zydacouienſis, Ropczicenſis Præfectus. Hic ex Palatinida Mazouiæ reliquit duas filias, quarum vna conſors Dominici Vladiſlai Præfecti Stabuli Regij Capitanei Luceorien. Ducis in Oſtrog & Zaſlaw, altera Sebaſtiani Georgij Lubomirſki Capitanei Sadecen. Profectò hi Ligezij erant maximi amatores & defenſores Patriæ, pacis belliq; tempore, nec ſumptui vitæ parcendo. nec poſterorum inopiam conſiderando. Sigiſmundus tertius horum frater, vt magnus bello, & grauis conſilio vir, erat Capit. Leopolienſis & Procillator Regni. Addunt Rzeſoniæ. quod Tiſſenienſis, Krzepicienſiſq; fuerit Capitaneus, augentur enim præmia, vbi non ceſſant merita. Sorores horum trium fratrum fuerant, Regina conſors Czury-

li, ex

li, ex qua progenitus magnus vir Patriæ & bellator Martinus Rothmag. R. M. Anna Palatini Cracouien. Odnowſki conſors, Eliſabeth Koniecpolſka Capitanei Vielunenſis coniunx. Preclaus Petri & Felicis tertius frater, qui reliquit filios tres, à quorum primò ſunt Ligęſij in Zawadow, ſicut Staniſlaus ornamentum familiæ, qui ex Procbanſka reliquit filium & filias ſex, ex Zabanſka filium, ſicut Sebaſtianus vir potens robore & facultate, qui reliquit etiam prolem, ſicut Achacius eorum quoq; frater, qui ſteriliter deceſſit. A ſecundo autem filio erat Staniſlaus in Preclaw & Ruda hæres, Tribunus Sendomirien. poſt Caſtell. Zarnowien. Lubacouienſis Capitaneus, pater matris Nicolai Firley de Dąbrowica, Palat. Sendomirien. Capit. Lublinenſis, & Stephani Koniecpolſki, vt ſcriptum eſt in Rzeſzow, in Eccleſia PP. Bernardinorum. A tertio verò illius filio erat Felix Ligęzá Archiepiſcop. Leopolien. ex Coadiutore Petri Starzechowſki Archiepiſcop. Leopolien. Anno 1555. cuius in Actis Conſiſtorij Leopolien. tale legitur elogium. Reuerendiſſimus in Chriſto Pater Dominus Fælix Ligęza Archiepiſcop. Leopolien. vir præclaræ in Deum pietatis, in proximum quemq; ac ſummæ beneuolentiæ, grauitatem quam & muneris ſublimitas, & familiæ ſplendor, cum ætas canitie venerabilis dederat humanitate incredibili condire ſolitus. Omnibus charus, Cleri, Eccleſiaſticorum ac ſtudioſorum defenſor & propugnator ſtrenuus. Homo lautus, liberalis & ſordium expers, dum in ipſo mox deficuri ac eum relicturi ſpiritus articulo, hæreticos ſupra vires, ægritudine fractus, alacri ſtudio, Doctoris Melchioris Dominicani Theologi doctiſſimi miniſterio, fæliciter ſuperat, atque proſternit, triumphans terra relicta cælos meruit. Dunaiouiæ 25. Ianuarij. Hora 14. Anno 1560. *A tertio verò filio procedunt Ligęzij de Boleſlaw, Theodorus à quo eximij Rothmagiſtri, & Aulici Regis Stephani Staniſlaus & Theodorus. Stanislaus frater Theodori, Pocillator Iſabellæ Reginæ Vngariæ, quem Boleslaum fortè rectius nominarunt Rzeſouiæ imagines. Hermolaus tertius horum frater in Brzeznica & Dolen hæres, Supremus Theſaurarius Regni, Samborien. Olſtinen. Drohobycenſis Capit. reliquit filios & filias. Stanislaus Ligęza Capit. Opocnenſis, Orator Polonicus, & magnæ conſtantiæ, cum pietate vir, qui ex muro in Boleſlaw erexit ſumptu egregio & forma Eccleſiam, ad quam Theodorus eius frater addidit fundationem & prouentus. Sebaſtianus Ligęzà Dapifer Sendomirien. qui in Iwanſka dum expulit hæreticos, optimum ſeſe filium Eccleſiæ præſtitit. Hermolaus Ligęzà de Bobrek ex Caſtellano Zawichoſtien. Sendomirien. Caſtellanus & Supremus Theſaurarius Regni, qui virtute reddidit illuſtriorem famam, nam vitiis carere cæteris ſpecimen eſſe deſiderauit, qui ædificauit ædem virtutis & honoris. Hic ex matrimonio benedictione diuina reliquit prolem filium & filiam. Filius poſtquàm ab exteris nationibus, in quibus literis & moribus inſtructam iuuentutem, pro obſequio Reipub. in Patriam retulerat, in ipſo flore vita ſatis conceſſit, filia verò nupta N. Tarlo Capit. Zwolen. Caſtell. Viſlicien. poſt Samueli Carolo Duci in Korec. Extant modernis temporibus ex hac familia Ioannes de Brzeznicá Ligęzá, Rothmag. ſtrenuus, cuius fratres Abraham, Theodorus, Iacobus, &c. Ioannes de Pietraſzowka Andreæ filius miles eximius, conſors illius Grabinſka. Achacius Ligęza de Zawadá Staniſlai filius. conſors Koſowſka. Paulus de Bobrek Dapifer Premiſlienſis, Elij autem Dapiferi Sendomirien. Staniſlaus cuius conſors Stradomſka, Martinus cuius conſors Sophia Mielecka. Sunt & alij decorem & honeſtum familiæ conſeruantes, & ſtudio nobili curantes.*

Niewiárowſcij *in Palatinatu Cracouienſi, (quorum laus non poſtrema ſed prima ſit, quod inter Arianos & Hæreticos cohabitantes, ne vnus eorum à Catholica Orthodoxa fide aberrauerit) proſapiam ſuam nobiliſſimam in prole & merito fecundiſſimam, à quingentis quinquaginta quinque annis antiquam protrahunt. Superuixit annum circiter 1057. Ianuſius Ligęzà Niewiárowſki Lancicienſis Palat. qui pago Niewiarow fundum primum erigens, ab eo cognomen ſibi vſurpauit, relicta ſtirpis propriæ Ligęzorum appellatione. Hic dictum pagum propè Parochialem Eccleſiam Niegoniecenſem fundauit, eamq; eſſe ſibi*

mortale

uerſale depoſitum ordinauit: Promnicenſe etiam prædiolum Conuentui Cracouienſi PP. Prædicatorum pro perenni tempore Sacrificio Miſſæ recitando reliquit. Huius poſteri nobilitate, virtute, & meritis de Republica præclari fuêre, per annos 356. ſuccedentes, tam in Lituania quò ſe tranſtulerant, quàm in Polonia, cuius argumentum ex Nicolao Nieuiarowſki ad annum 1443. viuente herede ſuper Nieuiárow, aliudq; circumcirca plurimus villis, qui & ad reædificandum Eccleſiam Niegouiecenſem manum largiſſimam appoſuit efficax habetur, eam non procul à proprio, &c. Succeſsêre tandem per lineam Nicolai duo fratres ſuis temporibus in pedemontio clariſſimi, Chriſtophorus & Adamus. Chriſtophorus reliquit filium ſui nominis, qui Præfecturam Arcis Cracouien. habens, Regi Auguſto intimus charus fuit, & ſacro matrimonij ligamine copulatus Annæ Krotowſka, Palatini Inowladislauien. filiæ, progenuit ex ea Chriſtophorum, Ioannem, & Præclaum. Ioannes opibus & copijs abundans, digniſſimos, virtuoſiſſimos, à teneris annis Marti addictiſſimos habuit filios, Alexandrum, cuius animi heroicas dotes Cracouiæ apud Prædicatores in Capella eiuſdem Familiæ Epitaphium proclamat. Samuelem qui per decennium militiam coluit, heredem ſuper Krakęſzowice in Cracouien. Palat. Andream virum omni virtutum genere, patrium, neſtratibus debito celebrem, in expeditione Pruſſica, pro Patria immunitate ſtrenuum bellatorem, heredem in Dabrowicá eiuſdem Palatinatus. Seuerinum qui etiam meritis ſuis non caruit, & benedictione diuina obtenta præ fratribus ſuis opulentior euaſit, ad pagum Nieuiarow plurimis villis circumſtantibus hereditate copulatus. Andreas reliquit Balthaſarum tempore expeditionis Moſchouiticæ militiam profeſſum, Zophiæ Czaplinſka per ſacrum matrimonium vnitum, virum omnibus amore proſtratum. alterum Alexandrum Ordinem S. Dominici Cracouiæ ingreſſum, ibiq; Lectorem S. T. creatum, & Stephanum ſpectabilis indolis. Seuerinus verò habuit filium Ioannem, qui hereditati ſucceſſit, virum Marte egregium, in exercitu Belgico, & in expeditione Pruſſica, ſub feliciſſimis, iiſq; fortiſſimis Illuſtriſſimi Staniſlai Lubomirſki Palatini Cracouienſis labaris, plures virilitatis ſuæ annos expendentem, Annæ de Wielopole Wielopolſka, heredis in Dominikowice, Dei cum benedictione maritum, & filias tres Annam, quæ Staniſlao Staniſlawſki Vice-Palatino Cracouienſi, viro prudentia, dexteritate, & hoſpitalitate eminenti nupſit, & Conſtantiam atq; Zophiam monialem. Ioannis fratres Chriſtophorus ſenior, & Præclaus iunior prole caruerunt, vnde Præclaus bona ſua hereditaria dono obtulit Conuentui Cracouienſi, SS. Trinitatis PP. Prædicatorum, villas ſcilicet Iodlownik, Koſtrza, Ryie, Markuſzowa cum prædiis, in Kaſimia verò magna quindecim millia florenorum pro cenſu perpetuo legauit anno 1596. quam deinde eius frater germanus Ioannes eidem Conuentui in perpetuum donauit, cui ampliſſimo ſuo benefactori Communitas illa ſepulturam communem fratrum cum ſolemni exequiarum pompa conceſſit, & ad duas Miſſas in Septimana pro tota Familia ſuperuiuente & vita functa, atq; Anniuerſarium ſingulis quartualibus obligata, munificentiam eius coram Deo continuò rependet, de hoc Bzouius Sedis Apoſtolicæ Hiſtoriographus, in propagine Diui Hyacinth: cap. 13. quando res inſigniores Conuentus Cracouienſis SS. Trinitatis recenſet, hiſce ſcripſit formalibus: Requieſcit & Præclaus Niewiárouius noſtris temporibus benefactorum facilè Princeps, nullus eum ex Fratribus ea de re petijt, nullus aut blanditijs, aut ſeruili adulatione, quæ generoſos animos infringit demerebatur, ſpontè ſua holocauſtum obtulit Deo ex omnibus fortunis ſuis, quas ex Dei gratia, & maiorum ſuorum beneficio habuit in pedemontio honeſtiſſimas. Ipſe petijt à Patribus vt dotem pro Eccleſia Sanctiſſimæ Trinitatis hanc vellent accipere, illis cunctantibus, & comperendinantibus, moleſtior fuit tantiſper, donec ad Acta publica Caſtrenſia ſecum iretur à fratribus, apud quæ cum maxima animi exultatione liberaliſſimè omnibus ſuis facultatibus pro dicto Conuentu renunciauit. Non multò poſt vita functus, è pago Iodlouicenſi incolantibus Fratribus 1599 quaſi vnus ex his, qui in Religionem iurauerunt ſepultus eſt. *Adamus primi Chriſtophori germanus*

hæres in Niewiarow, Ciebáwá, Niegowiec, Swidowká, &c. remanere fecit ex Marina de Kośmierzow Capitanei Kolenſis filia Albertum & Adamum. Alberti filij fuere quatuor, Ioannes hæres in Xiaznice, qui Praclaum reliquit virum Curiam Dominici Ducis de Zasław ſpectabili ac ingenua ſua perſona decorantem. Secundus Albertus in Marſzowice. Tertius Stanislaus hæres in Ciebawá, qui dum egregie literas prius didiciſſet, poſt hæc duodecim annis cõtinuis rem militarem diuerſis in expeditionibus agebat, officijs exercitus aptiſſimus, vnde Magiſtri Equitum haſtatorum legionem Centuriam regentis munere & omnino trina functus eſt vice. Ex Anna Szczepanowſka primi matrimonij conſorte, ſuſcepit Ioachimum Pilecenſem Officialem digniſſimum, & Annam in clauſtro Zwierzynecenſi propè Cracouiam profeſſam. Sacro iterum connubio celebrato cum Barbara Staſſkowſka Vicepalatini Cracon. filia, ab eadem habuit filios, Ioannem quem Deo vouit, & profiteri ſacrum Ordinem Prædicatorum Cracouiæ permiſit, cui Religio habitum tribuens memor ſui Benefactoris largiſſimi Prælati, hoc idem nomen ei contulit, qui tandem Theologus promotus, & Concionator qualificatus euaſit. Et Franciſcum admirabilis indolis adoleſcentem. Filias verò tres, Marinam Nicolao Ratowſki nuptam, Tereſſam monialem in clauſtro Crac. S. Andreæ, & Barbaram in virginitate extinctam, quæ vnà cum ſuo parente digniſſimo hoſpitalitatem cum ſinceritate rariſſimam, deuotionem cum pietate admirabilem, pro comitibus indiuiſibilibus habente, Anno Domini, 1629. ad extremam vitæ periodum perducto, Cracouiæ apud Prædicatores in Capella Familiæ cubile mortis habet. Quartus tandem Alberti filius Gaſparus Canonicus Crac. tempore quo ſuperuixit omnibus amabilis, & poſt mortem diu memorabilis, qui Georgio Duci de Zbaraz intimus familiariſſimus, ex vnicis vnicus amicus fuerat. Adamus Alberti frater, hæres in Niewiárow, Niegowice, Wátowice, Zborczyce, Zrzeczyce, Stárawela, Sulkow &c. cum Heduigi de Otſinow Otwinowſka quatuor progenuit filias, Annam Ioannis Iordan conſortem, Marinam Petri Golucbowſki vxorem, Magdalenam Ioannis Golucbowſki coniugem, ex qua ſuſcepit Abrahamum Golucbowſki Capitaneum Stęzicenſem, virum armis & toga clarum, atq; Catharinam Hieronymo Lyſakowſki matrimonio colligatam.

Wrocimowſcij in Wrocimowice, Martinus Vexillifer Terræ Crac. in bello contra Cruciferos cum Iagelone ſtrenuus, Bielſcius fol. 295. Et cum in feruore belli vexillum amiſiſſet, toto conatu cum nobilitate illa recuperauit. idem Biel. fol. 298. ad annum 1409. Expediuit legationem ad SS. Ioannem, vnà cum Andrea Laſcarij Præpoſito Vloclauienſi armorum Godziemba, & Sbigneo Oleſnicki Secretario Regis. Biel. fol. 311. Demum creatus Subdapifer Crac. expediuit legationem ad Imperatorem Turcarum, ratione Palatini Moldauiæ. idem Biel. ſub anno 1475. fol. 465. meminit illius Crom. l. 16. & Miech. li. 4. Marciſus ſeu Narciſſus Wrocimowſki Caſtel. Polanecen. 1485 ſed iam periodum paſſa eſt familia hæc, & Wrocimowice bona ad Srzeniauios tranſierunt.

Boguſij in Cracouienſi Palat. alij in Palat. Podoliæ conſederunt. Boguſium Iudicem Pomeraniæ in Capitaneum Gedanenſem Vladislaus Lokietek anno 1306. præfecit, qui fortiter contra hoſtes, & cum ſummo honore arcem Gedanenſem defendit. Bielſ. f. 209. & 210. Deſcendunt illi à Boguſiis à Staniſio euntibus. Alterum Boguſium Marſchalcum M.D.Lit. Legatum ad Pont. Max. à Sigiſmundo Rege cum Eraſmo Ciołek Epiſc. Plocen. & Raphaele Leſczynſki Caſtel. Lencnenſi, meminit Biell. ſub anno 1518. Ioannem Boguſ Paproc. in 2. opere Caſtel. Czechouienſem meminit, qui ex Macieiowſka Caſtel. Sendo-

mirienſis

mirienſis filia reliquit prolem. Ioannem Boguſium Caſtel. Zauichoſtſen. meminit Ianuſzouius fol. 317. *Et temporibus non pridem elapſis erat Canonicus Crac. ex Premislienſi terra. Alij quoq; ſunt in Podolia, præcipuè Ioannes, vir militari experientia digniſſimus, qui abiurata hæreſi Caluini, maximo exemplo fuit alijs ad fidem Catholicam, quam profiteri & colere reuerentia humili ſatagit. Ex Kalinowſka ſuſcepit prolem.*

Wolſcij *de Podhaice, viri eximij meriti, ceu optimi ciues Patriæ & Reipub. cõſiliarij fideles & ſtrenui propugnatores. Nicolaum Wolſki de Podhaice militem ſepulchri Domini, & ſtrenuum bellatorem cum Moſchis anno 1514. meminit* Bielſcius. *Hunc ad Leonem X. Pont. Max. miſerat Sigiſmundus I. ad quem deducebat præcipuos ex nobilibus captiuis Moſchis decem Boiaros. Hũc vt opinor, meminit* Paproc. *Caſtel Sendomirienſem, Hoffmagiſtrum Reginæ Bonæ, Viſlicen. Lomzen. Sanocen. Lanckoronen. Capit. Nicolaus Wolſki de Podhaice & Minſko Epiſc. Chelminenſis, ſucceſſor Vchanſcij anno 1561. de hoc Iacobus Gorſki Academicus Crac. in Dedicatione Iacobi Sadoleti & Samuelis Macicionij ita diſſeruit.* Nil petulans, nil alienum à munere optimi Pontificis in aula tua auditur, nil in accubitu niſi eruditum, caſtum, piũ. Iam ſi vitam ſpectemus, nil ea caſtius, nil magis ſobrium, nil ab omni vitio magis alienum, formam illam & exemplar Pontificis optimi, & ab reprehenſione liberi, qualem D. Paulus Timotheum eſſe voluit, in te intuemur. *Sigiſmundus Wolſki Caſtel. Brzezinen. demum Sendomiriẽ. Marſchalcus Curiæ, Varſauienſis Krzepicien. Capit. Conſtitutio Regni de eo 1563. Nicolaus Wolſki filius Stanislai, Imperatoribus Chriſtianis Maximiliano & Rudolpho, & Regibus Pol. Sigiſmundo Auguſto, Henrico, Stephano, Sigiſ. III. benè meritus. Gladifer Regni & Krzepicienſis Capitan. primùm, deinde ex Marſchalco Curiæ Supremus Regni Marſch. Rabſtin. Olſtin. Inouloc. Capit. Expediuit legationes ad SS. D. ad Cæſarem Chriſtianorum, ad M. Ducem Hetruriæ. Erat in Senatu conſilio potens, in expeditionibus bellicis potentior, in pietate feruens, in liberalitate heroica magnificus. Fundauit Camaldulenſibus PP. ad Crac, cum perpetua & ampla prouiſione monaſterium cum Templo egregio in monte Argenteo, reſtaurauit monaſterium Krzepicienſe, prouidit monaſterium Klobucenſe.*

Wielowieyſcij, *in Cracouienſi Palatinatu, antiqua familia, & plurimis meritis Patriæ clara. Notabant ab antiquo familiam ſuam ab arce Trzeblin, modò notant a Wielawieś. Ioannes Wielowieyſki Caſtel. Crac. quem aliquot Priuilegia referunt. Felix Wielowieyſki vir ingenio & Marte præſtantiſſimus, reliquit digniſſimam & Reipub. perutilem prolem. Conſequenter virum grauitate iudicij & amore Patriæ ſplendidum reuoluere cum ſeculis oportet. Alexander, Ioannes & Paulus de Wielawieś ſubſcripſerunt electionem Sereniſſ. Regis Vladislai IV. ex Palatinatu Crac.*

Plichtij *in Cracouienſi Palat. ſplendore generis & antiquitate familiæ digniſſimi vir*

mi viri & Senatores. In anno 1409. à Ducibus Maſoniæ vnà cum legatis Regni, miſſus fuit ad Venceſlaum Bohemiæ Regem, Plichta Marſchalcus Ducum Maſoniæ, Bielſc. ſol. 290. *Aliqua Priuilegia Ducum Maſouiæ referunt Palatinum Varſauienſem Plichtam, qui eximios milites Patriæ reliquit filios. Staniſlaus Plichta Caſtell. Socbacouienſis, vir tàm in ſago quàm in toga Patriæ deſideratiſſimus & eximiæ liberalitatis. Conſtantinus Plichta Palatinus Maſoniæ, Goſtinenſis, Lipienſis, Nurſcenſcenſis Capit. qui Marſchalcum egit ex inſtinctu Sigiſmundi III. Regis apud filium eius Vladisl. IV. modernum Sereniſſimum noſtrum Regem, cui omnia fælicia à Deo optamus & precamur. Erat prænominatus Plichta & bello clarus, nedum Rotbmagiſter digniſſimus, ſed etiam turmarum ductor ſtrenuus & circumſpectus. Nam & in Valachia ab illo memoria æterna digniſſimo viro & Supremo Exercituum, Præfectus militiæ deſtinatus fuerat, & in Pruſſia à Sereniſſ. III. Sigiſmundo Rege Pol. ductor militiæ conſtitutus, egregiam vt decuit verum Patriæ ciuem, nauauit operam. Ioannes Plichta Pocillator Rauenſis, vir non minus prudentia, quàm generoſitate & humanitate præcellens. Paulus Plichta Succamerar. Rauenſis, & Rotbmag. digniſſimus, in Confinibus Regni, & vbicunq; ſeſe occaſio hoſtilis præſtiterat. Matheus Plichta, Succamerar. Rauenſis, eximius miles & boni Patriæ obſeruantiſſimus, nam cum Michaele Palatino Beſſarabiæ pugnando, dum vidit in Patriam arma hoſtilia ferre, receſſit ab illo & ad Exercitum Regni, quem tunc Ioannes Zamoiſcius moderabatur conuertit, ibiq; contra dominum præteritum arma extulit. Nicolaum & Ianuſium, eximios & ſtrenuos Rotbmagiſtros in Vngaria, & apud Rudolphum Imperatorem demonſtrant literæ in familia ipſorum, vt enim Patriæ ſuæ inſeruire prudenter & vtiliter poſſint, proſunt exercitia ſed maximè apud exteros, vbi otium militi ſurripitur, & pugna continuatur. Staniſlai duo, vnus Notarius Socbacouienſis, ad omnia munia Reipub. idoneus, promptus, neceſſarius & prudens. Alter Subdapifer Socbacouien. de quo & Conſtitutio Regni 1589. meminit. Valentinus Plichta in magno Kolaczyno, Caſtell. Rauenſis, Præfectus Scepuſienſis, qui dum Succamerar. Rauenſis fuiſſet, & Iudiciorum Tribunaliciorum nedum rectus auſcultator, ſed multoties Marſchalcus & director tàm Lublini, quàm Piotrcouiæ & Radomij eſſet, in Aula Principum Regni Poloniæ & Sueciæ, S. R. E. Cardinalis primùm, tum Caroli Ferdinandi Vratiſlauienſis, & Plocenſis Epiſcopi Marſchalci dignitate, decoratus permanſit. Suſcepit ex Woluck i Maximilianum Aulicum iam Sereniſſ. Principis Caroli, & quod maximum eſt, ad latus Principis Poloniæ, & Sueciæ Alexandri educatus fuit, ſed animi dotes ſingulares illius & gratiſſima corporis ſymetria inuida mors retorſit & diſcerpſit. Habet alium filium ſpem generis ſui in caſtris Mineruæ Cracouiæ, ad Martiatica certamina iam breui accedentem. Octauianus Plichta in Skotniki filius Palatini. Maſoniæ, Capit. Goſtinenſis & Strzeleccenſis, Vexillifer Goſtinen. qui Parentis ſui & maiorum merita ſpeculando, reuoluit illud Platonis.* Ortus noſtros partem ſibi vendicat Patria, partem amici. *Et illud Ciceronis:* Tum te ſatis diu & bene vixiſſe dicito, ſi & naturæ & Patriæ quod debes ſolueris. *Adamus Plichta ſubſcripſit electionem Sereniſſ. Regis Vladiſlai IV. ex Palat. Rauenſi, & Staniſlaus Subdapifer Socbacouienſis, ex Socbacouienſi Terra.*

Pikárſcij *à Pikartij in Cerſcenſi Terra, antiquitate & meritis in Patriam, digniſſima Familia. Ioannes Pikarſki Iudex Terræ Cerſcenſis, & Ducum Maſoniæ Troideni, & Semouiti indiuiduus comes in bello. Cui pro meritis maxima contulerunt bona Anno 1300. Latouizum Oppidum cum omnibus attinentiis, & Likarczycze Pikartij, & Runowo in Cerſcenſi terra ſed ſucceſſu temporis Latouizium & Runowo amiſerunt, alia autem bona vſq; modo retinent. Colligitur inde maximos fuiſſe viros tàm ſcientia, quàm Marte, vnde plurimis honoribus inſigniti, ſicuti Acta teſtantur, memoriam ſui benè ſpirantem poſteris reliquerunt. Præclaus Pikarſki Subdapifer Czernenſis, hæres in Likarcice & Pikartij, reliquit filium Thobiam, qui poſt ornatam adoleſcentiam debitis nobilium medijs, matrimonio contracto ſuſcepit filios ſex, eximios Patriæ ciues & Reipub. conſiliarios. Iacobus primus filius,*

filius, qui labore & vigilia nobilibus debita, acquiſiuit bona in Palat. Rauenſi Szacin dicta, eius verò filius Ioannes ex Iárzyniankâ de armis Trzaſkâ natus, ad prædicta bona Szacyn acquiſiuit villas Olſſowam Wola & Roſoſſam, honoratus dignitate primo Subiudicis, poſt Iudicis Terræ Rauenſis, quod officium iuxta leges & conſcientiam annis quindecim adminiſtrauit, ſepultus in Noua Ciuitate vbi Epitaphium oſtenditur. Sorores illius vna Agnes, Potrkowſkij Ioannis, altera Golgowſkij coniuges erant. Filij verò tres Ioannis Iudicis Terræ Rauenſis ex Choynacka, Petrus literis & exoticis linguis ornatus, quibus non modicum Patriæ decus attulit, dum Canonicus Vloclauien. & Luceorien. atq; Præpoſitus Cruſuicenſis fuiſſet, ſepultus Vloclauiæ. Paulus alter filius ex Notario Radomſc. Subiudex Rauenſis, cum Szydłowſka Palatinatus Syradienſis contracto matrimonio breui obijt, & in ſepulchro maiorum in Noua Ciuitate depoſitus quieſcit. Laurentius tertius filius, qui iuuentutem conſecratam Deo, religioni Societatis IESV *voto conſtrinxit. Profecit plurimum in virtute & literis, nam Doctor Theologus, Rectoris dignitatem Iároſlauiæ, & Poſnaniæ adminiſtrauit. Filiæ verò ex eadem Choynacka Ryſſkij, & Nowomieyſkij erant conſortes. Ex altera verò coniuge idem Iudex Nowomieyſka ſuſcepit filios quatuor, Alſelmum qui cum Wilkoſſewſka matrimonium tenet in Syradienſi Palat. Andream Religioſum Societatis* IESV, *Staniſlaum & Philippum eximium adoleſcentem, & filiam Heduigim. Ioannes alter filius Iacobi, in Curia Sereniſſ. Auguſti Regis reddidit obſequia annis plurimis, ſpiritualem autem vitam dum ſibi elegit, quæ talem virum decebant exercuit. Hinc Decanus Varſauien. Canonicus Vilnenſis, Præpoſitus Bielſcen. & Liuenſis, renunciatus fuit. Inſuper Eccleſiaſtes Euangelicus Sereniſſ. Auguſti Regis vltra decennium permanſit, quo in munere & dignitate officij tam zeloſus fuit, vt contra Hæreticos & Caluinos, tunc M. Duc. Litu. onerantes, lingua & ſcripto prædicaret. Et dum primitus ad Auguſtum Regem Magos ſpiritus immundi deduxerunt, vt Nigromanticam exercerent, auſus eſt quidam inſtinctu dæmonis prædicationis tempore coram Rege quædam faſcinata demonſtrare, ille vt concionando aduertit, arrepto libro Euangelij publicè arguendo obſtinatum actorem librum ad eum direxit dicendo:* Diabole aut effugare aut prædica. *Profectò hic prædicabat Chriſtum crucifixum, & iudicem venturum, ideò nullo habito reſpectu perſonæ offenſæ, beneficij expectati increpat, arguit auditorem. Sepultus Varſauiæ in Eccleſia S. Ioannis, cum tali Epitaphio.*

P A X D E I.

Quam viuens Regiq; Senatuiq; Populoq; Polono, magno animo, magniſq; lateribus.

Hæc mortui Ioannis Pikárſki, Decani Varſauienſis, Canonici Vilnenſis, Præpoſiti Bielſcen. & Liuenſis oſſa tuceatur. Vixit Principibus gratus, populo venerabilis, Eccleſiæ vtilis, amicis iucundus, omnibus liber & apertus. Mortuus 8. Septembris, Anno Salutis 1577. Ætat. 61.

Zachæus tertius filius Iacobi, in Aula Auguſt. Sereniſſ. Regis, morum & occupationum nobilium vt collegit exercitia, ita in obſequia reddidit Regi & Patriæ. Demum, negotiis diuinis animum vbi reddidit, Canonicus Pultouien. & Varſauienſis renunciatus fuit, & Parochus Goſtinenſis creatus, ibi Eccleſiam de nouo erexit, quam apparamentis Eccleſiaſticis, libris & organis, cæteriſq; ad decorem Eccleſiæ ſpectantibus, illuſtrauit & ornauit. Erat Adminiſtrator Epiſcopatus Plocenſis, dum Illuſtriſſ. Epiſcopus Baranowſki, Romæ ad limina SS. Apoſtolorum Petri & Pauli moraretur, nec rediret. Obijt Varſauiæ tali Epitaphio adornatus.

D. O. M.

Zachæus Pikárſki Archidiaconus Plocenſis, ſuoque Illuſtriſſ. Epiſcopo Alberto Baránowſki limina S. Petri viſitanti Adminiſtrator, Varſauien. Pultouien. Canonicus, Sereniſſ. Regis Auguſti Secretarius. Pietatis, morumque comitatis, ac liberalitatis amantiſſimus, dote competenti pro Anniuerſario depoſitionis, die Nonis Octobris quotannis obeundo aſſignata, cineres ſuos vt cum fratre chariſſimo, quod viuo non licuit ſemper vna eſſe poſſit, huc inferri petijt. Ætatis Anno 64 Obijt 1607.

Iurgianus ſeu Georgius quartus filius Iacobi, poſt iuuenilis ætatis decora, & exercitia in Academiis & magnatum aulis, in Rauenſi Palat. cum Brzozowſka ſuſcepto matrimonio reliquit Staniſlaum, qui nobili ætate dum reddit Patriæ commoda obſequia, ad pacatam vitam deducendo tempora, cum Golgowſka matrimonio iurato, reliquit Valentinum. Valentinus Staniſlai filius, qui ætatem floridam dum Mineruæ honoribus, gratam Patriæ reddidit, ad ſtylum Cancellariæ animum conuertit, vbi verò quod nobili honeſtum eſt, iure patrio illuſtrauit ætatem iuuenilem, ad militaria trophæa deduxit ſtudia, quapropter dum ad Ioannem Rádżimińſki Metatoris Caſtrorum Regni tyrocinia bellica exercuit, boni militis rem & nomen aſſumpſit. Demum Magni illius Cancellarij Regni Venceſlai Leſczyńſki Aulicus, contra Oſmanum Imperat. Turcarum vnà cum Sereniſſimo Rege, & proprio Domino proceſſit. Nunc eſt maior Domus Illuſtriſſ. Lucæ Opalińſki, Marſchalci Supremi Regni & Iudex Curiæ. Dum verò Vicecapit. Varecenſis fuiſſet, in coniugem viduam relictam Koziatulſcij de domo Laſkowſciorum accepit, ex qua filium eximiæ indolis & optimè expectationis Remigianum ſuſcepit, & filias Potentiannam & Annam. Staniſlaus quintus filius, miles in adulta ætate digna trophæa retulit. Reliquit cum Golgowſka duos filios, dum obijt in ſenectute bona, ſuſcepit in Goſcynin ſepulturam, in cuius Epitaphio poſt enumeratas virtutes additur: Fuit Catholicæ religionis zeloſiſſimus, cenſuris Eccleſiaſticis nunquam innodatus. *Ioannes primus filius ipſius, vir pacis & belli tempore Patriæ proficuus, cum Dobieſka reliquit filium Bartholomæum, qui familiæ ſuæ promittit moribus & educatione decorem, & augmentum famæ. Reliquit & filias, Barbaram Peplinſcij, Sophiam Trzćinſcij, Mariannam Koſacij, Catharinam Chuſtecij coniuges, Annam quæ obijt, Dorotheam & Heduigim Virgines. Petrus alter filius Staniſlai, qui iuuentutis florem Curiis Regis Sigiſ. III. deuouerat, & in obſequia vnà cum Auunculo ſuo Chriſtophoro Golkowſki, Tribuno Varſauien. Capitaneo Oſtrolencenſi Sereniſſ. Regi reddiderat, vt verò ad iudicioſam ætatem peruenit, ViceCapitaneus Oſtrolencenſis creatus, cum Szpotowna Dunimowna celebrauit matrimonium, & relictis ſeptem filiis, & filia obijt, & in Hoſtnin ſepultus eſt. Filij eius Paulus, qui cum Zakrzewſka ante Trzćinſcij matrimonium tenet. Laurentius Presbyter factus, ſeruit Domino. Petrus, Franciſcus, Ioannes, Theodorus, & Valentinus, filia Anna. Andreas ſixtus filius Iacobi, qui vt maiorum veſtigia ſequendo, redderet Patriæ obſequia debita, quo conſtantius ea perſoluere poſſit, accepit coniugium cum Szczęſnſka, ex qua ſuſceperat Anzelmum, Staniſlaum, & Albertum, atq; filiam Heduigim. Anſelmus vbi matrimonium cum Ruśiecka ſuſcepit reliquit Ioannem, qui in Imperio in bello contra Guſtauianos occubuit, & filias Mariannam Bielinſcij, & Sophiam Lochowſcij coniuges. Cum altera verò conſorte Czaplinſka reliquit Alexandrum, & filias Annam & Vrſulam. Dum verò Alexander ea quæ nobilem iuuentutem decent, in erudiendis moribus & colligendis virtutibus expleuiſſet, & maiorum ſuorum conatus è veſtigio honoratus eſſet cum Kożietulſka ſuſcepit matrimonium, & reliquit eximiæ expectationis filios Ioannem & Caſimirum. vtinam contemplemur eos viros conſilio, perfectione, eloquentia, & pietate dignos, magnos & exemplares. His nanq; mediis familiarum decus, Patriæ dignitas, Reipublicæ authoritas, Eccleſiæ emolumentum creſcit, promouetur, firmatur.*

Stamirowſcij *de Stamirowice, in Rauenſi Terra. Hi propriè Ligezij ſunt, nec antiquo tempore hoc cognomine ex bonis ſortito, mutarunt appellationem veterem ex vulgus denominatione. ſed hæc ſingula Acta Rauenſia docent. Ioannes, Hieronymus, & Staniſlaus germani fratres ex Martino, qui antiquæ Familiæ ſuæ decorem propriis meritis auxerunt, illuſtrarunt. Ioannes eximius miles tàm in Patria, quàm in exteris nationibus, Principi Hungariæ Mathiæ dexteritate animi ſummoperè commendatus, quem etiam Præfectum Stabuli ſui eſſe voluit, tenuit vinculum Sacramenti cum Barbara de Familia Slancorum antiqua, cuius etiam priuilegium Pruthenicum ſub Vladislao Iagello 1436. meminit, quod ſubſcripſit Staniſlaus Slanka de Lapſowo Sandomirienſis Caſtell. Reliquit filios eximios bella-*

tores

ſores tàm in Patria, quàm in Hungaria, Danielem, Thomam, Georgianum qui ad Egrum in Hungaria maxima fortitudinis ſuæ ſpecimina demonſtrarat, vixit vltra annos centum, & Ioannem Rothmagiſtrum S. R. M. Hieronymus multarum linguarum peritiſſimus, atq; inde ad obſequia Patriæ apprimè diſpoſitus, honoratus titulo Iudicis Sochacouienſis poſtquàm plurimis expeditionibus ſub Exercituum Duce Supremo Iazlouiecki, familiam ſuam illuſtrauerat. Ex Sophia Szymanowſka Iudicis Sochacouienſis filia, reliquit filios Martinum, Iacobum, Vladislaum, Thomam, Laurentium, Andream, Ioſephum, & ſinas Sophiam Bielſcij Catharinam Waſouicij, Heduigim Trzcinſcij conſortes. Martinus Hieronymi ſeu Iaroſij filius, hic totam indolem ad res bellicas diſpoſuit, quocirca in Ruſſiam quæ continuo exercitio in Caſtris, palæſtra militari floret, deſcendit; inde in Hungariam, in Valachiam ſuperiorem excurrit, atq; optimi militis nomen & gloriam obtinuit. Dum verò in Patria diuerſis in expeditionibus trophæa collegit, pacatiorem ſtatum eligendo, cum Heduigi Roſnowſka armorum Ogonczyk matrimonium celebrauit, atq; pro dignis in Patria meritis Vexillator Leopolienſis à Sereniſſimo Rege Sigiſm. III. renunciatus, cumulatam vitam optima in ſenectute finiuit. Sepultus Leopoli in Eccleſia Archiepiſcopali, reliquit filios 4. Stanislaum Canonicum Leopolienſem, & eximium Prædicatorem, qui pluries in Iudiciis Tribunalibus, graui iudicio, perplexas cauſas, veritati & iuſtitiæ reſtituit, & ceu Iudex optimus conformiter ad ius & verum decreuit. Melchior alter filius, qui exercitia in Magnatum aulis ad virtutem inſtructa militaribus addixit vigiliis, ſub ſignis Capitanei Caluſienſis Lucæ Zolkienſki, & multoties in Pruſſia, & contra Tartaros, & rebelles Coſacos victorioſè pugnauit. Tenet matrimonium cum Catharina Kurzanſka. Thomas tertius filius Martini, qui cum Martino Kazimowſki Campiductore Regni, per ſexennium continuus miles meruit militis ſtrenui rem & nomen. Cum Sophia Waſczynſka ſacramenti vinculum obſeruat. Ioannes vltimus filius, familiæ ſuæ decus, quandoquidem multoties pugnando contra hoſtes Patriæ, Auguſtiſſimi Imperatoris tuendo partes, occubuit. Filia illius Sophia, primò Andreæ Kuropatnicki, poſt Marciani Grabianka conſors. Iacobus alter Hieronymi filius, poſt præclaras occupationes in Caſtris, & in Patria conſtituit pacatam vitam cum Trzcinſka, ex qua ſuſcepit filium Vladislaum, qui cum Struſinſka habuit Andream & Maximilianum. Thomas tertius filius, vbi nobili virtute ætatem honeſtam conſtituit, etiam cum Trzcinſka ſuſcepit matrimonium, quæ eſt Iaroslaus cum Brochowſka conſors. Laurentius quartus filius Hieronymi, Vexillator Goſtinen. & Capit. Kowalſcenſis. Hic ornamenta familiæ cum Illuſtriſſ. Duce in Czartoriſko multoties pugnando in hoſtem, collegit & auxit, cum Catharina Nieborowſka tenet matrimonium, ex qua ſuſcepit filiam Succamerarij Lencicienſis, nunc Caſtellani Sendomirien. Witowſcij conſortem. Andreas quintus filius Hieronymi, eximius miles ſanguine vitam conſperſit pro Semione Mohylà Palat. Moldauiæ, cum Turcis in ſuperiori Valachia pugnando, ibiq; occubuit. Ioſephus vltimus filius, cuius animi dexteritatem, & decentem in Patriam reuerentiam declarat honeſtiſſima vita & Dapiferi Sochacouienſis officium. Stanislaus Stamirowſki vltimus frater Ioannis, & Hieronymi ſeu Iaroſij. Hic dum militia vigeret contra Moſchorum Dynaſtam in M. D. Litu. militaris gratia deſcendit atq; ibidem poſt bellicos anphractus domicilia ſibi conſtituit, reliquerat filios nouem, ſed plurimi ex illis furore Martis cecidêre. Albertus Stamirowſki patruelis frater Ioannis, Hieronymi, & Stanislai, dum ætatem floridam excellenti virtutum decore colluſtraſſet, vitæ conſpicuæ exemplar vt in poſteris relinqueret, cum Eliſabeth Wolſka ſuſcepit iuramentum matrimonij. Ex quibus progenitus Ioannes, militarem obſeruantiam aſſumpſit, atq; in Pruſſia contra Guſtauianos, in Confinibus Regni contra Tartaros, atq; in expeditionibus aliquot contra rebelles Coſacos ad Niedzwiedziuſzy, Kumeyki, & Starzec eximia audacis fortiſq; viri demonſtrauit experimenta. Et dum cum Illuſtriſſimo Potocio Campiductore Regni adimplet militaris fortunæ trophæa, magnificum tenet iter ad nomen conſequendum boni bellatoris & ſtrenui. ſoror illius Sophia Kamienſcij conſors.

Woienſcij

Woieńſcij *in Præmislienſi Terra, Iacobum eximium militem viribus & corpore præſtantem, referunt quædam ſcripta Stemmatum Terræ Præmislień.*

Nowowieyſcij *in Plocenſi Palat. Qui imitantur in moribus naturam: vt enim natura ſequitur delectabile & fugit triſte, ita illi Patriæ & domui delectamentum eſſe, & ab illis omne repellere nefandum & triſte deſiderant.*

Blażewſcij *in Rauenſi Terra, quibus genium & ingenium contulit vigilia. & ſtudium in virtute & fortitudine. Sigiſmundum Exactorem contributionum, ſub Anno* 1589. *meminit Conſtitutio Regni.*

Pachowſcij *ibidem,*

Dankowſcij *ibidem, Valerianum refert Conſtitutio Regni, Anni* 1632.

Wlodkouij *ibidem, ſicut magiſtra eſt verecundiæ ipſa natura, ita cauſa virtutum nobili eſt ſpecies ipſa generis, ſciunt ſe eſſe nobiles.*

Minorouij *in Crac. Palat. Antiqua familia in magnos, potentes, & vtiles Patriæ viros effecit dictos Minores. Lucrum enim affert non dilatio temporis.*

Laſkowſcij *in Lublinenſi Palat. Perpetua cunctatio in virtute imperfectio, cunctatio cum hoſte animæ vel corporis ſumma perfectio, tales iſti eſſe cupiunt.*

Mlodeccij *in Sendomirienſi Palat. & Radomſcenſi diſtrictu. Ab annis teneris exercent virtutem & fortitudinem, nam ſero iam hoſti occurritur, cum finitimi omnes ſubacti ſunt.*

Strzałkowſcij *in Ciechanouienſi, quia inter negotia proficua Patriæ & domui honeſto mori decorum eſt, non aliud volunt, quàm nobilem animum illuſtrare factis, Stanislaus Vladisl. IV. electionem ſubſcripſit.*

Mikołáiowſcij *in Sochacouienſi Terra, nominat aliquos* Bielſc. ſub Anno 1569. *Ne faciat peccatum negligentia de virtute, occurrunt ſaluti & ſanitati domus familiæ & Patriæ.*

Dąbkowſcij *in Rauenſi Palat. Hi quia gloria maiorum poſteris eſt lumen, addere meritis maiorum vti poſſunt volunt.*

Obląkouij *in Rauenſi, & Sochacouienſi Terra, ſicut exercere corporis ſalutem, ad ſalutem mentis eſt ſani iudicij, ita illi ſanum reputant, ſanitatem Patriæ, ſaluti corporis anteferre.*

Potrykowſcij, *in Rauenſi & Sochacouień Terra. Cauent aliqui vulneratus ne prælio miſceatur, debilitat enim fortitudinem pugnantis, ſed ſi fortis miles eſt, non curat ita vulnera ſua quàm Patriæ, vadit & moritur ne Patria patiatur.*

Dluſcij *ad Radomiam, deſiderant reddere Patriæ quod nobilem decet, & ſi facultas impedit, ſicut incommoda Patriæ induſtria curantur, ita illi affectu bono poſito excuſantur.*

Wilſcij *in Rauenſi, Paulum Wilſki in* Hungaria *militantem referunt Hiſtoriæ, cui Stanislaus* Ligezá *Pocillator Reginæ, crimen homicidij eò quod armorum Palkożi fuiſſet, condonauit.*

Sepichowſcij *antiqua domus, ex quibus erat* Capit. *Lezeſcenſis, Anno* 1558. *Norunt illi quæ ſunt officia boni ciuis & nobilis.*

Błędowſcij

Błędowſcij *in Cracouienſi Terra*, Bielſcius *in bello ad Polociam cum Alexandro Koniecpolſki meminit vnius fol.* 782.

Swidzienſcij *In Sochacouienſi Terra, ſinceritate animi & ſtudiorum lætantur, nam malum ſub ſpecie boni celatum, exterminium adducit.*

Wolczek *Kukiwà in M. D. Litu. qui in vnione M. D. Litu. cum Regno* **in** *Comitiis Chrodlenſibus Regni, ſuſcepit talia arma à Ligeziis, Nicolaus Aulicus Regis Auguſt. reliquit Nicolaum, Hieronymum, Georgium,.*

Grodowſcij *in M. D. Lit in Kouenſi diſtrictu, Petrus erat Capit. Diamenti.*

Naſiclowſcij *in Vitepſcenſi Palat. ex quibus erat ibidem Palatinus, cuius filiæ erant Zbaraſcij, à qua erat Petrus Zbaraſki Palatinides Trocenſis, qui Iordani Caſtell. Cracouienſis habuit coniugem, quo mortuo Zborowſcij Marſchalci Curiæ erat conſors. Chrchorij Oſcik, Nicolai Wolczek coniuges.*

Leſniewicij, *Bogdanus Vicecapitaneus Lanckoronenſis Bekieſio tunc Præfecto exiſtente.*

P V Ł O R Ł A.



DELINEATIO.

EST media aquila capite integro, quandoque habet coronam regalem cum cruce, quandoque non. Medietas verò eſt per longum.

ORIGO.

BEneficentia Regum & Imperatorum talia conceſſa fuiſſe aliquibus arma, vel ob propaginem regiam, vel ob merita ſplendida in arena cum hoſte. Vnde in armis Mieſzaniec, videmus mediam aquilam non coronatam, ex qua ratione ibidem diximus. In armis verò Sulima & Zaręba mediæ videntur aquilæ, ſed differentes ab his, ſed tamen ob ſingularia eorum merita illis conceſſa. Hanc verò aquilam mediam per longum & coronatam deferunt in Auſtria Stibichij & Freikierij Comites. Ex qua familiæ in Regno Poloniæ coniugio ligatæ manent, Maria Leonora Stibichin Chriſtophoro Chalecki Gladifero M. D. Litu. & Catharina Stibichin Vladislao Woynæ Gorzdouienſi Capitaneo. Arma ergo ſunt aquilæ Stibichidum inter tunnas aureas & medios equos, vnde ad illorum arma quidam notabat.

Stibichidum Tunnis aurum ſaxisq; Trophæa.
Bellaq; non profugo Mars memorabit equo.

 Præmia

Præmia factorum Diademate prædicat ales
Sciſſus: an hæc toti parua corona fuit?

SIC HONORABITVR, QVEM REX voluerit honorare.

EXimium eſt in literis ſacris exemplum in Mardochæo, qui pro digniſſimis meritis nullum retulerat adhuc præmium. Hoc namque vt Rex Aſuerus cognouit quæſiuit à primis in aula militibus, quomodo debeat honorari ille, quem voluerit Rex honore afficere. Reſpondit Naaman Princeps militiæ, debet veſtitus regia toga ſuper equum regium ſedens per vias publicas duci à maiori curiæ præcedentibus preconibus & acclamantibus: *Sic honorabitur quem Rex voluerit honorare.* Erat iſte eximius honos, nec forte præſtantior fingi poterat, Chriſtiana tamen beneuolentia longè altiùs præmiatur bene meritos, nam honos Mardochæo donatus, breuem applauſum habuit & cito labentem, Chriſtianiſsimi autem & Catholiciſsimi Principes, illos qui omnibus numeris virtutum diuites, & magis merito ſuo quàm fortunæ beneficio magnos, Patriæ & Reipub. rectè & ſincerè obſequentes & ſeruitia honeſta reddentes, perpetuis honorantur titulis & ingenitis ſibi inſignijs & armis, æuiterne illos eorumque poſteros inſigniri permittunt & volunt. Vnde Alexander quoque Magnus, amico ſuo & comiti in bello exhibitum honorem in perſona ſua à Darij conſorte, vbi errorem excuſabat reſpondit, & ille eſt Alexander & alter ego. Ille etenim qui plus boni Patriæ & Regno quàm ſibi deſiderat, & qui pro Patria dilecta vitam, ſubſtantiam, libertatem, & filios ponit hilariter, ſummo meretur dignari honore. Nam ſicut omne quod excellentiſsimum magis habet de actiuitate, ita ſi quod eſt periculoſiſsimum optimus ciuis ſuſtinet pro Patria, id præſtitit iam Patriæ quod erat actuum hæroicorum. Quocirca honorem qui virtuti debetur non ſolùm ille meretur, ſed etiam cum amplitudine. Lacon quidam à Patria ſic cognominatus, dum ſub haſta veniret ac preco diceret: *Laconem vendo.* Obturauit illi os dicens: *Captiuum* (inquit) *prædicate vendere.* In quo ſuam conditionem æquo animo tulit, Patriæ autem ignominiam ferre non potuit. *Plutarchus in Lacone.* Multa iam hic merebatur, ſed qui adhuc maiora meretur, ei quoque amor, honor amplior debebitur. Maximo igitur meritò in tantum præmium Stibichorum domus deuenerat, cum mediam aquilam coronatam Imperatorum diademate, in ſtemma proprium obtinuerant.

Magnus amor, permagna fides, quàm maxima virtus,
Alterius vitam morte parare ſua.

POLVBINSCZYK.



DELINEATIO.

Aquila diductis alis expanſa, tenens in corde ſoleam calcibus ſurſum obuerſam, intra quam eſt crux. Qualia videlicet ſunt arma Iáſtrzębiec ſeu Lazanki,

ORIGO.

Maximi Moſchouiæ bellatores dum Tyrannorum Ducum crudelitatem deteſtarentur, nec plurimis beneficijs, promotionibus, honoribus datis & promiſsis, à recto deuiare intenderent: abiectis & neglectis omnibus ad Reges Poloniæ & Duces Lituaniæ tranſierunt. Nam licet Patria cuique ſit grata & delectabilis, innodata tamen impietate & cruentata ſanguine innocuo, vnicuique abominabilis exiſtit. His aquila conceſſa fuerat in inſigne, cui in vnione accepta Iaſtrzemba, in medium aquilæ ipſo amore & fortitudine ſtimulante, honoranda ceſsit.

VBI BENE IBI PATRIA.

EST hæc ſententia trita & pro paradoxo habetur, attamen non virorum probatorum, ſed vilis fortunæ & vulgi fuiſſe apparet, illorum enim eſt amicitias vtilitate probare. Probus namque & exiſtimationis ſtrenuæ vir Leonidæ induit animum, qui pulcherrimum duxit pro Patria pugnando occumbere, *vt Plutar. in Lacon. dixit.* Et licet cor iam fuerat præſagum mali dùm ad Thermopylas cum Perſis conflicturus proficiſceretur, non tamen deterritus fuit, ſed hilariter tanquam cœnaturus apud ſuperos procedebat. Verumtamen, quia domeſtica tyrannis & ducum ſeuerus nimium in regendo progreſſus, durior eſt omni tyranno ab extrà veniente, nam nedum perſonam ſed etiam vxorem, liberos, amicos, ſubſtantiam euertunt, deſtruunt, exterminant: ideò alia illis quærenda Patria, in qua illis bene fuerit, conceditur. Nec modo diſsimili proceſsit Solon, vt *Laertius lib.* 1. retulit, quum enim vidit rerum ſummam eſſe penes Piſiſtratum, ante Curiam arma depoſuit dicens: *O Patria tibi & dictis, & factis ſum opitulatus.* Hoc pacto teſtatus ſibi non defuiſſe voluntatem conſulendi Reipub. & inde in Ægiptum nauigauit. Tam enim grauis eſt res imperij tyrannica, vt ſicut vmbra hominem vbique ſequitur, ita periculum vitæ & iudicij iuſtitia vlci-

ſcentis in tyrannos Dei, ſemper inſtat eoſque vbique perſequitur. Quocirca Leo Bizantius accuſatus à ciuibus dum ab aliquibus adhortaretur, vt ad hoſtes confugeret, ſemetipſum iudicauit & in concionem prodiens dixit; *Ego* (inquit) *à vobis ciues mei quàm vobiſcum interſici malo.* Profectò omnibus nunc apparet luce clarius, quam decenter quæſierunt Polubinſcij ſibi aliam Patriam, nam qualem modo exhibent gratitudinem acquiſitæ Patriæ, demonſtrant lucide, quàm proficui fuerunt ſuo naturali ſolo. Etſi quo pacto illos Patria adamata ornamento in ingreſſu perlucido donauit, illi à primeuo & nunc eandem adornare, protegere, dilatare non ceſſant, vt exprimere laudes eorum non ſufficiat calamus, ſicut quidam ad arma illorum notabat dicens;

Difficile eſt calamo bellorum ſculpere laudes
Non calamo, gladiis cuditur iſte labor.

FAMILIA POLVBINSCIORVM.

Andreas Polubinſki vir bello eximius & toga, nam in filiis cognoſcitur parens. Eius enim filius erat Baſilius Capit. Mśćislauień. & Marſchalcus Grodnenſis, ſicut Chyoniæ apparet ex Epitaphio in Pieczary. Leo Baſili ſeu Vaſili filius, ibidem ſepultus cum Epitaphio typis noniter dato.

Leo Polubinſcius hic cum ſuis quieſcit,
Si eundo ad vmbram veſtrum quis inſoleſcit
Sile, expergefactus leo obuium ledit,
Nec cui cedit.

Alexander Polubinſki maxime experientiæ vir in bello. Legatus ad Imperat. Moſchorum à Chodkieuicio Gregorio, à quo in Moſchouiam abductus fuit, vt Reinoldus Heidenſteinus lib. 1. refert. Idem Anno 1560. *ad Mariemburgum prope Kieſiam bis fudit Moſchos & deduxit in captiuitatem Knazium Iuanum Meſkierſcium, vt* Stricouius fol. 769. Bielſc. fol. 609. *Erat tenutarius Wilkiſcenſis, vt* Stricou: fol. 707. *refert. Turmarum Caſtrenſium demum ductor ſtrenuus in Liuonia, dexterè pro Patria pugnando occubuit.*

Pro Patria ſi dulce mori ſi ſtertere turpe eſt,
Cantabit bello hæc carmina quiſque ſuo
Occidit, occidit, noſtri ſunt verba ſepulchri,
Nos vtriuſque mali, ſyllaba curta ſumus.

Demetrius Polubinſki totus in bello & caſtris, cuius ex armis proycit vmbra faces. Michael Polubinſki Iudex Slonimenſis, cuius filius Leo ad Bialam in Moſchouia cum Sereniſſ. Vladiſl. IV. expugnando arcem occubuit, de quo ita in funere.

Principio Moſchos ſternebas victor aceruos,
Atque cadaueribus barbara terga dabas
O ſors ? ô longi non fælix temporis hora,
Ad ſummam belli concidit ille ſui.

Non

Non opus huic longis titulis, ſic namque cadendo,
Emblemma hic belli condidit omne ſui.

Daniel Polubinſki etiam ſtrenuè pugnando, vnà cum Leone in ipſo principio belli ad Smolenſcum ceſſit victricibus fatis, & occubuit.

Iam ſcopulos Bellona tuos præuectus & Euros,
Et ſcripſit factis ſæcula longa ſuis.

Subſcripſerant electionem Vladisl. IV. Sereniſſ. Regis, Caſimirus de Lubna, Leo Daniel Chriſtophorus, Demetrius, Nicolaus. Ex quibus à Schyſmate dum ad gremium Sanctæ Eccleſiæ venerunt, Monaſterium Ordinis Prædicatorum in Dereczyn erexerunt & fundarunt. Et quia deſcendunt à Nagoriis qui arma Iáſtrzębiec in vnione ſuſceperunt, de illis etiam ſub armis Lazanki diximus, at hic latius.

PLESNIK ſeu PIESTNIK.



DELINEATIO.

MAnus viri digitis continent pomum maturum flaueſcens, ad ipſum medium, manicæ ad manus ſunt cæleſtini coloris, non ſunt tamen manus niſi cum ipſis palmis ad primam iuncturam, campus eſt ſanguineus. Supra coronam alij ponunt tres pennas Strutij.

ORIGO.

VTilitatem Patriæ attuliſſe, hæc tàm antiqua arma protendunt ipſo pomo & delicata tractatione parentem horum armorum, quia tamen campus ſanguineus eſt, non pacis medio ſed belli feruore conquiſita fuerunt, aut etiam coniecturari liceat quod mediante ſarmato pomo conturbatos, & ſanguine plenos affectus ſedauerit.


BENEFICVM POMVM.

VT varia ſunt poma, Perſica, Malagranata, Citrina, colloquintida, ita varia quoque beneficia ob inſitam & abditam in eis virtutem ſanitatis humanæ conſeruatiuam præſtant. At pomum hoc inter manus leniter atque gratioſe tractatum, ſingulare quoddam beneficium attuliſſe Patriæ, reuocat nobis in memoriam. Et ſicut Anſer à Romanis in honorem

 deductus

deductus ob beneficium quoddam præſtitum, ita hæc arma ob ſingulare quoddam bonum effloruerunt. Scribebat in nummis Iuſtinianus beneficium Chriſti, & prædicabat lingua dicendo: *A bonis bona bene puta, ſuſcipe, tracta, conſerua.* Non minùs & à bono ciue accepta bona contemplanda, nam ſi cui eſt optimus vicinus, qui ſtatim in periculo ſuccurrat, nil ipſius rerum facilè interit: multò magis ſi fuerit ciuis optimus Patriæ nullum incommodum communitati ſperandum erit. Admirabile lego de S. Coengino Hiberno, vt in Bibliotheca Ingolſtadienſi refert ſcriptor rerum ab ipſo geſtarum. Reguli cuiuſdam filius ægrotando, qui in ſtudio pietatis ab ipſo informabatur poma deſiderauit, Sanctus arborem ſalicis benedixit, quæ vſque in præſentem diem poma gignit ad Feſtum hyemale S. Martini. Quæ cruda quidem ſunt, vt vix à quoquam deguſtari poſsint, ſed appropinquante Natiuitate Dominica celeriter matureſcunt, ſolis infirmis pro medicinali remedio ſeruanda. Medicina quædam ſalutis Patriæ hoc pomum fuit, ideò attolitur, delectatur. Quapropter tanto viro, qui Patriæ ſubſidium, Reipub. ſplendorem, Equitibus ornamentum, populi ſolatium attulit & genuit, parentemus & ſequamur voto, virtute, pietate.

P N I E I N I A.



D E L I N E A T I O.

EST pomum anterioribus pedibus vrſi conſtrictum, per cuius medium eſt ſagitta baliſtarum, campus eſt rubeus, pomum albeſcens, pedes nigri. Super galeam coronatam eſt ala vulturis, per cuius medium eadem ſagitta.

O R I G O.

A Ducibus Maſouiæ cuidam ſagittario conceſſa fuerunt, nam plurima damna populis dum inferebat vrſus, dedit edictum Maſouiæ Dux, vt qui ipſum occidiſſet, digna præmia referat. Aduertit ſagittarius vrſum pomum in roſtrum cupientem ponere, & cito baliſtam aptatam exploſit, & in os ipſum vrſo ſagittam immiſit. Correptus terrore & dolore viſus retro cecidit, accurrens ſagittarius abſcidit illi anteriores pedes, attulit ad Ducem, & iuxta promiſſa prouiſus beneficio, hæc quoque arma in ſignum gene-

generoſæ audaciæ & agilitatis cum nobilium dignitate ſuſcepit. Proclama autem Pnicinia fortè à Knicinia nomen deſumit, Knicias enim vocitamus loca arboribus mixtis fructiferis & infructiferis referta, in quali loco vrſum ille conſpexit & occidit.

A MALO MALVM à BONO BONVM.

IAM nemo adultorum eſt, qui malum diffuſum per orbem à pomo non ſentiat vel non prædicet, erat naturæ bonum prouenient ex pomo non peccati Adæ, at vbi peccauit, à pomo venit malum. Vnde in ſymbolum pomo depicto ſubſcriptum multoties legimus, *A malo* hoc eſt pomo, *malum.* Sed dictum hoc de primis parentum iam in Axioma ceſsit, quod à malo homine non prouenit niſi malum, ſicut à bono tantum bonum: non enim poteſt arbor bona malos fructus facere, nec è contrà. Erat legibus prohibitum antiquis, poma ex alieno in armum legere, ecce hic poma lecta nedum in armum ſed in arma, & nobilitatis arma. Armum militare præſtitit ille non inuidiæ vel auaritiæ, non licebat enim ex alieno pomario in tanto numero aſportare poma quantum humerorum onus ſit, ideò prohibitum fuit. At ſtrenuo militi legere in armum & humerum quantum virtus & audacia ſufficit de hoſte licuit: imò hoc ab illo requirebatur, ideò arma hæc in armum & familiæ ornatum accepit. Refert *Pauſ. in Bæot.* quod poma ad pedes ſimulachri Cereris in autumno poſita per hyemem non putreſcebant, at ſine Cerere poſſunt hæc fieri & fiunt. Pomis prædictis potiùs hæc dignitas danda, quod multis ſeculis non computreſcent: non enim putredo in talia poma accidit, niſi irrepat morum deprauatio, aut familiæ periodus ex ordine ſuperorum determinatus. Tàm igitur clara poſteritas primi Parentis horum armorum inſpiciendo pomum vrſum & ſagittam dicere cum Plutarcho poſſunt, ſunt poma quædam ſuauiter acerba, nam & ipſa amaritudo amicorum defunctorum atque maiorum memoria, mordet animum, at non ſine voluptate, imò cum ſumma voluptate. Tractatur iam hoc pomum in manibus Regum, Senatorum, ordinum Nobilium, & conſeruatur virtute, fortitudine, gloria, in æuiterna tempora. Legi quod tractaretur à Rege & Regina pomum, ſed generauit magnæ ſuſpicionis notam. Miſerant ſubditi pomum inſolitæ magnitudinis Imperatori, quod ille tranſmiſit Imperatrici, dedit illud cuidam Paulino Imperatrix. ille ignarus rei ob decentiam pomi non dicendo vnde haberet miſit Imperatori, admiratus Imperator, innocẽtem in ſuſpicionem traxit, & fortè perſecutus eſt. Volat hoc pomum per manus fortium, ſed non aliam ſuſpicionem generabit, quàm fortes eſſe in Patria, fortes in bello, nobiles in Regno. Luſus erat pomis, dum duo iuuenes dilaniata veſte ad pectus, exponebat vnus alteri ad iaciendum pomis, & ille viciſſim idem faciebat: alij autem duo ſagittis exponebant pectora nuda vt vibrarentur ex ſagitta. Similes ſunt his illi, qui talia deferunt arma, nam ludcn-

ludentes & gloriantes pomis, denudant pectora ſagittis, vt Regem & Regnum, Senatum & Rempublicam, Eccleſiam & Patriam, famam maiorum & ſuam, repreſsis hoſtilibus armis, florere & fructificari, vt ſuauia & dulcia poma valeant & poſsint.

LINEA FAMILIÆ PNIEINIA.

IN Rauenſi Palat. plurimi his armis vtuntur, ex quibus aliquos nominabo, alios diligens lector quos author non potuit adnotabit.

Kárwowſcij, *quia fato prudentia maior, ideò cautè, optimè, ſincerè, humaniter vitam illi ducentes, nec in caſtris nefaſtam cladem, nec domi inimicam fortunam detulerunt.*

Roſtkowſcij *qui dum prima elementa ab artifice ſummo didicerunt, illa toto tempore vitæ conſeruarunt, ex hoc namq́; & fælicitas familiarum, & bonum Patriæ ampliatur.*

Kotarſcij *ibidem, vt libri ſunt viui magiſtri, ita nobiles eò quod nobiles virtute & amore Patriæ ſuperare ignobiles debent.*

Starczewſcij *ibidem, ſicut ſapientior omnibus eſt, qui ab omnibus diſcere vult, ita nobilior opere & praxi erit, qui ſe in palæſtra literarum & armorum in Aula Principum, & Senatu exercitauerit, quod faciunt Starczewſcij.*

PRAWDA ſeu PRAWDZIC.



DELINEATIO.

EST leo rufus proſiliens ex muro latericio ad medium tenus, circulum ſtringit pedibus anterioribus, erectam caudam extendit, in campo cæleſtino. Super coronam idem leo circulum ſeu patinarum ſuppoſitorium quaſi demonſtrat.

ORIGO.

VAria eſt Origo horum armorum, nam compoſita fuerunt multoties in Italia, in Germania, & ſemel in Polonia, ſed inde ſumamus initium, vt ad Originem in Regno facilius deueniamus. Arma Leonis originem habent in Italia, ſicut apparet in Familia Illuſtri Malaſpinarum, qui ſimillime Leone ex muro proſiliente vtuntur, ſed quia illi vtuntur muro albo: Pawdzicij verò vtuntur muro rubeo, vt Hiſtorici tradunt, ideò illa Arma Malaſpinarum ſuperius vocaui-

vocauimus *Pielgrzym*, quia à peregrino Portugalenſi habet ſuam originem hæc Familia Malaſpinarum, ex qua multi fuerunt Heroes, Cardinales, Epiſcopi, Duces, Præfecti Ciuitatum in Italia; iſta verò vocantur *Prawdźic*: eadem tamen arma ſua Leonis & Muri conſtanter affirmat dicta Familia, quod & Bielſcius innuit cũ armis Leonis & Muri *Prawdźiciorum*, de quorum Leone *Aulus Gellius lib. 5. cap.* 14. ex Appione Polyhiſtore refert, quod etiam P. Anton. Balinghem. Soc. IESV in libro cui titulum præfixit *Morum à brutis petita inſtitutio*, habet: Androdus quidam Dacus, ſeruus Proconſulis in Africa, ob dominum ſibi infenſum, à quo verberibus fuit ſæpiſsimè laceſsitus, fuga ſibi conſulens inde in ſolitudines Africæ ſeceſsit, atque cùm in ſpeluncam ob æſtum nimium fuiſſet ingreſſus, ignorans eam eſſe cubile Leonis; ſubitò ex venatu Leo rediens, debili & cruento pede ex ſpina transfixo ad iuuenem mitis acceſsit, ei pedem porrexit, & quibus poterat ſignis, vt ſpinam extraheret ſupplex rogabat; ille extrahit ſpinam, ſaniem expreſsit, ſiccauit, atque leonem omni dolore leuauit; illicò leo ſe ad ſolitas prædæ exercitationes ex ſpelunca proripit, prædæq; parte Chirurgo ſuo impertita, toto triennio nutrit, qua ille ad ſolem aſſata veſcebatur. Pertæſus Androdus ferinæ vitæ, conſuetudinis & domicilij impatiens inde digreditur, & poſtquàm huc atq; illuc vagatus eſſet annos plurimos: comprehenſus eſt tandem, Romamque vt in poteſtate ſui Domini eſſet fuit perductus, à quo cum ad beſtias eſſet damnatus, Leo ille Androdi quondam hoſpes & conuictor, qui dum ille vagaretur etiam captus erat Romamq; deductus fuit, contra ipſum in theatrum immiſſus erat, vt eum diſcerperet ac deuoraret; quem leo vt vidit, cognoſcit, ſtitit, miratur, mitis accedit, blanditur, lingua demulcet, cauda applaudit, ad eius pedes ſe abiecit, cauens ſummoperè ne ei noceret, cui incolumitatem ſuam deberet; Androdus quoq; tandem hoſpitem ſuum & nutritorem cognouit, & leonem tanquam peregrè venientem amplexatus eſt. Verùm cùm iſta magicis artibus fieri exiſtimarentur, immiſſa eſt in Androdum Pardalis, quæ dum eum inuadere aggrederetur, Leo idem ſeruatorem ſuũ ab huius laniatu ſeruauit, illamq; lacerauit; quod dum fit ſtupent omnes. Androdus ad Iudicem reducitur, narrat rem, liberatur à morte, donantur ei ciuitates, & in inſigne Leo conceditur. Cùm autem quidam clarus militia ex poſteris illiꝰ, ex Familia Mæninorum in Hetruria, quæ murum rubeum pro ſtemmate defert accepiſſet coniugem, arma nobilitatis ſuæ coniunxit cum armis Mæninorum, & hinc creuit leo ex muro exiliens. Demum poſteritas huius in Germaniam ad Rhenum venit, ibique domicilia fixit, & his armis in Palatinatu Rhenenſi vtuntur nunc Comites de Dinhein, ex quibus Andreas Dinhein, aucupandæ gloriæ militaris gratiâ Boleſlao Kriuouſtio Rege bellicoſiſsimo regnante An. 1123. in Regnum venit, qui vbi plurima trophea deduxit, nomenq; ſuum celebre fecit, ipſi vnicam filiam ſuam Ioannes *Prawda*, Iudex Terræ Goſtinen. Comes de Sczawin & Trąbki, de quo agunt

Acta Goſtinen. in coniugem petenti non denegauit: maiorum ille ſuorum memor coniunctionis ſcilicet armorum, etiam arma conſortis ſuæ, circulum videlicet hunc patinarum ſeu ſublicium armis ſuis coniunxit, atq; Leoni geſtandum dedit, à quo poſteri deſcendentes, vt conſtat ex literis fundationis Eccleſiæ Trabceñ. & alijs quæ extant honorati ſunt titulo Comitum, in quibus ſcribuntur Comites de Trabki, Comites de Labiſzyn, Comites de Gulczow, & Comites de Sczawin, qui omnes ſunt armorum *Prawdźic*, quod conſtat ex appenſione ſigillorum ad illas literas Anno 1313. in quibus omnes illi nominantur inter ſe fratres.

LEO DIVIDENS ESCAS.

INter Filios Patriarchæ Iacob, tres lego benedictione parentis ſacratos in Leonum ſpecie, Ruben, Iuda, Beniamin. Dicit ad Ruben Iacob: *Tu fortitudo mea, prior in donis, maior in Imperio.* Eſt hæc benedictio leoninam dignitatem & potentiam ſpirans. Benedicendo verò Iuda, dicit: *Manus tuæ in ceruicibus inimicorũ tuorum, catulus leonis es, ad prædam aſcendiſti, requieſcens accubuiſti, vt leo & quaſi leæna.* Ad Beniamin verò dixit: *Beniamin lupus rapax, manè rapiet prædam, & veſperè diuidet ſpolia.* Qui conuerterit mentem in præſentia arma, atq; in Familiam Illuſtrem & Generoſam, eorundem affirmabit triplicem hanc benedictionem exemplificatam in eis alta benedictione Omnipotentis Dei. Verùm conſiderando nedum leonem, ſed ſimul circulum hunc Regum menſæ aptum, quaſi iam vellet dicere Leo: *Sum diuidens eſcas.* Diuerſus namq; eſt leo naturalis à Symbolico. Ille enim neſcit diuidere ſed interficere eſcas. Dicit enim Ælianus: *Saturati leones feræ alicuius carnibus, reliquias aperto gutture afflant. Hinc tantus oritur fætor vt à nullo animalium carnes attingantur.* Symbolicus autem leo diuidit eſcas, ſicut Pſal. 121. dicitur: *Diſperſit, dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.* Naturalis leo neſcit parcere iratus donec vlciſcatur. Ælianus quomodo hoc referat, audite: In Pangeo Thraciæ monte occiderat abſentium leonum catulos vrſa, & fuga ſibi conſuluerat conſcenſa arbore, inſecuti parentes inueniunt, ſed quia difficilis adſcenſus, ſine vindicijs, relicta igitur ad cuſtodiam leæna, vagatur per montes leo, paſtorem ſecuri inſtructum inuenit, blanditur, veſte arreptum ad arborem trahit, ſucciſa arbore vrſa delabitur & diſcerpitur, ſemper leo vindictam deſiderat, & tantum infert damni, quantum mali accepit, *inquit Auicena.* Symbolicus verò leo benignioris eſt ſemper naturæ, deſiderat eſſe Paſtor animarum, Pater Patriæ, orphanorum tutor, egentium Patronus. Hinc in Familia Prawdźiciorum tot tantiq; eximij Paſtores & Epiſcopi Eccleſiarum fuerunt, de quorum Staniſlao de Gulczewo, inquit Cathalogus, erat vir integer & pius, pudicus corpore, in egenos & orphanos liberalis. Patrem verò Patriæ officijs omnibus demonſtrauit ſe Niſzczycki Sigiſm. qui in bello Socaliano etiam abſciſis iam manibus Patriam defendebat. Quid referam de Alberto Kriſki, Ioanne Łaſcz, Mathia Wlodek, Iacobo,

cobo Sczawinski Pal. Breſten. & eius filio Ioanne Simone Caſtellano ac poſtea Palat. ibidem, alijſq; amatoribus veris Patriæ, qui & Remp. auxerunt, & Eccleſiam Dei decorarunt? Eorum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ.

PARSIMONIA VITÆ.

QVoniam grandes diuitiæ ſunt homini viuere parcè, augeturq; & conſeruatur res familiaris parſimonia. Præſides ciuitatum, atque Prouinciarum Regnorumque Mæcenates, ſubditis Imperio ſuo ſeruandam parſimoniam variè commendarunt, iuſſeruntque. Carolus XI. & Henricus VII. legem dederant, in nuptijs, alijſque conuiuijs pluſquam tria pocula non apponantur. Et Philippus Francorum Rex edictum fecerat, ne vltra duo fercula in prandio vel cæna conſumantur, neue aſſæ carnes in prandio apponantur: quid ſi vidiſſent quadraginta & vltra patinas menſæ appoſitas, quam dicerent legem? ſed hanc ſalutis matrē parſimoniam præſens Leo ſatis prudenter inſinuat; extrahit enim hunc circulum à menſa, non ideò, vt locum daret ampliori luxui, non ideò, vt liberiorem locum ciatis & poculis concederet, ſed vt parſimoniam omnibus commendatam redderet, & quod ſuperat à menſa, pauperibus & egenis elargiri perſuadeat. Eſt iſte Leo cum tali circulo alter Seneca ſed mutus, non loquitur, ſed idem innuit, quod ille in Epiſt. dicebat: *Annibalem indomitum illum niuibus & alpibus eneruauerunt fomenta Campaniæ, vt qui armis vicit, vitijs victus ſit.* Nam ſi quid ardoris & ferociæ habuit, popinis & commeſſationibus deletum eſt. Etenim apparatus conuiuiorum ſunt, inquit *Tacit.* inſtrumenta libidinum, Leo fortiſsimus eſt, rugiet, & quis non timebit? ſunt tamen infima animalium, quæ nedum deterrent & debilitant Leonem, ſed enecant quoque & interimunt. Terrentur voce galli & igne, Leontopolis beſtiolis modicis cinere conſperſi tolluntur, ait *Solinus.* Et quia plures occidit crapula, quàm gladius fortes potentes & præcelſos genere viros, ſuadet parſimoniam Prawdzicius leo, atq; fulcrum epularum è menſa ſurripit ſpargendo rumorem, *Sera parſimonia in fundo eſt,* non enim tantum minimum in imo, ſed peſsimum remanet.

RESPICE & INSPICE.

PRawdicius leo expoſito hoc ſuo circulo, formam ſpeculi tranſparentis gerit, cui vt plurimum tale inſcribitur lemma: *Reſpice & Inſpice.* Puta quis, quid, qualis, & quomodo ſis. Vnde Seneca lib. 1. Natural. quæſt. *Specula ad hoc inuenta legimus, vt homo ipſe ſe noſceret, & ſi eſt formoſus vitet infamiam, ſi deformis virtutibus rependat, ſi iuuenis flore ætatis admoneatur, tempus eſſe diſcendi & fortia audendi, ſi ſenex vt indecora canis deponat, & aliquid de morte cogitet.* Non aliud Leo hic te legere, ô poſteritas Generoſa, in hoc circulo cupit, quàm *Reſpice & Inſpice.* Reſpice maiorum virtutes, facta, religionem, pietatem; Inſpice ſi ſimilia in te repræſentas, & votis illorum factiſque reſpondes. Inſpice & ſi vides te eſſe hominem, eris homo homini,

homini, & non lupus. Eſt enim homo animal omnium varium & multiplex, quum ſe hominem eſſe non nouit, ſi verò vides te eſſe nobilem, generoſum, parentes lauda: ſi diuitem, fortunam lauda: ſi virtutibus, moribus, artibuſq; doctum, te lauda ipſum: nō enim hæc à parentib⁹ hæreditaria, nec ætate mutabilia, nec à corpore caduca. Quod ſi te militem vides, inſpice quod nullum bellum in benè conſtituta Repub. ſuſcipitur, niſi pro Fide, Patria, & ſubditorum ſalute. Si verò te vides eſſe Senatorem, inſpice quod tolerabilior eſt Reipub. ſtatus, vbi Princeps malus & boni conſiliarij ſunt, quàm vbi bonus Princeps & mali cōſiliarij, ſiquidē vnus malus à plurib⁹ corrigi poteſt, quod ex aduerſo difficulter fit. Quod ſi te vides Regem, inſpice, quod qui parcit malis, nocet bonis; & quod fulmen fit, vbi cum poteſtate habitat iracundia, & quod propter Regum iniuſtitiam transferuntur regna de gente ad gentem. Si verò Sacerdos es, inſpice quod non ſicut populus, ita Sacerdos; nam ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? Quod ſi potens es, ſed infælix, inſpice quod quò quiſque eſt infælicior, eò magis ſuſpicioſus; & quo magis ſuſpicioſus, eò magis timidus; & quo magis timidus, eò magis crudelis. Et vt paucis multa comprehendam, reduco in memoriam.

Fortior eſt qui ſe, quàm qui fortiſſima vincit
Mœnia: nec virtus altius ire poteſt.

Quorum omnium viuo exemplo præſtantes viros, tàm Magnificos & Illuſtres, quàm Reuerendiſsimos plures Linea Familiæ demonſtrabit. Sed ex his in ſpeculum ex vitis Epiſcoporum Plocenſium vnicum Ioannem II. dictum altum commemorare liceat. Dum priuatus eſſet, hoc eſt Scholaſticus Plocenſis, boni viri iudicio omnium opinionem habebat, Epiſcopus verò factus, quaſi ſibillum ad aurem haberet: hæc dies alios mores exigit, aliam vitam poſtulat, adhuc in perfectiorem virum mutatus, contemplationi ſacræ & orationi ita intentus fuit, vt huic vni vacare videretur, & Clerum arctiori diſciplina Eccleſiaſtica contineret.

LINEA FAMILIÆ PRAWDA ſeu PRAWDZIC.

PRawdicius, *qui primus in Regno talia nobilitatis compoſuit Arma, & duo inſignia Leonem ex muro proſilientem, & materialem ſphæram menſæ in vnum inſigne coniunxit, quis, quantus & qualis fuerit h bes in origine, & docet poſteritas, ex lumbis eius procedens, quæ ſucceſſu temporum in innumeras familias à diuerſis dominijs & poſſeſſionibus diuerſimodè cognominatas, meritis in Rempub. honoribus ac præmijs creuit: ab vno namq; eius nepote proceſſerunt Gulczewſcij, à quibus N ſ zyccij, Kriſcij, S. rpſcij, &c ab altero Lataſcij, à quibus Labiſzynſcij, Leſniczij, Laſć ſewicy. à tertio Sczawinſcij, Trabſcij, Brochowſcij, Witoſlawſcij originem ſuam ducunt. Franciſcus aliàs Franko Epiſcop. Vratislauień. de quo ita Longinus ſub an. 1181 Zroslaus 2. Vratislauień. Epiſc. cum annis ſedecim ſediſſet, 3. Non. April moritur Cui Franciſcus aliàs Franko ſuccedit fauore Boleslai Alti Vratislauienſis Ducis à Petro II. Gneſnenſi Archiep. confirmatus, & conſecratus, qui alio nomine Suetbko appellabatur, Polonus genere & nobilis de Domo Prawditarum. Petrus Epiſcop. Poſnanień de hoc ita* Dlugoſſus *Quinto idus Febr. Bogupbalus Poſnanien. Epiſcop. vir doctus & literarum amator, libris inſignibus quorum multitudine abundabat Eccleſiæ Poſnanienſi largitis, in Solec cùm ſediſſet*

ſediſſet annis decem, hebdomadis ſex, & ſedecim diebus moritur. Capitulares pro Dominica Oculi indicta per viam compromiſſionis, Petrum Decanum genere nobilem de Domo Prawditarum, virum pium & religione, ac deuotione rarum, elegerunt in Paſtorem 1253. De hoc quidã diſtichon tale ſcripſit :

Rara auis in terris ſtudium virtutis honori
Adiungi, tamen hoc me ſuper aſtra tulit.

Ioannes 2. dictus Altus Epiſcop. Plocen. de Familia Prawditarum, qui morum ciuilitate & humanitate omnium, tam Eccleſiaſticorum, quàm ſecularium amorem ſibi conciliare ſciuit; comis enim & frugi erat, beneuolentiæ & fauoris fructus in omnes effundere præclarè nouit; annis 14 ſumma cum laude geſſit Epiſcopatum, tanquam vir pius quoq; & religioſus an 1296. electus. Nicolaus 1. Epiſc. Plocen. notabat Familiã ſuam de Gulczewo Armorum Prawdzic Ianislao ſucceſſit. Hic petijt ordinatæ electionis confirmationem, non ab Archiep. Gneſnen. ſed ab Vrbano V. Pontif. Max. accepta confirmatione Romæ mandato Pontificis, à Cardinali Hoſtien. conſecratus fuit Idib. Decembr. 1367. Stanislaus 1. Epiſc. Plocen. germanus frater Nicolai prædeceſſoris, de hoc in Vitis Epiſcoporum Plocen. ita Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Epiſc. Plocen. Lubienſki, Viderunt Præpoſitum Vladislauien. & Canonicum Plocen. ſatis idoneum eſſe, qui temporalem & ſpiritualem iuriſdictionem exerceret, nam & eruditus erat, & ſingulari pudicitia præditus, pietate verò in Deum & erga egenos munificentia inſignis. Ab Archiep. Gneſnenſi Iaroslao mandante Vrb. V. Pont. Max. conſecratus fuit, biennio præfuit, paraliſi tactus, 1371 ceſſit è vita. Dobieslaus 1. dictus Sowka de Gulczewo germanus frater prænominatorum duorum Epiſcoporum Plocenſium ſucceſſor, magnanimus hic Dobeſlaus fuiſſe dicitur, nam dum toties vacua eſſet Paſtore Eccleſia Plocen. contigerat vt cupiditate quoq; hominũ poſſeſſiones Epiſcopales inuaderentur, decimarum ius interuerteretur, nõ paſſus eſt Dobeſlaus iniuriam, ſed prædeceſſorum negligentia amiſſa recuperauit, & temerè occupata iure vindicauit, omnes fratres tres decennio gubernatione cõpleta deceſſerunt. Paulus Palat. Plocen. & Præfectus ibidem, à quo Niſzczycij originem ducunt. Hic venationi tantùm deditus fuerat, vt pro duobus canibus Ducibus Plocenſibus villas ad Lomzam Kopyſki & Matwice modo valoris vltra 30 millia florenorum obtulerit, dederitq;. Ioannem referunt virium tantarum, vt reſtes, ſoleas diſcerperet. Andreas Palat. Plocenſis, quem ſub anno 1460 referunt literæ, qui reliquit filium eiuſdem nominis & dignitatis, ſed demùm erat Palat. Belzenſis, ex Oporowſka Armorum Sulima reliquit filios quinq;. Nicolaum Palat. Belzen. & Capitaneum, qui filias habuit, quæ ex Familia Niſzczyciorum tranſtulerunt bona in alteram Familiam. Grábowiecij Capitanei Mlauenſis, Sempelborſcij Pocillatoris Lencicien. Sienienſcij, & Koſobuccij coniuges. Bartholomæus alter filius Cancellarius Plocenſium Ducum. Ioannes 3 filius, hic ex Margareta Sierpſka reliquit duas filias. Kloczenſcij Caſtell. Zawichoſten. Capit. Malogoſtenſis quidem iure Gřſtomſcij Palatini Rauen. conſors, & Pickarſka. Petrus quartus filius, de hoc Conſtitutio 1591 Vir ad Reipub. negotia diſpoſitus plurimas expediuit legationes ab Auguſto, & Barium ad Sforciam Bonam cum Myſzcoio Abbate Lenden. legatus à Rege miſſus dexterè officium legationis exegit, cum Magierowna filiam Eliſabeth conſortem Laſcz reliquit prolem. Chriſtophorus 5 filius, decor Domus Niſzczyciorum, tàm in marte, quàm in conſilio, qui pro meritis Capitanei Ciechanouien. & Praſnyſen. honore dignatus fuit. In Moſchouia & ad Gedanum præclara fortitudinis ſuæ detulit trophæa. Ex Koſobucka Caſtell. Lublin. filia, reliquit filios & filias. Subſcripſit electionem Sigiſm. III. Regis 1588. Arcem Polocenſem Stephani Regis mandato recipit, Bielſc fol. 765. *Militum ductor poſt Socolianam expeditionem Mielecio diſponente,* Bielſc 767. *Sigiſmundus Niſzczycki, cuius animi & roboris fortitudo in bello aureis ſcribenda notis. Nam in Socalienſi infauſto prælio cum Tartaris, licet vndique confixus ſagittis, tamen pugnauit, imò iam vtriſq; manibus ſibi amputatis, dum ex illo extrahebantur ſagittæ, pedibus, dentibus impetebat hoſtem. Profectò maluit hic fortiter occumbere egregiam ſui memoriam relinquendo, quàm turpiter fugiendo auitæ gloriæ deeſſe. Adamus de Radzanow Niſzczycki, Confœderationem Generalem ante electionem*

Vladiſlai IV. conſcripſit. Andreas de Rádzánow Niſczycki Tribunus Viſogrodenſis, & Adamus ex Plocenſi Palatinatu, ſubſcripſerunt electionem Vladiſlai IV. in Viſogrodenſi Terra.

Sierpſcij *de Gulczewo, erant tres germani fratres, Andreas Palat. Rauenſis, Capit. Plocen. cuius filiæ erant Margareta Niſczyccij, Heduigis Czarnkowſcij Generalis Maioris Pol. & Pyzdren. Capit. & Anna quæ Ruczynſcij Zarembij, Złotkowſcij erant conſortes. Fælix alter frater Caſtell. Ripienſcen. eius poſteritas Petrus Caſtell. Ripienſcen. & Andreas etiam Caſtell. Ripienſcen. ille deceſſit ſterilis, hic reliquit cũ Sophia Sczawinſka Caſtell. Sochacou. filia, Adamũ, & alios ſed breui in vitam ſecuriorem tranſlati ſunt, ſoror horum duorum Caſtellanorum Anna, primùm Wolſcij poſt Piwo conſors, plurima bona intulit in eorum Familiam. Tertius horum frater reliquit duas filias, Heliſabeth Iarunthi Palatini Lencicienſis, altera Kowalſcij Caſtell. Leopol. conſors.*

Latálſcij *antiquitate, meritis, dignitate, præſtantiſſima Familia, notabant familiam ſuam de Labiſino Comites. Mathias Latalſki Palat. Breſtenſis, qui vt Cuiauienſem oram defenderet à Crucigeris, dum Vladiſlaus Iagello Pruſſiam vaſtabat, relictus cum Ianuſio Koſcieleccio Palat. Inouloclauien. à Rege fuit.* Bielſc. fol. 323. *Ioannes Latálſki, vir ingenio, pietate, morum grauitate, alijſq; virtutibus inſignis. Hic ex Cancellario Reginæ Eliſabeth, & Præpoſito Cracouienſi, Poſnanienſi, Lencicienſi, creatus Epiſcop. Poſnanien. 1525. in quo dum ſedit annis decem, tranſlatus fuit ad Epiſcopatum Cracou. & Ducatum Seueriæ, vbi dum annis duobus regit Eccleſiam, Gneſnam ad Archiepiſcopatum aſſumptus fuit. Obijt Ætat. 77. Anno 1540. Quem multis encomijs celebrarunt Scriptores. Kantſcius in Vitis Epiſc. Cracou. ita de illo:*

Stirps generoſa tibi, ſed nec minor adfuit ipſa
Virtus, quæ ſuperat ſtemmata clara Patrum.
Dulcis in alloquio cunctis: tua pectora luce
Et pura fuerant candidiora niue.
Quapropter viuis fama celeberrimus. Ex te
Patria virtutes quas imitetur habet.

Ex illius Epitaphio Gneſnæ iſta decerpſimus:

Vir ſingularis virtutis & humanitatis, omnibus beneuolens, affabilis, in ſubditos excellentis pietatis. Reipublicæ amator ſtudioſus, Aedificiorum Archiepiſcopatus partim incendio, partim vetuſtate collapſorum hilaris reſtaurator.

In cuius excellentem ornatum conſcientiæ ita Ianitius.

Ædite Sauromatum Latalici ſtirpe vetuſta,
Feciſti patrium quæ decuere genus,
Comis & ingenio candore notandus, ob idq́ue
Nil male quod de te fama loquatur habet.

N. *Latálſki Caſtell. Lencicien. & frater patruelis Archiep. Gneſnen. qui à bonis Latalice notabat familiam. Reliquit optimos ciues Patriæ in Caſtris & Caſtro peritiſſimos, ob dexteritatem animi & fortitudinem corporis. Ianuſius germanus frater Archiepiſcop. Gneſnen. Palat. Poſnanienſis, Capit. Czluchouienſis, maximus bellator & intrepidus, cuiuſcunq; ſortis & periculi amore Patriæ. Hic cum Sieniawſcio & Iázlowieccio, vſq; in Oczákouienſes campos peruenit, atq; ibi Oſtam Soltanum profligauit. Secundò autem prælio ibidem in captiuitatem Tartaricam deuenit, à qua per germanum ſuum 1530 anno Epiſcopum Plocenſem liberatus*

extitit.

extitit. Bielſc. 560. *reliquit filios tres. Stanislaus primus filius Capitaneus Inoułodcłanienſis, & Tzucbolſcenſis, erat in Lábiſſyn bæres, eximius erat propugnator Patriæ armis, & iudicio. Ex Duciſſa Pomeraniæ, reliquit vnicam filiam. Ianuſius 2 filius Caſtell. Gneſnen. totus in campo & defenſione Patriæ. Alijs enim à natura lingua & calamus ornamentum domus, alijs tympanum & gladius deliciæ & profectus Familiæ ſiunt. Acceperat diuiſione bonorum cum fratribus Lipienno Oppidum, &c. ſed bæc inſeruiendo Patriæ vix non conſumpſit, ex Iaruntowna Palat. Lenciciensis filia, reliquit duas filias. Georgius tertius frater, bic erat bæres in Dębno ad Gneſnam, &c. reliquit filios & filias. Obijt cum ſummo odore bonæ famæ.*

Włodkouij *in Ruſſia. Perantiqua & bonis non perangusta familia, armis, conſilio, & trophæis militaris eximia. Matthias Capitaneus Camenecenſis in Podolia, qui vt gratia actus fortitudinis accepit Præfecturam, maximum ſpecimen audacis prudentiæ atq; merendi Patriæ declarauit, dum pauca manu incurſionem Valachicam in mille prædarijs inuaſit, eosq; in confuſionem & prædam Commilitonibus ſuis commiſit, & obſides cum oppido liberauit. Extruxit in arce Camenecenſi portam arcis, & arcem ipſam adornauit atq; firmauit. Reliquit filium Stanislaum, eximium & ſtrenuum Rothmagiſtrum, qui pro bæroico actu in diuerſis prælijs, atq; ſincero ſanoq; conſilio patriæ dato, recepit in præmium Præfecturam Halicienſem & Colomienſem, demum Palatinatum Belzenſem, cui dum prima conſors Eliſabeth Zamoyſka Caſtellani Chelmenſis filia obijt, mæſtiſſimus Palat. Altare B.V. Mariæ de argento cum tabulis S. Stanislai M. & S. Mathiæ Apoſtoli apud Prædicatores erexit, atq; cruce argentea, calice cum patina aureo dotauit, atq; ſepulchrum ex marmore ſplendidè poſuit, vbi & ipſe poſtmodum cum altera coniuge Heduigi Oleſnicka id quod terrenum erat depoſuit. Erat vir ad martem & Senatum natus, atq; virtutis quæ fundamentum eſt perpetuæ gloriæ ſincerus obſeruator, quod vel inde ſit clarum, quia in Tartarica obſidione caſtri Halicienſis, iam præ vetuſtate putridi, dum modicas vires multitudini hoſtium vndequaq; obijcit, ad quietem paulò compoſito S. Catharina Virgo & Martyr in ſomnis admonuit, illam eſſe tutorem eius & loci. Paucis elapſis boris ingruentibus Tartaris in munitionem, ductorem occidit, & omnes ab arce pepulit. In rem igitur gratitudinis erexit Sacellum in Arce S. Catharinæ Martyris & fundauit, totamq; biſtoriam delineatam poſteritati ibidem reliquit.*

Kriſcij *in Plocenſi Palat. multis encomiis celebranda Familia, plurimorum namq; meritorum grauitate reddiderunt Eccleſiæ, Patriæ, Regi, Regno, & amicis, id quod optimum ciuem & generoſum virum commendebat. Leo bæres in Kriſko, qui vt maiorum facta virtute propria illuſtrauit, ita progeniem claram reliquit. Ninognieuus filius Leonis Palat. Plocenſis* 1430 *Cum Boglewſka reliquit Catharinam Narzymſcij conſortem, & Ioannem Caſtellanum Zakročimenſem, qui cum Laſocka armorum Dolęga, Stanislaum Caſtell. Zakročimen. qui reliquit Ioannem cum Witulſka, & ille cum Wichorowſka reliquit prolem, & Iacobum qui reliquit cum Czoſnowſka Florianum, cum Bartnicka verò armorum etiam Dolęga reliquit Annam Minſka, Margaretham Rádźieiewſka, Dorotheam Zielenſka, & filios Iacobum Canonicum Plocenſem, Nicolaum, Bartholomeum, Stanislaum, Petrum Capit. Plocenſem, & Paulum, qui cum Anna Srzenſka armorum Dolęgá, reliquit Annam Brzoſka,*

Barbaram

Barbaram Oſuchowſcij, Margaretham Koſtká, Caſtell Zakroćimenſis, Catharinam & Agnetem Vchanſcij conſortes, & hos filios. Albertus Pauli, qui qualis, quantuſq; vir fuerit ingenio, iudicio, dexteritate, &c. Epitaphium illius in Drobnin edisſerit.

Albertus Kriſki, Sigiſm.II. Regis Pol. Aulicus, Succamerar. Plocenſis, Dobrzynenſis, & Mlauenſis Capit. Patricius Polonus, iuuenis decorus, ac pulcher generis nobilitate, ac maiorum ſuorum claritudine & virtutibus ſuis illuſtris, Philoſophia ac Iuris ſcientia, linguarumque multarum peritia clarus, in diſputationibus Doctorum hominum acutus & diſertus, natura & arte eloquens, pauperum & oppreſſorum adiutor, iuſtitiæ & publici boni amator, qui legationibus ad Pium III. Papam, ad Cæſarem Romanorum, ad Hiſpaniæ Regem Philippum bis, ad Angliæ Regem, ad Margrabium Brandeburg. ex dignitate perfunctus cùm eſſet, ſe quoq; ad Remp. rectè adminiſtrandam pararet, ampliſſimoſq; Magiſtratus ſibi promiſſos à Rege expectaret, maturo fato cum ingenti hominum dolore ex humanis ſublatus eſt 24. Nou. Anno 1566. Ætatis ſuæ 33. *Eius legationes* Biel. ſub A. 1555. refert. *Felix alter filius Pauli, Tribunus Plocenſis, ad magna à natura benignitate & iudicio natus, ſed nimia pinguedo à puero obſtitit. Staniſlaus 3. filius Pauli, Palat. Maſouiæ, Plocen. Capit. vir in grauiſſimis negotijs Regni expediuit legationes varias ad Henricum Galliæ Regem, ad Ioannem totius Moſchoniæ Imperatorem, cum abſoluta poteſtate à Sereniſſimo Stephano Rege. Ex Margaretha Vchánſka Palat. Plocenſis filia, reliquit filios eximiæ doctrinæ, & peritia linguarum deſiderabiles Patriæ Albertum, Felicem, Paulum & Petrum: filias Eliſabetham & Barbaram. Subſcripſit Stanislaus Coronationis Sigiſm. III. pacta, & vnionem M. D. Litu. Lublini, 1569. Sorores verò ſuprà nominati, Minogij. Sunſcij, quæ progenuit Pomſciborium Caſtell Ciechanouien. & Magdalenam Kr. ſinſcij quæ Epiſcopum Cracouienſem genuit, altera ſoror erat Margareta Loś conſors. Felix Kriſki, ad negotia Reipub. benè diſpoſitus, hinc in Anno 1601. Luſtr. tor Volhyniæ deputatus filius Stanislai Palat. Maſouiæ, vir eloquentia clariſſimus, propter aureum flumen Oratoriæ facultatis, alter Demoſthenes Sarmaticus, poſtea Magnus Cancell. Regni multum conſilio, multum Authoritate Senatoria, ſuo tempore in Repub. valuit. Huius filius Paulus Kryſki, vt iuuentutem ſuam ad obſequia Reipub. aptiorem redderet, multarum nationum Germaniæ, Italiæ Hiſpaniæ mores vidit, omnium illarum linguas didicit, domum reuerſus Aulæ Regiæ ſeſe addixit, Aulicus Regius Sereniſſ. Sigiſmundi III. effectus, Præfectura Kowelenſi honoratus fuit. Albertus Kriſki in Drobnino Capit. Przedżiecenſis, & Arnolphus in Drobnin, ſubſcripſerunt electionem Sereniſſ. Regis Vladiſl. IV. ex Palat. Breſtenſi in Cuiauia. Staniſlaus Kryſki in Drobnino Iudex Terræ Plocenſis, eandem ſubſcripſit ex Plocen. Palat.*

Laſzewſcij, *cum Kriſcijs eiuſdem diuiſionis bonorum. Indicabo tibi, ô homo, quid ſit bonum & quid dominus requirat à te, vtiq; facere iudicium & diligere miſericordiam, & ſolicitum ambulare cum Deo tuo, verè occupatio Generoſa & Nobilis Laſzewſciorum ſecreta memoria hæc recondunt.*

Radzánowſcij, *antiqua & opulenta bonis & virtute familia. Paulum Palat. Belzenſem 1436. diuerſæ literæ nobilium referunt, & Statuta Regni plurimos dignitate præſtantes commemorant. Paulum alterum Plocenſem Vexilliferum Acta antiqua habent. Martinum meminit* Ianuſouius fol. 769. *ſubſcripſit vnionem M.D. Litu. Lublini 1569. Martinus Radzanowſki in Radzanow, Vexillifer Plocen. ſubſcripſit electionem Sereniſſ. Regis Vladisl. IV. ex Palat. Plocenſi.*

Sczawinſcij, *hi cum antiquitate Generoſa Familiæ, ipſum torrentem virtutum meritorum & trophæorum intimis pectoribus & virenti diligentia, in poſteris ſuis conſer*

uarun

narunt, & ſplendore diuerſo in Caſtris & Senatu exercitato, magnificè illuſtrarunt. Sunt in Palatinatibus Rauenſi in Goſtinenſi diſtrictu, & Lenciticiē. notant alij familiam ſuam de antiqua Sczawin, alij de magna Sczawin, alij de Sczawin noua, quæ nunc Sczawin Borowa appellatur, ſed hi omnes eiuſdem arboris & lineæ ex parente primo ſunt. Ioannes de antiqua Sczawin Maſouiæ Ducibus ad obſequia delectus, atq; ab eiſdem optimè pro meritis prouiſus, ſicut Priuilegia Boleſlai Ducis teſtantur. Quod induco ad Familiæ decorem, conſolationem & exemplum.

In nomine Domini Amen. Vt geſtis mortalium quæ cum defluxu temporum plerumque à memoria dilabuntur, perpetuitatis robur accedat. Nos Boleſlaus Dei Gratia D. Maſouiæ, notum eſſe volumus quod contemplantes grata nobis ſeruitia Ioannis de Sczawin antiqua, villas noſtras Sczawjn Magnum, & Wloſczanow damus ei & conferimus, eiuſq; hæredibus iure hæreditario & in perpetuum poſſidendas, cum omni iure Ducali Enſis videlicet & baculi, liberantes ab omni ſolutione. Dantes eidem de ſpeciali gratia poteſtatem tàm capitis inter ipſos villanos dictarum hæreditatum iudicandi & pœnas percipiendi, & villas prædictas ab omnibus ſeruitijs Ducalibus, belli, Caſtri ædificationis, recipiendi odoriferum canem, conducendi milites equis, liberamus. Quod ſigillo noſtro maiori muniuimus. Datum 1299. in Troiczyn, in die Sancti Laurentij.

Dadzibogius Sczawinſki, eximius miles & optimis bellatoribus comparandus, & inter ciues ſinceros Mæcenatibus annumerandus. Hic tanta Wladislao Duci Lenczycienſi & Dobrzynenſi reddidit obſequia, vt pro benè meritis Fortalicium Ozorkow cum molendino aliisq; attinentiis ab ipſo æuiternè conceſſum receperit. Habent Priuilegium donationis, de Data Lenciciæ 1344 die S Catharinæ. Dobieſlaum Palat. Rauenſem, & Dacibogium Marſchalcum Ducis Maſouiæ, referunt literæ Ducis Maſouiæ Semouiti, qui diuidit bona inter illos 1355. Dobieſlaus accepit Sczawinum magnum, Dacibogius Sczawinum antiquum. Data in Goſtyn, in Vigilia SS. Petri & Pauli. Ioannes Pincerna Lenciciensis, Dobieſlai Nepos, quem Acta referunt 1466. Hic ex Crodzanowſka reliquit Petrum, & filias quinque, Sophiam Bielawſcij, Annam Chotowſcij, Riboſcij, & Wierzbowſcij coniuges, & Monialem in Plocenſi Monaſterio. Petrus filius Ioannis, qui ob dignitatem morum, iudicij & generis, habuit in conſortem Pauli Wolſki Supremi Cancellarij, Præfecti Goſtinenſis filiam Annam, armorum Labęć. Notabat Familiam de Magna Sczawin. Ioannes Caſtell. Sochaczouien. fuit, reliquit filium Paulum, & filias Sophiam, Sierpſcij Caſtell. Ripinen. poſt Goſtomſcij Palatini Rauenſis, Annam Staniſlai Vchanſki, Palatinidæ Plocenſis, demùm Caſtell. Rauenſis, Heduigim Bartholomæi Szamowſcij coniuges. Paulus filius Petri, qui ob inſignia merita atq; grauitatem & conſtantiam, Sereniſſ. Reginæ Annæ Hoffmagiſter deſignatus, Caſtell. Lancicienſis, Præfecturis Sochaczouien. Belzen. Varecen. à Sereniſſ. Regibus honoratus fuit. Reliquit cum Anna Dunînij de Wiazd Dapiferi Lancicienſis filia Samuelem, Andream, Paulum & Ioannem, & filias Catharinam Kraſinſcij Succamerarij Ciechanouien. Annam Herburti, Sophiam Grabſcij Capitanei Cruſuicen. Barbaram Michaelis Sokolowſcij Caſtellani Goſtinen. Capitanei Breſten. & Regeznen. conſortes. Ioannes filius Pauli, floridam ætatem perfectam virtute vt reddidit, cum Vilkanowſka fœdus matrimonij ſuſcepit, ex qua reliquit Paulum & Ioannem. qua mortua, cum Vronviecka tenuit vinculi ſacramentum, ex qua ſuſcepit filios & filias. Prænominato Ioanni ex diuiſione bonorum ceſſerunt bona Arx, cum Oppido Wiazd in Lencicien. Palat. & alia bona in Podlachia Oppidum Waniewo. Paulus filius Pauli, vir iudicio, dexteritate, experientia negotiorum Reipub. & conſilio ſummus. Hic primò Caſtell. Brzezinenſis poſt Palat. Podlachiæ, reliquit cum Goſtomſka Thomam, Franciſcum & Ioannem virum ſpiritualem. Dadzibogius ſeu Deodatus, Marſchalcus Ducis Maſouiæ, germanus frater in capite poſiti Dobieſlai in Sczawin vtraq;, reliquit filios Naſiegnieuum & Sieciechum, qui coram Semouito iuniore Duce Maſouiæ bona Parentum

inter ſe diuiſerunt in Goſtinin 1380 Naſiegnieuo ceſſit Sczawin nouum, Sieciecho antiquum. Erat ex vtroq; parente meritis, dignitate, titulo ex mia poſteritas, ſed ex Sczawinſciis de antiqua Sczawin pauci reperiuntur, eſt ex Staniſlao Marcianus, ex Chriſtophoro Theſaurario Goſtinenſi, eſt filia à Korycinſka Adami Zeleſcij conſors, quæ Sczawin antiquum reſignauit Iacobo Sczawinſki Palatino Breſtienſi, ſicut etiam à Stanislao Sokolowſki acquiſiuit idem Sczawin magnum, quem reſignauerant Michaeli Sokolowſki, Samuel & Andreas filij Pauli Sczawinſki, Caſtell Lancicien. Andreas filius Naſiegnieuij, cum diuiſione bonorum accepit Brochow poſteritas ipſius Brochowſcij nuncupata. Niemierz alter filius Naſiegnieuij Theſaurarius Goſtinenſis, accepit diuiſione Sczawin nouum ad quod acquiſiuit villas Kamieni Guzow, & Rybie à Martino Rogálá Caſtell. Vladislauienſi, ſicut literæ Semouitæ Ducis Maſouiæ datæ in Sochaczow Anno 1415. teſtantur. Et à Dadzibogo germano fratre Cantore Ploſenſi, ſortes in villa Waliſzew, 1414. acquiſiuit. Obijt Niemierza relicto filio Saſino 1417. Saſinus Niemierze Sczawinſki filius, vir potens, iudicio, bonis, & armis ſicut ex collatione titulorum & dignitatum colligitur. Erat primùm Venator Goſtin. vt ex inſcriptione in Iudicio Goſtinen. facta ſuæ parenti, in Anno 1420. apparet. Demùm Iudex Terreſtr. Goſtin. creatus, ſicut ex ſubſcriptione Priuilegij pacis & concordiæ, inter Vladiſl. Pol. Regem, & Magiſtrũ Pruſſiæ Paulum de Ruſdorff 1436. colligitur. Poſtmodum erat Caſtell. Plocen. vt ex multis literis habemus, reliquit ex Barbara de Oporow quatuor filios, Petrum, Ioannem, Nicol. & Saſinum, conſtat hoc ex Actis Gabinen. Terreſtr. A. 1465. vbi granicies firmant cum aliis Sczawinſciis Petrus & Ioannes, & ſeſe obligans pro ſua Parente, & Fratribus Nicolao & Saſino, ibidq; ſe nominãt filios Saſini ex Niemierza Theſaurar. Goſtinen. Petrus I. filius Saſini ex Niemierza Succamer. Goſtinen. hic dum alij duo fratres ſteriles deceſſerunt, cum Ioanne fratre bona inter ſe diuiſa confirmat Actis Caſtrenſibus Lenciciæ 1473. Ex Margareta Gulczewſka reliquit Ioannem, Nicolaum, & Albertum, quæ cum filiis à Nicolao de Bronno Bronſki acquiſiuit bona Bronno, Wyczalkow, Karlowo, Reſignatio hæc Lenciciæ 1487. in Actis Caſtrenſibus extat. Ioannes germanus Petri, eò quod Parens ſuus Saſin ex Niemierza Plocen. Caſtellanus vocaretur, ipſum quoq; plebs Plocium vocare non deſtitit, præſcindendo Caſtellancatum, & ita ex illo in Lencicienſi Palatinatu creuit Familia Plocciorum, qui verè ſunt Sczawinſcij ſolentq; ſe in Actis titulo Plocki, ſeu Sczawinſki nominare. Ioannes filius Petri, Subdapifer Goſtinenſis, vir bellicis actibus atq; obſequiis in Rempub. & Patriam præclarus, plurimiſq; Regibus optimè meritus, Ioannis Adalberti, Alexandri, & Sigiſmundi primi Regum Rothmagiſter in Moſchouiam, Moldauiam, cæteraſq; expeditiones, a quibus digna meritis præmia reportauit. Tenuit matrimonium cum Catharina de Subſko Vexilliferi Lencicienſis filia, cum qua & Subſko bona accepit, erexit fortalitia munitiſſima duo in Subſko & Ozorkow, bonis acquiſitis à Ioanne de Chodow 1519. Diuerſimodè notabat familiam ſuam à Subſko, à Bronno, à Ozorkow, receſſerant enim quondam à Sczawinſciis bona Ozorkow. Obijt Anno 1555. Ætatis 77 Reliquit Petrum, Staniſlaum, Chriſtophorum, & Simonem, filias autem Mathiæ Wyſocki Iudicis Terræ Lencicien. Margaretham, Ioannis Zielenowſki Catharinam, Ioannis Bierzacki & Sophiam Virginem. Horum trium fratrum, dum Chriſtophorus illorum quartus, eximius miles pro Patria, & decore Familiæ, cum Sieniawſki Exercituum Duce pugnando, ad Seretum cum Tartaris & Valachis Anno 1538. occubuit. Eſt diuiſio bonorum in Caſtro Lencicienſi poſt obitum Chriſtophori facta, in Anno 1540. Nicolaus alter filius Petri ſteriliter deceſſit. Albertus tertius filius, reſignatis bonis miles in Podoliam, ſplendoris familiæ gratia & meritorum deſcendit, atq; ibidem domicilia ſua conſtituit, reliquit ibidem filium Andream Sieciechum Tribunum Camenecen. virum opibus & marte clarum, qui vnicam filiam reliquit Kalinowſcij conſortem, quæ progenuit Valentinum Kalinowſki Capitaneum Camenecenſem, moderni Martini Kalinowſki Palat. Czerniechouienſis parentem. Petrus Ioannis filius, vitam ſpiritualem elegit, & citò in fæliciorem vitam tranſijt, bona ipſius fratribus ceſſerunt. Staniſlaus alter filius Ioannis, hæres

in Subſko

in Subſko cum Heliſabeth Falicis de Trabki Trabſki, armorum itidem Prawdzic, tenuit ſacramentum matrimonij ex qua ſuſcepit filios Paulum 1546. & Nicolaũ 1547. & filias quinque Heduigam primùm Borzenſcij, poſt Petri Laſocij Pincernæ Dobrzynenſis conſortem, Catharinam Monialem Prioriſſam Monaſterij Strzelinenſis, Annam Eraſmi Zielenski, Agnetem Georgij Garwaſki Capitanei Goſtinenſis conſortes. Paulus filius prædicti Staniſlai, Inter Reginæ Annæ, multarum linguarum & peritiæ nationum externarum ſingularis vir. Obijt celebs 1598 Nicolaus verò illius germanus ex Caſtellano Brzezinenſi, poſtea Lencicienſis iuuentutem Marti conſecratam, in maturitatem decentiſſimam animi & morum deduxit prouectiorem ætatem, Rothmagiſter vbi trophæa ſplendida domui ſuæ appendit glorioſè. conſtituit vitam matrimonio pacatam cum Agnete de Glewo Laſocka. Quibus cum prolem ſecreta Dei ordinatio non conceſſit, Virginum Sacratarum Ordinis Præmonſtratenſis Monaſterium Lenciciæ fundarunt 1603. bonis Subſko vtraq; cum aliis villis conſignatis, atq; Eccleſia de lapide vna cum Monaſterio erectis, & lapidem in Ciuitate Lancicien. omnemq; ſupellectilem in auro, argento, cum tapetibus ſericis illis redditis. Sepultus ibidem cum tali Epitaphio.

D. O. M.

Illuſtri Domino NICOLAO SCZAWINSKI in Subſko Hæredi,
Caſtellano Brzezinenſi, ac demum Lancicienſi.
Cuius
Amorem in Patriam, Res in bello Moſcouitico ſub Stephano Rege
præclarè geſtæ, & Commiſſiones peractæ,
Dexteritatem Legationis ad externos Principes, diſcordiarum moderationes,
Pietatem in Deum, Templum hoc cum Monaſterio à fundamentis erectum,
bonisque abundè locupletatum, teſtantur.
Anno 1620. die 8. Maij. vita functo Patruo ſuo, ex fratre Nepos Ioannes Simon
Sczawinſki Capitaneus Lancicienſis fieri fecit.

Simon tertius filius Ioannis Caſtellani Inouladislauien. Capit. Goſtinenſis, vir dexteritate animi, peritus iuris, prudentia agendi, ſinceritate iudicij, grauis & mirandus. Quapropter maxima negotia Regni illi à Sereniſſ. Regibus commiſſa fuerant, à Sigiſm. Auguſt. legatio ad Regem Daniæ, & Comiſſio Gedanenſium ex Comitiis Lublinen. vt Cromer. Bielſc. *reſferunt, dum Simonem Subſki, hoc eſt à Subſko Sczawinſcium memorant* fol. 656. Bielſc. *Ex aliis Comitiis Quartæ Regiæ, ad correctionem Iurium 1589. deputationes expediuit ſtrenuè, vt in Conſtitutionibus videre licet. Habuit in conſortium matrimonij, primò Staniſlai Puczek de Przeclawice filiam, cuius reformatio in Actis Lencicien. 1541. extat, ſecundò Annam Arnolphi Vebanſki Palat. Plocen. Capitanei Wyſogroden. filiam, cuius reformatio & dotis ampliatio ab illuſtr. & Reuerendiſſ. Archiep. Gneſnen. Patruo ſuo Lanciciæ 1569. Reliquit ex illa Iacobum, & filias Dorotheam Nicolai Krzykowſcij, Margaretam Pauli de Beldow Caſtell. Brzezinen. conſortes, Helenam Monialem Virginum Sacratarum Prioriſſam in Strzelno. Obijt hic Caſtellanus 1589. Ætat. 74. ſepultus Goſtinini cum perpetua fundatione pro mortuis. Iacobus filius Simonis Palatinus Breſten. Capit. Lencicien. Blonen. Gambinen. vir quàm genere illuſtris, tàm morum grauitate & virtutum ornatu praecelſus, & ſicut Regum & legum obſeruantiſſimus, ita Re pub. & Patriæ ſtudioſus amansq;. Habuit in Sacramenti vinculum Annam Ioannis Karnkowſki Caſtell. Lendzenſis Capit. Lencicienſis filiam neptem Staniſlai Archiepiſcopi Gneſnen. ex qua ſuſcepit vnicum filium Ioannem Simonem, & filias Mariannam Andreæ de Rudnik Biſkupſki in Kempno & Ruſſowo heredis, Catharinam Staniſlai Kraſinſki Palatinidæ Plocen. Capit. Nowomiciſcenſis conſortes. Agnetem Sanctimonialem Præmonſtratenſium Lenciciæ. Anna Staniſlai Cioſnowſcij coniunx. Alteram conſortem habuit Sophiam Michaelis Sokolowſki Caſtell. Goſtinen. Capitanei Breſtenſis & Rokezinen. filiam, ex Barbara Pauli Sczawinſki Caſtell. Lencicien. quondam pro-*

genitam, ex qua ſuſcepit tres filios duorum nominum, Paulum Ludouicum, Samuelem Conſtantinum, & Iacobum Adalbertum, Capit. Gambinen. optimæ ſpei & educationis, quos bono Reipub. & Patriæ optimè intenta parens, ad exteras nationes, maioris profectus literarum, morum, virtutumq; gratia tranſmiſit. Filiæ ex ipſa Tereſſia & Conſtantia, quarum Tereſſia nupta Generoſ. Ioanni Zawadzki, Capit. Swiecen. & Olſtinen. Ioannis moderni Palatini Pernauien. filio, iuueni exterarum linguarum, & morum peritiſſimo & compoſitiſſimo. Conſtantia verò Anno 1642. nupſit Generoſo Martino de Walewice Walewſki, Adami Caſtell. Syradien. ex Anna Koniecpolſka progenito filio, qui in Caſtris Regni, ſub vexillo Auunculi ſui Illuſtriſſ. Koniecpolſki Caſtell. Crac. Ducis Supremi Exercituum Regni diu militauit. Obijt Palat. Breſten. plurimis commiſſionibus expeditis, & Sacramentis Eccleſiæ munitus in Sczawin & Lenciciæ ſepultus, ad præſentiam Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Epiſcopi tunc Cuiauienſis Lubinſki, moderni Archiep. Gneſnenſis qui ſacrificium incruentum in die ſepulturæ ipſius perficiebat, & in præſentia Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ Epiſcopi Kijouienſis Sokolowſki, qui ſermonem ad populum merita & vitam demortui prædicando habuit. Cui Epitaphium è marmore erectum, his honoratum manet.

D. O. T. M.

IACOBVS de Sczawin in Ozorkow, PALATINVS BRESTENSIS, Lancicienſis, Blonen. Gambinen. Capitaneus, Simone Caſtellano Inouloclauienſi, Capitaneo Goſtinenſi Patre, & Anna de Vchanie Arnolphi Vchanſki Palatini Plocenſis, Capitanei Viſogroden. filia matre editus. Pueritiam in externis nationibus, Adoleſcentiam in aula Annæ Iageloniæ Reginæ, Iuuentutem in Valachicis & Moldauicis bellis, Aetatem virilem in obeundis grauiſſimis Reipub. functionibus tranſmiſit. Primùm Succamerariatu, mox Capitaneatu Lancicienſi auctus, vtrobiq; nomen & famam meruit, repreſſà domitaque graſſantium licentia. Præfecturæ & Ciuitati pacem reſtituit. Arcem Lancicienſem proprijs impenſis refecit, amplamque & eminentem reddidit. Capellam hanc ſuis & poſterorum Cineribus deſtinatam à fundamentis excitauit, & cenſu perpetuo dotauit. Difficili tempore Reipub. iteratis vicibus Marſchalci dignitatem in Comitijs Generalibus Regni dexterè & laudabiliter peregit. Ob ea & multiplicia in Rempub. in toga & ſago merita, grauiſſimo Sigiſmundi III. Regis Pol. iudicio, primatij in Palatinatu Breſtenſi Senatoris faſces & dignitates adeptus, integerrimus partes abundè adimpleuit. Ingruentibus verò retroactis annis in Ruſſiam Tartaricis ſplendidam Equitum turmam ſtipendijs proprijs Præſide Ioanne Capitaneo Lancicienſi primogenito ſuo infeſtis ſignis obiecit. Idem Patriæ ſubſidium contra Guſtauum Adolphum Pruſſiæ oram annis proximis infeſtanti geminatis vicibus tulit. Poſt arduo tractatuum pacis negotio Commiſſarius delectus interfuit, eamque muneris functionem pro Regia & Reipub. dignitate præclarè obiuit. Plenus dierum & diuinæ benedictionis, gloriæ ac nominis ſatur, dum Nepotes ex filijs & filiabus ſuis primæ coniugis Annæ à Karnkow ſuſceptis, ſenectæ ſuæ ſolatia videt, ex communi fati lege, inter amplectentium manus, magno coniugis, liberorum, totiusq; familiæ mœrore eripitur in Sczawin, auita Maiorum ſuorum ſede, v. Febr. 1637. Aetatis 60. Sophia à Warzymow Illuſtris D. Michaelis Sokolowſki Caſtellani Goſtinenſis, Capitanei Breſtenſis & Rogoznenſis filia, mœſtiſſima coniunx amoris ergò fieri curauit.

Ioannes Simon Iacobi filius, Caſtellanus primò poſtea 1643. Palat. Breſtenſis, Capit. Lancicien. qui in exteris nationibus floridam iuuentutem reddidit maturam, non annis at iudicio, vt redijt nuntius ad Regni Comitia electus ibidem Sereniſſimo Regi in obſequia obligatur. Demùm ad negotia Caſtrenſia atq; militaria, quæ potiſſimum nobilis familiæ dignitatem illuſtrant & renouant conuertit animum, atq; ſimul cum Illuſtriſſ. Præfecto Exercituum Tartaros ad Martinouum confudit & oppreſſit, poſt Commiſſionem armatam cum rebellibus Co-

ſacis

ſacis 1624. ad Krukouiam compleuit, cum Generoſo D. Odrzywolſki, deuios deſertosq́; campos Turcis, Scythis, & Valachis ad inſidias Regni electos, nedum adijt, ſed vſq; ad oram Thebinis excurrit, & captis aliquibus Tartaris Supremo Exercituum Præfecto reddidit, quo & nomen ſibi, & commendationem ad Regiam Maieſtatem conciliauit. Dum verò Guſtauus Pruſſiam inuaſit, ille in centum quinquaginta viris & equitibus ad Goſtininum Sereniſſ. Regi occurrit, propriisq́; expenſis anno medio militem detinuit, multisq́; occaſionibus hoſtem repreſſit, & ad Gn ew Caſtrum audacis fortitudinis ſignum ex ſclopeti globo ad humeros reportauit, non deſijt omni neceſſitate oblata reddere Patriæ amorem, Reipub. obſequium, amicis conſilium, omnibus beneuolentiam, multis vicibus ad Comitia Regni Generalia Nuntius, in ijs vt plurimùm Deputatum ad Radomiam vel Rawam egit, ad compoſitionem inter ſtatus, tùm ad Tribunalitia Regni ſæpiùs electus fuit. Hunc P. Albertus Piglowſki Societatis IESV, *in ſuo Centenario celebrauit tali Elogio.*

Ioannes Simon Sczawinſki Caſtellanus Breſtenſis, Militia domiq́ue clarus, magnæ Familiæ decora factis cumulauit. Candidus apertusq́ue animus, vbi parere didiciſſet, conſulere Patriæ meruit. Senatoris officium extra impetum generis, generoſitate ſua vti ſe ſcire oſtendit, aſſuetus imperare ſibi. Cupiditatibus alienis obſequi neſciuit. Ambitionem mediocritate eluſit. Nuſquam memor eorum quæ ſui ipſius faciunt obliuiſci. Ita maieſtatem temperauit, vt humaniſſimus optimusq́ue extiterit. Vir ſincerè blandus omnibus, amare nouit non hamare. Tam Regi Regnoq́ue, quàm Religioni & Deo proficuus. *Tenet matrimonium cum Regina de Boguſlawice Lucæ Sierakowski Caſtell. Ledzneń Senatoris eximiæ virtutis filia, Ioannis Palat. Lenciciēſ. nepte, accepit cum illa bona in Cuiauia non modica, ſuſcepit ex ea nunc viuentem vnicam filiam Barbaram Domicellam. Quibus benedicere dignetur Dominus benedict one timentibus Dominum. Videat bona ſupernæ Ieruſalem, & filios filiorum ſuorum, pacemq́; Iſrael in eis.*

Brochoccij, *qui diuiſa bona cum Sczawinſcijs & ſunt verè Sczawinſcij habuerunt. vt in Genealogia Sczawinſciorum apparet. Primus huius cognominis erat Andreas filius Naſiegneuij Sczawinſki, cui cum ex diuiſione bonorum acceperat Brochow, appellatus erat Brochowſki, & ab eo deſcendentes posteri appellantur Brochowſcij. Huic poſt celebrem ad Grunualdum de Cruciferis victoriam, Vladislaus Iagelo Rex anno 1410. Ciuitatem & arcem Morag in Pruſſia, & Præfecturam illius arcis commiſerat, vt* Bielſcius *in Annalibus anno ſupra poſito pag. 302. refert. Ex horum Brochowſciorum numero Anno 1642. Caſtellanus Zakrocimenſis vir prudens & militia clarus obijt.*

Trąbſcij, *& hi ex Sczawinſciis veniunt, ſed ob diuiſionem bonorum, ex qua illis ceſſerant bona Trabki, & ideò vocati ſunt Trabſcij.*

Láſcij *in Palat. Belzenſi, perilluſtris genere & victoriis de hoſte Patriæ ſemper clara familia. Ioannem Láſcz Succamer. Podol. Cap. Zinkouien. referunt Hiſtorici ſub Anno 1453. qui Adminiſtrator Zinkouienſis arcis cum eſſet Tartaros onuſtos præda ad Treboulia redeuntes ad Kraſac, cum Adminiſtratore Arcis Laticouienſis, Ioanne dicto Niemiec, & Math a Arcis Miedzibozenſis adminiſtratore audacter inuaſit, fudit, occidit, captiuos & ſpolia eripuit.* Miechouius lib. 4. Cromer. lib. 22. fol. 344. Bielſc. lib. 4. *Oppreſſus à multitudine Tartarorum vna cum Bartholomæo Buczacki Capit. Podoliæ* 1457. Biel. fol. 412. *Lazarus de Tucząp filius Ioannis, Venator Belzenſis, Capit. Tyſcuien. vir bello & animo, filius Martis. Tartari dum oram Belzenſem infeſtabant, atq; omnes terrore & periculo repleſſent, ille cum pauca manu in Tyſouienſi arce remanſit, atq; cum Tartaris alacriter dimicando, illos ab arce repreſſit & fugauit. Et quia intempeſtè excurrentibus iam vndiq; Tartaris*

per campes Belzenſis Terræ conſortem in Grabow remiſerat ſeruis ſequentibus dominam præcepit, vt à tergo vadant equeſtres haſtis ſerico adornatis receptis, vt ſi hoſtis grauis adiſſet à longe conſpectis haſtis copias imaginarent, nec currum via lata perſequeritur, eo modo reducta fuit ſecurius illius conſors, dum non auderent illam diuertere Scythæ in partem. Reliquit plures filios ſed diuerſis prælijs occubuerunt duobus ſuperſtitibus, filiæ illius Agnes Dębowſcij Palatini Belzenſis, Capit. Rubuſsonienſis conſors, ex qua filia nata Tęczyńſcij Palat. Crac. Capit. Rubieſsouien. coniunx. Alexander Lazari Reginæ Bonæ Aulicus, cuius ex gratia obtinuit Præfecturam Korclenſem, poſt diſceſſum illius aſſumpſit Præfecturam Chelmenſem Succamerarius Belzen. plurimis annis in Caſtellanum Czerſcenſem vocatus, confirmatusq; fuit. Erat vir ingenio, conſilio rerum, Reipub. & honorum expertus, legationum ad Comitia Regni continuus, erexit arcem Laſczow, à quo poſteritas familiam notare incæpit, antiqua de Tuczap obliterata, filij ipſius cito deceſſerunt, ex quibus Martinus maturus literis & virtute Archidiaconus Gneſnen. Crac. Loviccen. Canonicus, Secr. Regis Stephani fuit. Alexander alter filius Alexandri miles ſtrenuus, qui ad Tczouiam in Pruſſia optima encomia fortis animi retulit, dum occiſis aliquot hoſtibus, afflictus vulnere, equum traiectum globo inferuore belli reiecit, & alterum agiliter conſcendit & pugnauit. Ioannes 3. filius Alexandri, Succamerar. Belzenſis, Capit. Chelmen. & Tyſouiecenſis. Hic iuuentutem literis, moribus, & linguis exercitatam obſequiis Ferdinandi Imperatoris ſemper Auguſt. deſtinauerat. Tempore Interregni poſt Henricum Regem, pro parte electi Stephani Regis ſtetit, atq; à corona militum ad Reginam Annam an conſentiret Stephano electo miſſus fuit, quod ad coronationem ipſam fideliter cum ſtrenuis bellatoribus defendit, atq; pro meritis, his titulis cum Inciſoris officio ad menſam Reginæ, adornatus extitit, reliquit cum Anna Wielopolſka, quæ primùm erat Strzałe conſors filium Ioannem. Martinus Laſcz Tuczapſki, vir marte, ingenio, & bonis eximius, quem plurimi Senatores in conſanguineum aſſumere deſiderarunt. Habuit in conſortem Niſcieci Petri Palatinidæ Belzenſis filiam. Paulus Tuczapſki Laſcz germanus Martini, vitæ militaris eximius obſeruator. Stanislaus Laſcz Rothmagiſter S. R. M. qui propriis meritis maximè illuſtrauit familiam, ſuſcepit domicilia in Podolia, vbi & honoribus in Palatinatus condecoratus fuit. Samuel Laſcz Vexillifer Podoliæ, ex Karapczy owſka progenitus Caſtrorum Regni Supremus cuſtos, Ciruucenſis & Camionienſis Capit. & multarumq; cohortum Regni feliciſſimus ductor. Hic à decimoſeptimo ætatis ſuæ Anno, totus Marti deditus Rothmagiſtri dignitatem ſtrenuè obiit, expeditionem nullam intermiſit, propriis ſumptibus numeroſum militem conſeruauit. In expeditione Moſchouitica ſumma indicia fortitudinis declarauit, in Pruſſia contra Guſtauum experientiæ militaris trophæa deduxit, contra Oſmanum & Abaſium viri & bellatoris eximij nomen reportauit ex Coſacis rebellibus triumphum ad Kumejki & Starzec detulit. Habent tenſin a tutorem Patriæ perpetuum defenſorem. Andreas Laſcz Niedźwiedz. Tribunus Hrodlenſis, qui poſt ornatam nobilibus actibus iuuentutem, matrimonio contracto reliquit Georgium Pocillatorem Archiepiſcop. Gneſnen. & Primatis Regni Iacobi Vchanſki, Stanislaum, Florianum, Nicolaum, viros moribus educatione decentes, & militaris expertos. Andreas Láſcz de Obrowiec, Tribunus Lubacouienſis optimus, meritus Patriæ, reliquit ex Rudg erowna Paulum, in exteris nationibus literis, exercitio militari, & linguarum peritia eximium. Bartholomæus Láſcz, germanus Andreæ à bonis Kobelſki nuncupatus, maiorum merita ſequendo militiæ gnarus, poſt contractum matrimonium reliquit prolem. Stanislaus Láſcz Strzemieleckiregnante Sigiſm. Auguſto Rothmagiſter ſtrenuus, qui ad Regem Stephanum electum legatus à Repub. cum aliis fuerat. Venceſlaus de Strzemielec, Senator Belzenſis ſubſcripſit electionem Vladiſlai IV. ex Palat. Belzenſi, & Petrus de Strzemielec ex Palatinatu Caliſienſi.

Pariſij de Pariſewo, *Antiqua & meritis clara familia, ſicut dignitates & tituli illorum luce clarius demonſtrant. Venceslaus* Paris *Caſtel. Varſauien. Cerſcenſis*

ſcenſis Præfectus, qui Priuilegia vnionis M.D.Lit.Podlachiæ & Volchiniæ ſubſcripſit. Ioannes Paris Tribunus Varſauien. Aulicus & Secret Sigiſmun- Auguſti. Priuilegium vnionis ad Regnum Podlachiæ & Volchiniæ ſubſcrip. Hieronymus Paris Palatinus Maſouiæ. de quo in origine Polonorum Chriſtophorus Varſeuicius: Tu, maioresq́; tui omni in memoria Senatores laudatiſsimi Catholici ſemper fuerunt, & tu demum ijs præes, qui auitæ Catholicæ religionis aſſertores maximi ſunt, & toto Regno illam vnā Prouinciam Maſouiam hoc errore ſeculi ab hæreſi immunem conſeruarunt. *Quæ ipſa laus toto terrarum orbe laudum eſt maxima atque clariſſima. Reliquit filios Adamum Capit.Cerſcen. vt ex terra ſubſcripſit elect.Vladisl.IV. Erat poſtmodum Caſtel.Varſauien. demum Cerſcen. reliquit filium Capitan. Cerſcen. Sed dum illi conſors filia Andreæ Gorſki Palat.Maſouiæ ad ſuperna domicilia meritis Chriſti conceſſa tranſijt, ille ad ſpiritualem vitam animū conuertit; ſed quia virtus ſub modio magis quàm lumen occultari nequit, ibi etiam in Canonicum Crac.adſcitus, Præpoſitus Canonicorum effectus, humanitatis, beneuolentia, humilem Deo ſpiritum neſcit obrumpere. Enatat enim virtus olei grauedine ad imum demiſſa. Illius germanus frater Sigiſmundus ex Succamerario Cerſcenſi Caſtel.Varſauien. poſtmodum Cerſcen. Potior erit certando virtute altiora mereri. Ex his deſcendens Andreas Hieronymus ſubſcripſit electionem Vladislai IV.*

Wierzbowſcij *in Podlachia de Kuchmiſtrzowo, ex quibus Notarius Wiſcenſis & Podlachiæ optimè meritus Reipub. morum grauitate, & nobilis actus in domo præſtantiſſimus. vnde Scholam virtutum educationis gratia iuuentutis nobilis eius domicilium fuit. Profectò laureis coronanda familia, quæ hoſpitio contegit Martem cum Pallade.*

Bietkowſcij *in Maſouia. Stanislaus Notarius Wyſogrodenſis, alij obſequia Annæ Reginæ Poloniæ retulerunt.*

Cybulſcij *in Maſonia in Wyſogrodenſi terra. Alexius Cybulſki Subiudex terreſtris ibidem annis 30. Iudex terræ annis 20. Profectò quem iuſticia diuina ad pœnas Cambiſeas non condemnauit tantorum annorum decurſu, ſignum eſt iudicem futurum iniquitatum mortalitatis in cælo. Reliquit filios, Ioannem Tribunum Wyſogrodenſem, Matthiam Caſtel.Wyſogrod. Andream Pincernā Wyſogrod. Adamum Canonicum Plocen. & Chriſtophorum. Filias Annam Wroblewſka Subiudicis Wyſogrod. Catharinam Nieborſcij conſortes. Adamus germanus Alexij poſt exercitatam iuuentutem in aulis Principum & Caſtris, contracto matrimonio reliquit Iacobum & Iudam, qui in poſteris vitæ ſuæ exemplar depinxerunt.*

Brudzynſcij *eiuſdem diuiſionis cum Latalſcijs Albertū tantæ fortitudinis refert fuiſſe* Biel. *vt viros ſex cuſtos ſago eleuaret, & ſuper equū ſedendo ſi portam manibus compreſſit, eleuabat equum à terra conſtrictum pedibus.* fol.502. *Erat Aulicus Alexandri Regis. Ioannem refert* Ianuſ. f. 118. *Stephanus Brudzynſki*

ſub

ſub Caſimiro Iagellonide in Pruſſia ad Choyniciam in prælio occiſus 1440. Iacobus venator Caliſſiæ, qui à Sedziuoio Czarnkouio Caſtellano Satocenſi acquiſiuit villam Zakonowo 1485. Iacobi filia conſors Popowſcij annos centum vixit, filius eius erat prænominatus Albertus Adminiſtrator Abbatiæ Trzemeſnenſis, reliquit Albertus ex Lubrzanſka Ioannem, Andream, Iacobum, Nicolaum, Mathiam, Albertum, Martinum, Gaſparum, Melchiorem, & filias Agnetem Padniewſcij. Sophiam, Annam, Reginam. Mathias filius Alberti, vir egregius venationi dans operam, reliquit Ioannem in exteris nationibus, educatio celebri excellentem. Albertus Alberti, in Curia Imperatorum Caroli V. & Ferdinandi collegit optimi ciuis documenta, demum ad Onixtiam & Poſuolum miles, in Liuonia & Moſchouia. Poſtmodum Cuſtos Cracouien. Gneſnen. Sendomirien. Canonicus. Martinus 3. filius Alberti, Burgrabius Krzcinſcenſis, libertatis tutor veneno ſublatus, reliquit ex Popowſka armorum Nowina. Mathiam, Albertum, Nicolaum, Stanislaum, Stephanum, Annam & Agnetem. Ex quibus Matthias in Germania, in Hungaria, & in Patria cum Ioanne Zamoyſki Supremo Exercituum militaria trophæa collegit. Nicolai filius Albertus Subpincerna Poſnanienſis, iuuentutem ſuam in exteris nationibus probauit, inde reuerſus tenuit matrimonium cum Przyborowſka ex armis Abdanck, Stanislai Przybowſki Caſtell. Rogoznen. filia, ex qua ſuſcepit filium Stanislaum, optimè ſpei iuuenem, in Italia modo ſtudiis incumbentem. Gaſpar Brudzinſki, 4. Alberti filius, vir animi & fortitudinis inter propinquos in tumultu occubuit.

Rynaczewſcij, *eiuſdem quoq; diuiſionis cum Latálſciis, à bonis appellationem ſortiuntur.*

Nieborowſcij, *peruetuſtam nobilitatem generoſis actibus, piisq; virtutibus ornarunt. Chriſtinus Nieborſki Canonicus Plocenſis, qui poſt deceſſum Iacobi primi Epiſcopi Plocenſis, electus fuit à filiis Ducibus Maſoniæ Semouiti, in Epiſcopum Plocenſem, parens autem filiorum voluit Stanislaum Páwłowſki, Archidiaconum armorum Pierzchálá, & Canonici magis fauebant Chriſtino, ſed confirmatus fuit ab Vrbano V. Pontifice Max. Anno 1425. Páwłowſki, at ſummis in perturbationibus viuens Epiſcopus, ab omnibus deſertus, in Conuentu Torunenſi, Ordinis Prædicatorum à Patribus charitatiuè receptus, ibidem obijt & ſepultus, ita ſed pluribus verbis Author Epiſcoporum Plocenſium, ſub Stanislao Pierzchálá. Mathias Notarius Terreſtris Sochacouien. cuius filia Catharina erat Arnolphi Potrykowſki, armorum Paprzyca. Thomas Canonicus Camenecen. poſt Cracouienſis. Gaſpar eximius miles, cum Duce in Korec, occiſus ad Chocinum Camenetiæ in Eccleſia Prædicatorum ſepultus. Albertus & Alexander Alberti filij, Aulici Sereniſſ. Regis, quorum ſoror in Podolia Krzywieccij conſors. Nieborouium Subiudicem Cracouienſem meminit* Cromerus. *Stanislaus Nieborowſki, Subiudex Terræ Sochacouienſis, & Martinus Aulicus & Camerarius Sereniſſimi Regis Vladisl. IV.*

diſt. IV. ſubſcripſerunt electionem Vladislai Regis ex Sochacouienſi Terra. Et quia cogitatum ſuum habent in præceptis Dei, benedictionibus repleti in tempora manebunt.

Nieborſcij, *erat Subiudex Viſogrodenſis, qui ex Cibulſka reliquit Adamum Dapiferum Viſogrodenſem. Aulicum Sigiſm. Auguſt. Regis. Imago hominis eſt ſermo, actus vero nobiles ſignum ſunt viri optimè volentis Patriæ & domui, Adrianus Theſaurarius Nouogrodenſis, & Albertus ex Viſogrodenſi Terra, electionem Vladisl. ſubſcripſit.*

Zaiąckowſcij, *in Craconien. Palat. Paulus Iuris V. D. Decanus Cleceenſis, Scholaſticus Cruſuicenſis, Secr. R. M. à Sereniſſ. Stephano Rege ad Gregorium XIII. Legatus, vt Reinoldus Heidenſteinus lib. 1. refert. Albertus Zaiackowſki Abbas Vagrouecenſis, ad correctionem Iurium deputatus, Anno 1589. Martinus ex Ciechanouienſi Terra electionem Vladisl. IV. ſubſcripſit.*

Smarzewſcij, *in Dobrzynenſi Terra qui ex Ciechanouienſi diſtrictu ibi conſederunt. Stanislaus experientia bellica clarus, non diſſimiles reliquit filios Reipub. Nicolaum & Stanislaum. Erat Smarzewſki Canonicus Camenecen. in Podolia. Præpoſitus Buczacenſis, verus religioſus, eleemoſinarius in ieiunijs auſteritate, qui nunquam puluinari ad quietem vſus fuit, ſepultus Buczaciæ. Erat alter Smarzewſki Iudex in Palatinatu Ruſſiæ Hebræorum, peritus in iure nobili, qui poſt Presbyter factus & Parochus Tlumacenſis, atq; in arce Leopolien. beneficiatus, moriendo pias legauit eleemoſinas, præcipue Conuentui Leopolien. Sacratiſſimi Corporis Chriſti florenos mille contulit, cuius animæ ſit dominus miſericors. Stanislaus ex Dobrzynenſi Terra, ſubſcripſit electionem Sereniſſ. Regi Vladisl. IV.*

Bielſcij, *in Palat. Crac. & diſtrictu Zatorienſi, quorum præclara virtus cum nobilitate coniuncta plurimum eluceſcit, tam in amore erga Patriam, quàm in laboribus cauſa ipſius intrepidè perpeſſit, vnde non defuerant ex ipſorum familia, qui commodo Reipub. conſulere volentes, labori & priuatæ vtilitati ſuæ minimè pepercerunt. E quorum numero fuit Martinus de Biała Bielſki (licet à fide Catholica alienus) cuius ſtudio labore, & cura extat Chronica Polonico idiomate conſcripta, & in lucem edita, quæ quantum decoris & ornamenti Sarmatico ſanguini contulerit, legenti ipſam facilè patere poteſt. Eius filius Ioachimus errorem parentis ſui agnoſcens, fidem Catholicam amplexus eſt, qui non in Hiſtoria modò vt pater, verum in Oratoria quoq; ac Poëtica arte, omniq; politiori literatura egregiè verſatus, quo nomine à Ioanne Cochanouio, Andrea Vriceſio, Thoma Dreſnero, Sebaſtiano Acerno Reyo, atq; alijs æuo illo celeberrimis doctrina viris multum amatus fuit & laudatus. Et vt in itinere conficiẽdo, cum duces nacti ſumus, ſecuriore animo viã ingredimur, ſic ad omnem excellentem laudis & gloriæ cupiditatem, nulla re magis quàm aliorum æmulatione incitamur. Ita & Ioachimus florentiſſimorum tum in Polonia ſcriptorum laudibus ad lubricandum incitatus, non aliud ſcriptionis genus*

nis genus eligere ſibi voluit, quàm quod paterno quodam modo & hæreditario iure ad ſe pertinere putauit, Hiſtoriam videlicet gentis ſuæ quæ a parente ſcripta, ob hæreſeos ſuſpicionem à Catholicis lectoribus penitus neglecta fuit. Quia igitur ad humanam laudem multum pertinere ſapientes exiſtimarunt, in prole Patrum decus reſplendére, ideò Patris ille nomen volens propagari è ſuo penu Annales Polonicos, & quidem Polonica lingua conſcripſit, vbi & in mortis agone ritu Catholico ſacris procuratum. Scripſit & carmen in augurationem Regis Sigiſm. III. Tum & Panegyrim in nuptias eiuſdem.

ADAMI IANISOVII.

Sunt qui vernacula referunt ab origine gentes,
  Lingua natiuas Patria iura leges.
Victorias numerant maiorum ſtemmata pingunt,
  Non pauci laudes hinc meruere ſuas.
Inclyta Lechiadum Bielſcij dum geſta recenſes,
  Patria debetur gloria prima tibi.

Habuit duos filios, quorum vnus nomine Stephanus natu minor nondum iuueniles excedens annos, totum ſe militiæ tradidit, vnde pro incolumitate Patriæ ſuæ in expeditionibus varijs cum hoſtibus fortiter decertãs, cum laude & immortalitate nominis ſui plurimis vulnerum ictibus appetitus in Patriã rediјt. Cuius in Deum pietas, ſingularis penitus vniuerſis innotuit, præſertim cum intrepidus templũ antiquitus in Marci Poremba ab Hæreticis obſeſſum Catholicæ religionis cultoribus reſtituit. Quod quidem templum non multò poſt ipſius cura ab Epiſc. conſecratum eſt, atq; illud multis fundationibus, alijſq; ornamentis ipſum condecorantibus dotatum poſteritati reliquit. Hic gaudebat filijs 4. Michaele ſcilicet, Stanislao, Petro, & Alexandro, quorum duo iuniores Stanislaus, & Petrus, mundi ſomnia vana mentientis vmbram relinquentes, & vitam ad quietiorem ſe conferentes, Ordinem Prædicatorum S. Dominici Cracouiæ amplexi ſunt.

Dębſcij, *in Plocenſi Palat. ex quibus* Paproc. *refert vnum Canonicum Cracou. Paulum, qui poſtea fuit Epiſcop. Laodicenſis, & Suffraganeus Cracouienſis, ſub Illuſtriſſimo Duce Georgio Radziuilio Epiſcopo itidem Cracouienſi, & Cardinali S. Xiſti. Paulum Dębſki Exactorem Plocenſem habet Conſtitutio Regni Anni* 1593. *Martinus Dębſki ex Plocenſi Palat. Vladislai IV. electionem ſubſcripſerunt.*

Giedzinſcij, *qui diuiſione acceptis bonis Giednia cum Dębſcijs, taliter cognominati fuerunt in diſtrictu Ciechanouienſi, ex his aliqui in Ruſſiam venerunt. Paulus Rothmagiſter S. R. M. contra Michailum Multaniæ Principem, Iacobus Viceſgerens Rothmagiſtri in Moſchouia cum Potocio, ex Anna Peſczanká reliquit Stephanum Ordinis S. Franciſci Bernardinum Paulum, qui reddit Patriæ obſequia cum Illuſtriſſimo Campiductore Potocki.*

Golynſcij,

Golynſcij, *in Mazouia & in Zawkrze, Conſtantinus & Hieronymus Cubicularius Regis Vladisl. meritis clara familia ſed aduerſitate laceſſita inquit* Paproc. *conſolentur. Deus enim tam bonus & miſericors eſt, vt nunquam permitteret mala, niſi tàm potens ſit vt ex ipſis poſſit elicere bona vt inquit* S. Auguſtinus lib. Enchiridion. *Quandoq; autem præmitur aduerſitate vir, vt inquit* Seneca, *quia virtus ſine aduerſario marceſcit. Andreas ſubſcripſit electionem Vladislai IV. Albertus Pincerna Ciechanouień. ex Ciechanouien.*

Brzeſcij, *eadem domus cum Nicborouiis, & Kobylniccijs in Plocenſi Palatinatu. Brzeſcius Kwaczdłá à Tartaris cum ſignis Maſoniæ Ducum deuictus, reliquit Ioannem Capit. Plocenſem, qui habuit filios Fælicem, Paulum, Venceslaum. Albertus Brzeſki de Bialoſſewo, electionem IV. ex Plocenſi Palat. ſubſcripſit. Fælix filius primus Palatinus Maſouiæ, reliquit filios Lucam, Stanislaum, Ioannem, Alexium. Lucas erat Canonicus Plocen̄. Stanislaus miles à vulnere ingenti in facie Siekiera dictus ad vltimum vitæ in Caſtris. Ioannes verò cum Lubicka reliquit Stanislaum Vexilliferum Wyſogrodeń. erat vir dignus & ad negotia Patriæ idoneus, reliquit filios ſex. Ioannes autem cum Sieꝑkowſka reliquit filios tres. Alexij verò filij erant, Iacobus, Stanislaus, Ioannes Fælix. Paulus Ioannis erat Capit. Lomzenſis. Venceslaus autem Ioannis Capit. Plocenſis tertius filius, reliquit Andream, Fælicem, Ioannem, Iacobum, & Paulum. Ex quibus Andreas miles eximius, poſtmodum in Patria ſua Babiſſow Parochus. Fælix eius frater ex Zaleſka ſuſcepit Paulum, Andream & Zawiſſam. Ioannes eorum frater ex Popielſka reliquit Albertum & Nicolaum. Quàm glorioſa generatio, quæ cum poſteritate gloriam perennem gignit. Profectò illorum vita non extinguetur, ſi virtus emori illorum nequit.*

Bogaccij *in Maſouia, ex quibus Stanislaus Caſtell. Ciechanouienſis.*

Noſielſcij *in Zakrocimenſi Terra, hi verè ſunt Radzanowſcij, ſed à bonis Noſielk, quæ acceperunt diuiſione Anno* 1586. *aliter cognominati, ſicut eorum diuiſiones referunt. Erant in diuerſis dignitatibus Ciechanouiæ, & in Zakrocim. Terris. Samuel Noſilſki, electionem Vladisl. IV. ſubſcripſit.*

Beſcij *in Chelmenſi Terra ex Beſſko, ex quibus alij in Cracouienſi Palatinatu, alij in Maſouia, in Lencicienſi Palatinatu, ex germanis fratribus conſederunt, tertius frater in Chelmenſi conſtitit. Ille in Cracou: Palat. ex Powęzowſka reliquit Valentinum militem contra Maximilianum. Hic ex Nowoſiecka reliquit Nicolaum eximium militem, & Viceſgerentem Rothmagiſtri Kazanowſcij poſt Campiductoris Regni, cum quo in Moſchouia annis quatuor, ante verò cum Illuſtriſſ. D. Strus, tenet matrimonium cum Podgorſka.*

Zelenſcij *in Rauenſi Palat. ea quæ requiruntur in homine, & quæ in viro nobili conantur. Nam virtus, integritas, & probitas requiruntur, amor Patriæ, decus & protectio.*

Rokitniccij *in Dobrzynenſi Terra, fratres vnico partu editos eximios milites*

referunt Hiſtorici Rothmagiſtros probatos & fælices Georgium & Valerianum, horum vnus in M. D. Litu. alter in Dobrzynenſi Terra, reliquit poſteros non diſſimilis fortitudinis. Ex quibus Martinus poſt militares actus cum Sgaracka armorum Rogálá reliquit prolem. virtuti ſtudent, nam opes &. nominis ſplendor inuidiam pariunt, virtus autem immota manet. Nicolaus ex Terra Chelmineń. elect. Vladisl. IV. ſubſcripſit cum Ludouico & Franciſco.

Szymakowſcij *in Ciechanouień. Terra. Deſiderarunt in Aula Principum, & in Caſtris nominis ſui conſeruare gloriam, nam multum habet momenti Principis integritas, & bona inſtitutio ciuium fortes & virtuoſos efficit.*

Poczerniccij *ibidem, educatos animos Reipub. obtulerunt. Nam qui eruditi & rectè educati ſunt probant, quod pro ratione temporis expediat. Nicolaus erat Exactor Contributionum Regni in* Ciechanouien. *Terra* 1589.

Illowſcij, *viri militari corona & dignitatibus excellentes. Alexander Sigiſm. primo ſceptra Regni gubernante Tribunus militum Palatinus Plocenſis, reliquit filios tres. Hiſtorici & in centum bellatoribus Starouolſcius ſingularem virtutem ipſius deſcribunt ad Helipergam & Guſtadium. Quod tali Epitaphio complexus eſt Starouolſcius Simon.* Alexandro Illouio, morum ſuauitate, animi candore, militiæque artibus claro, ac ob id Equitum in bello Pruſsico Tribuno, qui cum ſæpius de hoſte cum nominis Sarmatici gloria inſignia trophæa retuliſſet, interque Sigiſm. primi Regis Poloniæ reliquos Duces ſuis meritis conſpicuus eſſet, grata poſteritas piè religioſeq; functo, hanc ei laudum ſtruem memoriæ cauſa poſuit. de illo Bielſcius habet fol. 548. *Ioannes eius filius Pincerna Viſcenſis, qui Anno* 1588. *ſubſcripſit pacta Sigiſm. III. Alter filius eius erat Caſtell. Viſcenſis, ſed ob Graiowſcij necem iuſtitiam Varſauiæ ſubijt* 1583. Bielſc. fol. 792. *Andreæ nomen erat vnius, vt* Ianuſouius in Statuto fol. 801. *habet. Fælix Vexillifer Lomzenſis Capit. Stanislaus Subdapifer Lomzenſis, Alexander Pocillator Viſſenſis. Chriſtophorus, Ioannes, Vladislaus electionem Sereniſſ. Vladisl. IV. Regis, ex Lomzenſi Terra ſubſcripſerunt, collige viros & exempla ex illis ſume.*

Paluccij *ad Praſniſiam, Gotardus Cuſtos Kurzelouień. Canonicus Lenciciensis, Parochus Louiceń. cuius nepotes erant in re militari eximij.*

Gradowſcij, *antiqua & præmiis honorata ob digna merita familia. Reddit etiam nunc militarem obſeruantiam, ſub ſignis Illuſtriſſ. Potoccij Campiductoris Regni.*

Kuklenſcij *in Plocenſi Palat. ex quibus erat Canonicus Plocenſis.*

Goſtomſcij *in Ciechanouienſi, & in M.D. Litu. ſed hi alij ſunt ab illis qui erant in Rauenſi* Palat. *armorum Nalęcz.*

Kucharſcij *in Ciechanouienſi Terra, ex quibus alij in Ruſſia domicilia ſua conſtituerunt.*

Zabiccij *in Maſouia, moribus & iure nobili periti, nec martialia illis defuerunt. Erat Succamerarius Zakrocimenſis, vt meminit Conſtitutio Regni Anni* 1591.

Stepha-

Stephanus & Petrus ſubſcripſerunt electionem Sereniſſ. Regis Vladislai IV. ex Zakrocimenſi Terra. Petrus Zabicki de Zabiczyn, Caſtell. Liuenſis ſubſcripſit ex Liuenſi Terra, & Ioannes Tribunus Liuenſis, & Caſimirus S. R. M. Vladisl. IV. & Stanislaus Camerarius Principis Poloniæ Alexandri.

Kukalſcij *in Liuenſi Terra, licet homo externis bonis nihilo eſt melior, conferunt tamen ad comparandam gloriam, & vitam æternam cum dicatur in Pſalmis.* Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem. *Curant illi & domum & nomen.*

Strozewſcij *in Viſogrodeñ. Terra, Quisquis alienam Rempub. vehementer adamat, ſuam quodam modò vituperat. Illi Spartam in qua nati ſunt defendunt, cuſtodiunt.*

Golembiowſcij *conſecrarunt ſe & ſua bono Patriæ & Reipub. Nam præferenda eſt Reipub. dignitas priuato commodo. Michael Exactor in Parnawa 1595.*

Sękowſcij *in Plocenſi Palat. ex quibus alij in Podoliam tranſierunt, eximij viri in literis, religione, militia, & ob in obſequio Regum & Reipub. Nicolaus Præfectus Nouæ Ciuitatis, & Sachocini Sigiſm. Auguſto, & Sereniſſimæ Reginæ Bonæ ad omnia negotia dexterrimus. Tenuit concredita bona ab ipſo Sereniſſ. Rege & Regina Branſcenſia & Sarazenſcia &c. vt quietationes docent Regiæ 1554. Qui Secretarius R. M. creatus, Nuntij officium prudenter executus fuit, ad Maximilianum Imperatorem, & ad Sereniſſ. Regem Hiſpaniarum, ſicut literæ ab ipſis conſeruatæ, & à nobis perſpectæ teſtantur 1586. Albertus S. R. M. Secretarius ex Dapifero Ciechanouienſi, cui Sereniſſimus Rex in Capitaneatu Chelmeñ. florenos mille quotannis etiam prouiderat Præfectus Mlauenſis 1622. Luſtrauit Minorem Poloniam ex Comitiis Regni, & Podlachiam, hanc 1601. illam 1619. Commonſtrant literis Regum, affectum Regium in ſe, & altam beneuolentiam. Albertus item Sękowſki in Ordine Prædicat. Doctor Theolog. cum Illuſtriſſ. D. Iacobo Vchanſki Palat. Belzenſi, ad Imperatorem Turcarum à Regno legato Conſtantinopolim viſitauit, poſtea Prior Prouincialis Poloniæ, per decennium regens Prouinciam, multum in procuranda reformatione Conuentuum. Varſauieñ. Conuentum eiuſdem Ordinis primus fundauit, multisq́ ſumptibus ex eleemoſinis acquiſitis,* Chorum *illius Eccleſiæ conſtruxit, Sacriſtiam apparamentis, calicibus, aliisq́ attinentiis dotauit.*

Poſieniccij *in Nurſcenſi Terra, ingenio & fortitudine promouent honeſtum familiæ & Patriæ. Nam vnus vir cordatus poteſt hoc totum præſtare, quod Reipub. intereſt.*

Layſczewſcij *in Sochacouienſi Terra, Sbigneus & Ioannes Layſczewſcij electionem Vladisl. IV. ſubſcripſerunt ex Sochacouienſi Terra. Virtute coronant facta, prudentis enim eſt naturæ morbum cognoſcere, & vitio materiam præripere. Nicolaus Layſczewſki Notarius Terreſtr. Rauenſis, Secretarius R. M. ex Rauenſi electionem Vladisl. IV. ſubſcripſit.*

Miſewſcij *ibidem, ad generoſos actus in caſtris & bello idonei. Adſit ſollum amor Patriæ & gloriæ, nam ſolus ferrum mortemq; neſcit timere amor, etſi amor auri dixit Lucanus, multò magis Patriæ, Dei, & ſuorum amor.*

Policcij *in Maiori Polonia, Albertus eximius vir & miles, in exteris nationibus educatus, alij in M. D. Litu. ſunt. Chriſtophorus Policki, ex Palat. Vilnen. ſubſcripſit electionem Sereniſſ. Vladisl. IV.*

Łázniewſcij *in Palat. Belzenſi, Paulus electionem Vladisl. IV. Sereniſſimi Regis, ex Palatinatu Belzenſi ſubſcripſit. Mens hominis diſcendo alitur, quapropter his literis & virtuti quibus mens nobilis in gloriam vtramq; alitur intendunt.*

Makoſiciouij, *antiqua familia ſed fortè deceſſit iam, vmbra refricat memoriam, etſi fides & bona opera præceſſerunt meritoria, videbimus eos famulantes Domino in Patria.*

Smitrowſcij *ſtrenui viri, quibus illud Saluſtij memoriæ, ſtrenua ingenia quo plus receſſus ſumunt, hoc maiores impetus edunt.*

Strzalkowſcij, *quia benefacta benefactis cumulanda, ideò illi reddunt Patriæ, quæ ab illa receperunt, generationi nobili reddunt nobilia facta, & bonitati Patriæ, reuerentiam honorem protectionem.*

Sokołowſcij, *quorum merita in Patria, fortitudinem in bello, pietatem foris & domi Hiſtorici referant.*

Wolczek *in Chelmenſi Terra ex Maſouia venerunt, dicebat Horatius,* Qualis vir, talis oratio. *Contra hoſtem Patriæ, & vitia lupum eſſe decet, in Patriam verò & Eccleſiam, hominem.*

Kruſzenſcij, *in Chelminenſi Palat. de Bolemino. Etſi laudem non cupiunt laude tamen efferre eos decet. Dicit enim Seneca.*

Laudare ſe vani, vituperare ſtulti eſt
Qui fauoris gloriam verè petijt
Animo laudari magis quàm voce volet.

Gáleſcij *in Caliſienſi Palat. Ioannes ex eodem Palat. ſubſcripſit electionem Vladisl. IV. Qui fælices aliquando eſſe volunt laborare debent, inquit* Horatius. *Laborem ſuum iſti conſecrarunt Patriæ, ſub armis Martis, & toga Palladis.*

Gorazdowſcij, *in Maiori Pol. Par eſt fortuna labori, ab antiquo ſtrenuus bonum labor & recens ſubſequitur, ideo & fortuna torquata non recedit ab eis.*

Witoſláwſcij, *Hi ex Germania tempore belli Pruſſiaci, cum Cruciferis venerant, & pro eximio in bellis ſucceſſu in præmium acceperunt Klecko, poſt acquiſierunt bona Siedlec ad Zninum. Erant quatuor germani, vltimus non eccíſus à furente Marte erat Petrus, ita exercitium poteſt omnia.*

Firo *in Plocen Palat. antiquæ & meritis clara familia. Stanislaus de Opolſko Firo Pocillator Plocen. electionem Vladisl. IV. Petrus Venator Dobrzynenſis, & Chriſtophorus ex Goſtinen. Terra ſubſcripſerunt.*

Pakoſláw:

Pakoſławſcij, *in Oſtrzeſzouień. diſtr. Antiquam familiã dexteritate fortitudinis illuſtrarunt. Henricus in bello contra Suidrigelonem A. 1430. animoſe pro Patria occubuit.* Dzwonowſcij *ad Poſnaniam.* Czeczoteccij *in Rauen. Palat.*

Hunowſcij, *Paulus Palat. Belzeń. cuius filiam Boleſlaus Dux Maſouiæ in conſortem habuit* 1477. Bielſcius lib. 4. folio 470.

Solohub, *qui ex M. D. Lith. ſuſcepit primus hæc arma in Chrodlenſibus Comitiis. Erat Præfectus Smolenſcenſis vnus ex illis anno 1514. Nicolaus Solohub Rothmagiſter ſtrenuus ad Ule cum Romano Sanguſko 1567. & contra Moſchos Srebrnum & Szczerbatum.*

Sierakowſcij *in Palatinatu Maſouienſi, in Diſtrictu Ciechanouienſi de Sierakowo. Quorum vnus Matthias Sierakowſki matre Bobinſka natus, faciens expeditionem in Liuoniam, in Exercitu M. Duc. Lithu. ſub Rege Auguſto, Principi Radziwił, & Magno Chodkieuicio ſuæ induſtriæ ſpecimina dedit. In Caſtris deinde Regni, cum Comite in Tarnow & Zborowſki Pal. Terræ Crac. veri filij typum erga chariſſimam Patriam geſſit. Tandem auguſtæ memoriæ Regem Stephanum arma contra rebellem Dantiſcum Ciuitatem (feliciſſimeq́; Sceptris ſuis ſubijcientem, feliciter mouentem, aſcriptus inter Familiares Domini Macieiowſki Stabuli Regni Præfecti egregiè adiuuit. Qua finita expeditione, relinquens Palatinatum Maſouień. in Sendomirień. Pal. incolam agere cœpit, ibiq́; tres vxores vinculo maritali ſibi coniunxit. De Borzykowſka armorum Lodzia de qua duos filios cœpit, Martianum, qui in partibus Germaniæ & Hungariæ iuuenilem ætatem agens, poſt in Comitiua Martini Chomętowſki de armis Lis, S. R. M. Rothmagiſtri, ac ſui auunculi, nec non in Valachia cum Dño Viazdowſki legionis Conſtantini Hoſpodari Valachienſis ductore ſtrenuè decertauit. Ac poſtea in Moſchouia ad Smolenſcum cum Domino de Tęczyn Capit. Plocenſi, ſucceſſuq́; temporis Palatino Crac: tandem cum Domino Stephano Potocki, Notario Exercitus Regni Campeſtri, cuius vices in hoc Notariatu Campeſtri per multos annos obiens, militiæ finem optatiſſimum impoſuit. Ac poſt de ferocis Bellonæ gymnaſio rediens, quietiſſimo Aulici famulatus obſequio Dñi de Czarnkow Palat. Lenicienſis, Magni Generalis Maioris Pol. nomen ſuum adſcribi fecit. Poſt duorum Cracouienſium Epiſcop. Szyſzkowſki atq́; Lipſki Marſchalcus quibus morte præuentis, Illuſtriſſ. Domini ei Principis in Oſtrog & Zaſlaw Stabuli Regni Præfecti Aulicus factus eſt. Alterum non minoris induſtriæ filium Lampertum, Aulicum S. R M. Vladiſlai moderni, Enſiferum Poſnanień. Capit. Kopanecenſem. Hic expeditioni Moſchouiticæ cum D. Stephano Potocki fortunatè profuit, & contra Sudermaniæ Principem in Pruſſia, ſub ſignis Sereniſſ. Principis Vladislai moderni Regis, contra verò Abaſſij Baſſam in Caſtris ad Camenecium propriis ſumptibus ſtrenuè operã nauauit. In Palat. Poſnanień. heredem de Koſzycyn Iaromierſka Gladiferi Poſnanień. unicam filiam armorum Samſon in matrimonium accepit, de qua duos filios progenuit Martianum nunc Profeſſum Societ. Ieſu Religioſum, & Conſtantinum Ianuſium Supremi Cancell. Regni Georgij de Tęczyn Oſſolinſki Cubicularium. Idem ſupra nominatus Mathias Sierakowſki, cum ſecunda vxore Krzetowſka de armis Zadora, binos filios habuit, Alexandrũ, qui expeditioni Moſchouiticæ cum D. Potocki Notario Cãpeſtri Exercitus Regni adfuit: huic duæ vxores Goſtãwſka & Przypkowſka, Goſtãwſka de Philipowſka Inciſoris Regni & Capitanei Strienſis ſorore genita, genuit Stanislaum Camerarium Chęcinień. diſtrictus virum ad res maximas genitum. Ex Przypkowſka quam progenuit Stanowna Vexilliferi Sanoceń. ſoror, Alexandrum ſuſcepit adhuc infantem. Alter filius Matthiæ Sierakowſki numero quartus inter fratres Abraham, Andreas Sierakowſki de Krzętowſka progenitus fuit vir clariſſimus, hic Palladis Officinæ primo ſe dicauit, vbi in Patriæ & Familiæ ſuæ laudem & gloriam multis tranſactis annis, in Aulam tãdem Zebrzydowij Supremi Regni Pol. Enſiferi, ſe contulit de quo bene meritus connubio maritali ſociauit ſibi Mariannã Domaniewſka Laurentij Domanieuſki Vices gerentis Craconień. filiam, ex qua ſuſcepit filios quatuor, Ioannem, Remigium, Alexandrum & Stanislaum quorum maior natu Ioannes, ſpretis mundi illecebris nunc Ord. Prædic. torum Diui Dominici nomen inſeruit, fortitusq́; vt vitæ normam aliam, nomen etiam Fabiani aliud.*

PRZOSNA

PRZOSNA ſeu PROSNIA.



DELINEATIO.

EST Leo ſtans coloris flaui in campo cæleſtino, linguam extenſam hiato ex ore tenet, caudam inter pedes depoſuit. Supra dorſum tres turres latericias coronis ornatas, ad ſummitatem dorſi feneſtras habentes gerit, diſtinctæ ſunt turres, ſupra coronam ſunt quinque pennæ Strutij.

ORIGO.

IN Regno acquiſita fuerunt ad fluuium dictũ Przoſna in Vielunenſi Terra, qui circumfluit Caliſium, Premetum, Wieruſium Oppida,& ab eo præterfluenti denominationem acceperunt. Ex ipſismet armis cognoſcitur facilè, parentem horum armorum neceſsitate vrgente & potentia hoſtili inſtante aliquid arduum excogitaſſe in ſubſidium obſidibus & effeciſſe. Aliqui ad Premetum ponunt fuiſſe rem actam, nam obſides à Sileſianis, pauci ab exercitu numeroſo arte cuiuſdam militis, qui factis cuniculis ex arce ad veterem ductum aquæ vnũ ex hoſtibus aſſumpſit, & accepta inſtructione, quod Rex illorum meditaretur ad arcem foueas deducere, confinit ille literas à Rege venientes quibus ſuccurſum breui promittit non mediocrem, & occiſo vno ex ſeruitoribus ſuis extra arcem, literas in ſinum depoſuit. Inueniunt aduerſarij, cognoſcunt alienum, ſpoliant, literas inueniunt, deferunt Regi, perlectis ille ex conſilio receſsit ab arce, & abijt. Tunc ille cito ſignificat Regi Poloniæ, qui ſubſidia tranſmiſit & fortificauit, alij hoſtes inſequendo vaſtabant Sileſiam, & præda conglomerata victores redibant. Quapropter Rex illi vt pectoris leonini conſilij & fortis, leonem in arma contulit, & turres arcis ab obſidione liberatæ appoſuit atlanti.

GENEROSVS LEO.

EST inter homines diſcretio ſanguinis ex generatione, qui nedum inter Chriſtianos, ſed etiam inter paganos ſingulari honore & reuerentia proſequuntur à plebeijs. Imò in Anglia, leones etiam nobilem ſanguinem à degenere teſtantur diſcreuiſſe, meritò his nobilitatibus inſignijs leonis, ſchemma appono, *Generoſus leo.* Sunt enim qui vt oues bacillo diriguntur, & oſſa vicatim vt canes colligunt, ſunt qui loro aſſuefacti ad venationem ducuntur & iugo ſubduntur, vt *Plinius & Ælianus* referunt.

Vnde

Vnde Iul. Cæſ. Capaccio efformat inter Hieroglifica leonem, cuius verticem capitis dirigit capricornus premendo pedibus. Non eſt hic leo ex numero horum, ſed ex numero ſummè generoſorum, nam turres tres ingentes ſuſtinet dorſo, nec grauatur, imò fortitudo illius & generoſitas pennis Strutij adornatur, quaſi in his armis ſcriptum legas. Is honos non propter ſpem futuri beneficij, ſed propter magna merita, claris viris defertur & datur, eſtq; non inuitamentum ad tempus, ſed perpetuæ virtutis præmium: videtur hic leo ſimilis eſſe illi leoni quem depingunt ſedentem inter Imperiales faſces & militaria trophæa cum tali titulo: *Vires accendit inclyta virtus.* Talem etenim parens horum armorum eximius & ſtrenuus militum, & obſidum liberator multoties declarauit animum apertè, vt meritò ſeruatoris nomen leonidæque detulerit, & licet aſtus hic belli illum inſigniuit, præcedentia tamen merita & trophæa ipſum commendarunt, ſicut ſubſequentia conſeruarunt. Subſcripſerant Pelicano, qui nidum ſibi non in loco alto, ſed humili ædificabat: *Altiora ne quæſieris.* O degenerem Pelicanum. Non eſt leo hic ex ordine humili, ſed eſt ex ordine illo qui inter Zodiaci figuras numeratur, nam tàm ingenioſus progreſſus cum hoſte dignum effecit, vt illi Rex diceret: *Altiora tene.* Sis Tribunus militum, ſis Præfectus arcis, ſis tutor Patriæ, & conſilium Senatus. Vera etenim gloria radices agit & propagatur, ſuumque ſplendorem ſplendidiorem contemplatur.

LIDIVS NOBILIS FORTITVDINIS.

LEonem nobilitatis lidium Anglorum Rex Eduardus, vt *Crantzius in Hiſt. Saxonica lib. 9. cap.* 24. refert, conſtituit. Hic aliquando ad cancellos leonis ſtando cum nobilibus dixit: *Si quis inter vos eſt nobilis, imitetur factum meum.* Moxque ingreſſus ad leonem, ferocienti leoni crinale capiti ſuo detractum impoſuit, ſtupuit leo, tum ad Anglos conuerſus inquit: *Si quis confidit ſtemmati ſuo, referat crinale hoc quod intuli.* Illi rubore perfuſi abierunt: Equidem vt ſuperiùs dixi, leo cognoſcit nobilem ſanguinem & plebeium, ſicut in Taumatographia *Ioannes Ionſtoninus lib. de quadrupedibus cap.* 22. citauit. Sed proba hæc non ponit in lidium nec vocat, niſi vel deſperatum hominem vel ſanctum, vel vitæ prodigum, vel tentantis Deum. Ameniorem ego nobilitatis Lidium proponam, & ne ſuſpenſos diu teneam. Arma hæc ſunt nobilis viri proba, dicerem generis, quia nemo virtuoſior fieri poteſt multis ex capitibus nobili, ſed dicam fortitudinis nobilem conuenientis. Nobilis enim ſine fortitudine declarata in defenſione Patriæ vel conſilio, vel Marte, vix nobilis cenſetur, quia nec ciuis bonus, nec Senator eſt. Quapropter nobili viro caſsis cum armis apponitur cum inſcriptione: *Te ſine quid moliar?* Vnde Ennio Poetæ officium ſuum optimè exequentis ad ſepulchrale ponitur.

Aſpicite ô Ciues ſenis Ennij imaginis vrnam,
Hic veſtrûm finxit maxima facta Patrum.

Ita quoque nobilem virum maximè decet imitari maiorum facta, quæ ipſa fortitudine Caſtrenſi & militari illuſtrarunt, & retinuerunt. Officium enim nobilis viri non aliud eſt, quàm Patriam adornare, defendere, & familiam ſuam proprijs meritis clariorem reddere. Etſi opifices nobilitari volunt, & Phidias ſui ſimilem ſpeciem incluſit in clypeo Mineruæ, & Philoſophi qui inſcribunt libros de contemnenda gloria, ſua tamen nomina inſcribunt, quid non debet contendere nobilis, vt nomen ſuum familiæque gloriam conſeruet, refricet, acclamet. Inter Impreſas Capaccij libro ſecundo lego, Luſciniam depoitatam fuiſſe ſuper virgulam ab aucupe cum inſcriptione: *Sic maiora cedunt.* Voluit ſignificare quod nobilitas vera non conſiſtat in diuitijs & poſſeſsionibus, ſed in excellentia animi, nam Luſcinia eſt tantæ prærogatiuæ, quod præſentia ſua liberet alias auiculas ab iniuria maiorum auium, hoc puto eſſe ob dulcem ſonorumque cantum. Profectò nobiles, qui ſaluant à periculo Patriam illis meritò nedum fortitudo adſcribenda, ſed neceſſe eſt, vt illis maiora præmia cedant in honorem & veniant in ornamentum Familiæ, & quia eſt antiquior parens Patria, quàm pater & mater, vt *Plato* & *Cicero* docent.

Conuenit omni ratione & arte,
Amantes Patriam ſalutem eius curare.

LINEA FAMILIÆ PRZOSNA.

PRoſnij, *à primo parente armorum ad Premetum à Proſnia fluuio.*

Balenſcij *in Dobrzinenſi Terra, Familia optimè de Repub. merita. Ioannes Palat. Pomeraniæ, cuius ſinceritas, fortitudo, animoſitas lauto præmio à Sereniſſ. Rege Caſimiro recompenſata fuit, reliquit filium Caſtell. Gedanenſem, Theſaurar. Ducatus Pruſſiæ, qui Marieburgenſe præſidium egregiè muniuit, reliquit iſte filios Stanislaum Pocillatorem Dobrzynenſem, Iacobum Pocillatorem Dobrzyneń. poſt deceſſum fratris, Ioannem eximium militem, Petrum qui ex Kolucka reliquit prolem, & Venceslaum. Georgius filius Stanislai, Iudex Marieburg. Ioannes alter Stanislai filius eximius miles, qui in exteris nationibus vna cum literis fortis militis encomia detulit. Michael tertius Stanislai filius, qui ex Kuczborſka armorum Ogonczyk reliquit prolem. Paulus & Iacobus eiuſdem filij, qui cum Ioanne Zamoyſki Supremo Cancell. Regni, & Exercituum Præfecto, in omnibus expeditionibus fortis animi deduxerunt trophæa,* Ianuſzowſki *meminit iſtius Iacobi* fol. 361. *Tempore Sereniſſimi Regis Stephani, ad Gedanum cum Zborouio erat eximius Rothmagiſter Balinſki armaturæ grauis, vt* Papr. in 2. Opere, in Regiſtro f. 100.

Wilzenſcij, *diuiſionem bonorum habebant cum Balenſciis. Ex quibus in Ruſſiam rubeam aliqui tranſierunt militarem exercendo, atq; ibi domicilia ſua cōſtituerunt in diſtrictu Leopolień. Reddiderunt plurima Patriæ obſequia, tàm tempore belli quàm pacis, nec diſſimilem ex ſe protulerunt prolem, quæ moribus, prudentia, dexteritate in Caſtris & domi omnibus bonis & amori & honori.*

PRZE-

PRZEROWA ſiue PRZYROWA.



DELINEATIO.

EST militare vexillum equitibus Polonis grauis armaturæ conueniens, haſta inclinata in leuam, media & rupta, ſericum aurei coloris habet integrum & proportionaliter latum, expanſum quidem eſt ſed extremitate amplectitur haſtã, cuſpis haſtæ de integro, campus eſt ſanguineus. Super coronatam galeam ſunt tres pennæ Strutij.

ORIGO.

MIroſlao militi gregario Sileſitano ad Vratiſlauiam in bello cũ Henrico Rom: Imperatore ſtrenuè & fæliciter pro Boleſlao Krywouſtio Pol. Principe pugnanti conceſſa fuerunt. Albertus Strepa ita refert pugnam. Inter Sileſianos quos in cuneum diſpoſuerat Boleſlaus, erat in ipſo capite Miroſlaus miles anteſignanus, & dum ab ortu ſolis vſque ad meridiem pugnarent, & inclinabat ad hoſtes victoria, nec denſas phalanges peditum perrumpere poterant, ſed quaſi in murum incurrebant, maiore ſuo quàm hoſtium detrimento, Miroſlaus haſtam in medium lateris peditum excurrens vibrauit, atque hoc medio ſuis militibus irrumpere in hoſtem occaſionem dedit. Pugnabant illi à fronte acrius, ſed vbi ſuos à tergo cedere noſtris conſpexerunt, perturbati mox ordines fugere cum Cæſare cœperunt. Boleſlaus quidem poſt pugnam ſuos ſepulturæ collegit, at Cæſarianos qui ſepeliret non erat, congregati igitur canes vndequaque ſepulchra illorum extiterunt, quocirca locus ille campus caninus appellatus fuit. Huic igitur tàm præclaro & ſtrenuo militi, cuius occaſione atque fortitudine victoria parta fuerat, talia conceſſa fuerunt arma, qualibus victoriam aſſecutus fuit, & campus victoriæ in præmium æternæ adſcriptus eſt. Meminit huius victoriæ Dlugoſſus ſub anno 1109. & Cromerus l.5. ante annum 1111. Et quia tunc Sileſia erat ſub regimine Principis Poloniæ, plurimi in diuerſis partibus Regni ex poſteritate Miroslai Przerowa notati ſuccedentibus annis reperti fuerunt reperiunturque. Eſt igitur Proclama armorum ab effectu, quia forti pectore & haſta ferreas phalanges diſruperat Miroslaus & confuderat.

VEXILLVM HONORIS.

INcredibili memoria conſeruantur in præſens vexilla Attilæ & Tamerlani, alba, nigra, & ſanguinea, quibus primò obſeſſas à ſe vrbes per triduũ confundebat. Dies enim obſidionis prima, per vexillum explicatum niueum, gratiæ illius ſi ſe liberè ſubdidiſſent, ſignum erat: altera dies qua vexillum atrum ſignabat, magni terroris & iræ fuit; tertia verò dies, ſanguinẽ ſpirabat & ferebat per rubeum colorem.

Vos æterni ignes & non violabile veſtrum
Teſtor numen ait, quod iam nemini parcam.

Me hercule erant hæc vexilla Attilæ & Tamerlani honoris, ſed alijs & hoſte circumſeptis erant vexilla tyranni, quæ demùm infælicem ſucceſſum & tragicum exitum ſortiuntur. Quapropter ſuis labaris flagrum efformabant, vt tyranni ſpeciem ingererent. Eſt vexillum ſolius honoris, nec aliquo vituperio cancellatum militibus equeſtribus in Regno Poloniæ ab antiquis bello clariſsimis Sarmatis veniens in vſum Haſta nimirum militaris ſerico adornata. Equidem antiquis Romanis & veteribus triumphatoribus haſta militaris ſummi honoris ſignum erat, nam ſi *Pierio Valer.* dabitur fides *lib.*42.*Hierogl. cap.* 24. inquit: Haſta loco diadematis pro inſigni Regio habebatur. Data verò & accepta adinuicem haſta ait Xenophon apud Macrones, ſanciti fæderis ſignum fuit. Quapropter Lyſippus Græcorum, cùm in manu ſtatuæ Alexandri Magni fulmen vidiſſet inquit *Plutarchus*, fulmen reiecit, & haſtam ſummæ dignitatis atque fortitudinis ſignum impoſuit. Hic & Virgilius Æneid. 12.

Bina manu lato criſpans haſtilia ferro, Ingreditur.

Sed quid colligo haſtam ab antiquo fuiſſe vexillum honoris? En Miroſlaus Sileſius, atque exercituum Sileſianorum Tribunus & Dux, in perpetui honoris vexillum extulit haſtam vexillatam aurei coloris, qua pectore leonino ferream detruſit, deluſitque hoſtilem manum, & ſibi ac poſteris nunquam marceſcentem progenuit gloriam auxitque honorem, dum vſque ad præſentia tempora inuicti viri familia in Czerczyce bonis, à Miroſlao fundatis & erectis, maximam domui conſeruat in Imperio ſacro laudem & dignitatem. Quid referam & de eiuſdem poſteritate in Regno? Illis ſudor, puluis, vigiliæ, caſtra, inedia, imber, frigus & his ſimilia, epulis iocundiora erant. Eos vt ait Lucanus:

Maximus haud vrget lethi metus inde ruendi
In ferrum mens prona viris, animæq; capaces
Mortis & nihil metuunt, niſi turpem famam.

Sed hoc vnicum vobis, ò clariſsima progenies auguſti fama bellatoris proponam, in conſeruandam perpetuam nominis gloriam. Milo Crotonienſis inuictus in certaminibus fuit, refert *Plinius lib.*37. *cap.* 9. quod præſentem ad ſe tenuerit lapidem Alectoria, ſeu lapidem Gallinaceum, plurima enim

de huius

de huius lapidis virtute, retulit *Iſidorus cap. 13. lib. 16.* Afferam ego Alectoria ſpiritus, & certiſsimæ victoriæ. Alectoria eſt in omni certamine præſens animus Dei gratia firmatus, quo qui fuerit præditus omnia hoſtium tela retundit. De quo Chryſoſt. apud Nicetam. *Beatus eſt talis vndiq́; petitus firmius ſtetit, & ſexcenta tela clypeo excipiens deditionem non fecit, exhauſit Dæmonis pharetram nec concidit, imo ne de gradu quidem tantiſper motus eſt.* Primus parens gloriæ veſtræ ad literam hoc obſeruauit, & ſuprema inchoatio gloriæ acceſsit, vobis propoſitum exemplar adconſeruationem non interminam, quæ hoc ſpirituali medio æuiternæ ſuccedet.

Fiducia hæc referet
Animum grauiter frementium leonum
In diſcrimine: conſilio verò vulpes.

MILITARIS DISCIPLINÆ PRÆMIVM.

CVM ex ſinu militaris diſciplinæ omnes triumphi & coronæ Regum manarant, & conſtitutionem perennem retinuerunt, præmium ingens debetur militari diſciplinæ. Innuit quidem illud implicitè magnificato ſcilicet merito Alexander Seuerus apud Lamprid. dicens: *Diſciplina Rempub. tenet, quæ ſi dilabatur & nomen Romanum & Imperium amittemus.* Innuit & Vegetius ſimul rationem (cur militaris diſciplina obſeruanda fuerit) adſcribendo dum ait: *Paucos viros fortes natura procreat, bona inſtitutione plures reddit induſtria.* Innuit & Valer. Max. dum apertè loquitur: *Diſciplina acriter retenta Principatum terrarum Romano Imperio peperit.*. Omnes hi & quicunque huic intento calamum admouerunt, ſilenti conſenſu admonent, tàm præcelſo merito præmium debere æquivalens & ex condigno, ſed quale nullus expreſsit, *quaſi dicant:* Merentur præmium, primum, ſingulare, æternum, & omnibus notum. Placuit Tucididem ad propoſitum vocare, dicit ille: *Oſſa illorum qui pro Patria mortem ſumpſerunt, in ſcriniis elaboratis è cupreſſo conſeruabantur.* Crederim ego quod duabus decauſis: Prima, vt ſumant poſteri ex funere vires, altera, vt ſemper honos nomenq́ue maneat. Quia igitur non plebeios luctus teſtantur cupreſſus, ingens ipſis fuit relatus honos in præmium. Sed in hoc Principem Poloniæ Boleslaum, omneſque Sereniſsimos Reges Poloniæ cum illo, qui beneuolo & læto aſpectu in diſciplinam militarem proſpicere deſiderant, laureatis efferre linguis animus cupit. Declarauit enim & oſtendit, quod qualeque diſciplinæ militari deberetur præmium, dum haſtam aureo adornatam ſtrophio in ſymbolum nobilitatis & inſigne contulit, & locum belli militi ſuo ſtrenuo ob inchoatam fæliciter victoriam perpetuo donauit, & vnà cum poſteris adſcripſit: Quid enim prodeſt foris eſſe ſtrenuum, ſi domi malè fameq́; viuitur? Quocirca & Alexander Romanus vt Lampridius habet, aurum & argentum bello & cenſu acquiſitum, raro cuiquam niſi militi diuiſit; Nefas eſſe dicens, vt diſpenſator publicus in delectationes ſuas ſuorumue conuer-

teret id quod Prouinciales dediſſent. Habent Przerouij optimi Principis & bellicoſiſsimi hoc memoriale æternum, quod bona pro viribus Achilleis ſemel ſibi donata, vſque modo retinent, atque proprijs meritis tuentur & ornant gladio acquiſitam gloriam, Echo Miroſlai ad poſteros,

Illuſtrem fama, magnum ſimul arte, piumq́;
Virtus & pietas ipſaq́; fama vehunt.

LINEA FAMILIÆ PRZEROWA ſeu PRZYROWA.

Miroslaus miles & Dux cohortum Sileſianorum, qui irruens anteſignanus in medium exercitus Henrici Cæſaris pro Boleslao Criuouſtio Monarcha Poloniæ 1109. Anno occaſionem totius victoriæ contulit. Huic arma hæc primùm collata fuere. Albertus Strepa in Sileſiana Hiſtoria, & Dlugoſſus *ſub eodem anno,* Cromerus *ſub ſequenti anno. Extat donatio in campo canino apud poſteros illius, villæ ſcilicet erectæ Czercyce, Pſiepole, &c. ſicut Sileſiana Hiſtoria refert &* Longinus *meminit. Ita Miroslaus à Przerwá, vocatus Przerowa cum ſuis inſignijs fuit.*

Cethnerij *à Czercyce, hæredes bonorum in campo canino. Horum merita, dignitates & honores Rudolphus Imperator, & Fridericus, & Ioachimus Sileſiæ, Legnicæ, & & Bregæ Duces in priuilegijs ſuis, vnà cum primæua antiquitate referunt. De quibus ita Imperator Auguſtus:* Vt equeſtris ordinis nobileſque viri virtutibus atque præclaris actionibus Regum & Principum anteceſſorumque noſtrorum Romanorum Imperatorum gratiam beneuolentiamque promeruiſtis. *Et Inuictus Sileſiorum Dux Fridericus hæc de illis:* Cum omni & debita obedientia virtutumque ſtudioſi in Regum ac Principum aulis Cethnerij diuerſa officiorum genera præclarè exhibuiſſent, propter res animi ſinceritate geſtas nobilitatis & Ordinis equeſtrjs titulo & inſignijs à Romanis Imperatoribus decorari fuerunt. *Ex hac Cethnerorum familia, poſtquam Sileſia ad Imperatores defecit, temporibus Regni Sigiſmundi Auguſti iterum quatuor germani fratres deſcenderant militaris trophei gratia ad Regnum: Balthaſar, Nicolaus, Gaſpar & Michael, quorum vnus redijt ad natiua domicilia, alij autem bonis conſignatis fratri germano, in Regno domicilia ſua, duo ex illis in M. D. Lituaniæ, tertius in Ruſſia vbi cum Zamoyſcio, Iazlouieccio, & Zolkieuio Supremis Exercituum ductoribus militarem exercuit, ſtatiua ſua elegerunt, conſtituerunt. Et ſi quàm maiores illorum in expeditionibus bellicis triumphalem lauream reportarunt, vt diplomata Cæſarum teſtificantur. Profectò iſti qui in Regno Poloniæ ſtrenui militis rem, actumq́; ſuſceperant, proprijs meritis, fortitudine, & animi conſtantia immobili, aut eorum virtutem adæquarunt, aut ſi non exceſſerunt ſummoperè tamen illuſtrare conati fuerunt. Quod illico demonſtramus, Generoſ. Balthaſar Cethnerus, non à dictis noſtris & ſcriptis, ſed à teſtimonio in reiterata introductione in Regnum Sereniſſ. Regem expreſſo laudem habeat. Dicit enim:* Balthaſar & Nicolaus Cethneri cum ab alijs Senatoribus noſtris, tum imprimis Illuſtriſſ. & Magnificis Ioanne de Zamoſcie Regni noſtri Cancellario, & Exercituum Generali, &c. & Staniſlao Zolkiewſki Caſtell. Leopol. militiæ Campeſtris Præfecto, &c. Inprimis autem de commemorato Balthaſaro Cethner oſtenſum nobis fuit illum in tempore Diuæ memoriæ Auunculi noſtri deſideratiſſimi Sigiſm. Auguſt. Regis ductu Generoſi quondam Pauli Secigniowſki Vicarij quondam Nicolai Sieniawſki Palat. Ruſsiæ, & Copiarum Generalis in excurſione contra Tartaros ſub ipſa Oczakouia cum omnia fortis & ſtrenui militis munia impleret honeſtum vulnus retuliſſe.

hiſſe. Demùm verò cum Georgius Iazłowiecki Palat. Ruſſiæ Campeſtris Exercituum Præfectus ad Oppidum Manaczyn Tartaros cæderet, & in particularibus expeditionibus cum Staniſlao Struz, & Rozenſcijs ad Vadum Baſſari cum Illuſtriſſimo Conſtantino Duce in Oſtrog, & Ioanne Chodkieuicz Palat. Vilnen. ad Conſtantinopouum operam ſuam Reipub. præſtitiſſet. Tempore autem Diuæ memoriæ anteceſſoris noſtri Stephani Bathoræi Regis in expeditione in Moſchouiam ad Czernieiouum, inque populationibus per Ruſſos & Tartaros ad Starodubum vnà cum Nicolao fratre ſub eodem Duce de Oſtrog, & contra Beglerbegum cum Ioanne Zamoiſcio, & in Valachia proprio ſumptû non exigua cum laude Reipub. obſequia ſincera non ſine periculo vitæ reddiderunt. Hæc ibi. *Nec plura bis miles ſtrenuus eiuſmodi occaſionibus potuit aliquis præſtare. Ex Kurzanſka progenita ex ſorore germana Stanislai Zołkienſki Supremi Cancellarij Regni, & Exercituum Maximi Præfecti, reliquit prolem Ioannem Andream, Alexandrum, Nicolaum, & filias Chriſtophori Waſczynſki conſortem. Nicolaus Balthaſari, dum eximiam optimi bellatoris deduxit fortitudinem in Moſchouiticis expeditionibus poſt mortem Auguſti ſumptibus propriis cum fratre ad Henricum electum Regem cum Laſki Palat. obſequia, Regni Primatum & Equitum detulit, & Sigiſmundo III. Sereniſſimo Regi neceſſitate Reipub. expoſcente, ad fidem publicam è ſuo peculio pecunia ſummam non contemnendam, vt dicitur in Priuilegio vltrò obtulit, neceſſitatemq́; repulit. Habuit vinculum Sacramenti cum Bydzinſka ex Sendomirien. Palat. armorum Ianina. Michael tertius eorum frater, poſt reiteratum indigenatum in Regno, auidus gloriæ ex militia, bello nauali pugnare in hoſtes conſtituit, quapropter rediјt in antiquam Patriam. At dum cum Turcis pro parte Cæſarea in mari reduplicatis vicibus pugnat, occubuit. Quartus verò illorum germanus ibidem claram deduxit ſobolem quæ cum patrueli poſteris floridæ laudis in Imperio ex trophæis legationibus, atq; ceteris in Aula officiis recipiunt præmia & encomia. Ioannes primus filius Balthaſari, in ætate florida vbi cum literis deduxit bellica tyrocinia, ad extremum vitæ conſecrauit ætatem in Caſtris, & dum cum Zołkieuio Cancell. Regni in Moſchouia ſplendida Patriæ detulit trophæa, & familiæ collegit merita, ibidem obijt. Optimi bellatoris fata equites condolendo, ad leucas duas verſus Patriam buſtum deducebat. 2. Andreas Balthaſari filius, Pocillator Regius Leopolienſis in Ruſſia, qui vt matura obſequia Patriæ, at vtilia proferret in externis regionibus literis, virtute, & exercitio bellico iuuentutem inſtruxit, vt verò redijt in Patriam, intrepidus miles vitam à Patria acceptam repoſcenti, eandem cum gloria reddere belli triumpho paratus fuit. Ad Smolenſcum 400. pedites curæ ſuæ commiſſos validis impetibus animoſè deduxit, demùm oblatæ occaſioni per vrgentes Tartaros cum Supremo Exercituum Zołkieuſki nunquam deeſſe voluit. Celebrauit matrimonium cum Leſniowſka, ſed inuida mors illum diutius viuere, & mereri Patriæ denegauit. Sepultus Leopol. apud Patres Franciſcanos cum tali Epitaphio.*

D. O. M.

GENEROSVS DOMINVS ANDREAS CETNER DE CZERTWICE, Pocillator Regius Leopol. Iuuentute, externarum nationum diuturna peregrinatione & diſciplinis exculta. Adoleſcentia, obſequijs Ser. Maieſt. Sigiſm. III. in Valachica & Moſchouitica expeditione rebellium occupata. Virilitate, connubio ornata, heroicis & domeſticis excolluit. Semper prudentia & honeſtate pollens hoſpitalis omnibus & gratus. Mortalis, in Deum Catholicæ pius animæ ſuæ memor eleæmoſinarius. Vita functus, cum chariſſima matre carnis exuuias hic deponi voluit. A mæſtiſſima ſponſa Catharina de Leſniowo Caſtellani Belzenſi filia merente relicta deponitur. Anno ætatis 33. Chriſti 1624.

Alexander tertius filius Balthaſari Vexillifer Podoliæ & Rothmagiſter S.R.M. Hic poſt exactā ætatem iuuenilem in aulis Magnatum totum ſe & quicquid potuit Marti obtulit, & quaſi conſe-

conſecrauit. Quocirca nedum præeminentiam militarem inter milites, & excellentem honorem inter ſtrenuos & bello refloreſcentes Rothmagiſtros in patria adijt, ſed aduerſa quoque corporis cum non modico ſanitatis periculo & ſubſtantiæ detrimento in pugna Ceczoriana cum Skinderbaſſa in captiuitatem dum deuenit, pro Patria ſuſtinuit. Et ſicut redijt Deo fortunam mouente, non deſilijt nec deſtitit, ſed iterum audaci pectore & manu arma reaſſumpſit, & cum Guſtauianis in Pruſſia, cum Abazio Tartaris & rebellibus multoties Coſacis fortiter dimicauit. Vt verò vitæ tranquillioris rationem ſtatumq; maritalis elegit, è familia Zamoyſciorum Annam filiam NN. Caſtellani Leopolienſis in conſortem accepit, cum qua pietatis indicia & ſpecialis in animam & conſcientia ornatum inchoauit. Nam Priuilegia dum ipſius genitor Generoſus in Podkaminenſem Conuentum Ordini Prædicatorum Tartaricis tumultibus ad Socalum amiſſos obtuliſſet, ille ferventi zelo in Virginem ſanctiſſimam genitricem Dei & Catholico, locum ſtrictum in amplitudinem conceſſit, atq; omnibus ad ædificium tam admirando loco & plurimis è cœlo fauoribus claro neceſſarijs prouiſis & datis, etiam ſumptu proprio Eccleſiam B.V. ædificandam fortificandamq; perſuaſit & adiuuit. Faxit Deus diu nobis ſanum & incolumem vnà cum coniuge & liberis conſeruando. Nicolaus quartus filius Balthaſari, qui vt conſilio Patriæ ſano reddere obſeruantiam valeat, literis & Palladi animum obtulit, nec deeſt ſalutari medio prodeſſe amicis & Patriæ. Et quia mors vnius fratris & captiuitatis Scythicæ rumor alterius retraxit illum ob conſeruationem Familiæ à continuis Caſtris, ſuſcepit matrimonium cum filia altæ proſapiæ ex Iazlowiecciis Kaſſowſka Marianna, ex qua ſuſcepit Stanislaum, Martinum, & duas filias.

Zawiſij, *antiqua in Regno Familia, & ob ſua merita Regibus dilecta, ex quibus regnante Sigiſm. Auguſto eximius bellator, erat Capit. Liuenſis.*

Drwalewſcij *in Maſouia, eſt Aſtrologorum Aphoriſmus, quando ſit coniunctio duorum magnorum planetarum, tunc effectus incipit vehementius graſſari. quando ſol venit ad illum ſignum, in quo fuit coniunctio. Simili modò res aguntur magnorum virorum, dum aliquid decoris plenum ingenium prudentis efficit, ex altera etiam parte fortitudinis memorandæ inſigne in caſtris deducit, ſplendidior incipit illius gloria; & ſol regni Rex, vt aduertit eiuſmodi viros ex vtroq; actu claros, largè libenterq; præmiat. Habent Drwalewſcij & in Aulis principum, & in caſtris militum non leuia loca.*


Goſlinſcij *in Maſouia, His Mineruæ laurea, & Martis lancea applaudent, quare & milites pro Patria, & milites pro anima fuerunt.*

Pielſcij, *literis & moribus ad Senatoriam digniſſimi. Stiborius Pielſki Archidiaconus Plocenſis, à Capitulo electus in Epiſcop. Plocenſem fuit Anno 1472. Sed inter illum & Ducem Maſouiæ Caſimirum primum, atq; Andream Oporouium, etiam Candidatos in hac electione diſpoſuit Pontif. Maximus, Sixtus IV. Ita Author Epiſc. Plocenſium.*

Grotowſcij, *virtuti operam ponunt, nam occulta ſi eſt res, non idcircò Deos latebit.*

Vleniecij, *militia & heroicis actibus clari, qui Regum Rothmagiſtri, eximij cum hoſte pugnatores fuerunt.*

PRZEGONIA vel PRZEGINIA.



DELINEATIO.

EST gladius cum capulo inter medias lunas. Super galeam & coronam eſt medius draco erectus, ex cuius ore flamma prominet; intra quam ſunt arma Przegonia, campus rubeus.

ORIGO.

NObilis ex armis Oſtoia, ex caſtris vel gratia victus, vel cuſtodiæ, vel captiui, cum ſua compania Rothmagiſter exiuit, offendit hoſtilem exercitum ex Morauis, qui in Regnum Poloniæ excurſionem ratione prædæ intendebant. Miſit ad caſtra, ſignificauit, & ipſe cum ſuis luſum militarem cum hoſte inchoauit. Et quia numeroſa manus præualebat, miles Oſtoius aliquando retrocedebat, & ſæpius aliquando inualeſcebat. Dùm verò Mars ludum in furorem conuertit, auxiliares copiæ acceleratæ, hoſtem ingraueſcentem proſtrauêre. Et quia merita præmiantur, ad ipſius poſtulationem gladium quaſſatum quia dedecoris alicuius eſſe exiſtimauit, mutarunt illi in ſtabilem & capuatum, & quia vi furenti & audaci inuadebat hoſtem, Draco datus in ornatum armorum cum flamma & eiſdem armis, vt ſignificaretur merita propria meritis maiorum illum addidiſſe. Mutatio armorum ante annum. 1270. fuerunt, ſicut in linea familiæ apparebit, vnde etiam ſub Boleslao audace hæc arma numerantur.

GLADIVS LVNATVS.

AD differentiam gladij viperei, adducere conuenit gladium lunatum, ſeu ſalutarem. Illi enim qui fortitudinem ſuam, omnemque potententiam ſuam in gladio ponunt, dicuntque. In mucrone gladij fines Regni, aut Hæc ſunt caſtra, vipereum gladium prædicant, & tyrranidem acclamant. Quapropter Ægiptij vt crudelitatem Regis Perſarum Ochi omnibus formidabilem, & ſanguinolentam explicarent, gladium efformabant, vt *Pier. Valer. Hieroglipb. lib.* 42. *cap.* 55. refert. Vipereus certè eſt Tyranni gladius, inficiens, depaſcens innocentiam, veritatem, iuſtitiam, li-

bertatem, ſanctitatem, pietatem, omneque extirpans bonum & honeſtum. Etſi quando Pythagoras monuit, declinandum eſſe ſubterfugio acutum gladium, tyranni gladium exiſtimauit, qui præcipuè venit in eos qui potentiæ ſuæ confidunt. Nam dicit Scriptura: *Et gladius meus non ſaluabit me.* Imò nedum non ſaluat, ſed vindictam quoque aduocat & exercet. Arma hæc nobis propoſita gladius lunatus, ſcilicet lunas, hoc eſt cælum & Deum præ oculis ponens & habens, ſalutaris gladius eſt. Laceſsitus namque Prægonius hoſte inuadente Patriam & Regnum, cælum inſpexit, lunis gladium exacuit, iuſtitiam amplexus fuit, & amorem ſuum in Patriam ſuperis commendauit. Lego Cambyſis acinacem, pulcherrimum fuiſſe Athenarum monumentum in ædibus Deæ, vt *Pauſanias in Atticis.* Profectò Prægonij gladius, eiuſque ſucceſſorum fortium gladij Palatijs Regum meritò conſecrandi ſunt, dum hoſtes circumdedit, lunæ horum inferorum patronæ & parentis. Fecit enim germinare patriam, & luceſcere glorioſa laude per fortitudinem ſuam, & ſapientiam bellicam hoſte Morauo proſtrato, & poſteri ſui ad Parnauam & Vlc fuſis hoſtibus Regni. Etſi non minus debemus ijs, à quibus conſeruamur, quàm à quibus naſcimur, nam ſalutis certa lætitia eſt in conſeruatione, naſcendi autem incerta conditio, & quia ſine ſenſu naſcimur, cum voluptate verò conſeruamur: profectò & Prægonio plurima debuit Patria. Quod ſuis honoribus & titulis etiam Rex recompenſat, dum poſteri ipſius Præfecti Iudices, Caſtellani, Palat. nominati & creati fuerunt. Hic vobis ſit curſus ad gloriam, & vtrobique vireſcet nomen, familiaque Prægoniorum.

LVNA ARMATA.

VIdeo ita armatam lunam inter Hierogliphica Cappaci, vt leo defenſet lunam, illamque inter medios pedes poſitam defendat, Rex animalium ipſe defendit, verè armata eſt luna. Sed magis armatam adducere cupio. Lunæ ſimulachrum Apollinopoli in Ægipto ſpecie viri erat efformatum, cuius facies erat accipitri, manu vibrabat haſtam in fluuialem equum: profectò armata luna. Dicebant illi, vt *Euſeb. de præpar. Euangel.* refert. Fuiſſe ideò lunæ ſimulachrum, ſub ſpecie muliebri, & ſub ſpecie viri, vt qui ſupplicaret lunæ muliebri, hunc vxoris imperio ſubijci credebant, qui vero lunæ virili ſacrum facerent, illum vxorium non fore, ſed ſuæ coniugi dominari. Verè in his ſimulachris bellum efformatur, Lunum vincit lunam. Hinc lunam armatam, & non coloratam dicimus. Quapropter & in Sacra pagina inter Cantica legimus: *Ad pulchritudinem lunæ, terribilitatem, vt caſtrorum acies ordinata.* Arma hæc nobilis Prægonij, ſunt luna armata gladijs & Dracone, quis igitur familiæ aduerſabitur? Fortunam nunquam ſibi aduerſam, vt quidam Comes exprimeret, aſſumpſit lunam quæ eccliplari non poſſet, neque illi aliqua interpoſitio noceret, & addidit lemma:

Appre-

Apprehendunt nunquam tenebræ. Spes quidem alta ſed fortè vana, & de luna, & de homine, quæ ſine mutatione non fiunt. Vt tamen aduerſitas Prægonijs non tantum præualeat vt poteſt, vno remedio obuenio. Luna ſemper eſt auerſis cornibus à ſole, docet nunquam Deo, Eccleſiæ, Patriæ, Regi, Senatui, maioribus contradicere, nam vindici oculo Dei patent omnia, & Principes habent aſininas aures. Luna ſi creſcit ortum ſpectat, docet conſiderare, quis, qualis, quomodo fuiſti & creuiſti, vt noſcas te ipſum, nec obliuiſcaris Agatoclis documento eruditus. Luna ſi minuatur occaſum ſpectat, *Plin. lib.* 11. *cap.* 14. docet, quod celſa cadant grauiore caſu. Proſpicis, & cadis, miraris, & ruinaris. *Hominem vidi excelſum & locupletatum, tranſij & non erat locus eius,* ait Pſalm:

Agite & ligatæ hunc modum,
Erit namq; omnibus ſuauis.
Robur columna theſaurus in æuum.

LINEA FAMILIÆ PRÆGONIORVM.

PRægonius ſeu Przegonia nobilis Oſtoius, cui arma hæc conceſſa primitus fuerunt. Erat Comes titulo & Exercituum Tribunus. Miroslaus Prægonius tempore Boleslai Crac. & Sendomirien. Principis Caſtell. Sendomir. & Petrus Comes Prægonius, ſubſcripſerunt priuilegium Monaſterij Sendomirien. Anno 1270.

Dulſcij *in Pruſſia, clari meritis, Patriæ, multisq; honoribus præmiati. Ioannes Caſtell. Culmen. Theſaurarius Regni, Branſcenſis, Suraſcenſis, Suiceen. Rogoznenſis Capit. Hic literis adoleſcentiam ornatam Sereniſſ. Regi Auguſto conſecrauit obſequio, quapropter retulit pro meritis deſiderata. Habuit tres coniuges, primo filiam Rozen, ex qua filias ſuſcepit, poſt filiam Mniſsek de magna Konczyce Palat. Crac. Demùm Oleſniccij filiam, ex qua reliquit filium, ſubſcripſit electionem Sigiſm. Regis III. Anno* 1588.

Zolcyccij *in Sendomir. Palat. virtuti & probitati dediti, nam infeliciſſimus ille eſt, qui nulla virtute præditus eſt.*

Wietrzynſcij *Epimachij dicti, fortitudine præcellere contendunt. Nam licet ſint omnium immortales animi, bonorum tamen & fortium ſunt diuini.*

Goluſcij *in Lublinen. Palat. antiqua & meritis eximia domus. Laurentius eximius, fortisq; bellator ad Vle Tarnauam. Ioannes germanus frater cum Zborouio ad Vle & Kieſiam fortiſſimus miles, & ad Gedanum cum Tęczyńſki maiorum facta robore & audaci pectore comprobauit.*

Zakobielſcij *in Zakrocimenſi Terra, & in Palat. Maſouiæ, honeſtum familiæ & perpetuitatis nomen adſciuerunt.*

Niewieſczynſcij *in Pomerania, prudentia & prouidentia res conſeruare norunt. Dies namq; & hora magnas ſæpè inferunt clades, illa autem duo modificant & retardant.*

Krinſcij *in Zakrocimenſi Terra, ſi contentum eſſe ſuis rebus maximæ ſunt & certiſſimæ diuitiæ. Nobilis viri erunt curanda gloria, domus, & conſcientiæ puritas. Florianus Exactor Contributionum Regni, ex Zakrocimeń. 1589.*

Głodowſcij *in Zakrocimeń. Terra, E variis ſi optima ſumenda ſunt, diuitiæ animæ, vitiorum fames, morum grauitas, amor Patriæ, bonum Reipub. talia cenſenda erunt.*

Dzwonkowſcij *in Nurenſi Terra, eſt cautella Catonis Maioris.* Habenda eſt ratio valetudinis, vtendum exercitationibus modicis. *Sed hæc cautella non habet locum in optimo ciue & ornante Patriam, ille enim omnia, ſe & ſua pro Patriæ libertate ponit & tranſmutat.*


Zwiarkowſcij *in Belzenſi Palat. Quia virtutis, & gloriæ ſemper eſt comes inuidia, ideò pietate ſemper exercenda virtus, & humilitate tegenda.*

Bartkowſcij *in Sendomir. & in diſtrictu Strienſi. Ex quibus milites Petrus, & Ioannes, nunquam ſtygias fertur ad vmbras inclita virtus, quæ non declaratur nec illuſtratur magis quàm militari, cuius eſt Eccleſiam, Patriam, & libertatem defendere, tueri.*

Kowalkowſcij *in Dobrzynenſi Terra, Perbeati ſunt qui eum tenent vitæ curſum, vt vel in negotio ſine periculo, vel in ocio cum dignitate verſentur.*

Liſowſcij *in Pruſſia, in Culmenſi Palat. ſed differentiam ſeu auctionem addunt ſtellam ad cornua lunæ, vt refert* Paproc. *Quapropter iam alia & diuerſa erunt ab his arma.*

PRZYACIEL ſeu AMICVS.



DELINEATIO.

EST cor hominis in patina ſagitta transfixum, in campo cæleſtino. Super coronam ſunt quinque pennæ Strutij.

ORIGO.

Bielſcius acquiſita fuiſſe aſſerit 1164. poſt mortem Henrici D. cum Pruthenis ex quodam antiquo Authore, *folio Bielſc.* 123. Sed Albertus Strepa antiquiora eſſe affirmat. *Dicit enim:* In hoc bello Henrici Sendomirienſis Ducis, Miroſlaus vnus de famulis videns Dominum ſuum penè cecidiſſe in illo loco lutoſo, de equo deſiliens corpus domini ſui viriliter defendens, tellis obrutus cecidit. Fuit autem is de ea Familia, qui ſe amicos vocant, cuius ſtemma cor hominis in patina ſagitta transfixum.

Conſtat

Conſtat igitur quod ex alio cordiali actu & amici ſumma conditione, arma hæc Amicus vocitata fuerunt, quorum armorum Miroſlaus debiti muneris ex armis nobilitatis memor, etiam Domino ſuo & Duci eandem amicitiam affectu declarare deſiderauit.

SINCERITAS CORDIS.

NON ſine graui animaduerſione Cicero pro M. Marc. perorando dixit: *In animis hominum multæ ſunt latebræ, & multi receſſus, quomodo igitur ſinceritas cordis inueſtiganda erit?* Habeo apud Iul.Cæſ. in Iconologia parte tertia, vnam adoleſcentulam perpulchrè ornatam, facie coloratam, quæ in patina cor ſuprà caput eleuatum in aperto ſuſtinet. Diceret aliquis, cor ſic apertum, monſtratum omnibus à virgine, & veſtita prætiosè ſignificare ſinceritatem cordis, vnum enim velle & nolle, vnum cor inter amicos ſinceros. At ipſe author explicet: *Hac* inquit *figura ſignificatur vanitas.* Ponere namque in plano cogitationes, actus, voluntates, eſt ſumma vanitas, nullum enim ibi erit ſecretum, omnibus erit idem, ſub amicitiæ ſpecie, inimicitias ſeminabit. Omnes cum voluit habere amicos nullum habebit, & quia magis adulationem, blanditias, aſſentationem tàm patenti corde inſimulat, peſtem amico vanitatem mundo promittit dicta figura. Arma præoculis poſita cor ſanguine conſperſum ſagitta transfixum, non amicum ad menſam & burſam, ſed verum, ſincerum amicum ſignificant, cuius ſcilicet vita eſt amici vita, cuius mors eſt propria mors. Nam vt aurum igne, ſic beneuolentia fidelis periculo aliquo perſpici ſolet, ſubſcribendum igitur hîs armis, *Sinceritas cordis.* Crediderim ego cor ſincerum ſcrupulo ac remorſu conſcientiæ propagari. Scrupulum enim ita antiqui efformabant, vir ſenex decenter veſtitus cribrabat ſemina, & aurea catena appenſum cor ſuprà pectus deferebat ſubſcriptum: *Cor mundum crea in me Deus.* Hoc profectò medio augetur, continetur ſinceritas cordis, non multos ſed aliquos amicos habebit, non nouos ſed veteres amicos obſeruabit, non ſereno tantum tempore veros, ſed hiberno & æſtiuo colliget, quorum natura frons oculi, vultus, mentiri non norunt. Sed

Temporibus noſtris quicunq; placere laborat,
Det, capiat, quærat, plurima, pauca, nihil.

SYMBOLVM VITÆ.

MEritò cor humanum vitæ noſtræ Symbolum nominabo, cor enim eſt in animali, primùm viuens & vltimùm moriens. Quapropter ab antiquis cor, venter animæ vocatum fuit. De quo Macarius Homil. 43. ita loquebatur: *Cor vaſculum quidem paruum eſt, ſed in eo recipiuntur omnia, ibi Deus, ibi Angeli, ibi vita & regnum, ibi cæleſtes vrbes, ibi theſauri gratiæ. At ſi prauum fuerit, ibi dracones, ibi leones, ibi beſtiæ venenoſæ,*

ibi aſperæ & ſalebroſæ viæ, ibi præcipitia, ibi theſauri vitiorum. Eſt igitur cor humanum ſymbolum vitæ, vnde Ægiptij principatum, ſalutem fontem & vbertatem bonorum in regione ſua ſignificantes cor fingebant, ſicut *Orus lib.* 1. *Hierog.* 22. At ſi in ſymbolum vitæ cor humanum aſſumere licet, arma præſentia aſſumenda erunt, docent namque ſagitta, quod vita hominis nil eſt niſi res vallata ruinis. De qua Palladas reliquit:

Sum natus lachrymans, lachrymans moriorq́; peregi
In lachrymis vitæ tempora longa meæ.
O genus humanum miſerum & lachrymabile.

Docent, neminem ſibi poſſe promittere vitam, nam licet ſanctus fuerit ſine aduerſio tamen animæ viuere nequit. Quod concinnè draco ad arma hæc poſitus commonſtrat. Fælix erit homo cum Martino, ſi moriens dicere valeat: *Quid hic aſtas cruenta beſtia, nihil in me funeſtum reperies.* Aut cum Arſenio: *Anima mea octuaginta annis ſeruiuiſti Deo.* Ergo

Noli per cras cras longas ſibi ponere metas,
Qui non eſt hodie cras minus aptus erit.

Docent pro amico mori, & quis eſt noſter amicus niſi Deus? cui ſeruire regnare eſt, pro quo mori coronari & æuum triumphare. Qui nedum dedit eſſe & conſeruat, ſed filium quoque ab æterno genitum dedit nobis in ſaluatorem, qui carnem ſuam dedit nobis in cibum, ſanguinem in potum, regnum in hæreditatem. Amabò, ſi arma hæc nobilitatis tantorum præſaga ſunt, iure meritò à vobis honoranda, illuſtranda veniunt, ne poſtmodum vitam moreſque contemplando incomptos, tàm ſpecioſis armis in contumeliam ſubducat.

Cinge caput lauro, tege gemmis corpus & auro,
Si fueris pridem, remanebis aſinus idem.

FAMILIA AMICORVM.

H*IS armis qui vtuntur, non tradunt ſcriptores apertè. Miroslaus Przyiaciel, qui de his armis ad occiſum Ducem Sendomirienſem fraude Pruſſorum occubuit, ceu optimus famulus & Domino plus quàm ſibi deſiderans.*

Drakienſcij, *in Plocenſi Palat. in diſtrictu Raciazenſi, quia principiis cognitis multò facilius extrema intelliguntur, illi maiorum merita nota optime ſibi, quid illis agendum tentandumq́; foret intellexerunt, defenſionem ſcilicet Patriæ tempore belli, conſilium verò ſanum tempore pacis. Georgius Pawlowicz in M. D. Litu. ſed duo corda ſingulis ſagittis transfixa defert.*

D. IN PRVNSKO:

DELINEATIO & ORIGO.



EST vir loricatus in equo decurrente cum ſtricto gladio, Vladimiri Monomachi etenim filius Iaroslaus vbi occupauit Ducatum Rezanenſem cognominari voluit in M. D. Rezanenſis atque inſtituit vt poſteritas eius pro Gentilicio vteretur viro loricato in equo decurrente cum ſtricto gladio. Et quia duos filios reliquit Iaropelcum ſucceſſorem Rezanenſis Ducatus & Suietoslaum cui ceſsit Ducatus Prunſcenſis, talia arma latè diffuſa per Ruſsiam & Moſchouiam fuerunt. Vterque Dux magnum Ducem à ſuis Ducatibus ſeſe nominabant. *Sarnicius in Annalibus lib. 7.*

VIR MAGNVS STANDO MORITVR.

VT tanquam ſtillo ferreo marmori carmina, ita pectoribus virorum fortium vt imprimere poſsint dictum hoc *Vir magnus ſtando moritur*, antiqui diuerſis medijs vtebantur. Romani victoribus ſuis columnam præaltam trophæis victorum & coronis adornatam erigebant, in cuius culmine ſtatuam viri armati & loricati, cum laurea corona in manu vna, haſta in altera conſtituebant. Quibus inter varios lætitiæ concentus ita quoque Apollo Muſicæ Princeps, ſicut *Ouid. l.1. Methamorph.* refert, concinnebat.

Arbor eris certè, dixit, meæ ſemper habebunt
Te comæ, te cythara, te noſtræ laure pharetræ
Tu Ducibus lætis aderis, cum læta triumphum
Vox canet, & longas viſent capitolia pompas.

Dum verò Antonio victoriarum grata reddebat Roma honorem, finxerunt Mercurium, qui Pegaſeum allatum ad currendum ceu volandum diſpoſitum dextra per loram retrahebat fortiter, ſiniſtra verò manu caduceum exporrigebat, & ſubſcripſerunt: *Clara fama.* Exponit myſteria in Iconologio prima parte Cæſar Ripa, etſi non laborandum eſt inuidia, ſummis triumphatoribus ſummus debetur honos altaque gloria. Quapropter *Cicero in Piſonem,* Iuſtam gloriam, lucem, ſplendoremque qui fugit leuis eſt animi, eſt enim fructus veræ virtutis honeſtiſsimus. Etſi rationem dicti exquiris, adfero. Non facit ea niſi vir magnus, qui vel vincere didicit, vel mori ſtando,

ri ſtando; ſint mille ſagittæ, ſint quingēta ſpicula, ſint globi ſulphurei omnes, ſit periculum præſens, ſit certa mors, vir magnus ſtat nec mouetur, non enim vitam, ſed claram factis vitam deſiderant, & in bellis rebusque periculoſis prudentiores fiunt. Sicut Darius de ſeipſo dicebat: Hinc Leonidas Lacædemoniorum Dux, multis iam confixus iaculis, cum impetu in Xerxem Perſarum delatus eſt, cumque diadema ei abſtuliſſet, ſanguine manans exhalauit animam, certè hic ſtando mortuus eſt. Quid dicam de Codro Atheníenſium, qui dum intellexit Thraces victores futuros ſi duci parcerent, ille vltro ſe immiſcuit hoſtium agmini, qui ſtando vt mortuus Thraces deuicti ceciderunt, ita *Stobeus ſerm.* 7. Sed quid alienos commemorabo, Sereniſſ. Rex Sigiſmundus III. Parens Regni veruſque tutor, in illo Rokoſiano ad Guſouum bello (ô heu memoria non habet ſimile) dum quidam Sereniſſ. Regi dixiſſet, vt recederet nam periculum minatur, reſpondit magnanimo pectore: *Nec pedem inde mouebo, etſi mori contigerit ſtando moriar.* Tantis viris Duces in Prunſko connumerare decet, nam triumphatores de hoſtibus fidelitatē hanc Regibus & Regno obtulerūt vt mori ſtando, repudiato lecto deſidiaq;, voluiſſent. Sed ponamus obſecro virorum fortitudinem & nomen:

Vladimirus Monomachus Kiiouiæ & totius Ruſſiæ Monarcha, reliquit Iaroslaum Rezaneń. & Prunſceń. Ducem. Suentoslaus eius filius Dux in Prunſko, vir magni animi non obſcurè referens duodecim Bohatirorum à quibus gens Ruſſiæ originem conſeruat modo indolem. Georgius filius eius ex filia Olhæ Ducis in Branſko. Eius filius Iaroslaus, eius ex Raſtouienſi Ducissa Olha filius Wſeuolodus, hic ex Sudalień. Duciſſa ſuſcepit Mſcislaum qui habuit Georgium, iſte ex Iaroslauień. Duciſſa habuit Suientoslaū, & eius tempore bella cum Gediminio & ad illum Stanislaus Kiiouienſium Dux confugit exutus Principatu, Reliquit Suentoslaus Demetrium, qui reliquit Roſſislaum. qui ex Tueŕenſi Duciſſa progenuit bellatorem maximum Demetrium. reliquit Michaelem & Georgium, qui cum Moſcho pugnauit; ſed demum ad Præcopſcenſes Tartaros aufugit, & Michael filius in Moſchouiem Prunſko poſſeſſo diſceſſit, qui Georgius annis decem in captiuitate detentus Tartarica, benignitate Reg. Iagellonis erat liberatus 1434. *habuit in conſortem poſtmodum Duciſſam Siucenſem, tum Solominecen. ex qua ſuſcepit Hlebum* 1462. *Hlebus Magiſter cohortum Ioannis & Alberti Regum tempore, ad Minſko à Tartaris interfectus eſt, reliquit Fridericum & Andream. Fridericus Palat. Kiiouień. & Præfectus Capitaneatuum plurium arcem erexit in Bialacerkiew, reliquit Alexandrum multarum linguarum virum Dapif. M.D. L. ſepultus Fridericus apud PP. Bernard. Vilnæ* 1555. Sarnicius fol. 358. 374. *Chiouiæ verò Epitaphia referunt Ioannem Baſilewicz, & Baſilium Iwanowicz Duces in Prunſko, Semionem Tartarorum ſtragem Palat. Kiiouień. refert* Stric. *ſub A.* 1524. *Alexander D. in Prunſko vltimus, in quo ſtetit periodus Familiæ ex linea maſcula, nam ex ſorore illius eſt poſteritas cum Palat. Belzeń. Leſczynſki, qui hæreſi infectus citò obijt, nec domui ſuæ lauream addidit.*

PRVS

P R V S Primò.

TVRZYMA à *Baſcone Hiſtorico vocata.*



DELINEATIO.

EST crux ſeſquimedia coloris albi in campo rubeo. Super coronam eſt loricata manus cum gladio diſtricto, crux media pingitur ad dextram.

ORIGO.

LOnginus deſcribit originem ex Pruſsia, tres namque Principes Prutenorum antiquorum genus in Poloniam facinore cōmiſſo fugientes, propagarunt familiam. Declarant hoc facinus ſi non potiùs eſt defenſio ſuæ libertatis Hiſtoriæ, oppreſsionem Magiſtri Crucigerorum, eorumque Cōmendorum non ferentes bonis venditis, pretioſis rebus vnà cum liberis & coniugibus in Poloniam miſsis coniuncta manu tres Principes, Magiſtrū cum Commendoris oppreſſerunt & fortè occiderunt. Comparatisq; plurimis bonis in Regno, meritorum ſplendore in incolas & amicos recepti, illuſtrium virorum familijs & conſanguinitati adſciti fuerunt & admiſsi ante Annum 1000. Originem verò in Pruſsia prædictorum armorum non aliam exiſtimo, niſi ab inſignijs Crucigerorum, qui duas cruces pro inſigni deferebant: hi namque milites vt in Pruſsiam venerunt, recipientibus fidem Principibus, ex armis ſuis gentilicia conferebant, vel vnam crucem, vel vnā & mediam, vel duas cruces, ſicut quoque Magnis Ducibus Lituaniæ contulerunt.

VERI CATHOLICI INSIGNE.

GLoriantur plurimi aliorum inſignijs dum ſua non habeant, etſi fortuna fauet, his illisque familijs connectuntur, ex illisque ſe eſſe aſtruunt, veriſsimè tamen nullius ſunt nobilis ſigni. Verumenimuerò quod aliena ſtemmata appropriare ſibi licet minimè deceat, attamen verus Catholicus & nobilis, licitè ſibi crucem appropriabit in inſigne. Nam ſi omnium Catholicorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ vnus eſt Deus, vna Fides, vnum Baptiſma, vna lex, vnus Paſtor, vna Eccleſia, vno eodemq; ſtemmate Chriſti meritò inſigniri poſſunt. Vnde ſi Gentili quis crucem pro

ſtemmate poneret, blaſphemaret: ſi Iudæo, fugeret: ſi hæretico, diſputaret: ſi malo Chriſtiano mulctaret: vt rectè ſibi lupa naſcens in Taurino monte conueniat, quæ origente cane Sirio ſtella fugit, ſi autem vero Catholico Romano ad inſignia crucem apponeres, reuerenter ſuſcipit, adorat, dicitq;: *Sub ipſa ſemper.* Hoc eſt ſerenum, gloria, vita. Pruſsijs tamen crux inſigne proprium & non appropriatum eſt, & ita proprium, vt illis ſubſcribere liceat: *Familia verè Catholica.* Moueor ad hoc, Sanctiſsima vita Auguſtiſsimi Martyris Stanislai Epiſcopi Cracouień. exiſtentis armorum prænominatorum. Moueor illius Parentis pietate Vielislai. Moueor nobili pioq; zelo in Religionem Guntheri Epiſcopi Plocenſis, alijſque permultis viris pro Fide Catholica zeloſiſsimis, & mori quoque pro illa paratis. Accendor plurimum omen quoddam nobile inſignitis præſentibus armis adferre, optimo & valeroſo cohortum ductori Marchieſe del Vaſto admouerant ſymbolum grati amici. Sedebat ſplendidè gladio immiſſo in vas, ex quo ſumebant aquã canis & ouis, additum lemma fuit: *Pauent canes, timent oues, intrepidus maneo,* Iul. Cæſ. Capaccio lib. 2. Non aliud ominor tàm præcelſæ Pruſſorum familiæ, niſi vos timeat hoſtis, ament ſubditi, intrepide viuite inter amicos, & ſancte vt inter Angelos in præſenti vita dies ducite, Dominus Deus adiutor veſter.

NON DEFICIET.

SVNT qui crucem arborem Antiſtrophos, hoc eſt contrarietatum dixerunt, neque immeritò, eſt enim crux Domini, ceu virga Moyſis duplicem gerens imaginem, nam hoſtibus occurrebat, vt ſerpens mordens & enecans, Iſraelitis autem erat vice baculi quo nitebantur. Ita verum crucis lignum, hoſtilium ſpirituum nequitiæ mors eſt, animarum verò noſtrarum baculus, tuta ſedes & vita in qua conquieſcunt. Hinc Origenes de Crucis potentia Hom: 8. *Gaudentes leuemus in humeris noſtris ſignum Crucis, nam dæmones qui aurata capitolia non timent, crucem timent, qui contemnũt ſceptra regalia & purpuram Cæſarum Chriſtianorum, ieiunia pertimeſcunt.* Arma gentilitatis præſentis dum intueor, video crucem vnam & alteram mediam, nihilominus breue apponam *Non deficiet.* Media quidem crux eſt, ſed occidet nunquam. Excellentius namque ſymbolum eſt, non defectus, quàm illud quod ſibi confixerat Comes Odoardus Tiene, vt *lib. 2. dicit Capaccio* Erexerat laurum in quod vndique fulmina ruunt, & ornauit lemmate: *Intacta virtus.* Maiora iam armis præſentibus encomia danda, nempe media crux, at virtus integra ſemper, ſed in comprobationem rei adfero Thomam Strzempienium, Doctorem Theologiæ & Iuris, & Regni Poloniæ Vicecancellarium, qui dum eligebatur in Epiſcopum Cracouienſem, in die electionis campana magna cecidit, & ſequenti die ignis in platea Canonicorum maxima damna intulit. Aſſumebant ſuperſtitioſi in præſagium infauſtum electionem illius, maioraq; infortunia ſperabant, dicebant: *Deficiet.*

ſiciet. Verùm Dominus ab alto talem, tantumque paſtorem contulit Vrbi, qualem ſemper deſiderare poterint, Deum timentem, humilitatem obſeruantem, pietatem colentem, pauperibus, ſtudijs & Eccleſiæ ſeruientem. En cum media cruce virtus integra. Crux lignea quæ in Carauacca miraculosè celebrare deſideranti incruentum ſacrificium, ſacerdoti captiuo in altari apparuerat, dum in lumine & ſplendore fornice domus, ſtupore omnium aperto deſcendit, ſuperauit illa crux ſic ditata ab alto, omne aurum & lapides pretioſos. Profectò medietatem crucis in armis æqui bonique defenſores & protectores Pruſsij, ampliſsimis meritis, ſanguine, conſilio, & bonis Patriæ obteſtatis, clariſsimè illuſtrarunt, continuarunt.

LINEA FAMILIÆ PRVS Primò.

PRuſſij tres fratres Principes Pruthenį, de quibus Dlugoſſ. *Prutenorum antiquorum genus ex tribus Princip. qui in Pol. ex Pruſſia fugientes propagarũt.* Sczepanowſcij, *Viclislaus Sczepanowſki, vir pius, & conſcientiæ puræ, quod cõſtat ex ipſius filio, quem cum Bogna babuit. Dicit namq; Saluator,* Non poteſt arbor bona malos fructus facere. *Staniſlaus filius Sanctus & Martyr Epiſcopus Cracouienſis, qui aſſumptus fuit poſt Lambertum 2. Toporium Anno 1072. & babuit ſucceſſorem Lambertum 3. armorum Abdank, coronatus Martyrio Anno 1079. 11. Aprilis in Skalkà. Ob cuius cædem Polonia quadriennio ſubiecta interdicto fuit, & Boleſlaus Audax occiſor, à Gregorio VII. Regni titulo & iure priuatus fuit, & annis duobus Cracouia Epiſcopo caruit. De illo Chriſtophorus Kanſki, in Vitis Archiep. & Epiſcop. Cracouienſium.*

Non tua carminibus deſcribi gloria noſtris,
Non pia vita ſatis non ſacra facta queunt.
Norunt te cuncti: totus te ſuſpicit orbis,
Et pleno laudes concinnit ore tuas.
Vt tibi ſint ſimiles alij cæleſtia flecte,
Numina: concilia cælica regna tuis.

Sunt Sczepanowſcij & modernis temporibus ſed armorum Wieniàwà, ob coniunctionem matrimonialem mutarunt arma. Gunterus Epiſcop. Plocenſis 1227. poſt Ioannem Epiſcopum armorum Gozdawa, cui ſucceſſit Petrus armorum Pulkozyc. Hic concurrebat quoq; in electione Ioannis, quapropter poſt mortem Ioannis virtute partus bonos cumulatior ad ipſum redijt. Erat vir tam ad bella gerenda, quàm ad Epiſcopales functiones ſuſtinendas idoneus, nam cum videret ſuum Epiſcopatum à Pruthenis vaſtari, innoxios homines cædi, abduci, defenſionem ſui Epiſcopatus Conrado Maſouiæ dormituriente ſuſcepit, & coercitis latrociniis Pruthenorum caſtrum Dzierzgow, vbi Chriſtianos captos detinebant intercepit. Demùm Conrado Duci vt milites Theutonicos cruce ſignatos conſenſu Gregorij IX. Pontif. Max. author fuit, & primus Magiſter eorum in Regno Hermanus de Salza fuit. Obijt apud Viennam Auſtriæ, dum iter Romanum continuaret Anno 1232. Adijcere liceat quantum Reipub. malum, dum Princeps hoſte vagante per Regnum in vtramq; aurem dormit, quantum verò bonum ſi Paſtorem vigilem ſeſe in omnibus præbet. Antiqui doceant qui dormientem Mæcenatem eò efformabant modo: Virum pingebant grauem, qui ad latus plenum vas tenet aquæ, & nil mouendo manus in ardentem & vaſtantem ignem oculos conuertit. Et dabant Diſtichon.

Princeps ſi Regno facta eſt iniuria, cautus
Supprimat illius ſemina prima citò.

 Gliſcet

Gliſcet ni extinguat ventoque agitata furoris
Perdit vrbes, opes, iura ſimul populos.

Phalanta, hunc Cathalogus armorum Prus refert Epiſcop. Poſnanienſ. à Ianuſio Archiepiſcop. Gneſnen. in Pyzdry conſecratus poſt deceſſum Boguphali, ſed cùm eſſet electus à Capitulo Petrus, & fauendo Phalantæ illum non approbaret, neq; alterum Ioannem confirmaret, etiam ſtante appellatione Phalantam conſecrauit Ianuſius, ſed Clemens IV. Pontif. Max. Nicolaum Scholaſticum Cracouienſem Canoniſationis negotium B. Heduigis tunc proſequentem in Epiſcopum, caſſata electione aliorum, extulit & promouit, & Viterbij conſecrare mandauit, ita Dlugoſſius ſub Anno 1265. *Thomas dictus Tomka Epiſcop. Plocenſis, ſucceſſit Petro 3. dicto Niedich. habuit ſucceſſorem Goſlaum 2. ſiue Gedeonem, ille erat armorum non* Pobog, *vt* Paproc. fol. 173. *dicit, ſed ſerpentis Gentilicij, vt in Vitis Epiſcop. Plocenſium nunc editis patet, iſte autem qui ſucceſſit Thomæ erat armorum Griff. Thomas verò prædictus Tomka, inquit* Paproc. fol. 173. *erat armorum Pulkozyc, in vitis Epiſcoporum non dicitur aliquid de gentilicio ipſius, ſed Canonicus Plocenſis & Cancellarius Maſouiæ notatur, ſed* Dlugoſſius ſub Anno 1263. *fuiſſe nobilem genere de familia & cognatione Pruſſorum ortum ducentem retulit, erat vigeſimus ſecundus Epiſcop. ordine, Aucta bona Epiſcopalia ſub illo per Saram Marcuſij militis filiam, quæ villam Piaſki inſcripſit, & controuerſiam longam inter Plocenſem & Culmenſem Epiſc. finiuit, obijt 1270. Thomas Strampinius, ſeu Strzepienius Theologiæ & Iuris Doctor, Regni Pol. Vicecancellarius Epiſcopus Cracouienſis, Dux Seueriæ, filius Prandotæ, cuius genitrix Dorothea de armis Aceruorum, reliquit Eccleſiæ Cracouienſi calicem de puro auro ponderis ſex marcarum, & alios duos calices deauratos, duplicatam pelui m argenteam, & plurima de gemmis pretioſa, & quadraginta marcas pro ſuo anniuerſario, copiam librorum diuiſit Eccleſiis Cracouienſi, Gneſnenſi, Poſnanienſi, Vnicionienſi, Louicienſi, Lencicienſi Eccleſiæ contulit 1500. flor. Altariam fundauit Cracouiæ in duos ſacerdotes, & hoſpitale in Stradom erexit, Vicariis in Sadz decimam ex tribus villis conceſſit, idem ad Altare S. Antonij fecit, & quod ſummam pſius pietatem & conſcientiæ puritatem commendat, eſt. Infirmum & decumbentem ſe vt vidit, ita quod diuturna infirmitas illum abſtraheret ab officio Paſtorali, & cura adminiſtrationis diligenti, ceſſit Epiſcop. Iacobo Sienienſki armorum Dębno, vnde Chriſtophorus Kaniſki de illo in vitis Epiſcoporum Cracouienſium.*

Cur te nil egiſſe agis imprudentius vnquam,
Quam tibi delatum quod capis vltrò pedum?
Et cur linquis oues? pondus grauitasque recepti
Muneris id facit, & facta nefanda gregis.
Quæ quia Præſulis è manibus Deus ipſe requiret
Nemo meum factum qui benè damnet erit

Stiborius 2 Epiſcopus Plocenſis, ſucceſſit poſt Paulum Gizicki, habuit verò ſucceſſorem Caſimirum Ducem Maſouiæ, contradicebat electioni ipſius Caſimirus, & ad Pium II. Pontificem Max. miſerat, ſed effecit nihil. Ex Indulgentia Pontificis Romani, ab vno Epiſcopo Lacedæmonienſi Nicolao ex Ordine D. Franciſci, qui cum titulo Epiſcopi in partibus infidelium Suffraganeum Plocenſem gerebat Anno 1464. conſecratus Pultouiæ fuit. Erat Stiborius de Goſcianczyce, ſatis competenter in literis verſatus & eruditus, Secretarius & Conſiliarius Gizicij Epiſcop. genere nobili ex Familia Pruſſorum Patre Ioanne Dapifero Cernenſi, matre Catharina natus, omni genere virtutum excultus, ſed interdum bili exardeſcebat. Obijt 1471. Ordine 39 ſepultus Plociæ, mortuus Pultouiæ. Iacobum de Plomiany Capitaneum Bobrownicenſem referunt ſcripta Anni 1385.

Szamowſcij *in Lencicienſi Palatinatu, ex quibus erat Caſtellanus Brzezinenſis, & reliquit prolem. Bartholomæus verò cum Sczawinſka Caſtellani Sochaczouienſis filia reliquit prolem. Ioannes Szamowſki Caſtellanus Konarienſis*

rienſis ſubſcripſit Priuilegium Alexandri Regis, quo confirmat Acta & priuilegia prædeceſſorum Anno 1505.

Spinecij *de Bendkow, multa Priuilegia referunt eos, Petrum Canonicum Gneſnen. & Cracouienſem refert Priuilegium Vladislai de decimis, & immunitate bonorum Eccleſiæ 1456.*

Stradomſcij *de Stradomia, in Palat. Cracouien. Antiqua, & meritis clara Familia, quæ diuiſione bonorum cum Sczepanowſciis mutationem cognominis accepit. Manſit Stradomia in ditione illorum multis reuolutionibus ſæculorum, nec ita pridem per Valerianum & Adalbertum reſignata fuit, Lubomirſcio Caſtellano Woyniczenſi, quam filius Palat. Cracouienſis, Præpoſito Viſnicienſi contulit & inſcripſit. Chriſtophorus Stradomſki, vir ingenij acumine & maturitate iudicij cum optimis conſiliariis numerandus, & quia ad hæc acceſſit probitas & æquitas morum & vitæ, ad Iud. tia Tribunalitia Regni dum primordia & fundamenta iuſtitiæ Lublini radicarentur, ex Palat. Cracouienſi primus Iudex Parlamenti Regni electus & conſtitutus fuit. Arduis etenim negotiis atq; recenter in Rempublicam introducendis, viros peritia, dexteritate, prudentia, & ſinceritate conſpicuos quærimus, eligimus, vt inuenta approbent & rectificent ſi bona ſunt, aut reprobent ſi mala, tenuit diuiſione bonorum cum fratribus Nagorzanki. Martinus Stradomſki, dum ætatem floridam decenti exercitio in grauitatem morum, & virtutis amorem deduxiſſet, Sereniſſimis Regibus Auguſto, & Stephano obſequia conſecrauit. Et quia Sigiſmundus Auguſtus germanam ſuam Ioanni Suecorum Regi Catharinam in Reginam conceſſit, etiam Martinus Stradomſki ibidem miſſus cum Sereniſſima Regina fuit, & natum filium ipſius in carcere ob Erici fratris crudelitatem Sigiſmundum ad Baptiſmum cum Secominſcio tenuit, qui dum ex Suecia in Patriam rediit, à Sereniſſimo Rege Stephano ad Rudolphum Imperatorem legationem expediuit, & quia Principum mos eſt, addictos ſibi & benè meritos præmiare. Sigiſmundus III. Regni Pol. Anno 12. Sueciæ VI. Generoſo militi & ſuo Secretario Oppidum Dunaiow, & villas Borſczow & Czcikaſſowcze & poſteris contulit Anno 1599. vbi Priuilegium hæc de illo. Cùm præclaram ſemper Generoſi Martini Stradomſki militis & Secretarij noſtri ſedulitatem & aſſiduitatem in exhibendis obſequiis, quæ tàm Diuis Parentibus, quibus planè à teneris annis in Regno Sueciæ, ac Sereniſſimis prædeceſſoribus noſtris in hoc Regno additus erat, quàm etiam poſtea nobis metipſis non ſegniter reddidit, & hucuſq; ſumma cum laude reddit, &c. Ioannes qui poſt declaratam animi ſui promptitudinem & amorem in obſequiis Patriæ, contracto matrimonio reliquit eximios filios. Iaroſſius ſeu Hieronymus primus Ioannis filius, qui dexteritatem iudicij in Caſtro Czorſtinenſi, vbi ViceCapitanei officium adminiſtrauit, declarauit. Nicolaus alter filius, fortitudinis ſpecimina in diuerſis expeditionibus cum laude Familiæ demonſtrauit. Quapropter in dignitatem ipſius & Familiæ Pruſſorum decorem, Academia Crac. per Bartholomæum Vreſnanum hæc in arma reliquit.*

Corpore ſtat toto crux cum mediaque ſecunda,
Quam rigido munit deſuper enſe manus.
Iſthæc antiquæ ſunt arma Stradomſcia gentis
Immenſum ſanctæ crux pietatis opus.
At manus enſe potens rigido ferroque valentis
Hac regnat pietas robur & vſque domo.
An non ritè dabis genti gladiumque manumque
Quod benè de Patria quiſque meretur habet.

Sigiſmundus Stradomſki, cui bona diuiſione ceſſerunt Wrocimowa ad Oppidum Sadz, vir honeſti & quietis amans, ViceCapitaneus Sadecenſis iuſtitiæ & æquitatis obſeruator, reliquit aliquot filios, ex quibus erat Ordinis S. Benedicti, religioſus Pater. Chriſtophorus qui diuiſione bonorum cum fratribus Naklo acceperat ad Lelowiam ViceCapitaneus Olſtinenſis,

vir

vir morum grauitate multorum ſibi affectus conciliauit, prudentia verò rerum agendarum in Republica, plurimarum controuerſiarum inter amicos iudex & arbiter dexterrimus fuit. Tempore ingruentis belli Turcici, vbi capitalis Contributio in Regno ſoluenda ab omnibus decreta fuit, ille ex Palat. Cracouień. diſtrictuum Cracouienſis, Proſou cenſis, Lelou enſis, Xięzineń. & Oſuiecimenſis collector electus Anno 1590. & propoſitus erat. Reliquit filios octo, ex quibus Ioannes Decanus Lelouienſis, Parochus Nakielſcenſis, Nicolaus Notarius Chęcinenſis, tertius Ordinis S. Franciſci de Obſeruantia Bernardus nomine, pietate, & doctrina in religione ſacra floruit. Melchior Stradomſki in Sczucin ad Nouam ciuitatem Korczyn hæres, vir in rebus pro Patria gerendis nomine & re proficuus. Cuius ſinceros actus, beneuolentia, & humanitate affabiles, Ill: D. Ocieſki, generis, ſplendore, & meritis in Regno clarus, vt approbauit, filiam illi in conſortium Sacramenti conceſſit ex qua reliquit filium Ioannem. Ioannes Melchioris filius, illuſtratam familiam maiorum meritis propriis auxit ſplendoribus, nam in omni expeditione Moſchouitica addictus Curiæ Sereniſſimi Stephani Regis, deduxit trophæa, nec abſens eſſe aliquando voluit. Habuit in conſortem filiam Ozorowſcij progenitam ex Oleſnicka ſorore germana Palat. Lublinenſis, omnes enim probi viri, boni & æqui ſtudioſos, domui ſuæ iungere exoptant, hæreditas illius erat Sczuczynum & Zorawice, reliquit duos filios. Nicolaus primus filius hæres in Zorawice, qui ætatem iuuentutis flore decoram & ornatam literis, exoticarum linguarum peritia & variarum virtutum cum fortitudine, decore, in ſaluberrima conſilia Patriæ ordinauit, atq; in ætatem grauiorem non gnauiter diſpoſuit. Eſt vir fortium amantiſſimus, doctiorum deſideratiſſimus, ſpiritualium obſeruantiſſimus, pietatisq; eximius cultor, ſed cum illi liber & numeroſa bibliotheca deliciæ, arma honori, Patria amori eſſet & deſiderio, effectum exoptatum infirmitatis calamitas præſcidit & interupit. Sed quia ſola in illo remanet cum patientia pietas, cum conſcientia puritas, incomparabilem æuo conſeruabit ſui memoriam, ſuſcepit ex Catharina Pſonczanka de Babin, poſt demortuas filias Annam & Sophiam, Michaelem, cui ſit benedictio ex alto, occidat omne malum, ſurgat & omne bonum. Melchior alter Ioannis filius hæres in Sczuczyn, hic eximiè ornatam adoleſcentiam in exteris nationibus literis & virtute, fortitudini & Marti conſecrauit in Patria, cumq; retuliſſet heroicis actibus iuſta trophæa, & nomen gloriæ illuſtraſſet, cum Ligenzanka de Piotraſſowka, ſuſcepit matrimonij ſacramentum, ex qua reliquit Ioannem ſpecioſæ indolis & optimæ ſpei, qui decorum, honeſtumq; Familiæ retineret & augeret ſiluam, & Patriæ Polonæ ciuem. Ergò

Donec fulgebit crux ferrum bella domabit,
Iſta indiſiunctim ſymbola permaneant.

Iezewſcij *in Varſauień. Terra milites eximij, qui magis Patriæ, quàm proprium bonum obſeruarunt. Sigiſmundo primo regnante miſſus erat in Moſchouiam vnus à Sereniſſimo Rege, quem crudelis Moſchus ad genuatenus in ſeruido oleo, veritatis inquirendæ miſſionis ſuæ à Rege gratiá concoxit, vt Hiſtorici* & Bielſc. fol. 524. *refert. Qui vix ſpiritum vitæ conſouit redeundo in Patriam, remuneratus cum aliis Regum gratiis* Ca*ſtellania Varſauień. Erant & alij Iezewſcij in Varſauień. Terra Rothmagiſtri, Iudices, Notarij, aliją; in dignitate poſiti digniſſimi viri. Iezewſcium Rothmagiſtrum excellentiſſimum ad Kieſtum 1578. occiſum,* Paproc. in Stemm. fol. 432. meminit.

Borowſcij, *Curiis Regum & Caſtris militaribus optimè meriti viri. Ioannes Sigiſmundo primo ſceptra Regni tenente Stabuli Præfectus, optimis ac generoſis moribus ad altiora benè diſpoſitus, conſors ipſius Komornicka. Georgius Borowſki, qui ex Wazenſka ſuſcepit Petrum Abbatem Czyrzycenſem, beneuo-*

neuolentia & humanitate ſingularem, doctiſſimum & in literis verſatorum amatorem. Iacobus Sigiſmundi Auguſti, & Sereniſſimæ Bonæ Aulicus Zebrouienſis aduocatus, ex Sienicka reliquit prolem. Hieronymus ſubſcripſit electionem Vladisl. IV. Regis ex Palat. Syradienſi.

Bieltrzykowſcij *in Syradień. Palat. actibus comprobare virtuoſis generis dignitatem cupiunt, nam ſicut vultus & frons animi eſt ianua, ita generoſi actus nobilis ſunt notæ.*

Cygánſcij *in Lencicień. Palat. non aliud deſiderant, quàm vt nomen boni non amittant.*

Ráczkowſcij *in Syradienſi Palat. vnius cura iubente Romano Sanguſzko Campiductore Vle fortiſſima ciuitas, vnà cum arce à Moſcho erepta eſt Anno* 1568. Bielſc. *erat Rothmagiſter peditum.*

Grzymyſławſcij *in Palat. Poſnanienſi, quia omnes boni beati, non cadit in eos quod in virum bonum cadere non debet, nempè emolumenti ſui cauſa criminari, præripere, fallere. Stanislaus Grzymyſławſki electionem Vladisl. IV. Regis ſubſcripſit.*

Łoſoſinſcij *in Cracouień. Palat. Non eget verbis qui factis probat, virtus & integritas proba excellentiſſimorum virorum.*

Dimitrowſcij *ibidem, ſtrenui & optimi milites, ex quibus Rothmagiſtrum peditum ducentorum in bello cum Tartaris & Moſchis, vbi Amurath Tartarorum Dux occiſus, & Baſilius Palecki, Petrus Serebrny, fuga ſibi ſauciatus conſuluit,* 1567. Bielſc.

Wiſniewſcij *in Lucomlenſi Terra, & Lublineń. Palat. A pueritia certant virtute & moribus, præſtantem delibare gloriam. Difficilè enim eſt mutare animum, & ſi quid eſt penitus inſitum moribus, ſubitò euellere.*

Plonſcij *in Præmislień. Terra, non vulgus ſed caſtrenſes & generoſa propago illorum conuerſationis teſtes, nam vulgus ex veritate pauca, ex opinione multa æſtimat.*

Obrzyccij, *in Maſouia & in Podolia. Magnus magiſter eſt populus, ſed non minor conſcientia propria, vitioſum & horrendum admittere æterna ſepultura, & pœna inferni.*

Studzienſcij, *retulit in Caſtris glorioſum nomen. Grauior autem eſt & validior decem virorum bonorum ſententia, quàm totius multitudinis imperitæ.*

Swaroccij *in Rauenſi Palat. qui verè ſunt Studzienſcij, ex Goſtinenſi Terra tranſierunt. Albertus de Slubice à primis iuuentutis diebus in Caſtris continuus Auguſto Sereniſſimo Imperante, demùm ſub Stephano Rege Eligerus ad Gedanum, Tczouiam, Polociam, Wielizum, Wielkieluki, Zawłocie, Oſtrouum, Pſkouum, Rothmagiſter peditum ex Palatinatibus Poſnanienſi & Caliſienſi, demùm armaturæ bellicæ cuſtos in Nouogrodo Liuoniæ, illius verò germanus in M. D. Litu. eximius bellator, cum Pſarſka tenuit coniugium armorum Liſtrzębiec.*

Głowác-

Glowáccij, *Martinus erat vir literarum præſtantia digniſſimus, & Cameræ Regiæ Cracouiæ Notarius. Ioannem Glowacki Palat. Maſouiæ, ſub Anno* 1427.*refert* Bielſc. *ſi horum armorum non docet, ſed virum probitatis ſummæ fuiſſe actus ille commonſtrat.*

Slubiccij *in Rauenſi Palat. Virtute firmant bonum, omnia namq; pereunt, ſola virtus manet.*

Rokotowſcij *ibidem, Fortes viri qui non tàm præmia ſequuntur rectè factorum, quàm ipſa facta.*

Orlij *in Cracouienſi Palat. Æqui boniq; amatores, nam & fortitudo eſt virtus pugnans pro æquitate.*

Boguſláwſcij, *quia multa accipimus à Patria, multa quoq; ei reddere debemus, ſi non cumulatiore menſura, tunc adminus eadem.*

Goworowſcij *in Ciechanouienſi Terra. Maximè conuenit viro fortitudo, nam eius munere maxima duo ſunt, ſcilicet mortis, dolorisq; contemptio.*

Dlugoiewſcij, *merentur Patriæ, ſed leue eſt onus beneficij gratia, minimum autem erit perennitatis gratia.*

Klickowſcij *in Maſouia, conſueſcunt in Caſtris ad nobile officium reddendum Patriæ.*

Koryccij *in Maſouia, omnibus ſe affabiles nulli iniurios præbent, memores dicti:* Quod tibi non vis alteri ne feceris.

Chwalkowſcij *in Cracouień. Palat. Naturam honeſto ornant, nam qui natura probus eſt, vbiq; & apud omnes probus.*

Garliccij *ibidem, Sermone prudentes, nam è ſermonis procacia colligitur morum impudentia.*

Wolſcij *ibidem, & in Lencicień. Palat. Bono Patriæ ex conſcientia benè cupiunt, nam à recta conſcientia nec tranſuerſum vnguem diſcedere oportet.*

Tobaſowſcij, *Temperantia & rectitudo ab eis colitur, ſed qui voluptatem ſibi bonum ſtatuit, temperans nullo modo eſſe poteſt.*

Michalczewſcij, *Conſtantes forteſq; viri, nam nil eſt præſtantius viro, quàm in omni re ſeruare conſtantiam.*

Iulewſcij, *Iuſto dant manum, nam iuſtitia eſt domina & regina omnium virtutum.*

Kiccij, *Optimè viuere deſiderant, nam etiam Philoſopho turpe eſt, ſi aliter viuit quam docet.*

Chomętowſcij *in Plocenſi, in Dobrzyneń. Terra. Proprium eſt Philoſopho mederi vitiis, nobili verò augere virtutes.*

Gniewiewſcij *in Ciechanouienſi. Veram vitam, tranquillam & ſuauem præſtat moderatio iræ.*

Druſkowſcij, *egregiorum meritorum conſcientia, magnā homini præſtat fidem.*


Byſtrzamouij, *Pulcherrimum eſt genus nobilitatis, quàm ſibi quiſq; proprijs virtutibus conciliat.*

Záiąckow-

Záiąckowſcij *Decus Familiæ ſuæ: nam non domo eſt Dominus, ſed Domino domus honeſtanda,*

Podleſcij, *Incitantur honeſto ad bonum, nam nemo eſt tàm agreſtis, quem ſi non ipſa honeſtas, contumelia tamen & dedecus magnoperè moueat.* Sene in Cathedis

PRVS Secundò, ſeu FALCES LVPINÆ.



DELINEATIO.

SVNT duæ falces, quibus lupi continentur ſeu intercipiuntur, ſummitatibus diſpoſitæ acutis in crucem, à groſsiori verò parte ligantur aurea ligatura, ex qua dependet vnica pars: ad conuolutionem verò falcium, eſt Pruſſorum inſigne primum. Supra ſummitatem verò coronæ, eſt manus armata ſtricto gladio fulminans, ſicut erat in Prus armis primo loco poſitis, campus eſt rubeus, falces & cruces coloris albi. Aduertat lector quod hæc arma ſecundo loco ponuntur, non ſolùm ob multitudinem armorum Prus & numerum, ſed etiam ob ordinem. Prius namque arma hæc Prus hanc additionem & mutationem acceperunt, vt patebit ex origine quàm arma Prus tertio loco, tùm quia propinquiora ſunt ob armatam manum armis Prus primò, tùm quia vna falx iuncta in tertio Prus, docet proceſsiſſe arma ex Prus ſecundò.

ORIGO.

CAſimiro Rege cum Maſlao Maſouiæ Duce pugnando, Caſtrorum & exercitus Dux fuit ex armis Prus, qui prælio commiſſo cum Maſlai exercitu, iteratis vicibus victor, fæliciter triumphauit. Et quia ſublato è viuis Maſlao filia ipſius erat penes Reginam Caſimiri, vir bello & victoria clarus, petijt à Sereniſsimo Principe concedi ſibi virginem relictam in matrimonij vinculum. Rex libenter ſuſcepit intentum tàm eximij Ducis, & filiam Maſlai Ducis Maſouiæ in conſortium detulit, & bonis euiternè vt cuſtos ſit perpetuus ab hoſtibus confinium Maſouiæ prouidere dignatus eſt. Et quia Maſlai inſignia erant falces lupinæ, ille vir nobilis de domo Prus

eiſdem armis Ducalibus adiunxit propria arma. Actus in crucem Maslaus à Pruſsis amiſsis prælio cum Caſimiro quindecim millibus, & duobus millibus in captiuitatem adactis, Anno 1043. vt *Cromer.* refert, cætera vide ſub titulo *Koſy*.

REGVM GRATIA DIGNIS.

Sicut exitioſum eſt & turpe, indignis gratiam conferre, ita laudabile & gratioſum conferre dignis: Hoc enim eſt quo virtus præmiatur, & boni ad virtutem & honeſtum incitantur, illo autem vitium radicatur, & malum commendatur. Quapropter vituperatur Antonius, qui Anaxenorem Cytharedum in theatro extulerat, atque militibus ſtipatum tributi exactorem & Vrbium quatuor Præfectum inſtituerat. Vituperatur & Patria illius quæ illum purpurea induerat, quam Ioui Seſipolidi, hoc eſt vrbis ſeruatori conſecrarat, *Strabo lib.* 14. Contulit Caſimirus Rex gratiam militi & Duci exercitus ſui dum Ducis filiam & ſanguinem Regium nobili Poleno de Pruſſorum Familia in matrimonij ſacramentum conceſsit, ſed viro digno, meritis & triumphis claro, qui & bellator & protector eſſet Regis & Regni. Etſi aliquando Romæ Fontinalia feſta peragebant, coronas in fontes proiiciendo, & puteos coronis ornando, eò quod ab eis pellucidos liquores ad reſtringendam ſitim acciperent, vt inquit *Varro lib. 5. de lingua Latina*: multò conuenientius eſt viros dignos vita, ſanguine, ſubſtantia, obſequia proteſtantes gratia Regia proſequi & donis gratificari. Sed ô heu, quàm grauiſsimi in bello viri & magni cum hoſte triumphatores, ſeruiendo omnia cum vita amittunt, vix tamen eſt illorum nomen in foribus Principum, ne dicam in aure. Omnes fortitudinem illius inſpiciebant, & nullus eſt qui Principi renunciaret, inuident actum, detrahunt alij fortitudini, ſic meritum cadit & præmium ſtrenui militis elongatur. Accedit autem turgidus, loquax, in plateis miles, accipit quod non meruit, ille verò manet vt Phænix nutrix ipſe ſui. Sic enim de Phænice dicitur:

Ipſa ſibi proles ſuus eſt pater, & ſuus hæres,
Nutrix ipſe ſui ſemper alumna ſibi.

Ita illi, relicta demùm fortitudine, ſine adiutorio & adiumento, ſine ſpe & præmio manentes, ex ſtiua ſi non ex ſtipe, in aulis magnatum debilia officia ſuſcipientes, vitam exiguo ſuſtentant, alijs cordis feſtum, panem meminiſſe comeſtum. *Plutarchus libro de Animalium induſtria* ſcribit: Trochilum auiculam, ab inſidiante Crocodilo Ichneumone liberare, cuius memor Crocodilus intromittit Trachilum in os apertum, vt gaudeat partibus carnium relictarum in dentibus, nec comprimit os donec Trochilum euolare ſenſerit.

Vt Trochili meritis Crocodili gratia conſtat,
Præclarè meritis tu quoq; reddere vicem.

AMICI-

AMICITIA STABILIS.

OMnium ſententia amicitia ſolida & fixa eſt quæ non ad tempus manet; hæc enim ſuſpecta eſt & de illa dici poteſt: *Tempore fælici multi amici,* ſed ſolida illa erit, quæ etiam poſt mortem durat. Qualem in Hierogliphicis lib, 2. Iul. Cæſar. Capaccio depingit: Vitem ponit quæ vlmum amplectitur orbatum frondibus & ſiccum, ad cuius radicem appoſuit lemma: *Amicitia poſt mortem durans.* Appoſuit & verſus tranſlatos in latinum ex Antipatro Alciatus.

Ornabar quondam ramis foliisq; virebam,
Inque meis vuas frondibus ante alui.
At nunc obrepens Platanum me vitis opacat
Arentem, alternis frondeo tota comes.
Sic ſibi quisq; legat gratamq; educat amicam,
Reddere poſt cineres quæ benefacta queat.

Profectò nullo controuertente ſed ipſa veritate confirmante amicus ſtabilis ille eſt, qui mori non dubitat totumque ſuum eſſe & poſſe Patriæ offert, talis namque & domui & Senatui, & Patriæ & Familiæ, non aliud intendit, cogitat & vult, quàm bonum honeſtumque. Lego quendam reliquiſſe modum conſeruandorum acquirendorumue amicorum. Dicit

Plurima des, perpauca petas, nil accipe, ſi nil
Accipias, & pauca petas, & plurima dones
Gratus eris populo, te mille ſequentur amici.
Si nihilum trades, citò eris priuatus amico,
Plurima ſi quæres, multam patiére repulſam,
Si multa accipias, populus te dicet auarum,
Nil cape, pauca petas, des plurima, habebis amicos.

Eſt quidem hæc vera regula, ſed ad acquirendum vel conſeruandum amicum ad tempus, & non illius qui deeſſe quando noluerit. Equidem Amicitiam ſtabilem fundauit in armis ſuis iſte parens & Pruſsici gentilicij author. Fundauit ille ſolidam amicitiam cum milite, prudenti exercitio bellico: fundauit cum Sereniſsimo Rege confidentiam, excellenti triumpho de hoſte: fundauit cum domeſticis & familia ampliato ſplendore ad arma: fundauit cum multis hæroibus coniunctione Ducalis ſanguinis cum domo Pruſſorum: fundauit cum omnibus nobilibus, quia omnium factus eſt amicus, patronus quidam & defenſor, iubente & volente Sereniſsimo Caſimiro. Talem amicitiam edocti à parente nobili & Generoſo Baworowſcij, maxima pro Repub. tentarunt, voluerunt. Talem declararunt in ſe & in poſteris ſuis Grzybowſcij. Quocirca concludere liceat:

Antiquus gladius, vetus atq; fidelis amicus,
Credite temporibus hæc valuere ſuis.

LINEA FAMILIÆ ARMORVM PRVS Secundò.

N. De Familia Prus Dux exercituum contra Maslaum Ducem Maſoniæ, à Caſimiro Principe Poloniæ Anno 1043. cui falces appoſitæ & additæ ad Prus arma eò quod Ducis Maslai filiam in coniugem conſentiente Caſimiro acceପiſſet. Vincentius dictus Kádłubek de Karwow vico propè Opatouiam, Magiſter, Epiſcopus Cracouienſis ex Præpoſito Sandomirienſi, qui licet in Eccleſia Cracouienſi nullam haberet præbendam, tamen à Capitulo propter ingenij excellentiam electus, & ab Innocentio III. confirmatus fuit 1207. Qui reſignato demum Epiſcopatu, habitum religionis Ciſtercienſis in Monaſterio Andreiouienſi ſuſcepit, & ex bono factus optimus, nudus nudum Chriſtum ſecutus eſt, & poſt quinque annos in Domino quieuit 1223. Dum Epiſcopus Cracouienſis eſſet, Chronicam Poloniæ ſcripſit. De illo dixit Miechouius, & Cromer. in ſua Hiſtoria, Dlugoſſus, & vltimo Commentator ipſius Hiſtoriæ Dobromili editus 1612. Kanſcius in vitis Archiep. & Epiſcop. Crac. carmine vitam ipſius expreſſit, ſed armorum dicit fuiſſe Roža. At Dlugoſſus, Miechouius, & Commentator in Hiſtoriam ipſius armorum Koſſy, ſeu Koſium dicunt, errore igitur commiſſo Typographi in Cromero pro Koſſeus Roſeus ponitur, ſeu pro Koſæ Roſæ.

Nakwaſcij in Plocenſi Palat. & in Viſogrodenſi Terra, viri vt ſplendore generis, ita actuum generoſorum dignitate conſpicui. Stanislaus Succamerar. Viſogrodenſis, in negotiis Reipub. dexterè agendis diſertus, & practicus quem Conſtitutio Regni meminit. Fœlix, vir dignitate literarum ornatus, ad ſpiritualem vitam animum contulit, Parochus in Sieprſko & Kiernowo. Mathias in Viſogrodenſi Terra digniſſimus vir, in anno 1595. Exactor Contributionum Regni inſtitutus. Andreas Nakwaſki Tribunus Viſogroden. electionem Vladislai IV. Regis ex eadem Terra ſubſcripſit.

Báworowſcij in Ruſſia, antiqua & digniſſima multis trophæis familia. Venceslaus in Báworow Notarius Campeſtris Regni, vir fortitudine bellica, & virtutibus conſpicuus, ex Kolanowſka reliquit prolem, Ioannem eximium militem & virtutum parentis imitatorem, illius ſoror Anna Buczaccij conſors, & parens Capitanei Barenſis. Nicolaus Baworowſki natus ex Duciſſa in Zbaraz, eximius de hoſtibus triumphator, qui propriis ſumptibus numeroſum militem conducebat, & cum Tartaris fœliciter pugnabat. Oppida Báworow & Oſtrow ab incurſione & impetu hoſtili feruidè & acriter defendebat, cum Skárbkowná armorum Abdank reliquit prolem. Nicolao, quem Tartari igne & gladio ad nihilum ferè redigerant, Sigiſmundus Rex III. tria millia florenorum conſenſu ordinum donauit 1593. Extant hæredes in Báworow, non fatigantes maiorum ſuorum merita, ſed honeſto & virtute proſequentes. Adnotabit hic lector quod in Tomo primo locuti fuimus de Bavorſciis, non de Barorowſciis, non erit Oppidi Báworow Báworſcij, ſed Báworowſcij extiterunt & ſunt.

Iezierſcij

Iezierſcij *in Cerſcenſi Terra, Æuiternè viuere cogitant, ideò virtuti, honeſto, ſaluti incumbunt.*

Myſleccij, *in Maſouia & Pruſſia, ſi comparata noſtra longiſſima ætas æternitati ſatis parua eſt, mori in bello iuſto pro Deo, Eccleſia, Patria; ex quo eſt æternitas non dubitant.*

Rudowſcij, *in M. D. Litu. ad Nowogrod. Omnia conſumit vetuſtas, & quia virtus & opera bona manent ſemper illis incumbunt.*

Preckowſcij *in Dobrzynenſi Terra, Sciunt tenere verbum & mutare conſiliũ, nam optimus eſt portus pænitenti mutare conſilium.*

Grzybowſcij *in Maſouia, in Varſauienſi Terra, conſilio, iudicio, ob præſtantiam literarum magni, hinc in exteris nationibus diuerſitate linguarum ornati, in curia Principum digniſſima officia executi fuerunt. Nicolaus maiorum ſuorum in Marte & toga imitator, maturus conſilio, grauis authoritate vir. Dum Succamerar. fuiſſet Varſauienſis, dignè commiſſa ſibi negotia in Comitiis Regni compleuit. Stephanus Dobrogoſtus Grzybowſki, Varſauienſis & Camenecen. Præfectus, experientia in rebus Regni & conſilio recto Patriæ proficuus. Theophilus Iudex Terræ Varſauienſis, recti, boni, & honeſti cuſtos, & director legittimus. Ioannes Grzybowſki electionem Sereniſſimi Vladislai IV. ex Varſauienſi Terra ſubſcripſit, & Stanislaus ex Breſtenſi Cuiauienſi.*

Rádominſcij *in Dobrzynenſi Terra, Bartholomeus Notarius Bobrownicenſis, ad plurima nobili conuenientia officia diſpoſitus, ſed non eſt vna fortuna omnium.*

Gluchowſcij *in Chelminenſi Palat. & bello & conſilio in Repub. digniſſimi. Potior autem eſt qui conſiliis contra hoſtes iuuat, quàm qui ipſos ſine prudentia pugnandi robore aggreditur.*

Wołowſcij *in Viſogrodenſi Terra, Si iudicium iuſtitiæ omnis mali cauſa eſt, quid dicendum de iudicio animi? aptarunt hi literis, virtute mores.*

Miſiewſcij, *in Cuiauia.*

Zgłniccij, *qui etiam nunc Rádominſcij vocantur in Plocenſi Palatinatu, & in Dobrzynenſi Terra.*

Chomętowſcij, *ex quibus erat Vicecapitaneus Sadecenſis.*

PRVS Tertio, ſeu PRVS NAGODY.



DELINEATIO.

SVNT arma compoſita ex tribus, coſſe, media ſolça, & armis Prus primo, cos occupat dextrum latus, ſolca ſiniſtrum, ſuprà autem hæc duo, ponitur Prus, diſpoſitio acuminis & ſoleæ inferius. Suprà coronam eſt pes loricatus cum ocreis, genu coronam tangens, campus crucium & falcis eſt ſanguineus, ſoleæ cæleſtinus, arma autem integra ſunt coloris albi, pes ferrei coloris.

ORIGO.

NObilis de armis Coſſyæ, ſeu Prus ſecundò vt apparet ex falce, in matrimonij conſortium acceperat filiam nobilis de armis Pobog, quapropter ne ſpecioſam aduerſa tempora obliterarent memoriam, reiecit ab armis ſuis vnicam falcem, ad alteram verò adiunxit mediam ſoleam, & ſuperpoſuit arma Prus, quibus & domus ſua & domus conſortis exprimerentur inſpicientibus. Et quia viro de poſteris horum armorum in bello cruenti pes auulſus fuerat, ideò Ducum Maſouiæ conſenſu & authoritate, viro mutilato, & militi dicto Sobor, illiuſque poſteris conceſſum fuerunt in perennem gloriam, adornanda arma pede, ſublato gladio & manu armata Pruſsijs ab antiquo conceſſa. Dignum enim eſt, vt qui maiorum meritis addit propria & pariter illuſtria, habeat memoriale meritorum ſuorum innouatum & expreſsiuum.

ADIVTORIVM DEI.

MOueor ex tàm excellentiſsimis armis ad deducendum, quod femina ſit adiutorium viri & Dei, dicit enim ipſe Creator rerum: *Faciamus Adæ adiutorium, non enim eſt bonum hominem eſſe ſolum, quamobrem relinquet patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, Geneſ.* 2. Et profectò ſi mulieres eò adiutorium quoque ſunt, quia norunt vincere in bono, quod quondam docuit D. Auguſt. *Bonitate contende, ſalubre certamen eſt.* Etſi proprium bonum & vtilitatem hominis ſpectes, non eſt quidem adiutoriũ mulier, nam bonum eſt mulierem non tangere, & beatior erit ſi ſic permanſerit vt legitur, 2. *Cor.* 7. At ſi vniuerſi bonum conſideraueris, adiutorium

ſummum

ſummum videbis. Quapropter Rupertus lib. 2. in Geneſim cap. 32. *Nec bonum nec vtile fuiſſet, ſi in humana ſpecie tantum fuiſſet maſculus, & nulla procreatio prolis, vnde omnes in initio mundi obligati fuerunt ad procreandam prolem cum eſſet vacua hominibus terra, & fortè in neceſſitate poſt diluuium & generalem peſtem ante finem mundi obligarentur: ſed modò repleta terra, cælum replendum eſt, quod rectius fit ſtatu continentiæ, vt ratiocinantur SS. Patres.* Arma præſentia nobilitatis dum intueor, video adiutorium viri, dum in conſortium matrimonij virginem, hæredem bonorum ingentium aſſumit, dos etenim virginum plurimos in honoris dignitatem extulit, imò quia regina omnium eſt pecunia, primos Senatores efficit. *Cæſar Ripa in prima parte Iconologiæ adiutorium* depinxit: Homo in ætate virili, in candida veſte, deſuper purpura veſtitus, ad quem radij de cælo prominent, coronatus folijs oliuarum, ex collo ipſius in catena aurea cor pendet, manum dextram extenſam & apertam habet, ſiniſtra autem tenet vitem fructiferam terræ inſertam, ad pedes verò illius eſt ciconia. Vir, quia poteſt operari ſecundum virtutem ſerio. Pura veſtis, quia adiutorium debet eſſe purum non intereſſatum. Purpura, quia adiutorium per reſpectum ad Deum, adiuuare enim imbecillem charitatis eſt. Radius, quia omne adiutorium eſt à Deo. *Homerus*, mortalis diuum auxilium deſiderat omnis. Oliua, quia adiutorium ex amore, pietate, miſericordia. Torques cum corde, quia adiutorium conſilij quoque eſt boni. Dare enim ſtulto conſilium charitatis eſt, dare ſapienti oſtentationis, dare tempore peruerſitatis ſapientiæ eſt, *inquit Greg. in Moral.* Manus extenſa, quia adiutorium non in verbis, ſed in facto. Vitis adiuta, quia in matrimonij ſacramento adiutorium viri eſt mulier, mulieris verò vir caput eſt. Ciconia, quia adiutorij eſt ſymbolum rectum, vnde Alciatus.

Ærio inſignis pietate ciconia nido,
In veſtes pullos pignora grata fouet
Taliaq; expectat ſibi munera mutua reddi,
Auxilio hoc quoties mater egebit onus.
Nec pia ſpes ſobolem fallit, ſed feſſa parentum,
Corpora fert humeris, præſtat & ore cibos.

Tantum ac tale adiutorium retulit hic nobilis vir, caput horum armorũ ac parens, qua non iam humanum adiutorium, ſed Dei ſenſit, atque de illo lætatus fuit. Vt verò adiutorium Dei inſit inter connubia & ſocietatem maritalem, illud Angeli ad Tobiam iuniorem ſacrum dogma adnotandum venit *Audi* (inquit) *me & oſtendam tibi qui ſunt, quibus præualere poteſt dæmonium. Hi namq; qui coniugium ita ſuſcipiunt, vt Deum à ſe & à ſua mente excludant, & ſuæ libidini ita vacent, ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus, habet poteſtatem dæmonium ſuper eos.* Tob. 6.

CAPITA

CAPITA PRIMARIA.

DIuerſimodè capita primaria viros appellarunt Hiſtorici. Placuit ex multis Triumuiratus Romanorum, nam ſi ipſorum officium erat ſacra requirere, & ædificia illorum reficere, & ſupplebant Senatum immeritoſque amouebant, & in ſubſellijs vt Tribuni iura dabant, aliaque plura digna in Romano Senatu peragebant, vt *Alexand. ab Alex. lib.* 4. refert, verè capita primaria erant. Inter milites quoque capita primaria ſunt pedites, equites grauis & leuis armaturæ, vnde Romani poſt cladem ad Cannas dederunt negotium Triumuiris, vt non ingenuos modo, ſed ſeruos & mancipia ære coëmerent ad millia viginti mandarunt. Et profectò milites capita primaria ſunt in quocunque Regno & prouincia, nam boni, honeſti, paciſque ſunt conſeruatores & tutores. Quapropter & Itali conſenſu omnium, Belliſarij virtutem paruaſque eius copias, Gothorum multitudini antepoſuerunt. Verùm ego dum inſpicio hæc arma, capita primaria non alia pono, niſi ipſum Deum & præſentia arma, Deum inquam, caput ſcilicet omnium quæ fuerunt, ſunt, & erunt, vniuerſale. De quo etiam in Macrobianis codicibus dicitur:

Sum Deus, vt diſcas, talis, qualem ipſe docebo
Cæleſtis mundus caput eſt, mare venter opacum.
Terra pedes, aures verſantur in æthere ſummo,
Lux oculi, quam ſolis habet ſplendentis imago.

Quapropter Ludouicus IX. Françorum Rex, filio ſuo primogenito Philippo teſtamento inſcripſit de Deo: *Ores Deum ore & corde, idq; potiſſimum ſub ſacrificio poſt peractam conſecrationem, ne patiaris quenquam te audiente peruersè de Deo & Sanctis eius loqui, nec ſinas impunè abire, crebro gratias agas Deo pro bonis omnibus ab illo tibi collatis, vt dignus fias potioribus eius beneficiis affici & augeri, vide vt bonos habeas Prætores & Magiſtratus, & de illis ſolerter inquiras vti ſe gerant, ad extremum quicquid poteſt boni bonus Pater & pius precari filio ſuo, id ego tibi precor, Sacroſancta Trinitas & Sancti omnes, ſeruent te ab omni malo, præſtetq; tibi Deus gratiam, rectè ſemper agendi, & ipſius voluntatem faciendi.* Arma autem præſentia capita primaria voco, quia ſunt armis ex primarijs conflata. Crux enim nedum plurima conſtituit arma, Cruciniorum, Pruſſorum, Pilauiorum, Boyciciorum, ſed innumeris quoque adiungitur ſoleis, lunis, anſis. Ipſe verò in arma nobilitatis deductæ ſoleæ equi, tantam latitudinem in gentilicijs Regni obtinent, vt illuſtres familias, & ſplendentes ſub ipſis enumerare ſolertè animus calamusque non ſufficiat. Falces verò cum propria fuiſſent capitum Maſouiæ inſignia, ab eis quoque latè defluxerint in nobiles Pruſſos, ſine controuerſia capita primaria aſſerre licebit. Equidem de Familia hæc fuerunt capita magnarum Eccleſiarum in Regno, fuerunt Palatinatuum digniſsimorum in Senatu capita, fuerunt in Curia officiorum primorum, fuerunt in Caſtris primores,

in ſpon-

in conſilijs ſummi, in exiſtimatione nobilis iudicij ſingulares. Sunt & modò eximij, ſtrenui, docti, iudicioſi, humani, ſinceri, virtuoſi, & pij Familiæ cuſtodes, & ornatus. Vtinam aura ſlante & fortuna fauente, dum curſus Planetarum Angelo aſtante dirigetur, progreſſu ſecundò Regni ac ſplendore domus, delectari non deſinant.

LINEA FAMILIÆ PRVS Tertiò.

N. *Nobilis de armis Koſſis, qui arma Pobog armis Prus primò, & Coſſis adiunxit. Sobor nobilis ex prædictis armis, ob cuius præclara merita & ſtrenuos in bello actus, arma Pruſſorum in ſua coronide, mutationem manus armatæ cum ſtricto gladio in armatum cum ocreis & loricatum pedem aſſumpſerunt.*

Minſcij *de Goſciecyce, in Varſauień. & Wiſſenſi Terra. Cum enim Stiborius Epiſcop. Plocenſis nepotibus ſuis bona Minſk Anno 14: 8. acquiſiuit, ſuccedens poſteritas à bonis prædictis cognomen obtinuit. Nicolaus, vir morum grauitate & probitate vitæ conſpicuus, reliquit filium Gaſparum Tribunum Varſauień. virum iudicio excelſum, Sereniſſimo Regi & Senatui amabilem, ex Gorynſka Palat. Maſouiæ filia armorum Roža, reliquit filium Stanislaum, qui iuuentutem ſuam profectu literarum ornatam, in exoticis Regnis Germania, Italia, Hiſpania, Gallia, Niderlandia, Vngaria excoluit, vt Patriæ commodo, Senatui, honori, Familiæ ornamento adeſſet. Quibus in hanc deuenit apud exteros & Romæ apud Sanctiſſimum Senatum dum præſens eſſet Anno ſancto exiſtimationem, vt futurum magnum in Repub. virum palam profiterentur, & quia re ipſa in Patria virtutum coronam, vitæ decentiam, animi celſitudinem, ingenij excellentiam, dicendi facultatem, morum integritatem, fortitudinis dexteritatem, laborum vtilitatem apertiſſimè demonſtrauit, variis titulis & honoribus illuſtratus, Senator demum & Palat. Lencicienſis, Plocenſis, & Liuenſis Præfectus inſtitutus permanſit. Quanta fuerit authoritas viri in Senatu, ſed quid dico in Senatu, dicam in ſummo & ſanctiſſimo Romano Senatu, inde colligere vos cupio, Canoniſatio Sanctiſſimi Hyacinthi, quondam Canonici Cracouienſis, poſt Ordinis Prædicatorum S. Dominici in Regno primi Parentis & Fundatoris, multis Romæ agitabantur vicibus & annis, commiſſum hoc grande & Sanctum opus Stanislao Minſki Palat. Lencicienſi, ad Clementem VIII. Pont. Max: Anno 1594. effecit alto iudicio ſuo difficultates amouendo & terminando apud Sanctiſſimum Senatum, vt Canoniſatio S. Hyacinthi determinata ſtetiſſet, eiuſq; vexillum triumphale Cracouiam cum magnifica proceſſione & populi frequentia intuliſſet. Habuit in conſortem Vrſulam Debinſcij Caſtell. Cracouienſis filiam. Matthias Minſki electionem Sereniſſ. Vladisl. IV. ex Viſſenſi Terra ſubſcripſit.*

Pluzniewſcij, *in Plocenſi Palat. & Belzenſi. Qui ſicut literis & virtute ornarunt iuuenilem ætatem, ita in prouectiori eximia ſpecimina vitæ poſteris reliquerunt, nam Iudices Terræ Plocenſis varias occupationes nobilium in Tribunali & comitijs Regni expleuerunt.*

Wietwinſcij, *ſeu Witwinſcij in Maſouia, & in Volhynia. Viri vt iudicio magni, ita in Senatu graues, nam Sigiſmundus I. dum Ludouico Bohemiæ & Vngariæ Regi voluit perſuadere, vt cum Turca pacem oblatam firmaret, præcipuè cum Vngari miſſis legatis Turcarum repudiantes pacem, naſos & aures amputaſſent, miſit ad Ludouicum Regem Andream Kricium armorum Kotſic Epiſcop. Præmislienſem, & Witwinſcium armorum Prus Caſtell. Plocenſem, arguendo tanti facti Vngaros,* Bielſc. ſub Anno 1524. *Nicolaus eximius miles, ex Waſyczynſka veterani & experti Rotmagiſtri Chriſtophori filia, reliquerat non diſſimilem filium, qui ſub ſignis Illuſtriſſimi Præfecti exercituum Koniecpolſki, glorioſæ famæ collegerat ornamenta. Extat nunc illius patruelis frater, Notarius Terreſtris Chelmenſis, iure & iuſtitia nomen celebritatis retinens.*

Mrozouiecij, *in Palat. Belzenſi & Cracouienſi. Hi cum Wietwinſciis, ſeu Witwinſciis eiuſdem diuiſionis bonorum, ſed illi à Witwin, hi à Mrozowice diuerſimodè cognominati, ex Mrozouiecio Stanislao, qui ex Sczepanowſka armorum Prus primò genitus fuerat, plurimi procreati fuerunt Mrozouiecij, nam ex Ianicka armorum Ielita filios 14. ſuſcepit. Ex quibus Alexander æterna memoria recolendus, nam pro Patria captiuitatem Turcicam perpeſſus fuit, & liberatus in congreſſu bellico cum Michaele Multanorum Dinaſta, in Palatinatu Chyouienſi ſtatiua dum conſtituit, Tartaros acerrimè profligauit, ad extremum multitudine ſuperatus captus, capite truncatus, excoriatus. Daniel nepos Stanislai, cum Rozynſki eximius miles in Moſchouia, & ductor militum 100. occiſus ex tormento bellico ad Mozaiſcum. Filij illius ex Wilkocka Stanislaus ad Pereaslauiam occiſus, & Ioannes cum Láſcz ſtrenuus miles, frater verò Alexandri Ioannes, cum Iordano Succamerario Cracouienſi, & Tęczynſcio eximius miles, ex Sophia Alberti Ráſsowſki armorum Grzymálá, appellatus magnus, ex ſtaturæ & ingenij dignitatem. Albertus tertius frater horum, cum Michaele de Tarnow contra Oſmanum eundo deceſſit. Referunt quoq; Hiſtoriæ præcipuè Bernardus Wapowſki in fragmentis Mrozouicium his verbis:* Iacobus Mrozowicki Polonus, miles ſtaturæ admodum puſillæ, cum Germano Cataphracto equite gigante in ſtatura congreſſus eum vicit, Toruniam deduxit ad Regem, eratque res admiratione digna quando ille puſillus, vaſtæ ſtaturæ militem ad conſpectum Regium deduxit. *Paulus Mrozowicki Notarius Oſtrzeſouien. demum Treboulien. tum cauſarum officij Iudex, eximij iudicij vir in Tribunali Regni ſæpius Iudex, & cum Valachis deputatus arbiter, conſors eius Podlodowſka, eius frater cum Skinderpaſſa in Cecora occubuit. Alter frater Georgius in Cracouienſi Terra in Viazd hæres, qui etiam in Pocutia reſidet Secr. Sereniſſ. Regis, Notarius Zydacouien. ad plurima negotia Regni & amicorum optimè diſpoſitus, commiſſiones plurimas expediuit, conſors Oleſnicka armorum Rádwan Capit. & Iudicis Belzen. nepos. Gabriel, Paulus, electionem Vladisl. IV. ex Crac. Palat. ſubſcripſerunt.*

Iáblonow-

Iablonowſcij *de Iablonowa, in Palatinatu Plocenſi, in diſtrictu Mlauenſi, peruetuſtæ antiquitatis Familia, cuius progenies tribus contiguis villis Iablonowo nuncupatis ibidem continetur. Profectò dum tàm antiqua & numeroſa familia ſæcula multa peregit, clariſſima merita officio militari & in Republica conſilio iuſto & ſano, abundè demonſtrauit. Quam etenim familiam Deus ab alto in ſeminis multiplicatione in annos benedixit, illam quoq; maximis meritis ad præmia Patria diſpoſuit. Hinc Diuinus Pſaltes:* Ecce ſic benedicitur homo, qui timet Dominum. *Iablonowſciorum Pruſſorem de armis, arborem familiæ ponere eſſet longum ſatis & latum, & præcipuè cum nedum in villis tribus domicilia ſua retinent, ſed etiam in Pruſſia, in Pocutia, &c. Erat Iablonowſciorum familia, meritis & factis clariſſima in Pruſſia, qui bonis ibidem acquiſitis Wicholec ab eiſdem notabant familiam, quam vltimus natus ex Dulſka ſorore Theſaurarij Regni terminauit. Plurimi de hac familia eximij milites ſtrenui clauo & gladio extiterunt, qui mori pro Patria magis, quàm viuere elegerunt. Gregorius Rothmagiſter, in Liuonia fortiter pugnando occubuit. Fabianus & Ioannes ad Cecoram vita & ſanguine nomen Familiæ clarum reddiderunt. Albertus in Moſchouia, morte celebri poſteritati exemplum fortitudinis & bene merendi in Patria propoſuit. Plurimos in ſago referunt monumenta, & memoriæ in Iablonowo veros Patriæ amatores & Reipublicæ propugnatores, ex his Iablonouijs Paulus magnus bellator & hoſtium ſtrages Rothmagiſter ad vitæ tempora, reliquit contracto matrimonio Valentinum ciuem Patriæ conſilio & grauitate morum celeberrimum, qui poſt iuuentam in Caſtris & Aula Principis exercitatam & ſpecioſitate factorum illuſtratam conſortio electo, ſuſcepit filios tres, Gaſparum militarium trophæorum ſemper cupidum, qui in multis expeditionibus probatus miles, Sacræ Regiæ Maieſtatis Rothmagiſter ad Gedanum, prouectus ætate obijt. Matthiam qui ſua in Pocutia domicilia conſtituit firmauitq; hic totus rei bellicæ & Marti deditus, in magnis expeditionibus nomen clarum Familiæ, & poſteritati reliquit. Obijt eximius Rothmagiſter, Sacræ Regiæ Maieſtatis, quem ita Epithaphium in Eccleſia Ordinis Prædicatorum veteris Coloniæ memoriæ æternæ celebrandum offert.*

Generoſo D. Matthiæ Iablonowski è domo Pruſſorum,
Qui cum per omnes officij humani partes præclarè ſeſe geſsiſſet Patriæ, in bellis Gedaneń. Moſchouitico, Liuonicoque & propugnandis Tartaris, Amici in humanitate, Deo in religione quoad debebat reddidiſſet, Annum vitæ agens quinquageſimum
obijt, & immortalibus meritis ſecum aſportatis,
hìc quidquid habuit mortale collocauit 1619.

 Reliquit

Reliquit ex Catharina Klomnicka de magna Klomnice (quæ poſtmodum Iacobi Potocki Pocillatoris Podoliæ conſors fuerat) filium Ioannem Stanislaum Enſiferum Regni, virum in exteris nationibus diuerſitate linguarum, & iudicij dexteritate cum literis atq; facultate oratoria eximiè ornatum, qui & rectè Patriæ conſulere, & amicis ſtudioſè proficere non neglexit nec grauatur, cum Duciſſa in Zaſław tenet vinculum matrimonij, & ſuſcepit optimè ſpei filium, cui Maieſtas diuina benedicere dignetur. Paulus Iabłonowſki tertius frater Gaſpari & Matthiæ, hæres in Iabłonowo poſt declarata Patriæ deſideria ex nobili viro, contracto matrimonio reliquit ſeptem filios glorioſæ famæ, & prædeceſſorum meritorum vigilantes ſolerteſque cuſtodes.

Zukowſcij, *de magna Zukow in Palatinatu Płocenſi, in diſtrictu Raciaznenſi, antiqua & præclara in Regnum meritis familia, deſcendunt à ſupradicto Soborio, ſed appellati Zukowſcij à villa Zukow, pronepoti eius Stiborio cum alijs villis dictis Milewo & Goździko in eodem Palatinatu, à Conrado Duce Maſouiæ, pro eius in ſe præclaris meritis perpetuo donata, hucvſq; illud cognomen retinent, qui Stiborius, duos filios ornamenta ſuæ familiæ habuit. Pelkam poſtea Subiudicem Płocenſem & Włodkonem, Pelcæ pronepos Czyborius, Succamerarius Płocenſis, filios quatuor progenuit, Paulum, Stanislaum, Prabutium & Czyborium, qui ſplendorem Auitum ſuorum maiorum proprijs meritis colluſtrarunt, namq; omnes in Aula Zemouiti Ducis Maſouiæ, ipſi obſequia reddendo, multos annos conſumpſerunt, & eidem in bellis indiuidui Comites extiterunt, quorum ideò bona prædicta Zukowo per ſpeciale priuilegium datum in Płocko in die S. Georgij, Anno 1377. ex Iure Polonico, in Ius Teutonicum Culmenſe tranſtulit, & multis libertatibus donauit, excipiendo illos ab omni iure & quauis iuriſdictione, vt coram Dominis ſuis ſeu eorum ſcultetis ſubditi & incolæ eiuſdem villæ cauſam dicere valeant.* Cuius Priuilegij tenor talis eſt:

In Nomine Domini Amen.

Nos Zemouitus Dux Maſouiæ, Dominus & Hæres Plocenſis. Notum facimus vniuerſis tam præſentibus quàm futuris præſentiam literarum habituris: quia conſideratis & inſpectis fidelibus ſeruitijs Nobilium Virorum, Pauli & Staniſlai, Prabutij, & Czyborij fratrum germanorum, quæ nobis impenderunt, & in poſterum Domino fauente impendent

pendent, villam ipſorum Zukow vulgariter nuncupatam de Iure Polonico in Ius Teutonicum Culmenſe transferimus, tranſmutamus, cum diſpoſitionibus, punctis, conditionibus, & clauſulis vniuerſis. Datum in Plocko in die S. Georgij, ſub Anno 1377. Præſentibus, &c.

Hi poſtea bona paterna inter ſe diuiſerunt, & Czyborio ceſſit Zukowo, qui in fundo & hereditate dictæ villæ alteram villam locauit, cui etiam indidit cognomen Zukowo, eamq; appellari fecit Zukowo minor, ad differentiam illius villæ Zukowo antecceſſoribus ſuis donata à Conrado Duce quam appellauit Zukowo maior, quæ hucuſq; eandem appellationem retinent. Ex his Succamerarij Plocenſis quatuor filiis, tres in bello contra Crucigeros, pro incolumitate Patriæ pugnando, nulla relicta prole deceſſerunt, ſolus Czyborius in bonis paternis remanſit, qui duos filios Prabutium & Wlodkonem reliquit, & ex diuiſione bonorum paternorum Wlodkoni Zukowo maior, Prabutio verò minor ceſſit, Prabutius reliquit vnicum filium Helium. Wlodko verò duos, Stiborium & Tomkonem, & hic tres filios reliquit, qui à nomine Parentis ſui cognomen receperunt, & ad ſucceſſores tranſmiſerunt: cuius pronepos Matthias ex Begowſka ſuſcepit filios, Valentinum, Thomam, & Ioannem. Valentinus in expeditione bellica, contra Skinderpaſam occubuit. Thomas in multis expeditionibus bellicis multos annos conſumpſit, & cum illo magno bellatore Struſio Capit: Chmielnicenſi, in captiuitate Moſchouitica per ſeptem annos detentus fuerat. Ioannes tres filios reliquit, Stiborius verò reliquit filium Ioannem, qui ex Feliciana Ciećierſka ſuſcepit Petrum Stiborium, is verò ex Sophia Dabrowſka armorum Iaſtrzębiec reliquit tres filios, qui omnes nomen auitum antecceſſorum ſuorum Stiborij & Czyborij retinuerunt, & ad poſteros ſuos tranſmiſerunt, vt patet in Actis Caſtrenſibus Plocenſibus, & Terreſtribus Raćiaznenſibus, & totidem filias. Iacobus eius filius poſtquam per aliquot annos rei militari operam dederat, inde domum reuerſus cum Heliſabetha Lutoczka, reliquit vnicum filium Albertum, qui in exercitu Regni pro incolumitate Patriæ pugnans, in clade Czeczoriana occubuit. Alter filius Petri Gaſpar, ab anno ætatis ſuæ decimo octauo vſque ad ſenium ſine vlla intermiſſione caſtra bellica obſeruauit, coluit & pugnauit, & in ſenectute à Tartaris trucidatus eſt. In Ruſſia domicilia ſua conſtituerat, & celebrato matrimonio cum Naraiewſka ex ea ſuſcepit duos filios, Martinum & Nicolaum, & tres filias. Martinus vix annum vigeſimum agens, in expeditione contra rebelles Coſacos miles occubuit. Alter Gaſpari filius Nicolaus poſt Martis trophæa quæ in diuerſis expeditionibus belli-

cis in iuuenili ſua ætate, per aliquot annos militans tractárat, caſtris relictis inito fœdere matrimonij cum Skarbkowna, rem familiarem in ſolo paterno, in Ruſſia tractat. Tertius Petri filius natu maior Bartholom. Stiborius, cum Anna Kruſzynſka armorum Pobog celebrato matrimonio, ex ea ſuſcepit tres filios, Stanisl. Petrum & Albertum Maximil. itemq; vnicam filiam Sophiam Ioanni Stáwiſki de armis Gozdawa, in Palat. Płoceń. nuptam, cuius filius Samuel Mattheus in Palat. Sendomir. inito Sacramento matrimonij cum Catharina de Kochow domicilia elegit. Stanislaus primus filius Bartholomæi, vt Patriæ & Eccleſiæ commodius poſſet inſeruire, in partibus Exoticis, in Germania, Italia, Hiſpania, Gallia, Holandia, iuuentutem ſuam excoluit, & poſtquam in Patriam venerat, Spiritualem vitam elegerat, Canonicus & poſtea etiam Officialis Poſnanienſis factus, maioribus honoribus, qui ſibi offerebantur ſpretis vitam in Canonicatu Poſnanienſi finiuit, & in Eccleſia Cathedrali ſepultus requieſcit, ad cuius ſepulchrum Epitaphium ex marmore eſt appoſitum. Capitulum huius almæ Eccleſiæ, ſingulis annis die anniuerſario eius obitus, pro æterna eius requie Officium pro Defunctis cum Miſſa anniuerſaria abſoluit, ipſo ſic ordinante fundatione pingui relicta. Alter filius Bartholomæi Petrus, poſt literarum ſtudiis eximiè ornatam adoleſcentiam Martis ſtudiis ſe addixerat, & per totam expeditionem Moſchouiticam, tempore Sereniſſimi Regis Sigiſmundi III. & in expugnatione arcis Smolenſcianæ ſtrenui militis officium pro incolumitate Patriæ geſſit, poſtea à prædonibus noctu inopinatè crudeliter in Ruſſia trucidatus deceſſit. Tertius filius Bartholomæi Albertus Maximilianus, vir dexteritate animi, peritia Iuris patrij, prudentia rerum agendarum, ſinceritate iudicij præclarus, denique ſic ſe præbuit, vt eſſet decori familiæ ſuæ, amicis ſolatio, omnibus conſilio, Magnatibus amori & admirationi: quapropter cum poſt reddita per plures annos Illuſtriſſimis Ducibus de Zbaraz, Georgio & Chriſtophoro obſequia, patre adhuc viuente in Palatinatum Sendomirienſem ex Płocenſi commigrarat, ibidem ob eximias eius animi dotes & virtutes diuerſis honoribus coboneſtatus fuit, & diuerſa officia obtinuit, & primò Camerarius Campeſtris ad decidendas cauſas limitum in diſtrictu Viſlicienſi, & Vicecapitaneus ac Iudex Caſtrenſis Checinenſis, ac poſtea item Vicecapitaneus & Iudex Caſtrenſis Corcynenſis factus fuit, & Exactor binarum Contributionum Palatinatus Sendomirienſis, in Anno 1624. omnium Procerum vnanimi voto electus, deinde à Sereniſſimo Rege Sigiſmundo III. Pincernatus Płocenſis officio condecoratus fuit, ad Comitia Regni ex Palatinatu Sendomirienſi multoties Nuntius, Iudex ad Iudicia Generalia Tribunalia Regni bina vice electus, ſemel ad Tribunal Radomienſe cauſarum Fiſci ex Comitiis Regni Anno 1628. deputatus,

tatus,

tatus, bina vice ex eodem Palatinatu Sendomirienſi, ad correctionem Iurium, primò ad Conuentum electionis Sereniſſimi Regis Vladislai IV. vno omnium ore deſignatus, & ibidem ad negotia Reipublicæ, nomine Secretarij Sacræ Regiæ Maieſtatis admotus, cuncta eius negotia ſingulari quadam prudentia tractauit, ac ſecundo in Anno 1642. in Comitiis particularibus Opatouienſibus, abſens pro tunc valetudinarius, & domi lecto aſſixus, à Proceribus illius Palatinatus ſine aliqua eius ambitione deputatus, & Varſauiam miſſus, ad extremum in Subiudicem Terreſtrem Sendomirienſem inter cæteros Candidatos electus, & à Sereniſſimo Rege Vladislao IV. priuilegio approbatus, quæ omnia officia cum ſumma dexteritate, iudicij integritate, ſinceritate animi & laude bonorum expediuit. Et cum ob ſuas dotes & virtutes omnibus eſſet charus, Deo etiam vt placeret, in propagatione legum patriarum, Diuini cultus auctione prouentuum pro Sacrificiis Sacerdotum, in aras, templa, effuſa liberalitate, munificentia in pauperum ſubleuatione ſtuduit. In Eccleſia Parochiali Nouæ Ciuitatis Korcinenſis Capellam ex muro lateritio, ſuis propriis expenſis conſtrui fecit, & ſufficienter dotauit, ad Manſionarios pro Officio Beatæ Virginis decantando antiquæ fundationis duos addidit, aſſignato pro illis cenſu annuo florenorum 371. à ſumma Capitali in hanc rem ab ipſo inſcripta florenos 5300. Xenodochio quoq; pauperum in eadem Ciuitate vltra antiquam fundationem nouam addidit, pro illorum veſtitu a ſumma 3000. cenſum annuum 220. aſſignato. In Eccleſia quoq; Ráciaznenſi Parochiali, in qua ſacro baptiſmate ablutus eſt, aſſignato item cenſu perpetuo duas Miſſas ordinauit celebrari, vnam pro animabus parentum ſuorum ibidem ſepultorum ſingulis ſeptimanis, alteram quolibet die Dominico & Feſto poſt Concionem celebrandam propter eos qui tardè ad Eccleſiam conueniunt. Cum Anna de Goluchow Petri Goluchowſki Secretarij Sacræ Regiæ Maieſtatis filia, Andreæ Succamerarij Sendomirienſis nepte, & Illuſtris ac Magnifici Valentini Dembinſki Caſtellani Cracouienſis pronepte de armis Leliwá tenet vinculum Matrimonij, & ex ea filium Samuelem qui caſu fatali & penè mirabili cum dolore Parentum è viuis ſublatus eſt, & vnicam filiam Mariannam, cui Maieſtas Diuina benedicere dignetur, ſuſcepit.

Opaccij, *in & de maiori ac minore Opacz, in Palatinatu Maſouiæ diſtri-ſtrictu Cerſcenſi & Varſauienſi, quorum Familia magno ſemper in honore habita eſt, quæ non tantum vetuſtate generis, ſed etiam maiorum trophæis rerumq; fortiter geſtarum decorata alto vertice conſpicitur, Regum obſeruantiſſimi, ab ipſis apprimè dilecti, & Reipublicæ proficui. Nicolaus Opacki, hic quantus qualiſuè fuerit in Patria, ipſi tituli & honores demonſtrant virtutes & merita ipſius in Rempubli-*

 cam,

cam, Succamerarius enim erat Varſauienſis, Capitaneus Piaſecenſis, & magnus Procurator Arcis Cracouienſis. Eius filius Sigiſmundus Opacki, auidè ſequutus maiorum gloriam, atq́ parentis optimi veſtigia in toga & ſago, iuuentutem in literis & moribus primùm in Regno, poſtmodum in exteris nationibus inſtructam, in obſequia Sereniſſimis Regibus reddidit, à quibus ob ſingularem in ſe fidem, & in rebus inſignium functionum peragendis induſtriam & dexteritatem, intime beneficeque habitus, Succamerarium Varſauienſem agens, Capitaneatu Liatouicenſi, Ryciuolienſi, Mlauenſi, Paſecenſi, & Magni Procuratoris Arcis Cracouienſis officio dotatus & decoratus, nunc adhuc ſedulam Sacræ Regiæ Maieſtatis, & Reipublicæ nauat operam. Hi ſubſcripſerunt ſe in Electione Vladislai IV. Regis. Chriſtophorus Opacki Pocillator diſtrictus Cerſcenſis. Albertus Opacki, ex Terra Cerſcenſi. Sigiſmundus Opacki Succamerarius Varſauienſis, filius eius Albertus Ignatius Opacki, qui nunc in exteris degit. Albertus Opacki Vexillifer Varſauienſis, & Capitaneus Nowomieſcenſis. Nicolaus Opacki, Paulus Opacki Pocillator Varſauienſis. Hieronymus Opacki, hi omnes ex Terra Varſauienſi.

Rudzienſcij, *Floribus odoriferis virtutum ornati, nam ſicut Deus vnum ſpectabile animal hominem in quo omnia animalia contineret effecit, ita nobilem virum omnes præcedere virtute, & in exemplũ plebeijs poſuit.*

Iaruntowſcij, *in Lomzenſi Terra, bono honeſtoq́ incumbunt. Aliqui illorum in Ruſſiam deuenerant, & Iudicis cauſarum officij Caſtrenſis Zydacouienſis peragebant.*

Korewiccij *in Podlachia, eximij & ſtrenui milites. Ioannes Andreæ filius, cum Illuſtriſſ. Duce Slucen. Georgio 1577. militaria trophæa deducebat.*

Mlęccij *in Cerſcenſi Terra, Valerianus Ducibus Radziuiliis in M. D. Lithuaniæ officioſus & miles.*

Roſochaccij, *in Wyſcenſi Terra, ex quibus alij in Podolia Ducibus in Wiſniowiec obſequiis dediti, quorum vnus filiam Wierzekowſcij Vicecapit. Iudicis cauſarum officij Laticouien. in conſortem habuit.*

Oſowinſcij *in Liuenſi Terra, exercent vires in Caſtris, ingenium in Reipublicæ negotiis,*

Beldiccij *in Podlachia. Honeſto & decori dant operam, nam non eſt reprehendum otium honeſtis rebus partum.*

Pruskowſcij, *à Rozanenſi Terra. Reddunt hi obſequia Primatibus, ſed liberi tamen ſunt, qui turpitudini non ſeruiunt.*

Mrockowſcij. *Fortunam reuerenter habent, nam ferenda eſt fortuna, quæ abeſt à culpa.*

Dobrzynieccij. *Quia mors ſeruituti & turpitudini anteponenda eſt, malunt mori quàm fœdari.*

Napior-


Napiorkowſcij, *Seruiunt Patriæ & Reipub. nam non omnis ſeruitus eſt miſera, tùm verò intollerabile eſt ſeruire impuro, impudico, effeminato. Petrus ex Belzenſi Palat. Sereniſſ. Vladiſl. electionem ſubſcripſit.*

Kowalewſcij. *in Syradienſi Palat. Quia ad decus & libertatem nati ſunt nobiles, ideo bono honeſto & protectioni Regni intendunt.*

Dawidowſcij *in Ruſſia, Stanislaus obijt in pugna cum Bogdano, dum conſenſu Regio pro Alexandro pugnabant Anno* 1450. Bielſcius. *Stanislaus Iudex Terræ Leopolienſis,* 1455. *eximia erat familia, ſed maſcula proles periodum tenet.*

Karniſcij *in Plocenſi, Seruant in omnibus medium & modum.*

PSKOWCZYK.



DELINEATIO.

EST clypeus triangularis in duas æquales partes tranſuerſim diuiſus, cuius dextra pars cõtinet aquilam albam coronatam mediam, ore hiantem, & linguã exertam habens in rubeo campo, ſiniſtra verò, tres haſtas aurei coloris duabus ſurſum in crucẽ vergentibus, & tertia tranſuerſim per medium duarum migrante mucrone. In ſummitate clypei galea militaris elatrata cum latricinijs ſeu velaminibus à dextra parte candidi & rubri, à ſiniſtra verò rubei & flaui coloris ſparſim dependentibus extet, in ſuperficie coronam auream regiam, gemmis pretioſis adornatam geſtans, ex qua corona cauda pauonis ſparſi coloris naturalis emanat, in qua inſigne illius vetuſtum Rownia hanc galeam ita adornatam, duæ turres rotundæ muratæ cum ſimilibus galeis, ex turri dextra vexillum peditum rubei coloris, cum lupinis tribus albis dentibus, ex ſiniſtra verò vexillum, ſimile vexillum cum tribus lanceis, & quia vexillum hoc ex alternis plagis rubeis & albis, ſunt haſtæ albæ in rubeo, in albo rubeæ.

ORIGO

ORIGO.

SEreniſsimus Rex Stephanus ad Pleſcouiam recipiente ad arma Ioanne Zamoiſcio nobilem de armis Rownia ad proprium inſigne Pacholowieccium Notarium, qui triginta characteribus efformabat dextrè literas eximium militem, audacis & fortis animi & pectoris iſta contulit arma. Vnde dicitur in Priuilegio Regio: *Aquilam habet munus munificentiæ noſtræ pro præclaris virtutibus ſuis. Sariorum verò habebit inſigne, quia pro ſuo in adoleſcentem fauore & gratia, eius familiæ Primarius ſucceſſor, & Regni noſtri ſapientiſſimus Senator, prædictus Illuſtris & Magnificus Ioannes de Zamoſcie, Supremus Cancellarius, & Exercituum Regni, & Capitanei Cracouienſis Generalis, in familiam gentis ſuæ adnumerauit. In vexillo habebit dentes lupinos, vt denotet nos ex familia Batoriorum in hac inclyta Republica regnaſſe hoc tempore, haſtæ verò in alio vexillo vt denotet virum Ioannem Zamoiſcium hoc tempore Supremum Exercituum Regni Capitaneum extitiſſe. Et hoc ideo, quia ſtrenuitas, & virtus in eo ſatis præclarè eluxit, in omnibus contra hoſtem noſtrum Moſchum proximè præterito biennio, atque alijs bellis contra Chriſtiani nominis hoſtes, Turcas ſcilicet & Tartaros in Valachia & Ruſſia, geſtis ſub imperio Nicolai à Mielec Exercituum Campiductoris, minimè tamen enituit in hac præſenti expeditione contra hoſtem noſtrum & R. P. ad Pleſcouiam, vbi tot virtutis, tot fortitudinis, & in Rempub. amoris Stanislaus Pacholowiecki ex tractu Lublinenſi, Cancellariæ noſtræ Notarius edidit, vt in primo aſſaltu inter præcipuos centuriones duos Terny & Wybranowſki tertius ille, primus tamen omnium ruinam, ſiue murum tormentis maioribus proſtratum, non ſine præſentiſſimo vitæ diſcrimine audacter aſpicientibus nobis ipſis aſcendit, et cum hoſte ad turres fortiter dimicauit, eumq́ per portam quandam anguſtam fugere, ac in ciuitatem ſe referre coegit, & omnibus prorſus locis pro dignitate noſtra & laude ſua vt bonum virum, fortiſſimum militem, ac omni laude digniſſimum adoleſcentē decuit, vitæ diſcrimina detrectando ſtrenuè periculis obuiam iuit. Arma eius Pſkowczyk appellamus illumq́ vt ante Pacholowieccium cognominari ne diſcerperet à primæua appellatione vocari volumus. Datum in Caſtris ad Pleſcouiam* 1581. *die decima Septembris.*

VERI TRIVMPHATORIS EXEMPLAR.

EX omni cauſa quærere triumphum, perpulchrum ſanè eſt & maximi militis proba, vnde Iuuenalis Satyr. 1.


Bellorum exuuiæ, truncis affixa trophæis
Lorica, & fracta de caſſide buccula pendens,
Humanis maiora bonis creduntur.

Quod

Quod vt commendarent aliqui ſtrenuis bellatoribus efformabant *(inquit lib. 2. Impreſſarum Iul. Caſ. Capaccio)* leonem erectum fatigatum exerentem linguam prementem poſterioribus pedibus cornucopia plena floribus & fructibus, qui dextrum pedem anteriorem tenet eleuatum, ſiniſtro verò tenet pacis inſignia, additum lemma: *Requies hæc certa laborum.* Et profectò hic eſt veri triumphatoris finis, verumque exemplar. Nulla enim ſalus bello, pacem te poſcimus omnes. Dum tamen mente ſpeculor præſentia arma, non ſine graui animaduerſione eſſe illa, veri triumphatoris exemplar & ſymbolum affirmabo. Nam licet omnes ſtrenui eximijque bellatores, habeant arma in omnes Patriæ hoſtes, acerrima tamen in eos ſeruant quibus victis ſpolia maxima habent. Etſi in conſpectu Regum & Principum ſumma pericula vitæ hilariter & promptè ſubeant, illi in veros triumphatores conſurgunt, & viua exempla ex ſe militibus deducunt. Et tàm ſingulare Pacholowiecki præſtitit, vt præſentibus armis liquidò edocuit. Nec velim obijcias non ſeruata eſſe iura belli, ſcilicet, non temerè in acie verſari & manu cum hoſte confligere, immane enim hoc quoddam & belluarum ſimile eſt, & barbaro ritu cædem cæde, & ſanguinem ſanguine tollere. Verum etenim hoc eſt, vbi quæritur belli exitus & non cauſa, cauſa enim iubet ſuperos melior ſperare ſecundos, quæ frangit & attollit in milite vires. Iniquè namque bellans bella ſaluus haud reddit, bona autem cauſa tandem triumphat. Inſpexit Pacholowiecki animum pij Regis Stephani, vnâ cum aliis commilitonibus, & cauſam bellandi, quod non cupidine Imperij & diuitiarum, non nocendi vel vlciſcendi crudelitate, ſed recuperandi & inſtaurandi ſui Regni amore ſuſceperit promoueritque bellum, idcircò indubitanter medios inter hoſtes, ipſaque agmina lancearum, globorum, gladiorum, aſcendit & victor redijt. Quo nedum triumphator dè hoſte ſed exemplar boni bellatoris extitit, & imago meritorum & præmiorum, quod aquila, dentes, lanceæ, vexilla, turres, coronæ, arma nobilia demonſtrant ipſumq; extollunt. Annotarunt quidam ceruum verſus ſolem cubantem erectis cornibus, cum inſcriptione: *Tu perficis*, quaſi dicat perfectio mea à ſole. Ita Sereniſſ. Rex Stephanus, cum omnia non ſibi in bellis ſed Deo adſcriberet, ſicut poſt Gedanenſe bellum in cruce aureis literis ſcripſerat: *Non nobis Domine non nobis, ſed nomini tuo ſit gloria.* Ita & hanc belli rationem cum Moſcho ad Pleſcouiam non ſibi pius Rex licet præſens fuerat, ſed Deo & militibus ſuis adſcribebat dicens: *Tu Deus meus primariò, & miles ſecundariò perficis, donasq; mihi gloriam.*

RADWAN

RADWAN aliàs WIRBOW.



DELINEATIO.

EST vexillum Eccleſiaſticum tribus ſtriphis diſtinctum coloris flaui, habens ad extremitates fimbrias, & crucem ad medium ſuperficiei in campo ſanguineo. Super galeam & coronam ſunt pennæ Strutij.

ORIGO.

VExillum eſt antiquiſsimum ſignum bellicum tàm Perſis, quàm Romanis, & Græcis, ſed eiuſmodi formæ vexillum vt Raduani eſt nulli erat commune, ſed ipſis antiquis in Regno Poloniæ Sarmatis proprium. Nam cum Boleslaus Audax cum Roxolanis bellum proſequeretur, Præfectus militiæ vt vigilanti cura ſecuritati exercitus obueniret, indagatores hoſtium præmiſit, quibus in Præfectum legionis militem Radwan nominatum aſsignauit. Qui vt commiſſa peragunt in Caſtra hoſtium Ruſſorum inciderunt, quæ cum iam euitare impoſſibile foret, vno animo & corde mori cogitarunt. Inuocato igitur nomine Dei, fortiter primi in hoſtem ruunt, fauit fortuna, hoſtis inſperatum militem conijciens habere ſubſidia, commouetur, turbatur, multitudo confunditur, riſit poſt Mars in alteram partem, reducunt vires, victores proſternunt, vexillum belli eripiunt, hinc amiſſo ſigno bellico conſternati pereunt. Excurrit, fortuna volente, Radwanus in villam proximam, arripuit vexillum ex Eccleſia, aduolat in hoſtes, cognoſcunt milites ſuum ductorem, reſumunt animum, & cogitanti hoſti quod nouus exercitus cum nouo ſigno belli adfuiſſet, fugam diſperſionemque ingeminarunt, atque victoriam eripuerunt. Redux in caſtra Raduanus multis ſtipatus captiuis, vexillis, ſpolijs, trophæis, in æuiternæ gloriæ teſtimonium vexillum Eccleſiaſticum cum cruce & media haſta, à Boleslao Rege in nobilitatis inſigne ſibi, atque poſteris ſuis recepit & detulit.

VEXILLVM SVPREMI HERCVLIS.

MIlitaris ordo, cùm origo prima & fons ſit totius nobilitatis & equitum, nil in ipſo repreſſari poteſt, quod non magnæ fuerit animaduerſionis. At inter ea vexilla militum generalia præcipuam habent obſeruationem, color, notæ, latitudo, varietas, nec obiter nec leuiter fiunt, ſed cum iudicio & ratione. Quatuor hæc, vt ex authoribus de re & diſcipli-

na mi-

na militari colligitur, propter quatuor fiunt. Primò, vt legio ipſius Ducis & Præfecti militum, ab alijs legionibus diſcerneretur. Nam vt in corpore humano principatum tenet caput & ratio, ita capitale ſignum Ducis & vexillum, omnium legionum eſt primum, nedum numero ſed pugna & victoria. Vnde Darius Perſarum ſingulare retinebat vexillum colore & notis, quod alteri non licuit ob crimen leſæ maieſtatis futuræ. Deferebat autem vel ſolem, vel aquillam cum flagello, ante illum verò Abraham apud Hæbreos deferebat Agnum, Amazones Scorpionem, poſt illum Imperatores deferebant Aquillam cum ſubductis literis A. D. S. I. T. vel alijs diuerſis, vt in Numiſmatibus Romanorum habemus. Secundò, vt regiones & Prouinciæ per talia ſigna bellica & notas diſtinguerentur. Quapropter Lacedæmonij capitalem literam Lambda deferebant in vexillis, Miſſenij literam M. Romani quoque Senatores primum ſui cognominis elementum. Tertiò, deferebant cohortes vexilla in bello ob numerum computandum exercitus, vnumquodque enim vexillum centum viginti ſex homines continebat, & quia apud Romanos differentes erant milites tàm pedites, quàm equites, nempè Antepilani, Triarij, Rorarij, Accenſi, diuerſa quoque ſigna deferebant, ex quibus & miles cognoſcebatur & facilè computabatur. Quartò, deferebant vexilla & talia ſigna in eis, ad conſeruandum ordinem. Nam quia apud Romanos vexilla omnia peditum erant roſea, & equitum ceruleа, vt Roſinus dicit, non facilè in belli feruore confuſus parumper miles quod fuerit illius vexillum cognoſceret, niſi aliquas notas diuerſas ab alijs in vmbilico ſuo vel latere haberet, vnde *Vegetius*. Antiqui quia ſciebant in acie commiſſo bello celeriter ordines acieſque turbari atq; confundi, ne hoc poſſet accidere, cohortes in centurias diuiſerunt, & ſingulis centurijs ſingula vexilla conſtituerunt, ita vt ex qua cohorte, vel quota eſſet centuria, in illo vexillo literis eſſet adſcriptum; quod intuentes vel legentes milites, in quouis tumultu à contubernalibus ſuis aberrare non poſſent, centuriones quoque loricatos tranſuerſis caſsidum criſtis habebant, vt facilius noſcerentur. De hoc multis quoque in locis *Roſinus & Dempſterus* de antiq. Rom: ſcripſerunt. Enimuerò quicunque caſtrorum Martis vel leuem noticiam poſsident, talia vexilla meritò ſupremi Herculis nominabunt. Sed alio de capite præſentia arma ego vexillum Supremi Herculis nominaui, nam ſi Chriſtiana in bellis vexilla ſunt differentia plurimum in ſignis & notis à Paganorum vexillis, alium quoque Herculem Supremum repræſentabunt. Illorum vexilla referunt & continent capita, gladios, fulmina & id ſimilia, Chriſtianorum verò vexilla continent cruces, imagines B. Virginis & Sanctorum, quocirca illi Herculem Supremum vocant hominem bellicoſum, Chriſtiani verò Herculem exprimunt cæleſtem & diuinum; illorum Hercules mutatur in fauillam, noſter verò Hercules æternitatis immenſa ſpatia & ſine numero, conſeruat & obtinet. Etſi aliquando

Herculem Supremum hominem nominamus, propter ſigna tamen tam ſancta & pia, virtute, pietate, ſanctitate præcelſum ſine iniuria dicemus. Pietatem enim ille ſpirat qui ſigna pia colit, obſeruat, honorat. Nam ſi antiquis ſigna in vexillis erant expreſsiua quoque virtutis & non ſolùm conuocatiua militum, multò perfectius ſigna in vexillis Chriſtianorum habebunt ſuam expreſsionem ſingularem. Minotauri ſignum deferebant, vt quemadmodum ille in intimo & ſecretiſsimo labyrintho abditus perhibetur, ita ducis conſilium ſemper debet eſſe occultum. *Veget. lib.* 3. Effigiem quoque porci deferebant, quia confecto bello inter quos pax fiebat cæsâ porca fœdus firmabant. ait *Feſtus.* Romani verò aquillam in acie portabant alijs ſignis in Caſtris relinquendo, vt docerent pro Repub. Romana & libertate omnes debere potiſsimum pugnare. Eo quoque medio proceſsit & eximius noſter Hercules Raduanius, qui vexillum detulit Eccleſiaſticum magnus victor & triumphator, quia cum Deo, pro Deo, ex Deo, & ad Deum per nomen ipſius ſublimandum inter hoſtes & ſchyſmata, Chriſtianum quemque pugnare debere inſinuabat. Quapropter non ſine guſtu & veritate, in arma Radwan quidam hoc Xenium reliquit:

Inſignis inſigniter in ſigno dotatus ſigno,
Viue, vale Patriæ incolumis auxiliator.

REIPVBLICÆ SALVS.

INgenti ſecreto banda bellica ſeu ſigna quod vexilla dicimus, antiqui ſalutem Reipub. nominarunt. De hoc Sidonius Appollin. Carm. 2.

Vt primum veſtras aquilas Prouincia vidit,
Deſijt hoſtiles confeſtim horrere dracones.

Quocirca Theodoſius magnus in ſuis vexillis claris literis ſcribebat SALVS. Et Aſſamonæi illarumque Marſchalci nomen Regis æterni & Dei exercituum habebant in vexillis, ſicut *Petraſanta in Teſſeris Gentilicijs* refert. Salutem igitur Reipub. in vexillis, banderis, ſigniſque bellicis antiqui conſtituebant. Hinc Alexander Magnus, ſummus triumphator de regnis diuerſis, dum tertiò pugnare debuit cum Dario Perſarum Rege, efformauit in ſuo vexillo bandum quod vndequaque ſpicula & haſtæ circumſæpiũt, & cui cuſpidinibus minantur, & ſubſcripſit: *Manebit victoria. Sal. Neugebauerius in Symb.* Quo non eſt aliud ſignificare, niſi manebit Reipublicæ ſalus, victoria enim de hoſte, ſalus eſt Reipublicæ. Dum ego ad arma præſentia oculos flecto, multò potiorem ſalutem in vexillo hoc quàm in alio pono. Nam ſi vexillum belli antiquum ſalutem Reipublicæ quando tulerat aut ferebat, hoc pro loco, tempore, occaſione, rectore & vno verbo dicendo, erat ſalus occaſionaliter non ſimpliciter ab eis. Hinc *Liuius lib.* 26. Martem dixit communem, quia victum ſæpè erigit & affligit victorem. *Publius,* vitream belli fortunam vocauit, tunc cum ſplendet frangitur. *Plinius,*

vius, in bellis poſuit viciſsitudinem, Habet has vices (*inquit*) viciſsitudo mortalium, vt aduerſa ex ſecundis, ſecunda ex aduerſis naſcantur. Vexillum verò hoc gentilicium quia ab Eccleſia deductum, iam erit ſolida Reipublicæ ſalus. Eſt namque vniuerſalis Saluatoris triumphale ſignum, quod qui ſimplici mente & eleuata aſpexerit, vt ſerpens erectus poſt rubrum mare ſanitatem Hæbreis, ita populo bellanti Chriſtiano ſalutem adferet. Det D. Ambroſius teſtimonium loquendo de Conſtantino Magno, Serm. 43. *Nonne cum adhuc gentilis eſſes ſolebas ſigna perquirere? Quæ ſigna quibus rebus eſſent proſpera magna inquiſitione colligere? iam nunc nolo erres numero: ſcito, quia in vno ſigno Chriſti, omnium rerum eſt tuta proſperitas.* Etſi aliquando atra minauerit fortuna, ſi accidit in pio & iuſto bello aduerſum quid, hoc ſibi ſalutis & Reipub. adferet, quod in eo prælio forti viro licebit iam pro Patria ſua honeſtè mori. Comprobarunt hoc plurimi Raduanij, Rybinſcij, Zebrzydowſcij, Vchanſcij, Brandiſij alijque innumeri, vt quærendo originem ac vim, vnde tanta ſalus ex familia & gente Raduana profluat in Rempublicam quidam ita ſcripſerit.

Raduanidum vexilla ſacræ crucis inclyta ſigno,
Palladæ fortuna religione nitent.
Id graue conſilium virtus pietasque loquuntur
Hæc adito, iſta domi militiæque patent.

NON ERVBESCO.

VNI quidem eſt proprium hoc dictum, ſed multis quoque meritò accommodari poteſt. Prouerbium eſt ſoli Chriſto, dicit enim: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Quaſi dicat: *Non erubeſco.* Sum ipſa ſanctitas, ipſa veritas, ipſa iuſtitia. Accommodari tamen dictum poteſt viro fideli fide politica & Eccleſiaſtica. Qui enim fidelis non verecundatur fidem, illi ſubſcribendum: *Non erubeſco.* Dicit enim Scriptura: *Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo qui eſt in cælis.* Accommodari quoque poteſt & optimo Patriæ ciui, nam qui in vita prima media & vltima non poteſt argui, qui in Caſtris, Senatu, Republica, iudicio non poteſt aſpernari illi ſubſcribendum illicò venit: *Non erubeſco.* Ita enim iam vixit vt non pudeat eum viuere. Quocirca R. Treterus in Symbolica Chriſti meditatione, formauit manum virilem comprimentem palmam & gladium, inter quæ appoſuit candidam crucem, addidit ſingraphe: *Non erubeſco.* Profectò ſi Radwanorum merita conſiderauerimus, quam ſcilicet reddiderunt fidem Principibus Poloniæ, Ducibus Maſouiæ & Regibus noſtris Sereniſsimis, domi, in Senatu, in Caſtris, quam... quantam pietatem, promptitudinem declararunt in Patriam, & con... arunt amorem, ſtylo aureo in adamantino lapide exaratis literis. *Non erubeſco,* ad arma nobilitatis eorum appendendum eſſet. Etenim

Nobile ſtemma viris meruit probata voluntas,
Regibus & Patriæ non ſimulata fides.

Illi enim literis & inſtitutioni optimè animum tribuunt, nam licet literæ virtutem dare non poſſunt, animum tamen ad accipiendam præparant. Illi cum nomine magnifico ſegne otium non ferunt, ſed magis Patriæ & Reipublicæ pectus animumque offerunt. Et quia nec domus vlla, nec ciuitas, nec gens, nec rerum natura omnis, nec ipſe mundus, ſine hoc ordine vt regatur & obtemperet, ſtare poteſt. Obedientiam Regibus ex intimis iuxta iura & decus præſtant. Nam

Maius inobedientia nullum eſt malum.
Hæc perdit vrbes, iſta perdit & domos
Vaſtasq; reddit; Martis in certamine
Hæc terga vertit rite ſed parentum
Res atq; vitam ſeruat obedientia.

Quocirca Dlugoſſus loquendo de Familia Radwanorum dicit illos fuiſſe Dominis ſuis fideles, ſinceros, animoſos.

LINEA FAMILIÆ RADWAN.

RAdwan, *cui primitus talia fuerunt collata inſignia, ſicut in Origine Stemmatis diximus. Erat digniſſimæ proſapiæ Raduanæ, ſeu vt* Cromerus *appellat Wirbouiæ, fæliciſſimus parens. Ab illo duntaxat in nomen & gloriam, plurimi proceſſerunt, cum ſingularem dignitatem titulorum & honorum à Ducibus Maſouiæ, & Regibus Poloniæ reportarunt. Creſcunt namq; præmia, dum merita florent. Raduanus Cancellarius Regni* 1021. *ſub Boleslao Chrobri Regum bellicoſiſſimo & religioſiſſimo. Qui ſub tanto Rege, nedum genio & ingenio, ſed Marte & gladio, reddidit propria decora Patriæ. Raduanus filius Cancellarij non diſſimilis virtute & fortitudine parentis, quem licet in titulis magnum opinandum fuiſſe, in hoc tamen retulit laudis nimium, quod Sereniſſ. Regis Boleslai Audacis comes indiuiduus ad bella adſcriptus fuerit. Incidit ſenium ipſius in Annum* 1100. *Raduanus quartus filius Raduani, ex Raduano Cancellarius Boleslai Criſpi & Miecislai ſenis circa Annum* 1153. *Erant ipſius hæreditaria bona vt ex priuilegiis apparet. Ruſiec ſeu Stárawieś, Nadarzyn, Strzeſieniowa, Brody, Zebrzydowice, Skowſe, Zabiniec, &c. A quibus bonis deſcendens poſteritas diuerſa poſtmodum cognomina ob diuiſionem bonorum inter ſe factam, ſortita fuerat. Gothardus Raduanus filius quarti Raduani, & hæres prænominatorum bonorum. Hic ob ſingularem iudicij præſtantiam atq; in fortitudine magnanimitatem, à Conrado Duce Maſouiæ Supremus Cancellarius effectus, non medicam adauxit domui gloriam, accepit ab Duce in meritorum præmia bona Peperzyn. Lucas Gothardi filius. verus ſucceſſor bonorum & honorum parentis, denunciatus Comes in Ruſiec & Nadarzyn. Marſchalci dignitatem à D.*

Maſouiæ

Maſoniæ obtinuit Conrado videtur floruiſſe circa Annum 1230. *Gothardus Lucæ filius Generalis exercituum Dux contra Iacuingos* 1260. *Habuit pro glorioſis meritis bona Sluzowa a Ducibus. Reliquit filios gloriæ & immortalitatis ſuæ eximiæ hæredes Alexium Marſchalcum Ducis Maſoniæ Boleslai & Succamerarium Varſauienſem. Vilhelmum, cui bona Zebrzydowice & Brody cum aliis diuiſione venerunt, à quo deſcendit Zebrzydowſciorum Illuſtriſſima Familia, Ziemak Succamerarium Zakroćimenſem, Paulum, Ioannem, Nicolaum, Michaelem, Franciſcum, in Sluzewo, Nadarzyn, Vrzad, Zaliniec &c. hæredes. De hoc vltimo Gothardo habet Bielſcius, quod ſeptem Duces captiuos deduxerit Iazingos Conrado Maſoniæ Duci, & quod de Armis Radwan fuerit*, Bielſcius *fol.* 112. *poſt Cromerum & Dlugoſſium aſſeruit.*

Zebrzydowſcij *in Palatinatu Cracouienſi, maximis meritis, titulis, honore, potentia clariſſima proſapia. Quæ ſicut diuiſione bonorum diuerſum cognomen à Raduaniis aſſumpſit, ita glorioſis factis Patriam, Senatum, & Rempublicam illuſtrauit. Cum namq; extremum ſenium Vilhelmi Comitis in Brody & Zebrzydowice in tempora Vladislai Iagellonis inciderat, vſq; in præſentem diem illuſtrium factorum indiuiſa progenies auget gloriam, & refloreſcere ſatagit in Comitiis Regni & Tribunalibus, digniſſima merita. Fabianus a Zebrzydowice Zebrzydowſki, religione, fide, conſtantia, tàm in ſago quàm in toga, egregiè Regibus & Patriæ probatus, illam de ſe progenuit exiſtimationem, quam optimi ciues Patriæ, & Reipub. eximij Senatores deſiderabant. Reliquit ex Piſarzowſka filios duos, primum Ioannem, qui altiora ingenio & fortia pectore dum meditatur & exequitur, in Caſtellanum Oſuiecimeń. aſſumptus fuit. Reliquit ex Przypkowſka tres filios, Florianum, Ioannem, & Sigiſmundum, & filias quinque. Secundum filium reliquit Nicolaum, qui contracto matrimonio cum Wieczborſka, bona Wiecborg ſeu Waiſsborg intulit in domum ſuam. Habuit filium Albertum, qui ex Kriczka armorum Kotſicz reliquit quatuor filios.* 1. *Nicolaus, vir boni animi & pacis tutor & cuſtos, cum Sempelborſka tenuit matrimonium. Secundus Andreas, vir in literis & Senatu digniſſimus, quem etiam diuina maieſtas plurimis Epiſcopalibus inſulis in gloriam ſuam diſpoſuit. Nam primò erat Epiſcopus Cameneccenſis, in qua dignitate legationem ad Imperatorem Ferdinandum* 1543. *executus fuit, vt* Bielſcius folio 584. *Poſt ſucceſſit ad Epiſcopatum Chelmenſem, demum in Cuiauienſem, vltimo translatus ad Epiſcopatum Cracouienſem, quo in munere id efficere contendebat, quod optimum & Sanctum Pontificem oportuit, de quo ſatis clarè Chriſtophorus Kantſki, in Vitis Archiepiſcop & Epiſcoporum Cracouień. reliquit, ſed inter cæteros Petrus Royzius Maurei Hiſpanus Iuriſconſultus in ſuo Chiliaſtichon, ita de illius virtutibus, & zelo Eccleſiæ aſſeruit.*

Andreas inde it Zebrzidouius, Albula cuius
(Non Parnaſe tui fontes) ſacra protulit ora
Et fando clarum fecit, linguaque diſertum.
Pontifices inter non hoc eſt acrior vllus
Sauromatas, nemo ſacra iura audacius armis
Correptis etiam, res ſi exigat arma, tuetur.
Irritet quoſcunque adeat quæcunque pericla
Pro Chriſto Chriſtique fide, leua omnia ducit.
Quin gaudet Patrum pro religione Quiritum,
Probra pati, linguas ridens & iurgia vulgi
Aſſueti dirum dictis aſpergere virus.
Et nimium, heu nimium verbis lacerare nefandis,
Presbyterum genus omne, & quicquid vertice raſo
Eſt hominum, gazam qui contempsêre nocentem
Calcatiſque opibus Chriſti ſua colla volentes
Subijcere iugo, famat quibus ara miniſtris
Thure ſacro, & prece perpetua pulſatur Olympus,
Sic ſerui diuis Andrea, & fortibus auſis
Rebus adeſto ſacris magno & te numina firma
Ne nouus irrepat Diuorum altaribus ordo.
Aſpice quæ te ſtat ſeries longiſsima circum
Doctorum, quorum ingenijs & diuite vena
Clara poteſt Latijs haud quaque cedere terris
Sarmatia, implicitoſque malis erroribus Vrbis
Hoſtes Romanæ reuocare in priſtina: & almas
Quas nunc contemnunt, venerari protinus aras.

Tertius Bartholomæus Alberti filius Palatinus Breſtenſis, vir Marte, conſilio, prudentia maximè commendabilis. Habuit in Sacramento matrimonij Heduigim Teczynſki Caſtellani Cracouienſis filiam, ex qua ſuſcepit eximium bellatorem & ſtrenuum Copiarum Ductorem ad omnem expeditionem Moſchouiticam ſub Sereniſſimo Rege Stephano Andream, hic tenuit matrimonium cum Dzialynſka Pauli Caſtellani Dobrzynenſis filia. Quartus Gaſpar filius Alberti, vir literis, moribus, & fortitudine inſignis. Quapropter ex Caſtellano Naklenſi, Caſtellanus Caliſienſis, tum Palatinus creatus fuit, ſubſcripſit vnionem ad Regnum Ducatuum Oſuiecimenſis & Zatorienſis. Reliquit ex Iordanowna Caſtellani Cracouienſis filia armorum Traby filios, Andream eximium militem in Moſchouia, Petrum, Gaſparum, Nicolaum & Ioannem, atq; filias quatuor. Florianus primus filius Ioannis Caſtellani Oſuiecimenſis, Hic in tantam dignitatem fortitudinis deduxit intentum, vt nedum a Regia Maieſtate Caſtellanus Lublinenſis renunciatus fuiſſet, ſed etiam Præfectus Exercituum Regni ad Caſtrum Newel electus, quadra-

quadraginta millia Moſchorum fudit & diſperſit, vt Bielſc. fol. 615. & Stricouius fol. 770. *Cuius Echo exprimit illud apud* Stobæum *ſermone* 51. *Callini. Nicolaus ex Dzikowna armorum Doliwá progenitus Floriani filius, vir verè filius Martis & Bellonæ. In omnibus expeditionibus Moſchouiticis cum Sereniſſ. Rege Stephano maxima tentauit & ſumma perfecit, ceu qui nec ſumptibus, nec vitæ parcere voluit, ſed maiorum merita, actus, trophæa, illuſtrare propriis meritis deſiderauit. Honoratus idcircò à Sereniſſ. Regibus magnis titulis, nam ex Palatino Lublinenſi, Marſchalcus Regni, tum Generalis Cracouiæ & Palatinus, Dux Exercitus Curiæ, Lanckoronenſis, Boleslauienſisq́ Præfectus nominatus fuit. Quicquid verò virtutis & fortitudinis in libertatis ſacramentum declarauit tentauitq́ in Patria, Hiſtoriæ temporum renunciabunt, reliquit ex Dorothea Herburthi filia Ioannem. Sepultus in Eccleſia PP. Bernardinorum à ſe erecta & fundata Caluariæ titulo inſignita cum tali Epitaphio.*

D. O. M.

Viator quid proſpicis? quem hæc ſignat imago ſcire vis? Illa eſt quem loca hæc ſancta à te viſitata fundatorem ſuum agnoſcunt. Vir magnanimus origine, magnus iudicio ac prudentia, magnus geſtis ſuis. Hic vir in promouendo Dei cultu, propagando bono Patriæ, pares paucos, primum neminem ſe habuit. Pietatem illius teſtantur tot ſacræ ſplendidæ ædes ſtructuræque, in pauperes copioſæ largitiones, Hæreticorum ac illorum impiæ confœderationis acerrimus hic oppugnator ac vindex. Veritatis verò tàm ſtrenuus defenſor, vt multis minis multiſque periculis à dicenda hac non fuerit deterritus, virtutum ac laudum ſuarum, etiam inimicos præcones habuit. De amore eius in Patriam pro qua nec corpori, nec ſanguini, nec ſumptui parcebat, poſteritas non conticeſcet. Nullos ambiit honores, ſed vitro illum proſequebantur, Gener. primùm Capit. Cracouienſis, breui Palatinus Lublinen. tum Dux militiæ S. R. M. breui Supremus Marſchalcus, ad extremum Palat. Cracouienſis, nihil magis id cogitans nedum affectans pronunciatur. Obijt Anno 1620. vixit annos 67. Atque in Metropoli Pol. Cracouiæ, in qua per 40. & amplius annos tam ſancto illius loci ſingulari patrono Stanislao obſequia & ſingularem deuotionem, quam etiam S. R. M. Stephano piæ memoriæ primum, tum Sigiſm. III. Dei gratia Regi Pol. fidem, dexteritatem, ac operam ſuam maximè oppugnata vrbe Cracouienſi, à Competitoribus Regiæ Maieſtatis Maximiliano Auſtriæ Archiduce teſtificatus eſt. Hic quod mortale habuit deponi iuſsit, opera autem animum ipſius concomitata ſunt. Tu pie viator, ſi affectu duceris in loca hæc Sancta authorem illorum pijs precibus apud Deum eiuſq; Matrem Virginem iuua. Mutuabis non donabis.

Ioannes Zebrzydowſki filius Nicolai Enſifer Regni, Lanckoronenſis & Nouæ Ciuitatis Korczyn Capitaneus, vir omnium laude præſtantiſſimus, atq́

atq; ſingularis ciuis optimusq; Patriæ. Qui vt maiorum Heroum meritis propria ſtudia adnumeraret, ab ipſa perfecta ætate iuuenili, Caſtris bellicisq; actibus animum & affectum adiunxit, in bello Valachico, Moſchouitico, Pruſſico, ſtrenuum ſeſe bellatorem & triumphatorem declarauit. In iudicio Tribunalicio Marſchalci dignitatem & authoritatem, iuſtitia æquitate & prudentia ſtabiluit & conſeruauit, & quia ab antiquo domus Zebrzydowſciorum Religioni, Reipub. & liberalibus artibus promouendis intenti fuerant, nil deeſſe pio illorum affectui, imò ſtudio & beneuolentia adeſſe comprobauit. Tempore interregni poſt Sigiſm. III. Sereniſſ. Regem commiſſam ſibi Metropolim & Cracouiam, ceu turbarum oſor pacis verò amator ſincerus & cuſtos, ſecundum ius & æquum, ſolicitè adminiſtrauit. Reliquit duos filios Michaelem & Franciſcum, quibus Timoclis olim ſic ominatus fuerat, qui patrem reueretur, hic in bonum ciuem euadet procul dubio, & hoſtibus incommodare poterit. Gaſpar Zebrzydowſki Caſtell. Caliſienſis bonarum ſemper partium ipſiusq; æquitatis Senator. Electionem Vladisl. IV. Sereniſſ. Regis ſubſcripſit. Michael filius Ioannis Præfectus Lanckoronen. eximius pro Patria Rothmag. contra rebelles Scythas ſuis Mecænatibus & Chanis, quos ad Techiniam occiderant, & intra campos Regni non procul à Lucinenſibus caſtris tentoria ſua fixerant, Patriæ tutator, & Coſacorum rebellium ad Kumeyki profligator, tenet ſacra connubia cum Marina Stadnicka Caſt. Sanoc. filia. Franciſcus ſuus germanus cultã adoleſcentiam vnà cum fratre in exteris nationibus gracilem & grauẽ offert Reip. & Senatui. Honoratus dignitate Præfecturæ Nouæ Ciuit. Korczyn, tenet ſacramentũ matrimonij cum Zieniowiczownà Caſt. Polocen. filia, quæ ante erat cõſors D. Radziuilij in Nieſwiez.

Nádárzynſcij, *à bonis Nádárzyn nuncupati, Valentinus Caſtell. Wiſnen. reliquit filium Victorinum ſub Sigiſm. Auguſto militem, proficit in virtute & fortitudine familia.*

Rybienſcij, *Gothardus Caſtell. Sochaconien. de hoc* Cromerus *lib. 24. Per id tempus Zemouitus Maſouiorum & Vladislaus Rauenſis atq; Belzenſis Dux Vladislai filij, Gothardo Ribienio Caſtell. Sochacouienſi gente Raduano ſiue Virbouio pagum Ribnam eripere voluerunt.*

Peperzynſcij, *Hi à bonis Peperzyn ita nuncupati ſunt, ſed verè ſunt Zebrzydowſcij. Marcus à Zebrzydowice Peperzynſki, qui ornatam bellicis actibus ætatem virtutibus promouit. Reliquit ex Catharina Strzelecka Nicolaum, qui poſt exercitatam literis & nobili actu in Republica ætatem, tenuit matrimonium cum Retkowſka, ex qua ſuſcepit Stanislaum & Ioannem, ille ſterilis deceſſit, iſte cum Iaktorowſka habuit prolem. Lucam referunt ſcripta Caſtrenſia Iudicem Terræ Crac. cuius filiæ erant Zberkowſka, Giebultowſka, Morawcowa, Kaczorowſka. Nicolaum etiam referunt ſcripta authentica, qui ex Palczewſka armorum Szaſsor ſuſcepit Ioachimum, Martinum, Petrum, Iacobum & Annam.*

Przypkowſcij

Przypkowſcij, *Deſcendunt à tertio filio Vilhelmi ex Gothardo Vincentio, & à bonis Przybkowice. Przypkowſcij appellati in Palat. Cracouien. Alexander, Andreas, Petrus, & Paulus Przypkowſcij, electionem Vladisl. IV. Sereniſſ. Regis ex Cracouienſi Palat. ſubſcripſerunt, vtinam generi veſtro ſummam conſeratis dignitatem, ſicut à maioribus retinetis.*

Czykowſcij, *Deſcendunt à filio Vilhelmi ex Gothardo ſed à bonis Czykowice Czykowſcij appellati fuerunt. Erat Cicouius in Palatinatu magnarum partium apud nobiles, cui dum bona Cikow ademerat Caſimirus Rex, & ad Niepolomice adiunxerat, eò quia in nemoribus & ſyluis ferina venatione depopulabatur (vt præferebatur) bona Regia, nobilitas ipſa ſummam pecuniariam illi compoſuit, pro qua emit bona Woiſláwice, Anno* 1476. Bielſc. fol. 467. *Nicolaum Cikowſki referunt Hiſtorici, legatum ad Turcam ratione Valachiæ.* Bielſc. ſub Anno 1547. *qui poſtmodum fuit Caſtell. Sadecenſis, vt* Paproc. *in* 2. Opere *adnotauit. Et in Hungariam legatus pro Iſabella & Ianuſio. Stanislaus Cikowſki Caſtell. Biecenſis, in experientia militari clariſſimus, quocirca à Sigiſmundo Auguſto Præfecturã militiæ in M. D. Lit. adimpleuit, referunt Hiſtorici eius in bello hæroicum actum, Vices dum gerit Leſniouolſcij tenentis locum Præfecti exercitus, excurrit poſt cladem Moſchouiticam cum Iurgi Tolmak ad Iezierzyſczá verſus Smolenſcum, vbi plurimis occiſis & in captiuitatem deductis igne conſumpto ſuburbio, diuertit ad Caſtrum Moſchi Kraſnogrodium, & in Seuerienſem tractum, vbi plurima hoſti intulit damna,* Bielſc. ſub Anno 1565. *Chriſtophorus filius miles ad Pſcouiam eximius, Stanislaus Cikowſki de Woyſláwice, Succamerar. Cracouień. Czorſtineń. Babimoſtinenſis Præfectus, ſubſcripſit iuramentum Sigiſm. III. Regis, Anno* 1588. *Ziemak Succamerar. Zakrocimeń. & Paulus frater ipſius germanus de Ruſiec, nec non Ioannes, Nicolaus, Michael, & Franciſcus de Sluzewo hæredes de Ruſiec, eaſdem libertates vnà cum Ziemak, & Alexio filio Gothardi acceperunt, per priuilegium Boleslai M. D. Litu.*

Vchanſcij *Comites, Lucas Comes, cuius filius Gotardus, pro victoria ex ſeptem Ducibus Iacuingorum, à Conrado Maſouiæ Sluzowo Anno* 1241. *in præmium acceperat, habuit præter Vilhelmum alterum filium Alexium Marſchalcum Boleslai Ducis Maſouiæ, & Succamerar. Varſauień. cui ſicut bona Sluzewo liberata exempta & abſoluta fuerant, ita quoq; eiſdem libertatibus donat bona ipſius Ruſiec, Nadarzyn, &c. libertati donauit. Ab hoc igitur Alexio Vchanſcij habent deductionem. Refert* Paproc. in 2. Opere *talia Priuilegia confirmata per Sigiſmundum Auguſtum. Iacobus Vchanſki ex Referendario Regni Epiſcop. Vladislauienſis &* Pomeraniæ, *demum Archiepiſcopus Gneſneń. qui in electione Regis declinabat magis in Cæſaream partem, quam ad Stephanum Bathoreum, quapropter in abſentia illius coronatio Regis erat per Stanislaum Kárnkowſki Epiſcopum Vladislauień. deſcripſit tanti Senatoris dignitatem & vitam, paucis & optimis verbis Ianitius.*

Vchanius pietate nitens vt ſemper obiuit
Sedulus officij munera cuncta ſui.
Sic aduerſa malis ſenium tulit ille per omne,
Plurima conſtanti pectore temporibus.

Et quia verè ſunt Zebrzydowſcij, ideò Patrum ſuum Zebrzydowſcium Palat. Cracouienſem in literis ſcribebant. Arnolphus Vchanſki Palat. Plocen. & Thomas Venator Belzenſis, Conradi Mag. Ducis priuilegium domui ſuæ datum, & Comitibus confirmare fecerunt per Sigiſmundum Auguſt. Regem. Iacobus filius Arnolphi hæres in Vchanie, eximius miles & Patriæ boni atq; honeſti obſeruantiſſimus ciuis. Stanislaus alter filius, non diſſimilis bellator & hoſtium ſtrages, reliquit ex Anna Sczawinſka Caſtell. Sochacouien. filia prolem. Arnolphus tertius filius addictum animum ad ſacra, Canonicatibus Cracouienſi & Louicienſi illuſtrauit. Paulus filius Venatoris Belzenſis Thomæ Capit. Drohobycenſis legatus ad Pont. Max. Gregorium 13. detulit ab illo enſem, mitram, & benedictionem, bellum ſuſcipiendi contra Iuanum Moſchorum Dinaſtam Sereniſſimo Regi Stephano, & Vilnæ hæc Anno 1580. in Eccleſia reddiderat. Erat vir generoſi animi & prudentiæ ſingularis, habuit in conſortium matrimonialis ſacramenti Herborthi Caſtell. Leopolien. Capitanei Samborienſis filiam, reliquit prolem.

Iakaccij, *Abraham Iudex Lomzenſis, obtulit priuilegium confirmandum Sigiſm. Auguſt. Regi Sereniſſ. Florianus & Petrus vnionem M. D. Litu. in Lublinenſibus Comitiis Generalibus 1569. ſubſcripſerunt.*

Mágnuſzewſcij, *eiuſdem diuiſionis bonorum cum Vchanſciis, Albertus Makonienſis, & Rozanenſis Notarius, Franciſcus, Thomas, Stanislaus, fratres germani de Ruſiec deſcendentes priuilegium confirmandum vnà cum aliis obtulerunt Sigiſm. Auguſt. Sereniſſ Regi Conradi Maſouiæ Ducis de Anno 1241. Alexander Magnuſzewſki Vicesgerens Palat. Cerſcen. & Ioannes electionem Vladislai IV. Sereniſſimi Regis ex diſtrictu Cerſcenſi, & Palatinatu Maſoviæ ſubſcripſerunt.*

Zcheccij, *Nicolaum Comitem ſub Anno* 1074. Miechouius lib. 2. & Cromer. lib. 4. *hoc pacto meminerunt. Margaretha Nicolai Zembeccij Comitis vxor pudicitiæ ſuæ metuens, &c. Ioannem militem eximium, & ob excellentem diſpoſitionem ad negotia Reipub. peragenda, omnibus ordinibus dilectum referunt Hiſtorici, Cracouiæ ſepultus 1582. ad S. Catharinam nullam poſteritatem ex Geraltowſka relinquendo.*

Brandiſij *de Grabiſzyce, Clemens Brándyſz Capit. Checinen. Ochmagiſter Reginæ Barbaræ Sigiſm. I. Regis. Hic filiam Sigiſmundi I. Iſabellam conduxit in Hungariam Regi Ioanni, & filiam Barbaram Duci Brandeburgenſi Ioachimo. reliquit filios tres, Alexium eximium conſilio & prudentia virum, cuius filius Petrus egregius Rothmag. ad Caſtrum Kraſnogrodek ex tormento bellico occiſus, Vilnæ ſepultus. Alter filius Alexij Dziuiſz. qui per annos triginta*

ginta apud Sereniſſimos Reges, Auguſtum, Henricum & Stephanum Cubicularius Aulicus & Secretarius fuit, cum Margaretha Krupſka Sereniſſ. Reginæ Annæ pediſequa tenuit matrimonium, erexit de lapide arcem in Grabiſzyce. Nicolaus alter filius Clementis, habuit filium Nicolaum, Notarium Terreſtrem diſtrictuum Zatorenſis & Oſuiecimenſis ante & poſt incorporationem ad Regnum, habuit duas conſortes, Annam Ráiſka Iudicis Oſuiecimenſis filiam, ex qua ſuſcepit Petrum, Sereniſſimi Regis Stephani Cubicularium, demum habuit Catharinam Geraltowſki filiam.

Kowalewſcij *in Pilznenſi diſtrictu, Ioſephus vir in iure nobili, & in agendis Reipub. negotiis maximæ experientiæ, ex Iudice officij & Vicecapitaneatu Biecenſi, Iudex Caſtrenſis Cracouień. & Vicecapitaneus Ioannis Zamoiſki, Supremi Cancellarij Regni & Exercituum.*

Oleſniccij *de Oleſniki, viri militari diſciplina conſpicui. Nicolaum eximium bellatorem in Moſchouia, & vbicunq; expeditio fuerat regnante Stephano Batorio. Ioannes Oleſnicki miles multo tempore, conſors Buczacka, poſtmodum Droboiowſka. Lucas germanus Iudicis eiuſdem, vir literatus, eloquens, miles in Moſchouia, bibliotheca declarat ipſius. Conſors eius Podphilipſka armorum Ciolek, Iudicis Podoliæ Adami filia, cum qua Martinum Oleſnicki militem ſub ſignis Regiis & filias, Barbaram Nicolai Lubieniecki Tribuni Zydacouień. conſortem, Heduigim Georgij Mrozowicki, Secr. Reg. M. Sbigneus germanus Iudicis miles in Moſchouia, Multania deuotus. Iaroslaus Iudicis filius in Germania educatus. Marcus in Belzenſi Palat. vir in ſago digniſſimus & multarum poſſeſſionum, ipſius dexteritatem in rebus Reipub. declarat cum Illuſtriſſima Zamoyſciorum Familia coniunctio, nam germanam ſororem Ioannis Zamoyſki Supremi Exercituum Regni & Cancellarij in conſortium matrimonij habuit, ſuſcepit ex illa Barbaram Dulſcij Theſaurarij Regni Supremi conſortem, Marcus Oleſnicki Capit. Belzenſis, filia illius Barbara. Alter Marcus Iudex Terræ Belzenſis, Petrus Iudicis germanus, Secr. Reg. M.*

Łodzinſcij *in Cracouień. Palat. Notant præſentibus annis familiam à Rádwánowice, Petrus & Gabriel ſubſcripſerunt electionem Vladisl. IV. Sereniſſ. Regis ex Palat. Crac. Chriſtophori eſt Epitaph. Leopol. apud Prædicatores.* Generoſi Chriſtophori de Rádwánowice Łodzinski, cum vides præcare benè mortuo quiſquis es. Pietatis in Patriam, beneuolentiæ in amicos, feruoris in religione, fortitudinis in militia, virtutis omnis, Exemplar hic ſitum eſt.

Fryſtaccij, *in Sendomirienſi Palatinatu.*

Oſuiencimij *in Pilznenſi diſtrictu, Florianum virum bonitate & humanitate illuſtrem, memoria hominum circumfert. Florianus in Potok ad Kroſnam vir beneuolentia & prudenti dexteritate conſpicuus, reliquit filium Stanislaum, in exteris nationibus literis & militari diſciplinæ deditus.*

Pelcij *in Sanocenſi Terra, Pelká Zambar Iudex Sendomirien. cui iudicium de teſtamento commiſſum fuerat à Ludouico Rege* 1371. Bielſc. *In Præmislienſi diſtrictu, paruæ ſunt ſtaturæ ſed animo magni.*

Pokoſzewſcij, *Hi ſunt armorum diuerſorum, nam alij ſunt Rádwánij, alij Tubarum. Sebaſtianus armorum Rádwan, cum Humnicka reliquit filiam Sophiam, Caſtell. Sanocenſis Fredro conſortem. Stanislaus ex Tyráwſka reliquit Ioannem & Nicolaum. Iaroslaus ſeu Hieronymus, etiam cum Humnicka habuit Sebaſtianum, Ioannem & Andream, & filias Barbaram, Ferens Pakoſzewſki armorum trium tubarum coniugem, Minoccij conſortem & cæteras.*

Leſczynſcij, *diſtincti ab illis qui ſunt armorum Wieniawá.*

Prokowſcij *in Præmislien. Terra, Ludouicum qui in exoticis linguis peritus, non modicam ſibi gracilitatem & gratiam comparabat.*

Dąbrowſcij, *cognominati Zedlowie in Varſauienſi Terra. Sunt ſolertes in domeſtico negotio, nam flagitium eſt, aliis conſilium dare, foris ſapere, & ſibi non poſſe auxiliari.*

Sláwkowſcij, *in Ciechanouien. Terra & in Ruſſia. Vnum de illis virum gladio & libro dexterum Vicecapitáneum Kowálſcen. referunt Authores.*

Iasklewſcij, *qui propriè ſunt Rybinſcij in Zakroćimen. Palat. Ioannes Subiudex Terræ Zakroćimen. Vitam confirmant factis nam rectè faciendo, inſtruunt omnis rectè facere alios.*

Sliżewſcij *in Varſauien. Palat. Quia ſuum cuique decus poſteritas rependit, ea intendunt & agunt, quæ cum dulcedine in memoriam reducuntur.*

Rákowſcij, *Paulum refert Epitaph. Pultouiæ, ſub Anno* 1558.

Lukawſcij *in Sochaconienſi diſtrictu, Confirmant nobile genus cum optimo exercitio, & proficiunt in bono. nam quod rectum, honeſtum, & cum virtute eſt, hoc demum eſt bonum.*

Ckęccij *in Varſauienſi Palat. Ioannes ſubſcripſit electionem Vladisl. IV. Sereniſſimi Regis, ex Varſauienſi Terra.*

Ieziorkowſcij, *Adamus & Albertus ſubſcripſerunt electionem Sereniſſ. Regis Vladisl. IV. ex Varſauienſi Terra. Sunt etiam in Podolia Ieziorkowſcij eximij milites & Rotbmagiſtri, & modò à plurimis annis Capitaneum Peditum in Arce Camenecenſi vigilantem vidimus.*

Wilamij *in Cracouien. Palat. notauimus alios ſub armis Godziembá, ſed alienis ab Eccleſia Dei, illud Primi Regum cap.* 2. *reducam in mentem*: Si peccauerit vir in virum, placari ei poteſt Deus: ſi autem in Deum peccauerit vir, quis orabit pro eo? *Querendus erit inſignis aliquis Dei amicus qui oret, qualis fuit Moyſes qui exauditus eſt pro populo idolatria Deum offendente, talis quærendus qui ad Deum poſſit intercedere. Tales ſunt Chriſtus, Mater Dei, & Sancti eius.*

Stániſláwſcij *in Varſauien. Palat. Diuerſorum armorum ſunt Staniſláwſcij, alij ſunt Pilauitæ, præcipuè in Sanocen. Terra, & in Pocutia & Podolia, alij ſunt Rádwanij ad Varſauiam, alij Pobogij.*

Branicci,

Braniccij *in Sochacouienſi Terra, Virtus & honeſtum ipſis commendata ſunt.*

Karſcij *in Plocenſi Palat. Ex quibus Petrus in Liuonia militaria trophæa deducendo in M. D. Litu. ad Breſtiam domicilia ſua conſtituit, cum Anna Sennoyus Korſak filia, reliquit Iaroſium militem eximium, in Curia Sereniſſ Stephani educatum, tenuit matrimonium cum Dolgierdi Notarij Lidenſis filia perantiquæ Familiæ ex Ducibus deſcendentis Lituanorum, ex qua ſuſcepit 4. filios, Stanislaum bellatorem ſtrenuum Rothmagiſtrum, & ductorem cohortum in Liuonia. Qui demùm in Podoliam veniens cum Illuſtriſſ. Stephano Potocki, contra rebelles Coſacos ad Perebaslauiam pugnauit, vbi ſeptem confixus ſagittis occubuit, & Kiiouiæ per fratres Ioannem, Venceslaum, & Stephanum apud Prædicatores ſepultus eſt. Chriſtophorus horum frater, qui poſt plurimas expeditiones bellicas cum Illuſtriſſ. Duce in Zaſlaw Georgio contra Abaſium Paſam, vbi etiam captiuum Turcam detulit, pugnauit. Cum Sophia Odinſka tenet matrimonium, Ioannes Venceslaus Karſki ab iuuentute miles cum Kalinouio Capit. Gen. Camenecenſi ad Cecoram, & dum in captiuitatem ibi venerat aduerſo Marte, liberatus, ad Chotinum cum Chriſtophoro Sapiecha, demùm in Liuonia ad ipſa cum Guſtauo pacta militauit, tenuit matrimonium cum Chriſtina Strawinſka Succamerar. Czernicioueń. filia, accepit pro benè meritis bona Głuchow in Czernouienſi Palat. & familiæ ſuæ honoris incentiuum, dum titulo Dapiferi Czernicionienſis honoratus fuit. Nicolaus 4. filius Iaroſij, poſt expeditionem Moldauicam ſuſcepit matrimonium cum Chriſtina Krepinnicka. Iaroſius 5. filius, miles eximius in Niderlantæ partibus. Stephanus 6. filius, poſt bellum ad Perebaslauiam cum Stephano Potocki Palat. Braclauień. domeſticæ curæ deditus. Alij filij eiuſdem Martinus, Georgius, Ioſephus, Samuel, Gabriel, tyrocinia ſua colligunt in Academiis, in Caſtris, & in Curiis magnatum.*

Miemczewſcij *in Plocenſi Palat. antiqua & numeroſa Familia, magis animi bona colunt quàm corporis.*

Glinſcij *de Zakrocimenſi diſtrictu, Gloriæ domus inuigilant, nam pecuniam in loco negligere & ſi maximum eſt interdum lucrum, ſed negligere gloriam domus ingens detrimentum.*

Miodusſcij *in Plocenſi Palat. Paulus Sereniſſimi Regis Stephani venator cum auibus.*

Skarzewſcij, *in Chyouienſi Palatinatu.*

Tunalewſcij *in Maiori Pol. Martinum Magiſtrum Artium & Philoſophiæ Doctorem, Præpoſitum Sadeceń. ſcripta referunt.*

Rpinſcij, *Bogdanus Rpinſki Ruthenorum Archiep. Poloceń. Vitepſcenſis, Mſciſlauień. Fcoſanus Rpinſki qui reliquit Gabrielem eximium militem. Iuanus Rpinſki reliquit filium optimum bellatorē Semionem cum Romano Szanguſzko.*

Wierzbiccij, *Ex his erat Epiſcop. Luceorienſis, vir in Repub. benè meritus, & literatus.*

Hluſcij *in M. Duc. Litu. Pugnarunt pro Patria & Ducibus ſuis.*

Hluſzanij *eiuſdem diuiſionis bonorum cum Hluſciis, ab antiquo viri bello ſtrenui, nec vitæ parcentes nec pericula obſeruantes. Euſtachius Hluſzánin aduerſo Marte pugnando cum Tartaris & Turcis in captiuitatem deuenit, finita calamitate poſt annum duodecimum à Sereniſſimis Regibus & Ducibus bona obtinuit in præmium. Sed fortè fortuna, aut malitia ſubditorum, aut aliqua ſeueriore in ſubditos diſciplina, à tumultu ſubditorum occiſus fuit, conſeruant hac in parte decreta Gaſtoldi Palat. Vilnen. ſatis pœnalia executionis in ſubditos, & literas perſuadentes relictæ viduæ, vt in maritum Aulicum ſuum Pietraſium ſuſcipiat, manent Hluſzanij etiam in præſens in Mſcislauienſi, & Nouogrodenſi Palatinatibus, ex quibus erat Præfectus Mſcislauień. Simon eximius miles à Sereniſſ. Rege Stephano erat ad Moſchorum Dinaſtam legatus, natus hic ex Darowna, habuit in conſortem Haraburdæ Caſtell. Minſcenſis filiam, ex qua ſuſcepit Gregorium in multis expeditionibus M. D. Litu. eximiam referentem lauream, quam plurimis annis in Caſtris ſtrenuè adornabat. Ducibus in Sluczko præcipuè Semioni magno de Tartaris bellatori apprimè commendatus, & ab eo honore maioris gubernatoris Aulæ condecoratus, ex Skodzianká ſuſcepit filios Theodorum, qui in Moſchouia, in Liuonia, & in Valachia Rothmag. & Ductoris cohortum expleuit honorificentiſſimè officium & cum laude. Ioannem, Ioſephum, dexterrimos ad Caſtra & Rempub. eorumq́ negotia peragenda. Habet hæc Familia additamen ad ſua arma, ob præclara in bellis merita, nam inter pennas Strutij quinque ſuper coronam poſitas deferunt ſagittam erectam cum annulo, quod fortè hoſtem caputq́ hoſtium ſagitta ſuſtulerit, ac pro tàm agili actu annulum gratitudinis ergò a Duce ſpectante virum retulerit acceperitq́.*

Czápla *Maximilianus eiſdem vtebatur armis. Si proueniunt ex illis qui Conrado Maſouiæ Duci referebant obſequia, ex quibus erat Scholaſticus Plocen. & Cancell. eius, vt* Bielſc. fol. 147. & 165. *refert, lector diſcernet.*

Wolodkiewicouij, *in Smolenſcenſi & Nowogrodenſi Palat. Agunt ſua ratione non cupiditate, id enim quod decet vulgum, nobilem non ſemper decet.*

Woikunowſcij *in Nowogroden. Palat. occupationibus honeſtis dant operam.*

Pietruſzewſcij *in Mielnicenſi diſtrictu, nolunt deeſſe domui &* Patriæ,

Suchozerbſcij *in Drohicen. labentem familiam reſtoreſcere faciunt, nam quametſi raris lapſibus danda eſt venia, nunquam tamen ferendus lapſus familiæ.*

Gluchowſcij *ibidem, Probitatem vt parentem colunt.*


Lubanſcij *in Sochacouienſi, Conſtantia & perpetuitate res omnes valent, idcircò hæc duo ſtabilita in domo eorum.*

Iarzembienſcij *in Pruſſia, Et parant ſibi ſapientiam & fruuntur illa.*

Rybienſcij *in Palat. Maſouiæ,* Bielſcius fol. 423. *mentionem facit, Gotardi Rybienſki de Rybna Caſtell. Sochacouienſis.*

RADOM.

RADOMSCIORVM.



DELINEATIO.

EST ſcutum duabus lineis per medium ſectum à cornu leuo ad dextrum, ad angulum dextrum habet roſam, ad ſiniſtrum alteram, inter illas mediant prænominatæ lineæ, quaſi viam ſua diſtantia exprimentes.

ORIGO.

INueſtigare veram originem diſtantia loci non permittit, ſed conſpectus ipſe & facies gentilitiorum commonſtrat, acquiſita fuiſſe per ductorem Exercitus, hoc namque via inter lineas incluſa demonſtrat. Et quia fælix ductor imò triumphator ex hoſtibus erat, roſæ ſunt adhibitæ, nil enim ſuauius olet, quàm capitalis hoſtis occiſus, per quod liberatur & reſtituitur Reſpublica.

CONANTIA VINCAM.

NAturæ formator Deus, indidit ſecretam virtutem plantis, lapidibus, herbis, vnde Axioma verum conſurrexit: *Deus & natura nil faciunt fruſtra.* Roſæ florem inſpicienti, occurrit in mentem Paradini experientia. Cum namque Scarabæus deturpet omnia quæ tangit, vt potè fætorum & excrementorum amator, roſam fædare non poteſt, ſed circumſeptus roſa emoritur. Quapropter quidam addidit roſarum flori, *Turpibus exitium.* Alter verò adſcripſit: *Conantia vincere vincam.* Refert *Ioſephus lib. 12. cap. 4.* Quod Princeps Iudæorum Ioſeph, voluit probare filij Hircani ingenium, dedit illi trecenta iuga boum, & miſit in deſertum ſeptem dierum, ſed lora quibus trahantur aratra non dedit, ille moræ impatiens, occidit bouem, & fecit loras, & arauit. Non diſsimile ingenium parentis horum armorum, miſſus ad explorandum hoſtem, incidit in obuios, inſidias ab vtraque parte itineris obſeruantes, & quia reducere greſſum erat impoſsibile, cauere etiam non amplius defuiſſet medium, alacri fronte & firmo pectore in hoſtem irruit, & inſidias occiſorum ſanguine ad vtraſque viæ lineas conſperſit, roſeumque campum reddidit. Iulianus Medices qui nunc Magni Etruriæ Duces appoſuerat delineamento inter duas cepas roſam candidam dicens: *Per oppoſita.* Innuendo quod virtuoſus homo cui ſunt deliciæ bonum, nauſea vitium, licet conuerſetur quandoque inter impios, à virtute

tamen

tamen recedere ignorat. Eo quoque modo bellicoſus & frugi vir, etſi ce-
eſſe à periculo quandoque poſsit, nunquam tamen ob amorem honeſti &
boni deeſt. Fortè parens prædictorum gentiliciorum, per ſuos præceden-
tes cuſtodes nouerat imminentem hoſtem, deeſſe tamen fortunæ ſuæ & glo-
riæ quia noluit, graueolentes cepas, flore roſarum ſuperauit.

Ingratum noſtris te nemo proferat oris,
Sanguine quem ſcribit Lechia tota ſuo.

Linea Familiæ ob amplitudinem Regni, non facilè poteſt armorum præſentium haberi. Scio Radomſcios in M. D. Lit. præſentibus vſos fuiſſe, ex quibus Matheus Rádomſki Capitaneus Silipouienſis, vir Reipub. optimè meritus, à pluribus commemoratur.

R A D Z I C.



D E L I N E A T I O.

EST anchora marina, nauium capitalium acuta lata in rectum poſita, cum groſsiori auricula, circa quam ſunt duæ ſtellæ ad latera, campus eſt rubeus. Super galeam tres pennæ Strutij.

O R I G O.

ANtiqua arma in Regno, ortum habent ex Germania, fortè vnà cum armis Stumberg & armis Kotſicz primò, vt *Bielſc. fol.* 213. adnotabat, ponendo arma Kotſicz in Regno, ſub Anno 1512. Acquiſita ſunt vt patet vel leuiter conſideranti in prælio nauali, vt puto in congreſſu bellico noctis tempore quod ſtellæ videntur affirmare. Multis nedum pro dignisſimo ſymbolo Anchoræ fuerunt, ſed etiam pro nobilitatis ſigno & ſtemmate. In Britania refert in Teſſeris Gentilicijs Petraſanta, Goodreedorum Familia vtitur præſentibus armis.

T V T V M TE IN LITTORE SISTAM.


TErra mater viuentium, plurima ſubminiſtrat homini ſubſidia, at mare quod operit terram, totum id viuentibus in terra aufert. Quapropter Demetrius Phalerius: *Fidelis terra, infidele mare.* Nam qui nauigant

tantum

tantum à morte diſtant, quanta eſt nauis craſsitudo. Non terrentur tamen mortales tàm periculoſo mari, ſed de corde terræ fabricarunt ſibi ſpem altam in ligno & ferro. In ligno, dum diuerſas naues & machinas præaltas ex ligno fabricandas ad pertranſeundam altitudinem maris adinuenerunt. In ferro, dum anchoras ad reſiſtendum procellis & ſecuritatem ſtatuendam ex ferrata terra ſibi conſtruxerunt. Quapropter non immeritò Rudolphus Imperator, vt *Iul. Cæſ. in Numiſmatibus* habet Romanorum, coniunxit in Symbolo anchoram cum Delphino, ſubſcribens: *Feſtina lente.* Et Henricus 2. Angliæ Rex addidit Anchoræ. *Tutum te in littore ſiſtam.* Sed quia iucundum mare omnibus eſſe ſcimus, ſed ex terra videndum, ſuperbè tale additur lemma: *Tutum ſiſtam.* Placuit hac in parte Richardus primus Rex Angliæ qui depicto ſplendido ſole, per medium ipſius in modum crucis poſuit anchoras duas, & ſupra hæc appoſuit coronam regalem, & aureis literis ſcripſit; *Chriſto Duce.* Iacobus Typotius habet in Symb. Me hercule ſecuram ſtatuere in littore nauem, non ita eſt anchoræ proprium, quàm ipſi dominatori maris & ſaluatori ſæculi, Chriſto. Ad hoc Ariſtotelis dogma & Vegetij ſeruit: *Boni gubernatoris eſt ventorum ſe flatibus accommodare, nam difficile naufragium patitur, qui ventorum rationem diligenter inſpexerit.* Ducit igitur ad portum anchora, ſed primario nauta, & ante omnes Deus noſter Ieſus Chriſtus, totius Chriſtianitatis Saluator. Hæc inſignia nobilitatis dum conſidero, atque expreſſa fuiſſe & ſtellis è cælo, & plumis ex Strutio, & metallo ex terra, & forma anchoræ ex profunditate maris campoque ſanguineo contemplor, illum non alium virum fuiſſe cui talia arma conceſſa fuerunt dico, niſi cui ſubſcribendum erat. *Tutum exercitum in littore ſiſtam.* Licitè quidam committendo ſe profundo & medio mari pugnaturus ominando & benè ſperando puppi impoſuerat legendum: *Viam fata inuenient.* Magis licitè iam dicere poſſet relicta poſteritas, Virtus generoſa hæc nobis arma adinuenit.

Maior vt inde tibi bellorum gloria ſurgat,
Sint vires, robur, fortia facta tibi.

R A M V L T.



DELINEATIO.

SVNT quinque roſæ albæ in modum crucis diametralis diſpoſitæ in campo ſanguineo. Super coronam eſt cauda pauonis.

O R I G O.

EX Gallia in Regnum Poloniæ illata per Balduinū Epiſcopum Kruſuicenſem, qui ſucceſſerat Paulino Anno 1128. Cuius frater germanus poſt mortem Epiſcopi indigena Regni factus poſteris in Palatinatu Cracouienſi, & in Podolia exiſtentibus, talia arma reliquit.

NON LANGVESCENT.

CLariſsimum eſt ita terrena differe à cæleſtibus ſicut cælum differt à terra. Præterfluunt hæc, ſurgendo cadunt, naſcendo moriuntur, & vbi magis extolluntur grauius quoque decidunt. Cæleſtia verò aliter durant, æuo gaudent, æternitate gloriantur, & niſi incrementum, pulchritudinem & vitam ſublunaribus conceſsiſſent & darent, quæ nunc elementa ſunt, chaos eſſet. Hinc Euripides: *Diuitiæ ſapientibus ſunt Deus, cætera inania ſunt verba & verborum ornamenta.* Quod ſi omne bonum pulchrum & vita eſt à Deo & cælo, & ſine his omnia langueſcunt, vel ſicut Ferus in libro Impreſſarum flori adſcripſit: *Latente ſole langueſco.* Quare præſentibus roſis in armis, ego adſcribo: *Non langueſcent.* Profectò magnam ferunt differentiam, roſa flos, & roſa arma: flos enim naſcendo ſeneſcit, & vix vitam & pulchritudinem accipit, iam illicò eandem deponit, arma verò roſa ſæculis vireſcunt, ætatibus perpetuantur. Hinc illis multiplicitas roſarum appoſita, & oculi innumeri pauonis adſcripti. Etſi quidam in Iulio Capaccio plantæ roſarum nigræ addidit ſcriptum: *Non ſemper neglecta*, ipſam æſtatem conſiderando, multò magis roſis armis & tàm multiplicibus atque in crucem ordinatis, addendum venit: *Non langueſcent*, nam nunquam neglecta erat in vtentibus his armis modeſta iuuentus, honeſta ſenectus; erat prudens conſultatio, probata conuerſatio, erat Patriæ ornatus, Reipublicæ bonum, ſenatus dextrum: erat militaris vigilantia, nobilis in bono perſeue-

rantia,

rantia, & legitima Regum obſeruantia. Habet in Theatro Impreſſarum Ioannes Ferus roſam depictam cum lemmate: *Roſam cape, ſpinam caue.* Obſeruarunt boni æmulatores doctrinam & cautelam, non dedecus ſed decus, non turpitudinem ſed pulchritudinem, bonum non malum, roſam & virtutes non ſpinas & diſtortam vitam adamati fuerunt & elegerunt.

LINEA FAMILIÆ ARMORVM RAMVLT.

RAmultij *armorum erat Balduinus Gallus Epiſcop Cruſulcienſis Anno* 1128. *Ramultij ab armis denominati, In Podgoria, & in Volhynia eximij viri in literis, quos Cathalogus Academiæ Cracouienſis refert, Baccalaureos & Parochos. Alij in Podolia eximij milites, Ducum in Oſtrog ſtrenuus miles filius Gabriel, Nicolaus Alexander Canonicus Luccorienſis & Officialis, vir eximiæ doctrinæ & probitatis, Præpoſitus in Oſtrog & Collegiatæ Iaroslauienſis Eccleſiæ Prælatus, cuius germanus frater Rothmag. ſtrenuus cum Opalinſki.*

Czerminſcij, *in Cracouień. Palat. & in Podolia. Ioannem Czerminſcium promptum in rebus agendis, & eloquio ac iudicio grauem, refert Epitaphium Cracouiæ ad Ædes SS. Trinitatis ſepultum, quem Præſul Cracouień. Gamratus in ſua Aula fouerat propter ingenij ſui dotes. Mortuus Anno Dñi* 1586. *Ætatis ſuæ Anno* 68.

R A T V L T.



DELINEATIO.

EST medius annulus, intra cuius concauitatem eſt crux lata & alta, annulus eſt aurei coloris, campus rubeus, ſuprà coronam ſunt tres pennæ Strutij. Aliqui hæc arma confundunt cum armis Szeliga, ſed maximè differentia arma ſunt, quia Szeliga conſtat ex Luna & cruce, & ſuper galeam defert pauonis caudam, vt infrà videbimus.

ORIGO.

QVIA fides Chriſtiana exprimitur cruce, & fidelitas inter homines amicos ſignificatur annulo, illi ob fidem Chriſti receptam & fortè occaſione matrimonialis contractus, medium annuli cum cruce in arma aſſumpſerunt. Experimento eſt illorum controuerſia cum Abbate Cyricenſi de iure Patronatus Parochiæ in Gora in Anno 1296.

ANNVLVS NOBILITATIS.

GEneroſæ nobilitatis, quod modo præmium inſigne eſt gladius & calcaria, ante annulus aureus fuit. Vnde *Cicero ad Verrem.* Quæ præfatio tuæ donationis fuit? illa ſcilicet vetus atque Imperatoria. Quando tu quidem in prælio, in bello, in re militari fortem, ſtrenuum, audacem, ſemper & vbique te nobis præſtitiſti, ideò te hoc aureo annulo dono. Vnde *Valer. Max. lib. 7. cap. 2.* Annibalem è præda victoriæ Cannenſis tres modios annulorum tuliſſe fertur ex digitis nobilium Romanorum. Sed quia Alexander Magnus inſignia hæc & creationis modum equeſtrium deriſit, atque pugnando vltimo cum Dario dum ſuis prædicaret contempſit dicens: Spernite hanc aciem auro atque argento fulgentē, in qua plus prædæ, quàm periculi eſt, victoria enim non armorum decore, ſed ferri virtute quærenda eſt, vt *Iuſtinus lib.* 11. refert, idcircò fortitudinis bellicæ præmium hodie eſt, & equitum creatio apud Galles, Germanos, Polonos, non amplius annulus, ſed gladius, calcar, crux. Neque dubites quiſnam annulo digitus inſigniretur militis, nam licet Doctori pollex, mercatori index relinquatur, ſtulto medius annularis, ſtudioſo amatori auricularis aſsignetur, & per hoc quis aſsignandus militi digitus non exprimitur, clarè tamen C. Iul. Cæſar, vt *Suetonius habet,* docuit. Manum ſiniſtram aſsignatam fuiſſe annulis militum, vt iuxta opportunitatem vti poſsit quocunque digito ad annulum, erit in pollice annulus ad vſum arcus, in indice quia hic digitus ſalutaris dicitur, militum autem eſt ſalutem Reipub. curare, in medio digito quia in eo ſolùm Galli, & Britanni milites fortiſsimi annulum deferebant, & proditum eſt annulum geſtatum in hoc digito ſingultus & grauedinem leuare vnde Medici quoq; nomen habet, in Annulari quia à digito quarto manus ſiniſtræ neruus ad cor peruenit, vnde adorandus eſt digitus qui connexus eſſe cum principatu cordis videtur, in minimo verò vt ſtatus ſui & conditionis honeſtæ vitæ admoneatur. Sed quicquid fuerit de antiquis annulis, annulum præſentem cum cruce dum ego conſidero, compoſitum fuiſſe ex creatione antiqua militis & nobilis ordinis equeſtris, & ex creatione noua, puta ex annulo quo ante inſigniebantur & cruce qua nunc in Chriſtianitate inſigniuntur. Crux enim alijs alba, alijs nigra, alijs rubea, alijs viridis, alijs argentea, alijs aurea, iuxta ordinum qualitatem aurei velleris, aliorumque ordinum equitum inſtitutionem. Quapropter ſi cum mortuis non licebat ſepelire annulum ſed detrahebatur morientibus, vt Plinius dicit, & D. Ambroſ. rationem ſubdit. *Damna ſunt potiùs hæc viuentium, quàm ſubſidia mortuorum.* multò minùs licebit deferentibus arma Ratult, hoc eſt annulum cum cruce, inertia ſepeliri & diræ obliuioni extra caſtra & nobilem occupationem tradere & abijcere. Turpis namque Ironia eſt, cum degeneri nobili dicitur.

Redde aquilam Imperio, columnis redde columnam,
Vrſinis vrſam, ſola catena tua eſt.

LINEA

LINEA FAMILIÆ ARMORVM RATVLT.

RAtultij *Comites, ex quibus deſcendentes poſteri Zdislaus & Ratuldus Comites & fratres renunciarunt & ceſſerunt iuri Patronatus ad Eccleſiam Abbatis Czyricenſis villæ S. Ioannis Gora* 1296. *Notabant familiam ſuam de Skrzydlna. Hæc inſcriptis Czyricenſis Abbatiæ. Marcus Ratulth, cui Caſimirus III. Rex bona Szaſlari reſtituit,* Miechouius lib. 4. *Reliquit filiam conſortem Ioannis Pieniazek Iudicis Terræ Cracouienſis, Capit. Sadeceń. Tenutarius Nouotargenſis, qui & bona Skrzydlna cum Szaſlari cum ipſa obtinuit. Alij ſunt plurimi qui vtuntur his armis, ſed quia Dlugoſſus arma Ratulth cum armis Szeliga confundit, & pro ijſdem reputat, plurimi quoq; pro armis Ratulth armis Szeliga vtuntur. Quapropter nobilitatem ſub armis Szeligá Lector benignus videbit.*

RAWICZ alias VRSYN.



DELINEATIO.

EST vrſus coloris nigri, ſuper quem virgo regalibus veſtita in corona, cæſarie demiſſa, manibus vtriſque in modum crucis diſtenſis & in cælum eleuatis, in campo flauo. Super coronam verò & galeam duo cornua cerui, inter illa eſt vrſus ad mediū erectus demiſſo anteriori pede ſiniſtro, altero autem erectam defert ſibi ſpeculandam roſam ad ramuſculum hærentem.

ORIGO.

PRimæuam originem præſentium armorum in Anglia fuiſſe tradūt ſcriptores, nam dum Angliæ Rex reliquiſſet filium & filiam, atque filio Regnum cum bonis immobilibus tradidiſſet, & filiæ bona omnia mobilia reſignaſſet, ne tantum damnum in theſauris pateretur regnum per dotem virginis, malo conſilio perſuaſerunt nouo Regi ſororem è vita auferre. Et quia incluſum vrſum retinebant, qui latronorum & damnatorum carnibus plerumque veſcebatur, ad eundem vrſum virginem raptam incluſerunt, virgo deſtinata tanto periculo ad diuinum auxilium qui adeſſe feſtinat in tribulatione homini recurrit, en Dei clementia, vrſus ferocitatis oblitus &

ſamis aliquot dierum, manſuetum & placabilem ſeſe virgini obtulit. Dum poſt aliquot dies inedia preſsi, & ab omnibus mortua puella haberetur, carcer vacuus & non ſeratus remanſit, accepit igitur virgo zonam, vrſum faucibus compreſsit, eduxit, dorſo illius aſsidens & zona dirigens per mediam arcem & ciuitatem eleuatis manibus in cælum implorans Dei beneficium & gratias referens diſceſsit. Quod vbi renunciatum fratri & Regi accurrit tremens, dolens & excuſans factum, petit reditum, iurat, ſpondet amorem & ſecuritatem, oblita virgo iniuriæ direxit vrſum zonula, & redijt in arcem. Pauco poſt reuoluto tempore deſponſata Duci Lotharingiæ dum aliquot filios luci edidiſſet, adultis vt talia arma in inſigne gentilicium cæderet impetrauit. Qui dum in diuerſas partes maiori fratre in Ducatu relicto peragraſſent, aliqui illorum in Bohæmia conſtiterunt, atque ibi nomen clarum familiamque vſque ad Kochanum Vrſouitium, atque ipſius nunc poſteros reliquerunt, Ex quibus Boleslao Chrabri regnante in Polonia, aliqui in Regnum deſcenderunt, vt *Miechouius lib. 2. cap. 5.* & *Cromerus habet lib. 3.* ad Annum 1003. & 1106. Qui ad fluuium Ráwá quoniam domicilia ſua conſtituerunt Rauitæ nuncupati, eorumque arma Ráwicz dicta fuêre. Adnotandum tamen venit, quòd Vrſini Romani ad plagam occidentalem longè ante hæc tempora venerunt, & in Samogitia atque in M.D.Litu. conſederunt, vnà enim cum Publio Palemone aut Libone, Dorſprongus armorum Kintauri, Proſper Cæſarinus armorum columna, Iulianus armorum vrſus, Hector armorum Roſa nobiles Romani venerunt, ſiue hoc occaſione magnæ ſiccitatis in partibus Italiæ, Siciliæ, Hiſpaniæ per annos plures, ſiue Tyrannidis Neronianæ, ſiue perſecutionis Attilæ, ſiue domeſtici belli tempore Pompei & Julij Cæſaris, Varri cum Didio, Antonij cum Octauio, vt refert *Florus lib. 4. cap. 2.* Quæ erant poſt conditam Romam Anno 709. ſiue ob præſcriptionem & exilium, quod etiam iniuſtè plurimi pertulerunt, ſiue ob præmia quæ pro meritis dabantur, vt Prouinciarum fierent Rectores. At in hoc Romanorum Vrſinorum Familia, differt à præſentibus armis, quod illi vrſum nudum in arma deferunt, hæc autem arma vrſum cum virgine obſeruant. Sed de hoc vide ſi placet ſcriptores antiquos Ruſſorum, apud *Stricouium à folio 47. ad folium 95.* Armis Vrſi cum bipenni vtitur familia Haclooderiorum in Bauaria, Vrſo gradiente cum numella aurea in collo vtitur familia Beernorum in Weſtphalia. Præſentibus verò armis vrſi cum virgine, quæ vtantur familiæ in Regno Poloniæ in linea dicemus.

FÆLIX PATRIA RAVITIS.

MVltis ex capitibus fælicem Patriam dixere antiqui Philoſophi. Plutarchus in quæſt. An ſeni gerenda ſit Patria, fælicem Patriam in amore ſtatuit. *Non ſufficit* (inquit) *Patriam amauiſſe ſed amare.* Et innuit Seneca: *Graue eſt* (inquit) *Patriam perdere, grauius timere, grauiſſimum*

ſmum vtrumq;. Alij in augendo bona & transferendo mala. Maximus l. 1. *Æque virtutis eſt & bona Patriæ auxiſſe, & mala in ſe transferre voluiſſe.* Alij in introductione diuerſarum linguarum, ſtudiorum, morum, *Caſſiodor. lib.* 1. *Epiſt.* Interdum expedit Patriam negligere, vt ſapientiam quis poſsit acquirere, ſine dubio ad ornatum Patriæ ſuæ adferendum. Equidem non modica fœlicitas inde prouenire poteſt Patriæ, ſed de facto loquendo, & rem Patriæ, non ſignum conſiderando. Ariſt. apud Diog. lib. 2. in quo infœlicitas Patriæ conſiſtat declarauit dicens: *Nemo glorietur quod magnæ vrbis ciuis ſit: ſed quod ſit dignus magna & illuſtri Patria.* Quam dignitatem expreſsit Cic. in Lælio: *Bono* (inquit) *viro non minori curæ eſſe debet, qualis Reſpub. poſt mortem ſuam futura ſit, quàm qualis hodie ſit.* Et concordat S. Auguſt. Epiſt. 202. *Bonis nullus eſt finis conſulendi Patriæ.* Vnde Antoninus Romanorum, vt fœlicem Romam ſe rectore fuiſſe declaraſſet, tale ſimulachrum exarabat, Clauam Herculis lauro circumdabat. Magnum nomen à tot ſæculis Rauitarum in Regno dum conſpicio, vero verius lemma hoc illis adſcribendum puto. *Fœlix Patria Rauitis.* Fecerant quidam vrſam, vt video in *Iul. Capaccio lib.* 1. *Impreſſarum* gradientem, ſuprà cuius dorſum ſtellas ſeptem poluêre cum lemmate: *Sine occaſu fœlix.* Proprium me hercule Rauitis, nam à primæuo Cochano Rawita, cuius poſteritas ad Rawam conſederat, maximis ſemper ornarunt Patriam victorijs & meritis, nec modo ſatis numeroſa poſteritate ſua aliud cogitant, volunt, faciunt, quàm omni virtute adeſſe & prodeſſe Patriæ; prodeſſe autem conſilio, vi, facultate, ſanguine, vita & morte. Lego initia vrbis Bernæ apud Hiſtoricos Germanicos; Princeps loco cognito ad vrbem erigendam conſpicuo & apto, eo nomine illam inſtituit nominare quod haberet fera occurſans, primò illis in venatione occurrit vrſus, & fundatæ vrbi indidit cognomen *Beren* ſeu *Vrſus.* Exinde ciues ob ſignum originis, ſtatuerunt alere vrſos, quoad vrbs duratura foret. Vrſina Familia quam nos Rauitas vocamus, initia familiæ ſuæ quæ ab vrſo habet alit quidem vrſos, ſed non beſtias nec feras; at viros, ciues nobiles, Reipub. Senatui, & Regibus dignißimos, qui Caſtra, qui Tribunalia, qui Senatum honore, ſplendore decorarunt, illuſtrarunt.

FAMILIARVM SANITAS.

ADmirandum fortè, ſi tantùm tribueretur lunæ, quantùm tribuitur virtutis ſoli. Quis enim recipit lumen à ſole? Luna & non è contrà. Ita, mirandum fortè aliquibus erit, quod Rawitis familiarum nobilium ſanitatem tribuerimus. Præcedunt enim ſæculis aliæ familiæ Rauitas, pareſque ipſis ſi tamen non maiores meritis ſunt. Sed velim aduertite, an ſine ratione ipſis Romanis vrſi ex Britannia Romam aducti, ſummæ admirationi in ſpectaculis fuêre? Eſt ingens dicti ratio, ſi bellum Boleslai Chrabri cum Bohemis, de quo *Cromerus lib.* 3. & 5. in memoriam reduxerimus, ſi

Gowor-

Goworkos, Lenkos, Laſotas, Dembienſcios, &c. conſideraucrimus, ſi tantam latitudinem familiæ in Regno Rauitarum ferè per omnes Palatinatus Regni exiſtentes, & merentes Patriæ contemplauerimus, admirationi fuiſſe præ actibus glorioſis aſſentiremus. Illi namque inſtar vrſini partus, quæ fætum reddit informem, atque pectore fouet & lambendo perficit, diuerſarum diſciplinarum perfectione ac virtutum exercitio, ad maxima Reipub. negotia progeniem ſuam diſponunt, & conformes intentioni Regum & Patriæ reddunt & incitant. Tritum habetur prouerbium: *In vrſas abire.* Diceret aliquis ferocitatem hîc expreſſam fuiſſe, nam vrſa ferocior eſt mare. Sed Euripides & Ariſtophanes aliter explicarunt dictum, inquiunt: *Apud Athenienſes olim puellas vrſas vocari ſolitas.* Creuit ergò prouerbium: *In vrſas abire.* Cùm puellæ antequam nuptiarum tempus appeterent, pudicitiæ cauſa Dianæ conſecrabantur. In eundem ſenſum intentum deducere licet, dum tot tantoſq; viros de gente Vrſouitorum ſeu Rauiciorum in Eccleſia, Epiſcopos, Abbates, Prælatos, in Senatu Palatinos, Caſtellanos, in Caſtris Duces, Ductores cohortum, Rothmagiſtros, in Tribunali Iudices, Capitaneos, Succamerarios conſpicimus, qui vitæ ſplendore, actuum dignitate, meritorum præſtantia, titulorum honore, omnibus exemplo ſunt & lidium probatorum morum & honeſti agunt, omnes in vrſos abire affirmabimus. Non (inquam) in rapaces vrſos, ſed vrſos defendentes Patriam, depaſcentes verò hoſtiles fætus. Et ſicut vrſina ferocia in pueros Eliſæum Prophætam Dei irridentes & Calue, Calue vociferantes exarſit, fuitque præſagium excidij Hieroſolymitani, vt *Eucherius in 4. Reg. cap.* 2. interpretatus fuit, ita ſanitatem familiarum & Patriæ, ſtragem verò hoſtium arma præſentia Rauiciorum præſeferunt, dum in vrſas abieruut.

SPECVLVM TVENDÆ REI PVBLICÆ.

NON velim à ratione ſit alienum, etiam animal imò vrſum in ſpeculum tuendæ Reipub. aſſumi. Docet namque *Ariſtot. in 1. de Animal.* Sicut omnia metalla & omnia fruſta auri & argenti ad aurum mundiſsimum manifeſtantur, ita diſpoſitiones omnium animalium manifeſtantur cum ad hominem comparantur. Liceat igitur in moralem quoque doctrinam vrſum animal ad tuendam Rempub. in exemplum ſumere, ac inde ad Rauitas deſcendere. Optimè tuetur Reſpub. dum Deos tutelares habet. *Si enim Deus nobiſcum, quis contra nos?* inſtruit hunc tuendi modum vrſus. Erat enim vrſa in tutela Dianæ, quæ in ipſius ſacello nata fuerat, quam dum Athenienſes interfecerunt, indignata Dea inedia afflixit eos, quod animal inediæ patientiſsimum ſuſtuliſſent. Maiorem tutelam Rauitæ docuerunt, cum verum Deum de Deo, lumen de lumine, pro tuenda Patria & Reipub. prædicarunt, quales fuerunt Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Domini Roberthus Groth Epiſcop. Cracouienſis, Paulus Wolucki Epiſcop. Vladislauień. & Pome-

& Pomeraniæ. Optimè quoque tuetur Reſpub. dum corpus ipſius ſed principaliſsimè caput conſeruatur, nam languente capite cætera quoque membra langueſcere neceſſe eſt. Talis tutelæ eſt ſpeculum vrſus, nam caput ſuũ imbecilium defendit pedibus anterioribus, & totum corpus exponit periculo, vt caput ſanum retineat. Expreſſerunt hoc Vrſouitæ in ſemetipſis, qui ſeſe periculis pro Rege & Senatu obiecerant multis vicibus. Talem Palatinum Sendomirienſem referunt Hiſtoriæ Gouorcum, qui in captiuitatem 1198. deuenerat. Talis erat Stanislaus Przyemski, Ozarowſcij, Gnieuoſij, &c. Optimè tuetur Reſpub. dum liberè pro illa ſanguinem fundere deſideramus, hoc enim medio, vir viro, galea galeæ, manus manui prompta fiunt, & ſubitò adſunt. eſt ſpeculum vrſus talis tutelæ, non enim vrſus mellis, pabuliq́ue gratiâ ad aluearia apum accedit eaſq́ue irritat, vt inquit *Plin. lib.* 8. *cap.*36. ſed vt aculeis vulneratus ſanguinem emittat, grauedini remedium inueniat, & venationi agilior fiat. O quantos legimus Rauitas, qui ſanguine tutandam Rempub. eſſe proteſtati ſunt, Ruſieccios, Iaroccios, Oſtrowſcios, Skowieſcios, Kuroſios, alioſq́ue innumeros linea Familiæ latius explicabit:

LINEA FAMILIÆ RAWICZ.

K*Ochan, qui & cuius poſteritas ex Bohemia in Regnum* 1003. *deſcenderat, Boleslao Chabri tunc Poloniam gubernante, de hoc* Cromerus lib. 3. *Rex læſam iterum patientiam ſuam indignatus, & grauibus ſuorum iniuriis & querellis irritatus, tumultuaria manu Bohemum perſequitur, quem cum intra fines Regni ſui non eſſet aſſecutus, auctis copiis Bohemiam longè latèq́; populatus eſt. Oppida & arces partim vi expugnauit, partim in deditionem accepit, Pragam Metropolim & Wyſſegradum arcem quo ſe Dux Boleslaus cum Iaromiro filio receperat biennio obſeſſam fame ad deditionem compulit, fautoribus & adiutoribus ad omnia vſus Kochano & cæteris Rauitis ſiue Vrſouitis Principe tunc inter Bohemos Familia, cuius ſtemma gentilitium eſt puella vrſo inſidens, &c.*

Cziſta *eques ante Bohemus tum Polonus, vt* Dlugoſſus *habet* fol. 345. *Hic Ioannes Cziſta ſiue Boleslai Chabri conſilio, ſiue præmio propoſito, ſiue proprij exilij cæſorumq́; propinquorum Rauitarum dolore ſtimulatus, Suatopelcum Bohemiæ Regis filium occidit in caſtris, qui magnis præmiis à Boleslao affectus fuit.* Cromerus lib. 5. *Ante annum* 1110. *conſtituerunt Vrſouitæ plurima domicilia, ciuitates, villas in Palatinatu Rauenſi, vnde Rauitæ cognominati fuerũt. Ex quatuor demum fratribus ampla creuit Rauitarum familia. Ex Prandota huius nominis tertio Palatinus Raueñ.* 1145. *Goworek, Groth, Warſʒ filij.*

Trzcinſcij *ex Prandota deſcendunt, Ducibus Maſouiæ ad obſequia dediti, à quibus & multis honoribus, dignitatibus, bonis præmiati fuerunt, ex his in Ruſſia ad Socalum alij conſtituerunt domicilia, Sigiſmundus & Laurentius reli-*

querunt prolem. Prandotæ de Trzčiány Palatini Rauenſis Anno 1230. 1260. 1394. 1505. *Et Venator Sochacouień.* 1509. *nunc Trzcinſcij vocantur. Mathias Trzčinſki ex Sochacouień. Terra, Vladisl. IV electionem ſubſcripſit. Nicolaus in Zelazna, Ioannes Prandota, Stephanus Trzčinſcij electionem Vladisl. IV. Sereniſſ. Regis ex Rauenſi Palat. ſubſcripſerunt.*

Rokiccij *de Rokitnice, Ioannem Pakoſſ de Rokitnicá Capit. Rauenſem referunt antiqua ſcripta, qui cum Iedlenſka reliquit prolem.*

Lenkouij, *qui propriè ſunt Rokiccij. Ioannes Rokicki à nutrice cognominatus Leniek, & hoc cognomen retinuit vſq; ad poſteros, ſucceſſerat parenti in Capitaneatu Rauenſi demum Venator Vislicienſis & Niepolomiſcenſis, ex Máciciowſka armorum Ciolek ſuſcepit Thomam Lenko, hic ex Goſſeńſka reliquerat Matthiam, qui ex Waſowicowná de Smogorzewo armorum Łábęć eximios milites & domui ſuæ benè prouidentes filios ſeptem, & filiam Ruccij conſortem ſuſcepit. Matthias Ioannis Lenko germanus, Canonicus Cracouień. & Lencicień. Rauenſis Plebanus, vir literis ornatus, & in negotia Reipub. diſertus & optimè diſpoſitus. Mathiam Caſtell. Derpſcen. refert Conſtitutio Regni* 1607.

Lipiccij *in Rauenſi Palat. Suentoslaum Caſtell. Conarienſem refert Conſtitutio Regni* 1562. *dum ſubſcribit Ducatus Oſuiecimenſis & Zatorenſis incorporationis priuilegium.*

Otrebuſij, *in Rauenſi & Varſauienſi Terra. Andreas Otrebus ex Varſauienſi Terra electionem Vladisl. IV. ſubſcripſit.*

Boguccij. *in Rauenſi & Præmislienſi Terra, ex quibus erat Iudex Rauenſis, alter Iudex Præmislień. Erat quoq; ex illis Theſaurarius Maſouiæ, Andreas Bogucki Caſtell. Sanocenſis, electionem Sereniſſ. Vladisl. IV. ex Palat. Ruſſiæ ſubſcripſit.*

Ozgij *in Varſauienſi Terra, Balthaſar ſtrenuus miles, literis, iure, & prudentia in Reipub. negotiis eximius, Iudex Officij cauſarum Caſtrenſium Leopolień. Nicolaus ad negotia Patriæ donis naturæ, & diſciplinæ ſingularis, quem Conſtitutio Regni* 1603. & 1607. *refert. Petrus Ozgá Iudex Terræ Leopol. de hoc Conſtitutio Regni* 1607. *vbi Reuiſor Theſauri Regni deputatus. Ex his erat Capit. Treboulienſis, ad Imper. Turcarum legatus à Regno, vir ingenio, prudentia, rerum peritia inſignis, eſt modernis temporibus Notarius Terreſtris Leopolień. vir iurisperitia eximius.*

Woluccij *de Wolucza, in Rauenſi Palat. vt maximis meritis Reipub. & Patriæ in Caſtris & Senatu notiſſimi, ita præcipuis honoribus à Sereniſſ. Regibus cohoneſtati. Abraham, quem Caſimirus Magnus non modicis præmiis, vt ex literis patet de Data* 1340. *locupletauit. Iacobus in bello Prutenico cum Sereniſſ. Rege Iagiello occubuit. Michael, Felix, & Ioannes germani fratres, primus ſæcularem vitam in Spiritualem commutauit Præpoſitus Opocinenſis, literis & exemplo vitæ omnibus honorabilis, ſecundus in Curia Cuiauienſis*

Epiſcop.

Episcop. Karnkouij ætatem virtute & moribus acuebat ad dignè danda Reipub. obſequia, cum Rucka tenuit matrimonium, tertius ex Oltarzewſka filios digniſſimos literis & externarum nationum experientia reliquerat, ſed optimæ ſpei viros cito vorax parca è viuis ſuſtulit. Paulus Wolucki Epiſc. Camenecenſis tum Luceorienſis, demùm Vladislauień. & Pomeraniæ, qui ſplendidam ſui memoriam in Eccleſia Dei & in Cathedralibus Eccleſiis reliquit, norma certè virtutum & exemplar Paſtorum. Ille quotidie omnes Presbyteros & Canonicos ad menſam ſuam vocabat, Clericis caſus conſcientiæ legebat, ad matutinas horas ſæpiſſimè veniebat, ipſe verbum Dei prædicabat, confeſſiones excipiebat, pauperibus prouidebat, Religioſis amorem prouiſione proteſtabatur. Magnus demum Orator ad Pontifices Maximos, pius, iuſtusq; Senator & Eccleſiarum decor, ſpem vitæ perennis ſibi comparauit. Illius pietatem & virtutem vt quidam exprimeret hæc in arma illius reliquit.

Xeuxis virgo feras frenis adiuta regebat,
    Quam melius frenat virgo Polona feras.
Vrſam virgo domat, frenos non paſſa domatur,
    Sic tantam virtutem deuenerata fera eſt.

Philippus Wolucki Palat. Rauenſis, Capit. Radomienſis, Inouloclauienſis. Stanislaus Caſtell. Haliciẽń. Succamerar. Regni Capit. Rauenſis. Sebaſtianus Caſtell. Malogoſtenſis, Capit. Rauenſis, Bartholomæus Wolucki, viri digniſſimi & pietatis amantes, qui veritati, ſinceritati, probitati totum deuouerunt affectum, quos ipſa virtus Sereniſſimis Regibus commendatos reddidit.

Gowore*k ſecundus filius Prandotæ, Palat. Rauenſis, eximius bellator & Leſci Albi Principis ſummoperè dilectus Palat. Sendomir. Illius belli fortunam ad Mozgauam amnem lapide ſeptimo à Cracouia refert* Cromer. lib.7. *ad principium. &* Bielſc. ſub Anno 1194. *Ipſius fidelitatem erga Principem id declarat, quod Principatum Poloniæ cum conditione hac vt Gouorcum à ſe dimitteret noluerit Princeps acceptare. Illius merita Starouolſcius inter bellatores Sarmatiæ tali Epitaphio deſcripſit:* Hoſpes mirare ſepulti fidem vel conſtantiam vel fortitudinem, Gouoricius Sendomirienſis Palat. Leſci Albi conſiliarius hìc fuit, qui vt Principi ſuo gloriam pararet, ſæpius cum Ruſsis acerrimè dimicans, etiam militis officio functus eſt, vt ei obſequia ſua probaret vltrò in exilium iuit, ne ad principatum adipiſcendum impedimento eſſet, vtque cunctis candorem ſuum monſtraret, nuſquam maleuolorum muneribus corrumpi potuit, quin ſuum Principem cui tota vita addictus fuit, & partes bonorum deſereret: ô magnum itaque & conſtantem Senatorem, & cum quo probitas hercle & Sarmaticus candor, hìc ſepulta iacent. *Gowork Caſtell. Zawichoſtenſis, Vladislai Lokietek tempore, eius filius Laſotá, vir bello clarus, & Reipub. optimè meritus, in Caſtellanũ Sendomiriẽń. promotus, iſtius Caſtellani filij habebant demùm in conſuetudine filiis ſuis nomina vel Goworck, vel Laſotá imponere.*

Láſotij. *Laſotá filius, Caſtell. Lublinen. vt ex priuilegiis colligitur. Thomas Láſotá (iam enim nomen in cognomen nobilitatis venerat) Vexillifer Lublmenſis tempore Iagello Regis, eius filius Goworek qui reliquit Andream, cui filius erexit Epitaph. hoc Lublini.* De terra procedimus, & in terram conuertimur, cedamus ergò fatis. *Filius Stanislaus Patri ſuo Andreæ in memoriam poſuit, reliquit prædictus Andreas filios ſeptem, filias quinque. Stanislaus 1. filius Secret. Regis Auguſt. Legatus ad Sereniſſimos Reges, Angliæ, Portugaliæ, Galliæ, Hiſpaniæ, vnde iam colligere licet quantus vir fuerit, ingenio, literis, linguis, prudentia & morum honeſtate, à Sereniſſ. Portugaliæ Rege ad inſignia ſua retulit honoris ſymbolum, torquem auream ex liliis & litera Z contextam ex qua Roſa pendet, qua quidem catena arma ſua circumdata fuêre. Honoratus in Regno Succamerariatu Lublinenſi, & ad altiſſimos in Senatu gradus aſſumendus erat, ſed mors moræ neſcia diſturbauit ſucceſſum. Sepultus Lublini cum Parente addito Epitaphio:* Omnibus decretum eſt mori, mors nulli parcit honori. Mors dat cunctis æquam legem, rapit cum paupere Regem. Omnes tranſibunt, ibimus, ibitis, ibunt. Ego cras tu poſt cras, nec nos iuuabit Hyppocras. *Ioannes 2. filius, hic ex Palat. Lublinenſi in Ruſſiæ partes tranſijt, dum bona ad Rohatinum Sarnki & Lipice diuiſione cum fratribus accepit. Nicolaus 3. filius* Canonicus *Poſnamenſis, vir his quæ decebant Eccleſiaſticum digniſſimè ornatus, literis ſcilicet & virtute. Petrus 4. filius, hic dum Marti & Bellonæ vires & fortunam conſecrauit, militarem toto tempore vitæ coluit, & titulo atq; honore militis aurati inſignitus fuit. Dauid 5. filius, Aulicus Sereniſſimi Regis Auguſti, eximius bellator. Chriſtophorus 6. filius Andreæ Láſotá, dum iuuentutem ſuam eximiis literis & variarum nationum linguis, & exercitiis ornatam reddidiſſet, occupationem primam in Cæſaris Aula ſuſceptam, ad eam detulit dignitatem, vt Nuncius ab ipſo ad diuerſos Reges, & Principes deſtinaretur; vbi verò in Patriam redijt, à Sereniſſ. Rege Auguſto Aulicus creatus, legationes ad diuerſos Principes expediuit, verum, promptum, dextrum ad negotia Senatus & Regni vbi ſeſe obtulit & diſpoſuit, valetudo debilis ex Podagra præmia ſucceſſus, & fortunam impediuit & eripuit, reliquit filios & filias. Obijt Pocillator Lublineñ. Andreas 7. filius Laſotæ, Venator Lublinenſis, vir magnæ conſtantiæ, morum grauitate, & prudentia Regi Sereniſſ. Auguſt. commendatus, in Comitiis Regni conſilio, & potentia valuit. Sorores horum erãt Barbara Malicka, Beata Ruchanſka Vexilliferi Belzenſis, Helena Lyſakowſka Succamerarij Nurenſis, Dorothea Buchowſka conſortes.*

Wark *frater Prandotæ & Goworek, Caſtell. Cracouieñ. De hoc* Cromer. lib. 10. ſub Anno 1229. *Poſt deceſſum Boleslai Pudici Leſco nigro gubernante, Leo Ruſſorum Dux cum Tartaris & Lituanis depopulato tractu Lublinenſi, verſus Sendomiriam diuertit, ſed eum Varſius Caſtell. Cracouienſis, & duo Palatini repreſſerunt, cum ei ſe apud Goslice pagum altero à Sendomiria milliario*

cum par-

cum parua manu, temerè quidem ſed tamen euentu proſpero oppoſuiſſent, Bielſc. ſol. 191. *addit. Warſz armorum Ráwicz Caſtell. Cracouien. cum Petro Palat. Cracouienſi, & Ianuſio Palat. Sendomir. armorum Ianiná 2. Febr. Anno* 1280. *(in hoc non concordat) deuicti.*

Dembinſcij *de Dembiany, ex Warſio deſcendentes, ampliſſimis meritis clariſſima familia, Bernardum Dembinſki,* Paproc. fol. 431. in Stem: *ponit Vexill ferum Cracouienſem in Anno 1330. Iacobus Dembinſki Rotbmagiſter ſtrenuus, & faliciſſimus bellator, non diſſimilem filium Andream reliquit in Anno 1400. cuius animi dexteritatem, & in bello fortitudinem Hiſtoriæ referunt. Reliquit illuſtrem ciuem Patriæ Iacobum Caſtell. Malogoſcen. à Caſimiro Iagellonicio Rege, ad Regem Bohemiæ Georgium de incendiis multorum oppidorum & villarum in Bohemia inſimulantem Regem Caſimirum, quaſi illa facta fuiſſent ipſo & vxore eius authoribus ſubornantibus, Legatum cum Alberto Gorſcio, qui Caſimirum & verbis & prouocatione ad ſingulare certamen more militari purgarent, quod ipſi tanquam milites intrepidi perfecerunt.* Cromer. in Anno 1460. fol. 360. *Is deinde contra Cruciferos Dux militum deſtinatus, Germanos & Bohemos in ſubſidium Cruciferis per Marchiam Brandeburgenſem venientes à Confinis Regni fugauit,* Cromer. fol. 361. *Idem in Anno 1462. Theſaurarius Regni Capit. Sadecen. & Biecen. ex Commiſſione Regis cum Ioanne Rytwanſki Palat. Sendomirien. & Iacobo Szenienſki inter DD. Tęczynios & Ciues Cracouien. componit de mulcta propter cædem Andreæ Tęczynij à dictis Ciuibus factam,* Cromer. fol. 366. & Guagnin in deſcriptione M. D. Litu. fol. 56. *Alter Iacobus Dembinſki Præfectus Cracouien. Theſaurarius Regni poſt Cancell. in Anno 1470. tandem Palat Sendomirien. Dembinſcianæ Familiæ virtutum & in Rempub. meritorum pluſquam hæres, qui egregiis ſuis factis & virtutibus nomen auitum ſuorum maiorum illuſtrauit & exornauit, poſteris exemplum fortiter rerum gerendarum in Repub. imitandum ſeipſum reliquit, clarus actibus bellicis, clarus multis legationibus ad exteros Principes, quibus admirationi fuit & apud ipſos Patriæ ornamento. Hic inter diſcordes Reges Poloniæ & Vngariæ lites ex mandato Regis Caſimiri ſedauit & compoſuit ſua induſtria, cui idem Rex bello Pruſſico 1466. occupatus, ac ideo abſens à Cracouia, curam Minoris Poloniæ commiſerat, & tunc Ducibus Sileſiorum obſidentibus Ducem Rybnicen. in Sileſia Venceſlaum iuſſu Regio cum Exercitu in Sileſiam profectus, illum ab obſidione liberauit, & inter ipſos Duces litem compoſuit,* Guagnin. in deſcriptione M. D. Litu. fol. 56. *& dum in Anno 1462. Belika Dux Exercituum Matthiæ Regis Vngariæ cum milite numeroſo ad Oſuiecimum irruperat, Iacobus Dembinſki ipſum profligauit, & de ipſo glorioſe triumphauit. Rege Bohemorum Georgio hæretico facto, ac propterea à Summo Pontifice Regno & Regis titulo priuato, à Bohemis Catholicis per ſuos Nuncios Regem Caſimirum ſolicitantibus, vt aut ipſe Regni Bohemiæ curam ſuſciperet, aut aliquem ex ſuis filiis in Regem ipſis mitteret, quod etiam ipſi Summus Pontifex per ſuos Legatos ſuadebat, vt ab hæretico occupatore Regnum vindicaret. Recuſante tunc id Rege Caſimiro aliis negotiis Regni implicato, Oratoribus tum Pontificis tum Bohemorum reſpondit, curaturum ſe fore, vt bellum Ciuile inter Bohemos gliſcens dirimatur, & vt Georgius in viam redeat, ac vt in poteſtate ſit Summi Pontificis, & in hunc finem Iacobus Dembinſcius tunc Theſaurarius Regni, & Præfectus Cracouien., cum Staniſlao Oſtrorog'o Palat. Caliſien. ex Comitiis Cracouien. 1467. miſſus erat Legatus in Bohemiam,* Cromer. fol. 393. *Idem in Anno 1470. iam Cancellarius Regni à Caſimiro Rege ad Georgium Regem Bohemorum miſſus, perſuaſurus nomine Regio, vt adhuc ſuperſtes Regnum Bohemiæ tradat Vladiſlao Caſimiri filio, quem antea nominauerat ſuum in Regnũ ſucceſſorem, quo conſentiente dummodo ad id accedat confirmatio Summi Pontificis, in hunc finem Iacobus Dembinſcius, vnà cum Michaele Abbate Calui montis ſeu S. Crucis, Romam ad Summum Pontificem erat miſſus legatus,* Cromer. fol. 399. Guagnin. in deſcript. M. D. L. *Nicolaus*

Comorouius à Rege Poloniæ ad Regem Vngariæ deſiciebat, volens ipſi tradere arces Beluard, Zywiec, & Seſlary, quibus cognitis Rex contra Comorouium, Iacobum Dembinium Præfectum Cracouień. & ex Cancellario factum Palatinum Sendomirień. cum tumultuaria manu militum miſit. quas ille arces intra quinquageſimum diem expugnauit, & Berualdum quidem diruit, Zywecium incendit, Seſlaros verò Marco Ratboldo quas ille Comorouio oppugnauerat reſtituit, Cromer. fol. 417. & Miechou. lib. 4. cap. 64. fol. 329. *Hic tantus vir reliquit filios fulcra fortiſſima Patriæ à maiorum virtute non degeneres Andream Iudicem Terreſtrem Sendomirień & Iacobum. Andreas Iudex qui longæuam vitam duxerat, habebat enim 120. annos, peſte obijt. Reliquit Felicem, qui ex Tęczyńska reliquit Chriſtophorum qui ſteriliter deceſſit, & Ioannem & filias Strzaly Iudicis Zatorień. & Swierckowſcij conſortes, Ex Strzalanká reliquit Staniſlaum, Felicem, & Andream. Ioannes primi illius Felicis, Sigiſmundo Auguſto Regi primò in Aula obſequia reddebat, poſtea ſub eodem Rege ad Moſchouiam Rotbmeg ſter eximius. cum Oraczewska reliquit Adamum virum Reipub. ad omnia obſequia proficuum Rothmagiſtrum ſub Sigiſm. III. à quo Gabriel Dembinſki qui cum Belzecka reliquit Georgium, Adamum, Sbigniewum, & filiam Chryſtinam adhuc minorennem, Filia Ioannis ex Oraczewſka Anna Tarczewſcij conſors, ex Strzalanká Felicis filius Staniſlaus, à quo Martinus Dembinſki egregius miles, & Chiliarcha in Moſchouia ſub Sigiſm. III. qui in aggreſſione Smolenſcij vitam pro Patria cum morte commutauit, Sebaſtianus alter filius ſteriliter deceſſit. Felix à quo Chriſtophorus & Sigiſmundus adhuc ſuperſtites, Andreas tertius filius à quo Andreas hæres in Lgota, Ioannes, Felix, & Conſtantinus. Iacobus alter filius Palatini Sendomirień. ac germanus Andreæ Iudicis Sendomirień. reliquit Petrum Iudicem Cracouień. virum de Patria & Repub optimè meritum, & Valentinum magnum Patriæ ciuem & Reipub. ſanum Conſultorem. Hic ex Caſtellano Biecenſi Theſaurarius, poſt Cancellarius Regni, tandem Caſtell. Cracouień. qui Oleſniciorum Regio decreto condemnandum propter Stancarum hæreticum ſuo prudenti conſilio à periculo vitæ liberauit,* Bielſc. fol. 553. *Petrus Iudex Cracouień. cum Grußczyńſka reliquit filios Ioannem & Staniſlaum, & filias Wielkoneccij, Vlinſcij, Gnoinſcij, Dymitrowſcij conſortes. Ioannes cum Niemſcianká reliquit Stanislaum modernum Iudicem Terreſtrem Cracouień virum probatæ virtutis & integritatis, in decidendis cauſis magni iudicij, Georgium & Petrum, quorum citamors vitam longiorem abrupit, filias 6. quarum duæ adhuc minores obierunt. Sophiam Krupczyna, Reginam Rucka, Chriſtinam Pozowſka, Heduigim Meſćicka. Staniſlaus verò cum Ciecierſka reliquit Iacobum, qui cum Oleſnicka reliquit filiam Soleccij conſortem, Ioannem qui cum Glinſka reliquit filios tres, Hieronymum, Andream, Stephanum, filias tres, Reginam Witkowſka, Sophiam Spinkowa, & Marinam, Petrus Staniſlai filius cum Kolkowna reliquit filiam Wybranowſki Capit. Zarnouiecień. conſortem. Valentinus Petri frater, in ætate viridi mortuus. Valentinus Dembinſki Caſtell Cracouień. ex Kuczkowſka reliquit filios 7. Staniſlaum Capit. Chęcineń. qui Reuiſor Ruſſiæ Anno 1563. deſtinatus fuit. Iacobum Capit. Czorſtineń. Eraſmum Decanum Eccleſiæ Cathedr Cracouień. ac Præpoſitum Eccleſiæ S. Michaelis in Arce Cracouień qui legationem ad Sueciam expediuit virum integerrimæ virtutis, ab omni ambitione alienum, qui Epiſcopatus ſibi oblatos nouerat repudiare, Gaſparum Succamerar. Mielniceń. Correctorem Iurium in Anno 1589. Andream Capit. Lubomſceń. Ioannem item poſt mortem fratris Capit. Lubomſceń. Valentinum cuius* Ianuſouius in Statuto meminit fol. 768. *Spes Reipub. in illo eximia fuit, quæ morte interrupta reſciſa perijt. Reliquit quoq; filias 5 Sophiam Lanckoronſka, Barbaram Bużyńſka, Annam Szafrancowa Palat. Sendomirień. Chriſtinam Goluchowſka Succamerar. Sendomirień. conſortes, Heliſabeth Silnicka. Ex Minocka habuit Catharinam Rzeyowa, Ex Goſlawſka reliquit Hieronymum Capit. Malogoſteń. & filias Barbaram Minſcij Palatini Lencicień. Vice-Cancell. Regni, & alteram Zarębi Capit. Grabouień. conſortes. Staniſlaus Capit. Chęcineń. ex Cielkowná reliquit filios tres, Samuelem Caſtellanum Biecień. Capit.*

Będzineń.

Belzinen. Seuerinum & Hieronymum, filias 6. Padnienſcij Caſtell. Oſuiecimen. Capit. Lybouien. Sapiha Palat. Poloccen. Modliſzeuſcij Capit. Lomzen. Chodzanſcij Capit. Nurſen. Bouſtraſycij, Belina, Bielanſcij conſortes. Samuel filius Staniſlai primus, cum Frowanowna reliquit Marci Stadnicki Procuratoris Cracouien. Komorouſcij de Zywiec, & Laccij conſortes, & duas Moniales. Seuerinus alter filius cum Pliſzkowſka reliquit Czarnocki Samuelis Enſiferi Cracouien. conſortem, & alteram Monialem Zwerinecen. Hieronymus adoleſcens obijt. Iacobus Capit. Corſtinen. reliquit filios tres, Capit. item poſt mortem parentis Corſtinen. Sigiſmundum & Eraſmum, & filiam vnicam Ligęzij conſortem. Sigiſmundus cum Węzykowna reliquit Staniſlaum virum eximiæ virtutis, Aulicum S. R. M. qui ex Rarenſka reliquit filios, Eraſmum cuius induſtria, virtus, felicitas in re militari præcipuè contra Tartares probata ſemper fuit, cum Witkenſka reliquit vnicam filiam, Sigiſmundum virum militarem multoties Rothmagiſtrum, qui ſterilis deceſſit, Alexandrum, qui in iuuentute obijt. Felicem, qui cum Przyłęcka duas filias, duorum item Kazimirſciorum Ioannis & Andreæ coniuges, tertiam primo voto Komornicccij, ſecundò Oraczenſcij conſortem, Eraſmus tertius filius Capit. Corſtinen. rei militari addictus Rothmagiſter, aliquando etiam & Chiliarcha militum cum Skiłowſka Notarij Podlachiæ filia reliquit prolem. Gaſpar Dembinſki Succamerar. Mielnicen. vir in militia intrepidus Rothmagiſter, in Moſchouia ſub Stephano Rege cum Kopćiowna reliquit filias, Trzcinſcij Succamerarij Sochacouienſis, duas alias, duorum item Koniecpolſciorum conſortes, ex Prowiecka Franciſcam Oliſarij ad præſens Rothmagiſtri militum quartæ Regni coniugem. Andreas Capit. Lubomſcen. reliquit tres filios, Raphaelem qui floridam iuuentutem morti tradidit, Andream Canonicum & Cantorem Sendomirien. & Staniſlaum in Biała, virum paruæ ſtaturæ ſed magni animi. & filiam Chylinſcij & poſtea Kazanowſcij conſortem, qui Staniſlaus cum Otwinowſka reliquit filios & filias. Hieronymus Capit. Malogoſten. vir liberalitati deditus, ex Buzyńſka reliquit Franciſcum, ad præſens Succamerar. Cracouien. virum veri & iuſti amatorem in dicenda ſententia ſui officij, rectitudiſſimum, qui ex Wielopolſka Succamerar. Cracouien. filia, reliquit Ioannem Aulicum S. R. M. ſummæ expectationis adoleſcentem, qui vt Patriæ poſſit poſtea commodius inſeruire in exteris nationibus nauat operam literis & moribus. Chriſtophorus Dembinſki ex Morakowna reliquit filiam Borkowſki conſortem, & Staniſlaum Abbatem Bledzouien. multis functionibus de Rege & Repub. meritum, in illis partibus Sicco milite Sileſium vaſtante murum & antemurale à Sileſia limitum Poloniæ. Iacobus Chriſtophori frater germanus, ex Malicki reliquit Danielem nunc in Caſtris militantem, & Procopium adhuc minorennem. Iacobum Dembinſki Hiſtoriæ referunt Subiudicem Cracouien. qui reliquit duos filios Nicolaum & Sebaſtianum, filias Czarnocki & Strzalinij conſortes, Sebaſtianus ex Oſinſka Caſtell. Polanecen. ſorore, reliquit Ioannem & Paulum, & filias Pozowſka & Mokrzka, Ioannes cum Gorſka reliquit filium Adamum. & filias Koſnouij & Grodziccij conſortes. Paulus verò ex Komornicka habuit filiam Szydłowſki conſortem. Balthaſar Dembinſki reliquit tres filios, Albertum, Samuelem, & Sigiſmundum. Eraſmus quoq; Dembinſki Vexillifer Curiæ incorporationem ad Regnum Podlachiæ & Volhiniæ ſubſcripſit. Dembinſcij in Maiori Pol. in Kraina eiſdem armis vtuntur, ex quibus Mathias multorum meritorum eximius Rothmagiſter, ſub Sereniſſ. Sigiſm. Auguſt. 1566. cum Moſchouitis ad Rumbork, Hadzel, Rakobor, Aſcluz acerrimè pugnauit. In Liuonia, dum ipſe Moſchorum Dinaſta cum centum millibus ſubiugare intendebat Arcem Sancel à Moſchis recuperauit & poſſedit 1577. Arcem Orle præoccupauit & multis occiſis, in captiuitatem alios cum ſuis Palatinis Regi Sereniſſ. reddidit. Arcem Bobel Moſchis eripuit, & in præſidium ſtabiliuit. Arcem Venden & Kies iam ferè debilitatam à Moſchis & fractam fortiter defendit, atq; poſt eadem vnà cum Alexandro Chodkiewicz Capit. Grodenſi, & vice altera cum Andrea Sapieha Palatino de Nouogrodenſi, victor tormenta bellica cum captiuis Vilnam Sereniſſ. Regi remiſit 1578. Dum verò Vicesgerebat Supremi Ducis Exercituum M. D. Litu.

Sereniſſ.

Sereniſſ. Stephano iubente, 1579. ad Bierzony victualia Moſchorum intercepit, atq; iterum parua manu decem millia Tartarorum verſus Kokonauſum tendentium ad Moſchum profligauit. Anno verò 1580. latè & longè Moſchorum ditiones inuaſit, igne, gladio conſumpſit, & ſequenti anno arcem Lenuard obſedit & accepit, poſtmodùm Aſcarodum obtinuit. Me hercule vir magnorum bellatorum nomine & gloria comparandus. Erat Capit. Romberſcen. in Liuonia, Palat. primò Venden. deinde Polocen. Albertus frater Matthiæ germanus, in omni expeditione cum fratre dexterrimus, à Sereniſſ. Rege Stephano prouiſionem & bona in Liuonia pro benè meritis 1583. recepit. Stanislaus & Remigianus Dembinſcij in Maiori Polonia fratres germani, Remigianus in Anno 1645. Iudex deputatus Tribunalis, Epitaphium in Eccleſia Cathedrali Premislien. refert Dembinſcium Epiſcop. Premislien. Vicecancellarium Regni, Cathalogus in Sieuior poſſeſſione Epiſcopi Cracouien. habet Valentinum Debinſki Capitaneum Cracouien. & Sieuierien. & alterum Dembinſcium Capit. item Sieuierien. Stanislaus Dembinſki Aulicus Regius Vladislai IV. Eraſmus maior Dembinſki, Stanislaus, Eraſmus iunior, Andreas ex Palat. Cracouien. Martinus ex Palatinatu Sendomirien. Stephanus, Stanislaus, Ieremianus ex Palat. Caliſien. Dembinſcij ſubſcripſerunt electionem Vladisl. IV. Vincentius Dembinſki Cothus nominatus, Cuſtos Eccleſiæ Cathedralis Gneſnen. cui cum Rex Vladislaus à Suidrigelone in Lituania ignominioſe detentus fuerat, ex Decreto Comitiorum Vartenſ. Anno 1430. cura Regiorum filiorum Vladislai & Caſimiri ex Sophia inſtituendorum demandata fuerat, Cromer. lib. 20. fol. 297. *Is poſt deceſſum Alberti Iaſtrzembiec Anno 1435. Archiepiſcop. Gneſnen. per electionem Capituli Canonicorum illius Eccleſiæ renunciatus fuit, & in Anno 1442. à Felice Papa, quamuis in Schiſmate Cardinalis factus, qui Anno 1447. in Regem Poloniæ Caſimirum Iagelonidem coronauit, ſed* Cromer. lib. 21. fol. 313. *ipſum dicit fuiſſe gente Doliuium, quod etiam* Dlugoſſus *&* Ianicius *affirmant, &* Bielſc. lib. 3. fol. 336. *vbi ipſum dicit fuiſſe Cantorem Cracouien. & Vicecancellarium Regni.*

Przyiemſcij *in Caliſienſi Palat. Antiqua & eximiis meritis clariſſima familia, magna poſſeſſione, ſumma honore & dignitate, tàm in ſæculari quam in Eccleſiaſtico ſtatu & Senatu, notabant familiam ſuam de Goliny. Albertus Notarius Caliſien. demum Caſtell. Lencicien. Priuilegium Podlachiæ incorporationis ſubſcripſit. Raphael illius germanus poſt deceſſum fratris Caſtell. Lenciciæ, reliquit prolem. Stanislaus tertius illorum frater Rothmagiſter digniſſimus Auguſti Regis tempore & Stephani, vir grauis & prudens Præfectura Camenenſi honoratus fuit, eorum Familiæ erat Marſchalcus curiæ, vir iudicij magni in conſilio, fortitudinis ſtrenuæ in bello. Andreas Przyemſki de Przeima Marſchalcus Curiæ, Cuninenſis, Kowalſcen. Præfectus, demùm Caſtell. Gneſnen. qui omni actu heroico & ſtudio, nunquam Patriæ defuit. Chriſtophorus Przyemſki, cui in pectore exaratum fuerat amor Patriæ, in fronte honeſtum Familiæ, in hoſtili ſolo Moſchorum vitam ſanguine conſperſit & occubuit. Hunc non ſilebit ventura poſteritas, nec calamus ſcriptorum intermittet. Andreas de Przeyma electionem Vladisl. IV. ex Caliſien. Palat. ſubſcripſit, & Stanislaus Przyemſki Marſchalcus Curiæ Regni ex Poſnanienſi.*

Golinſcij *in Caliſien. Palat. Ea quæ bona ſunt & honeſta cogitant & agunt.*

Nieſulkowſcij *in Cracouienſi Palatinatu, in caſtris Mineruæ, & in Martiis certaminibus excellentes.*

Pieſczenſcij, *multis chari, omnibus affabiles. Nam ortus noſtros partem ſibi vendicat Patria, partem amici.*

Grothij

Grothij. *Groth quartus frater Prandotæ & Warſijcuius poſteritas notabat familiam ſuam de Slupce, Ioannes Groth Palat. Rauen. Ioannes alter eximius bellator, qui vnà cum filio ſuo Ioanne in Bucouiana clade occubuit, ſicut* Miechouius lib. 4. *refert. Ioannem tertium de Noua ciuitate Palat. Raueń. in Anno 1479. referunt quædam literæ Monaſteriorum. Grothum de Slupce refert* Cromer. lib. 16. *dum arcem Konarij in Terra Sendomirienſi deſcribit. Ioannem Groth de Slupce Epiſcop. Cracouień. Anno 1328. referunt Hiſtorici, virum doctum, pium, exemplarem. Quem in Vitis Archiepiſcop. & Epiſcop. Cracouienſium ita delineauit Kantcius.*

Dat Groto Papa ipſo haud ſollicitante Cathedram,
  In ſtudijs inito motus amore viri.
Nota fuit virtus, prudentia, vitaque ſancto
  Illius & mores cum probitate Patri.
Quibus vt iuuenis quondam tunc ille refulſit,
  Immenſum Cleri Sarmatiæque bonum.

Enumerat Paprocius in 2. Opere illius merita in Eccleſiam, Arcem inquit Ielzenſem de lapide erexit, Eccleſiam in Dobrowod fundauit, in Radzieiowo ex coctlo lapide erexit, Cracouiæ altaria Sanctorum Coſmæ & Damiani, & S. Vincentij fundauit, Obijt in Wáwrzyncyce 1347. *Martinus frater Epiſcopi & notant familiam ſuam de Biala & Przylęki in Lelouicń. diſtrictu ipſius poſteri. Iacobus ipſius filius* 1576. *occiſus, cuius filij erant Chriſtophorus, Ioannes, Georgius, Paulus, Laurentius, Stanislaus, Procopius. Alij Grothij notant familiam ſuam de Konary, ex quibus Ioannes Caſtell. Sadeceń. in Anno* 1506. *Plurimos Rauitas, imò totum vexillum virorum ſtrenuorum clade Bucouiana oppreſſum fuit, Anno* 1359. *vt* Miechouius lib. 4. *notauit. Chriſtinum Groth de Oſtrzow Caſtell. Cracouień. refert Cracouiæ ſcriptum ad altare* 1412. *Paulum Groth militem, meminit* Bielſc. ſub Anno 1474. *& duos Grothos de armis Rawicz folio* 486.

Slupeccij, *Hi propriè ſunt Grothij, ſed à Slupce bonis Slupeccij vocati. Chriſtinum Groth Caſtell. Cracouień. primo Slupeccium vocarunt, poſt Ioannem Caſtell. Sadeceń. & demùm alios. Stanislaus Slupecki Caſtell. Lublinenſis, vir acri ingenij belli paciſq; tempore proficuus Patriæ, Legationem ad Maximilianum 2. Cæſarem expediuit. Filius illius Felix Caſtell. Zarnouień. tum Lublineń. Iacobum Sandecenſem Caſtell. habet* Ianuſouius fol. 153. *Alexander vir claritate ingenij, beneuolentia humanitatis, plurimos ſibi in amorem traxit. Ioannes Palat. Rauenſis, cum Adalberto Rege pugnando obijt ibidem vnâ cum filio. Sbigneus miles Hieroſolymitanus, poſt ſumma fortitudinis exempla, vbi in Patriam redijt Caſtell. Polanecen. dignitate honoratus fuit. Ioannes qui nullam dignitatem recipere voluit, reliquit Samuelem Aulicum Regium Zavichoſien. Præfectum, Caſtell. Radomſcen. & Alexandrum de Konary in Pniowa & Wrzáwá hæredem, in exteris nationibus diuerſitate*

linguarum, & grauitate morum eximiè ornatum. Georgius & Florianus ex Palat. Lublinen. electionem Vladisl. IV. Regis ſubſcripſerunt.

Samborcccij *Grothij, in Lublineń. & Sendomirienſi. Iacobus in clade Buconiana cum Adalberto Rege obijt, erant pientiſſimi & in fide zeloſi viri, qui Eccleſiam à maioribus ſuis profanatam hæreticorum blaſphæmiis expurgarunt, & eiectis lupis paſtores reduxerunt. Paulus Samborzecki electionem Vladisl. IV. Regis ſubſcripſit.*

Ozarowſcij *in Sendomirienſi Palat. Siegnieuus & Prandota germani fratres de Ozarow. Prandotæ filij, Ioannes Præpoſitus Troccenſis, Canonicus Sendomirien. Caſimiren. Garbouienſis Plebanus. Raphael, cuius filius Benedictus occiſus, bona per filias in diuerſas familias Grodzkiarum, Skromowſciorum, Kráſowſciorum, Oſieborowſciorum, Iaſłkowſciorum delata fuerunt. Bartholomeus obijt ſterilis, bona illius Rudno, Golembia, medietas oppidi Rawa, ad Fierleios translata. Erat Vicecapit. Zauichoſtenſis, Nicolaus Cubicularius Regis filius Ianuſius, Filiæ eius in M. D. Litu. matrimonio aſſociatæ. Láſotá Sigiſmundi Succamerar. reliquit filium Nicolaum, & filiam Annam Andreæ Teczynſki Caſtell. Cracouienſis conſortem, cuius filij erant Ioannes Caſtellanus Woynicienſis, & Andreas Palat. Cracouiæ. Nicolaus Nicolai Ozarowſki filius, reliquit ex Niewiarowſka armorum Pułkozá Succamerar. Cracouienſis filia, tres filios, & duas filias. Iacobus Ozarowſki de Woynowice, qui cum Byſtramowná reliquit Ioannem & Chriſtophorum, & filias Annam & Orſulam, cum Podlodowſka armorum Ianina reliquit Dauid & Stanislaum, qui habuit filios & filias. Segnieuus verò habuit filium Nicolaum, qui in clade Bucouiana obijt, & reliquit filium eiuſdem nominis, à quo Ozarowſcij Stanislaus, Ioſephus, & Nicolaus cum ſua poſteritate. Raphael alter Segnieui filius hæres in Snopkow, à quo Snopkowſcij. 3. Stanislaus Rethmagiſter digniſſimus hæres in Ozarow, 4. Fælicianus hæres in Swokleſki, 5. Andreas cuius filius erat Succamerar. Sigiſmundi Auguſti, Stanislaus & Alexander Ozarowſcij, electionem Sereniſſ. Regis Vladisl IV. ex Palatinatu Sendomirienſi ſubſcripſerunt.*

Snopkowſcij *in Chelmenſi Terra, Iacobus Tribunus Chelmenſis, cum Herburtowná Caſtellani Belzenſis filia, reliquit filios & filias.*

Gnieuoſij, *dexteritate rerum agendarum domi & foris, in pace & in bello, in Curia Regum & Senatu clariſſima Familia, declarant id plurima priuilegia ipſorum, Hiſtoricæ & Statuta, dum Gnieuoſios ſtrenuos actu & fortitudine commemorant. Sed quia difficilè eſt ex ipſis ſcriptoribus colligere rem de Gnieuoſiis, eò quod diuerſorum ſtemmatum gloriam nitantur, ideò quod de Gnieuoſiis non Strzegoniis, ſed Rawitis clarè ſcriptores affirmant, oculis lectorum proponenda duximus, deſiderando priuilegia gratias & notata in archiuo ipſorum conſeruata ad amplitudinem ſam lic conſpicere, ſed ſplendida domus ſpecioſitas, quæ Rempub. & Eccleſiæ dignitatem vſq; modo laudabiliter conſeruare non deſiſtit, ſatis commendatos vnicuiq; ceu exemplaria virtutum, referret. Staniſlaus Gniewoſ, expeditionibus bellicis maximè ab hiſtoricis celebris, & contracta conſanguinitate ad præſentia tempora in*

pera in poſteritate floridus. Ex Magierowná armorum Szeligá ſuſcepit Cherubinum virum militarem, Danielem, Gabrielem virum prudentem. Cherubinus Gniewoſſ, in militari diſciplina atq; belli trophæis clarus, ſub Alberto Rege Rothmag. in Valachiam, in clade Baconiana immortalis nominis gloriam conſecutus eſt. de quo Bielſc. fol. 486: *Poſteritas ipſius iam deceſſit. Daniel Germanus ipſius, poſt negotia ſplendida in bello reliquit Staniſlaum, qui ob infirmitatem diuturnam ad domeſtica negotia nobilia tamen applicatus fuit. Ex tribus coniugibus reliquit numeroſam prolem. Gabriel dictus Olexowſki tertius eorum frater, nobili occupatione ad aulam Principis & in Caſtris militaribus glorioſè peracta, tenuit matrimonium cum Tarlowná Staniſlai Sereniſſ. Reginæ Elizabeth Oechmagiſtri filia, reliquit filios Andream, Ioannem, Nicolaum, Chriſtophorum. Andreas heres in Sarnow, cui natura vires, prudentiam in rebus agendis in Repub. ingenium contulit, maximum ſui nomen in Senatu, & gloriam nulla ætate obliterandam in Caſtris promeruit, ad Obertinum ſub ſignis Mieleccij Supremi Exercituum Ducis, atq; in diuerſis alijs expeditionibus cum Tarnowſki retulit trophæa victoriarum. Cum Fálęcka reliquit duos filios, Staniſlaum, qui in Germania in Aula Sereniſſ. Reginæ Catharinæ reddidit obſequia, atq; ibidem deceſſit, & Adrianum qui poſt indicia amoris in Patriam immaturus obijt, & in Stećiechow ſepultus eſt. Filiæ illius Barbara Kochánowſka, & Anna Laſocka. Ioannes hæres in Smegorzow, Rothmagiſter eximius Sereniſſ. Regis Stephani, qui ob præclara merita in Moſchouia, & ad Gedanum honore condigno præmiatus fuit. Illius filij cum Czerna erant Paulus & Ioannes milites ſtrenui in Moſchouia cum Sereniſſ. Stephano Rege. Nicolaus, qui dum militari nomine familiam ſuam illuſtraſſet abundè, demum contraxit matrimonium cum Zeleńſka armorum Ciolek, ex hac ſuſcepit filios Balthaſarum Aulicum, & Secretarium Sereniſſ. Regis Stephani, & eximium militem in Moſchoniam, qui proprio ſumptu copias in hoſtem deducebat, habuit in coniugem ex Tolbinia Duciſſam ex Czartoryſko viduam relictam Kniazij Suminſcij, & ſteriliter deceſſit. Item Ioannem Capit. Laticouien. in Moſchouia, & ad Gedanum cum Stephano Rege militem ſtrenuum, Rothmagiſtrum aliquando etiam Legionarium Centurionem clariſſimum in officio militari, cuius in rebus bellicis dexteritati bellicoſiſſimus ille Rex tale teſtimonium dabat :* Si *(inquiebat)* ſingulari prælio mihi pugnandum eſſet pro Regno, id negotij non alteri, ſed Ioanni Gnieuoſio committerem. *Expertus enim erat eius in re militari animi fortitudinem, vnà cum ipſo in Aula Ioannis Infantis Regis Vngariæ degens, & conuerſationem familiarem habens, dum ille multoties cum Turcis eques ſingulari certamine manus conſerendo ſemper victor euadebat. Ex Branicka reliquit filiam Euam Palat. Podlachiæ coniugem, ex Drobiowſka verò reliquit filios tres, Nicolaum, Chriſtophorum, & Thomam. Chriſtophorus quartus filius Gabrielis, dum adoleſcentiam virtutibus ornatam fortitudine in bello claram Patriæ deuouiſſet, adiecit animum ad ſedatam vitam in pace, & contracto matrimonio reliquit filios eximios propugnatores Patriæ, & in expeditionibus hoſtilibus magnos triumphatores Bartholomæum & Nicolaum. Nicolaus Gniewoſſ filius Ioannis Capit. Laticouien. Signifer Lublinen. miles ſtrenuus clauo & gladio, illorum bellatorum morem ſecutus qui Patriæ ſalutem, familiæ ſuæ gloriam, vita, ſumptu, periculo comparabant. ſub Rege Sigiſm. III. & Ducatu Magni illius herois Chodkiewicij Rothmagiſter in Valachiam ad Chotinum, vbi contra Tartaros & Turcas tanquam verus Patriæ amator, & Reipub. propugnator, acerrimè pugnando multa trophæa fæliciter deducebat, quod idem in bello Pruſſico contra Guſtauum ibidem Rothmag. exiſtens glorioſè & ſemper cum laude faciebat. In Moſchouiam contra fidefrages Moſchouitas, & illorum Ductorem Schinum vitam, ſanguinem, & ſubſtantiam promptè & liberaliter pro Patria offerendo proprio ſumptu cum Sereniſſ. Vladislao IV. numeroſum militem item Rothmagiſter deduxerat, vbi poſt partam de Schino victoriam triumphalem cum alijs illuſtriſſimis & nobiliſſimis viris ad ſtatuendas conditiones inter Dominia Poloniæ & Moſchouiæ pacis Commiſſarius à Sereniſſ. R. M. deputatis fæliciter omnia ad optatum finem deduxit. Eius germanus*

manus frater Chriſtophorus, in eius cohorte multa animoſè.ſtrenuè pro Patria, & pro honore ſuæ Familiæ in diuerſis expeditionibus contra Tartaros ad Oriniuum, ſub vexilis Illuſtriſſ. ill.us bellatoris Thomæ Zamoyſki Cancellarij Regni, & ad Chotinum contra Turcas inimicos Crucis Chriſti agendo & fortiter pugnando feliciter occubuit. Thomas eorum frater magnæ expectationis iuuenis, poſtquàm ex Inderlandia in Patriam redijt, cum mærore familiæ vitam cum morte commutauit. Referunt plurimos eorumq; in Patria merita Conſtitutiones Regni quibus demandata fuerant cura Reipub. & negotia, præcipuè Ioannem in Anno 1595. Paulum in Anno 1603. ſed addidit coronidem Famil æ periluſtri Nicolaus Adalbertus de Olexow Gnieuoſſ, qui ex Abbate Koprzywnicen. & Secretario Supremo Regni Epiſcop. Vladislauien. creatus eſt. Qui ſicut genus eximium ex vtraq; linea ducit, ita literis, moribus, experientia linguarum & regionum adoleſcentiam ornatam eximiè, ad maturitatem perfectam in rebus agendis in Repub. prudenter, in Senatu proficuè diſpoſuit & aptauit. Nam cum legationem ad Cæſaream Maieſtatem Ferdinandum expediuiſſet dextere non minus quàm ad mentem Principis meruit, vt ad Regem Gallorum in cauſa ardua Regni cum Guſtauo Sudermanorum Principe, & demùm in Hiſpaniam ad Sereniſſimam Infantem legationis munus illi commiſſum fuiſſet. Faxit Deus, familiam dignè & excellenter Patris obſequia meditantem, in annos Neſtoreos promoueri, augeri, & florere.

Siedlecij *in Podlachia, qui propriè ſunt Gnieuoſij, qui maiorum merita ſequendo, maxima militaris præmia monumenta familiæ ſuæ reliquerunt, neq; modò in Caſtris ad ſigna Illuſtriſſimi Campiductoris Potocki, Patriam & domum illuſtrare deſiſtunt. Ex quibus, aliqui in Podolia domicilia ſua conſtituerunt. Vnus horum in Luconienſi diſtrictu vnà cum Pruſinio 700. Tartaros fuderat.*

Ruſiecij, *in Sendomirien. Palat. & in Lublinenſi. Erant ab antiquo eximij milites & ſtrenui in Caſtris Rothmagiſtri. Ruſiecium cum Romano Sanguſzko ad Vle pugnantem Rothmagiſtrum peditum refert* Bielſcius fol. *622. Ioannem Ruſiecki Correctorem Iurium refert Conſtitutio Regni Anni* 1591. *In Podolia milites eximij Ruſiecij Ducum in Oſtrog & Zaſlaw reperiuntur, & in præſens Albertus Zachariæ ex Paulo è captiuitate Tartarica liberatus cum Ianicka, Ioannes ſimiliter cum Dziuſzanka ſuſceperunt matrimoniū.*

Ziemaccij *in Lublinen. Palat. viri literis, militiæ, iuri, & aulæ dediti, ex quibus Iudex cauſarum Officij Caſtri Lublinen.*

Iaroccij *in Sendomirien. Palat. Hi & in aula Principis & in Caſtris digniſſimi viri extiterunt. Stanislaum Ochmagiſtrum Sereniſſ. Reginæ Barbaræ, refert* Bielſc. fol. 532. *etiam Cracou: Epitaph. eſt vnius apud PP. Franciſcanos.*

Linowſcij *in Sendomirien. Palat. Multa cum aliis nobilibus tractarunt bello & aula, ſed vbi deficit ſubſtantia vel occaſio, fortunam tentare ſublimiorem difficile venit.*

Czerſcij *in Lublinen. Palat. viri vt actibus generoſis, ita literatis digniſſimi. Felix Iudex Terræ Cracouien. quem refert Conſtitutio Regni Anni* 1588. *cum Koniecpolſka Caſtell. Roſperſcenſis filia reliquit prolem Valentinum, refert* Ianuſouius in ſuo Statuto fol. 734.

Oſtrowſcij *in Palat. Lublinen. titulis & præmiis clariſſima Familia. Chriſtinus de Oſtrow Vexillifer Sendomirien. familiæ inter illuſtres nominatiſſimæ in bello cum Cruciferis Anno* 1331. *occubuit,* Bielſc. fol. 222. *Alter Chriſtinus*

in Vnga-

in Vngariam legatus dum Iagello matrimonium expoſtulabat cum Regina ad Annum 1385. Bielſc. fol. 268. *Oſtrowſcium de Oſtrow Petrum, in Statuto meminit Conſtitutio ſub Anno* 1595. *& Sebaſtianum ſub Anno* 1603. *creſcit in immenſum virtus agitata fortitudine & fide.*

Melgiewſcij *in Lublinenſi Palatinatu, ex quibus Chriſtophorus Canonicus Lublinenſis fuit.*

Męczynſcij, *Felix Vicecapit. Plocen. & correctior Iurium, de hoc Conſtitutio Regni Anni* 1589, *Andreas Caſtell. Vielunen. de quo Conſtitutio Regni Ã.* 1591.

Ieziorkowſcij, *in Palatinatibus Plocenſi & Poſnanienſi, alij in Podolia, ex quibus Capit. Camenecen. in Podolia, militum arcis ante militia nunc vigilantia & humanitate politica celebris.*

Mikulowſcij, *Ducunt vitam delectabilem & honeſtam, norunt etenim quod ſeruiet in æternum qui paruo neſcit vti.*

Szuliſzewſcij *in Sendomirień. Palat. Armis & honeſtati dediti, quod optimè in Confinibus Regni verſus Tartaros apparet. Hieronymus Szuliſzewſki electionem Sereniſſ. Vladisl. IV. ex hoc Palat. ſubſcripſit. Erat eximius Rothmag. qui ad Supremum Paſam Turcarum, erat internuntius à Zolkieuio Cancellario Regni Supremo Exercituum Regni Duce.*

Pruſinſcij *in Lucouienſi, Bernardus qui ad Radoriſum vnà cum Siedleccio ſtragem in Tartaris effecerat proſtratis & debellatis ſeptingentis. Franciſcus, qui genero ſi animi eximia trophæa deduxit in caſtris multoties, atq; filios ſuos vndecim ex Brańicka ſuſceptos optimis artibus & nobili occupatione inſtruxit & Patriæ reddidit. Qui in diuerſis nationibus curam, exercitium, laborem dum in experimentum ſingularè efformarunt, honori & emolumento Reipub. ſteterunt. Chriſtophorus Franciſci germanus, exoticis ſtudiis in literis & bello ad prudentiam & fortitudinem animatus, negotiis Patriæ poſtmodum proficuus fuit. Ioannes, qui paruæ quidem ſtaturæ, ſed fortitudinis altæ vir ab omnibus appellatus eſt. Paulus Pruſinſki Iudex Terræ Sendomirien. electionẽ Sereniſſ. Regis Vladisl. IV. ſubſcripſit. Quàm pulchrum eſt non deſcendere in abuſus ſæculi. Puta, dum ſapiens in familia non ſine operibus, ſenex non ſine prudentia, iuuenis non abſq; obedientia, diues non ſine eleæmoſina, mulier non abſq; pudicitia, Chriſtianus non ſine religione, plebs non abſq; diſciplina, dominus non ſine virtute, populus non ſine lege, Princeps non abſq; pietate.*

Kuroſij, *Celſi virtute, magni fortitudine. Ioannes Aulicus Sereniſſ. Regis Stephani ad Polociam occiſus. Alter Ioannes Exactor Mſcislauienſis, in Anno* 1606. *Stanislaus electionem Sereniſſ. Regis Vladisl. IV.* ex Palat. *Sendomirienſi ſubſcripſit.*

Zaborowſcij *in Sendomirien. Palat. Ex his erat Abbas Wachocenſis. Ioannes ex Secretario Regis Regens Cancellariæ Maioris, nominatus Epiſcopus Chelmen. obijt. Horum ſoror Mlodzeiowſcij conſors, cuius filij erant Ioannes Abbas Pokrzywnicenſis, & Hyacinthus Theſaurarius Curiæ Regis. Zaborouium*

Ioannem refert Ianuſouius in Statuto fol. 805. *Benedictus in Liuonia, Moldauia, ſtrenuus ſemper miles ex Sophia Badkowſka ſuſcepit Chriſtophorum & Stanislaum.*

Gáwronſcij *in Sendomir. Palat. de Gáwrony. Paulus cognomento Rewká Iudex Terræ Opocnenſis, eius filij Ioannes Canonicus Gneſnen. & Louicenſis. Laurentius, Stanislaus, Chriſtophorus, qui inter ſe diuiſis bonis, ab illis notabant familiam ſuam. Stanislaus prænominatus à Strawcyn, reliquerat filios Chriſtophorum, Ioannem, Iacobum, Dauid, Andream, & Stanislaum. Modernis temporibus Stanislaum Velicenſem adminiſtratorem Salinarum, pium in Eccleſiam virum, memoria refert.*

Grotowſcij *à Groto-filio Kochani Principis Sileſiæ deſcendentes, in tale cognomen deuenerunt vulgus denominatione. Mathias Grot Grotowſki, eximius bellator ad Orſſam, qui ipſum Ducem belli in captiuitatem deduxit, & alterum in partes diſſecuit, regnabat tunc Sigiſmundus Rex primus. Erat vir audaci pectoris etiam in feras vrſarum. Adamus Grotowſki, qui in Caſtris pro Patria annis viginti continuis ſub Auguſto Stephano & Sigiſmundo primo militauit fortiter, quo plurimis Senatoribus charus gratusq́; fuit. Venceslaus qui vt pace Reſpub. frueretur, omnibus mediis adhibuit animum, vt reddendo pium Patriæ debitum, iuſtè rectèq́; vitam tranſiliret. Martinus ipſorum frater, poſt literaria ornamenta ad militarem ſeſe contulit, atq́; in expeditionibus Prutbenicis, Liuonicis, Moſchouiticis cum Sereniſſ. Rege Stephano, poſteritati maximam ſui laudem memorandam & imitandam reliquit. Et quia nihil maius eſt in rebus humanis, quàm animus magna deſpiciens, deſiderauit toto pectore Patriæ bonum & honeſtum, ſed nullo titulorum decore ſatagebat ornari. Cum Helena de Bogoria Skotnicka reliquit Mathiam de Grotowice Grotowſcium ſtrenuum militem in Moſchouiam & contra Tartaros, domi verò virum honeſtum, pium, beneuolum, reliquit alterum Georgium: qui cum Illuſtriſſ. Exercituum Regni Supremo Duce Koniecpolſcio reddidit in caſtris obſequia Patriæ, reliquit & Stanislaum: Ad hos ceu cuſtodes & famæ glorioſæ tutores, eſt anteceſſorum Echo,*

I bone quo virtus tua te vocat, i pede fauſto,
Grandia laturus meritorum præmia.

Soror ipſorum Ioannis Bielſki conſors, viri militia, beneuolentia, & meritis in Patriam clari.

Skowieſcij *in Lublineń. Palat. Viri præſtantes & continui in caſtris, vt ab annis ducentis facilè linea deducta, milites eximios & Rothmagiſtros prudentes conſpicere liceat. Martinus Skowieſki, qui ob filij incompoſitum zelum, quod manus in Tartarorum legatum hoſtiles exploſerit, bona Skowieſsyn & Stoczek parti ſatisfaciendo, Palatino Cracouienſi Tęczynio vendidit. In Pruſſia ad Grunewaldum duo germani fratres amorem Patriæ ſanguine teſtati fuerunt. Ad Warnam verò infauſto prælio Vladislai Rothmagiſter Abraham Skowieſki vnà*

ſki vnà cum filijs Andrea & Adalberto fortiter occubuit, Martinum Skowicſcium natum ex Tarlownà, cuius ſoror Eliſabeth Lublini Virginum Sacratarum Mater fuit in Ordine S. Brigidæ, Epitaphium Lublini apud prædictas Moniales refert. Reliquit ex Grodzka Chriſtophorum eximium ad bella virum, qui Supremo Duci Exercituum Kamienieccio maximè charus fuit. Ex Podlodowſka verò ſuſcepit filios quatuor, Abrahàmum, qui poſt militares actus reliquit filium Patriæ eximium bellatorem Andream, qui tres filios reliquit, qui omnes in diuerſis bellis cum gloria familiæ occubuerunt. Stanislaum, qui duos filios habuit, vnum qui ad Pereaslauiam cum Coſacis rebellibus occubuit, alter à Tartaris. Chriſtophorum, qui dum heroicis actibus nomen clarum poſteris & illuſtre prædeceſſoribus dediſſet, cum Catharina Skárbkowná ſuſcepto matrimonio, reliquit filios Nicolaum ſplendore militari illuſtrem, qui vbi iuuenilem ætatem in Curia Tarlo Ioannis & Nicolai Firley aptam curis & laboribus in Patria conſtituiſſet, cum Zborowſki in Moſchouia annis nouem continuis Martis victorias collegit, ac demùm Reipublicæ condigna retulit merita. Ioannem, qui Moſchorum Imperatrici Demetrij Imperatoris conſorti, à primæua iuuentute in aulam redditus fuit, demum poſt triennium Nicolao Firley Lublinenſi tunc Præfecto detulit obſequia, ſed quia nobilis animus & fortis ex forti non quieſcit donec probet maiorum monita & exempla, poſt ſexennium Caſtris & Marti ſeſe totum conſecrauit. Qui dum cum Duce in Korec bellicoſiſſimo, & Zolkieuio viro in Caſtris præſtantiſſimo, atq; ad Chocimum cum prudenti in bello Procopio Sieniauio magna laudis encomia retuliſſet, & aduerſæ quoq; fortunæ ad Cecoram aſperitatem non euitaſſet, hoc tamen minimè confractus, ad ſolidam & grauem ætatem cum Illuſtriſſimo Palatino & Duce Campi Nicolao Potocki in Pruſſia cum Guſtauo, in Confinibus Regni cum Tartaris & Coſacis rebellibus ad Kumeyki & Stárzec, Vicesgerens ſignorum ipſius conſumpſit & conſumit. Agere enim & pati fortia nobilem Polonum decet, & eò magis maiorum ſuorum armis educatum & inſtructum, tenet matrimonium cum Eua Omiecuſka armorum Iunoſſá conſtituto domicilio in Pocutia. Martinus vltimus Chriſtophori filius, exemplo fratris ad Caſtrenſia iura applicatus, cum diuerſis Rothmagiſtris tyro, tum cum Illuſtriſſ. Campiductore Regni Potocio, probatus miles atq; ad variam expeditionem celer & prudens, in bonum honeſtumq; Patriæ intendit. Cum Konarzewſka armorum Pobog ſuſcepit in Pocutia vinculum ſacri matrimonij.

Michowſcij *de Michow, in Lublineń. Palat.* *Ioannes de Michow Comes Varſius Caſtell. Lublineń. Dux Exercituum contra Lituanos & Iacuingos ſub Boleslao Duce Cracouienſi, pro cuius virtute & officio maxima extant præmia, vſq; ad præſens in domo Michowſciorum. Varſius Comes de Michow, Caſtell. Cracouień. cui Leſco iura & donationes confirmat. Item Varſius Comes de Michow Caſtell. Zawichoſtenſis ad annum 1440. Erat familia excelſa meritis quæ*

tis quæ tàm celſa præmia detulit. Albertus Michowſki Venator, Palatinatus Lublineń. omni genere virtutum ornatus. Præclaus Michowſki de Michow, grauitate & prudentia in rebus agendis, & pietate erga Rempub. præditus.

Koinſcij *in Drohicenſi diſtrictu, ex his erat quidam Caſtell. Podlachiæ, cuius filius ibidem erat Notarius, extat Epitaph. Varſauiæ Ioannis, cuius conſors erat Oſolinſka.*

Kloczewſcij *in Sendomirień. Palat. Viri prudentia & rerum agendarum pro Repub. digniſſimi. Petrus Capit. Malogoſtenſis, legatus cum Ioanne Sulikowſki à Sigiſmundo Auguſto, pacem inter Ioannem Succiæ Regem, & Fridericum Daniæ Regem compoſuit.* Bielſc. fol. 643. *Anzelmus Dapifer Sendomirień. qui dum Martis trophæa deducebat, cum Ioanne Koſtká Palat. Sendomirień. ad Tczouiam in Pruſſia clariſſimum nomen ſibi & gratum poſteritati obtinuit.*

Okonſcij *in Sendomirień. Palat. Viri re militari ac nobili actu in Repub. ſtrenui, qui ob eximium nomen in Caſtris, in Curia magnatum prima officia retinuerunt. Extant in M.D.Litu. qui Duci Radziwił Sierotká ob piam & peregrinam vitam nuncupato, reddiderunt obſequia eiuſq; filio. Ioannes Myſkowſcij aulicus, Capitanei Nouæciuitatis Korczyn Parentis Marſchalci Regni, reliquit filios Simonem Epiſcopi Cracouień. & Scueriæ Ducis adminiſtratorem in Kielcenſi tractu. Stanislaum, qui poſt Valachicas expeditiones in Podolia conſedit. Ioannem, qui in congreſſu cum Michailo Zamoyſcio Ioanne feliciter cum hoſte pugnante occubuit. Trabo ex horum medio originem ſed valcant, cum mundo ſpreta animo religioſo. Extant Patrueles ex Vicecapitaneo Kaſimirienſi & aliis, quibus faueat Dominus ab alto, illius enim eſt demiſſa extollere, elata deprimere.*

Bielſcij *in Sendomirień. Palat. Ex his erat Abbas Vielogradenſis. Felix qui adnorat in dignitate Eccleſiaſtica, Quod ille non cito ruina perit qui rimam timet.*

Káiwowſcij *in Lucouienſi diſtrictu, Auguſtinus Subiudex Viſcenſis, & Exactor Contributionis Regni Anno* 1595. & 1603. *Ioannes, Albertus, & Ioſeph ex Terra Wyſcenſi, electionem Sereniſſ. Vladisl. IV. ſubſcripſerunt.*

Rudzinſcij, *Quoniam artibus ingenuis quæſita eſt gloria multis, nobilis animus eorum quæſiit. quæ illorum familiam illuſtrent.*

Kámienſcij *in Nurenſi Terra, prudentis animi & fortunæ eſt celeriter corrigere. quia cō medio extenuatur peccatum, ſed præcedit celeriter agere, nam recta & ordinata monſtrat prudentia.*

Kiemnicij, *militaribus trophæis ab antiquo clariſſimi, meminit* Cromer. *ſub Anno* 1432. *Rothmagiſtrum, cuius occaſione exercitus ingens Lituanorum ad fluuium Moraçhwá profligatus fuerat, modernis temporibus decedit hac familia. Thomas ſtrenuus in bello, contracto matrimonio reliquit Dorotheam conſortem Volinſcij Tribuni Camenecceń. & Sophiam primò Alexandri Babſki. poſt Subiudicis Leopolień. Wydzgá conſortem.*

Zaczkowſcij

Zaczkowſcij *in Lencicienſi Palatinatu, Sapientiæ & virtuti dant operam, his namq; dolis & fraudibus modis omnibus occurritur.*

Gorſcij *in Lublineń. Palat. Eraſmum in iure nobili benè verſatum referunt ſcriptores, qui cum Iarocka eorundem armorum reliquit prolem.*

Nozowſcij *in Rozanenſi Terra, Curant à Deo omnia bona, nam licet ineſt ratio ſyderibus ad peragendum meatus ſuos apta, Dei tamen eſt illa ratio, qui fecit & regit omnia, vt inquit* Lactantius lib. 12.

Zołędkowſcij *in Ciechanouień. Palat. Ardua tentare decet generoſum nobilem, nam ardua per præceps gloria vadit iter.*

Chobrzenſcij, *ex diſtrictu Vrzedouienſi. Bonum & honeſtum amplectuntur, nam meliora prætervolant deteriora ſuccedunt, vt inquit* Seneca.

Szydłowſcij, *Quia ignis, grando, fames, & mors ad vindictam creata ſunt, vt dixit* Ecclesiaſt. 39. *ideo hi gloriam, virtutem, & honeſtum diligunt, quibus præmia merentur.*

Zclaſij *in Rauenſi Palat. Sunt autem alij qui armis Iezierza vtuntur.*

Iaſienſcij *in Lucouienſi, Merentur Patriæ & Reipub. quia enim rogare ingenuo ſeruitus quodammodo eſt, mereri igitur oportebit illum.*

Boryſzewſcij *in Lublinenſi, Petrum refert Epitaphium Cracouiæ, in Arce ſub Anno* 1487. *his verbis:* Nobilis Dominus Petrus, &c. qui vendidit bona ſua & dedit pauperibus, poſtea eſt mortuus. *Andream Præpoſitum Lencicień. & Canonicum Cracouień. refert* Bielſ. 466. *Legatum ad Sereniſſ. Stephanum Regem, vnà cum Stanislao Watrobká Palat. Belzenſi.*

Zaluſcij, *Alberti Gneſnæ Epitaphium eſt. Albertus Zaluſki Canonicus Gneſnen. vir pietate & religione erga Deum & pauperes clarus, in amicos munificus obijt* 1547. *Fideles Commiſſarij ſingulari amico ſuo poſuerunt. Eſt memoria Zaluſcij in iure nobili & militari occupatione præſtantiſſimi viri, apud Prædicatores Camenetiæ in Podolia. Spitek Succamerar. Rauenſis, corrector Iurium Anno* 1589.

Derkonſcij, *Vloclauiæ eſt Epitaphium. Daniel Zabinſki Canonicus & Phyſicus integerrimo & erudito viro Magno Paulo Derconio amico ſuo poſuit* 1541.

Guthouij *in Sendomirień, Palat. Nicolaum eximium & ſtrenuum militem in Liuonia, per annos viginti fæliciter pugnantem referunt Scriptores, præcipuè ad Lenuarthum & Iaſkaradum.*

Báránowſcij *de Replin, in Cracouien. Palat. Stanislaum & Andream fuiſſe eximios milites tradunt Hiſtorici.*

Minigalij *in M. D. Litu. qui primus his armis in vnione cum Regno vti cæpit. Erat Caſtell. Vilnenſis, & poſteritas ſua eximia merita in M. D. Litu. reliquit & declarauit.*


Solomereccij *Kniazij, in M. D. Litu. armis eiuſmodi vtantur, & viri bello clari, & præmijs pro rectè factis illuſtres. Bogdanus Capit. Rochacenienſis & Iuanus Capit. Mſcislauien. & Chorodienſis fortis pectore & viribus, nomen cla-*

men clarum domui promouerunt. Habuit Hornoſtai Iuanus Theſaurarius M. D. Litu. Palatinus poſt Nouogrodenſis conſortem, ex Solomiereccіorum Familia. In bello ad Vlc cum Radziuilio Supremo Exercituum Duce ſtrenuum refert Tribunum Exercitus Bogdanum Solomiereccium, Stricouius fol: 771.

Zawádij *in Cracouienſi Palatinatu. Ex quibus Ioannes electionem Sereniſſimi Regis Vladislai IV. ſubſcripſit ex ſuo Palatinatu.*

Węgrzynowſcij *in Plocenſi Palatinatu. Ex quibus aliqui in Ruſſia domicila ſua conſtituerunt: erant in re militari & Reipub. negotiis ſtrenui, ex quibus vnus legationem ad Venetos expediuit. Cuius germanus Zacharias cum Iazlowieccio miles eximius, poſtmodum contraxit matrimonium cum Wierzbicka, nata ex Wrzeſczowná reliquit filium militem, poſt in Ordine Prædicatorum Presbyterum.*

R Ę K A ſiue M A N V S Primò.



DELINEATIO.

EST manus loricata de integro, percuius cubitum tranſcurrit ſagitta, campus puto rubeus ſanguine.

ORIGO.

ANtiqua ſunt hæc arma in Magno Ducatu Lituaniæ, & in domo Sapihorum ad natalia Leonis Sapihæ Palatini Vilnenſis, & ſupremi Exercituum Ducis in M. D. Litu. illuſtria. Viro in bello nedum experientia claro ſunt conceſſa, ſed victori etiam de hoſtibus, hinc manus armata ponitur, & fortitudinis exprimendæ gratiâ ac audaciæ militaris apponitur ſagitta tranſiliens cubitum, ipſa igitur arma originem exprimunt.

MAGNÆ AVTHORITATIS SIGNVM.

EXimius Orator nec poſtremus Philoſophorum Cicero, ſpeculari hominem dum intendit, diuertendo ad manus hominis dixit: *Natura dedit homini manus, multarum artium miniſtras.* Quo nedum intellectum & ſignificationem Ægiptiorum antiquorum expreſsit, qui per manum hominem ædificationis ſtudioſum ſignificarunt, & quibus conceptæ in animo excogitationum imagines oculis ſubijciuntur efformarunt, ſed fælicem quoque ſucceſſum rerum agendarum indicarunt & præſagire fecerunt. Etſi manus

ſi manus pulchræ & formoſæ in ſomnis alicui apparentes,& ijs præcipuè qui manibus opus faciunt, fælicitatis res iuxta Artemidorum & Pindarum ſignificantur: iam magis id ex diuinis colligere licebit. Quid obſecro cauſæ fuit, vt Deus Moyſi mandaret ſerpentis caudam apprehendere manu? an non potius apprehendendus erat in pectore ſeu medio vel capite? Dentibus enim lędit ſerpens & cauda inficit, etſi quaſi in medio arripiatur, emoritur, & nihil ipſius virus nec ſpinæ fortitudo poteſt. Cauda tamen ſerpentis tenenda iubetur, vt in hoc non ingenium humanum, ſed inſtinctus & authoritas ſuperna conſideretur. ſicut *Exod.14.* dicitur: *Viderunt manum magnam quàm exercuerat Dominus contra Ægiptios.* Profectò ſingulare fuit authoritatis diuinæ ſignum in manu Moyſi tangente caudam ſerpentis. Optimè Cæcilius Poeta de Deo reliquit: *Deum quis non ſummum putet, cui in manu ſit quem eſſe dementem velit, quem ſapere, quem inſanire, quem in morbum inijci, quem amari, quem auerſari, quem expeti?* Etiam antiquis manus hominis ſignum non immodicæ authoritatis fuit. Prandenti Veſpaſiano humana manus triclinio illata fuerat & ſubter menſam ſubiecta. Auruſpicum præſagio rerum poteſtatem ad Veſpaſianum aliquando peruenturam. *Pier. Valer. Hierog 35. cap. 4.* Dum igitur præſentia arma intueor, manum armatam & ſagittam, dicere cogor, fuiſſe magnæ authoritatis virum qui talia detulit, nec aliud tacito ſermone expoſtulat de poſteris, quàm vt altam authoritatem domui conſeruent, procurent, ſuſtentent. Et ſubſcribent armis præſentibus viri pugnatores & ſapientes: *Nonne manus noſtra fecit hæc?*

REKA ſeu MANVS Secundò.



DELINEATIO.

EST manus loricata cum brachio, tenet manu tres ſagittas quaſi diſtinctas.

ORIGO.

ORiginem à Mag. Ducibus Lituaniæ, qui hoſtibus ſagittas & ſecures mittebant loco ſubiectionis vel tributi dum ab illis exigebant Tartari præcipuè. Potuit namque eſſe vnus legatorum qui detulit hoſti ſagittas, & in præmium pro ſtemmate accepit, *Stricou: in Erdzilio lib. 6. fol. 269.* Vel conceſſa pro forti pectore victoria trophæo, nam ad honorem vt requiritur virtus, ita ad virtutem militarem, requiritur audacia, prudentia, fortitudo.

MANVS IN BELLVM.

PII & victorioſi Imperatores arma ſumendo, bellum offerebant & pacem. Hinc Iul. Cæſar in Numiſmatibus Rom. Rudolphi primi nummum deſcribendo, ponit pro ſymbolo accepiſſe manum loricatam quæ ſtringit digitis clauam cum oliuæ ramo. Et ſubductum lemma: *Pacem & bellum.* vnde Deut. 20. *Si acceſſeris ad expugnandam ciuitatem pacem offeres oliua.* Arma præſentia dum proferunt in medium loricam & ſagittas, clarè exprimunt manum in bellum: vbi enim pax fieri nequit, oportet exilire in arma, melius enim eſt mori, quàm malum Patriæ intueri. Verùm enimuerò, qui in bellum Dux procedit, ſi pius, iuſtus, prudenſque eſt, tria intendit: Hoſtem flagellare, pacificare Rempub. reſtituere Regnum. Primum docuit Dominus Sophoniæ primo: *Extendam manum ſuper Iudam, & ſuper habitantes Iſrael, & diſperdam de loco hoc reliquias Baalis.* vnde Virgil. Aeneid. lib. 2. de Romanis.

Ecce manus iuuenem interea poſt terga reuinctum,
Paſtores magno ad Regem clamore trahebant.

De ſecundo Ierem: 29. *Ego ſcio cogitationes quas ego cogito ſuper vos, ait Dominus, cogitationes pacis & non afflictionis, inuocabitis me & veuetis: orabitis me & exaudiam vos: quæretis me & inuenietis cum quæſieritis me in toto corde veſtro.* Et Eſaiæ 26. *Seruabis pacem, pacem quia in te ſperauimus.* De hac ratione & Prætor M. Cato erexerat ſtatuam victoriæ ſedentem, manum exporrectam habentem, vt refert *Pier. lib. 35. cap. 19.* Ducem pacificatorem exprimendo. Quod multò magis conuenit bellatori Chriſtiano, vt ſedeat populus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta. Tertium docuit Dominus Zachariæ vndecimo: *Sume tibi vaſa paſtoris ſtulti, ó paſtor, & idolum derelinquens gregem, gladius ſuper brachium eius, & ſuper oculum dextrum eius.* Hinc Romani ſuis reparatoribus Reipub. & reſtitutoribus erigebant ſimulachra cum inſcriptione: *Reſtitutor, Reparator,* vt patet in nummis Gratiani & Seueri Alexandri Aug. Et Ioannes Ferus in theatro Impreſſarum poſita manu in ſymbolum addidit: *Agere & pati fortia.* puta debere Ducem pium & bellatorem. Porrexit manum in bellum primus parens veſter, at non in domeſticum bellum, hoc enim incendere non pacificare eſt: nec in bellum cum vicino, hoc enim iniuſtitiæ eſt, ſed in bellum cum hoſte fidei, Eccleſiæ, Patriæ. Quomodo enim mucro quieſcet cum Dominus præceperit ei?

REKA ſeu MANVS Tertio.



DELINEATIO.

EST manus quæ crucem manu tenet, ſuper galeam eſt gallus gallinaceus.

ORIGO.

EX Gallia originem habent, & induƈta ſunt per Marſchalcũ Pruſſiæ, qui in bello cum Cruciferis occiſus fuit. *Bielſc. fol. 299.*

SALVTIS NOTA.


SAlutis grande ſignum & ſigillatum, dextram porrigere dextræ ſalutando, vnde Æneas quæri inducitur apud Virgil. Æneid. lib. 6. *Cur dextræ iungere dextram non datur?* Verùm Chriſtianis rectè colentibus Deum maxima nota eſt ſalutis crux Chriſti in manu. Hinc Iuſtinus Imperator in nummis formata litera M muniuit illam hinc crucibus, illinc ſtellis & ſcripſit: *Cuius pudet, pigeat.* Quaſi dicat, cuius pudet cælum & crux pigeat. Grande enim nefas eſt, crux enim cui eſt amori, illi Deus omne decus, Deo enim confiſus nunquam confuſus. *Clodoueus Rex Francorum, vt Salomon Neugebauerius in ſymbolis docuit.* Arma hæc manus cum cruce ſunt nota ſalutis, at Chriſtianis non Hæreticis, viris conſcientiam non ſanguinem ſitientibus, pijs & timentibus Deum non blaſphemis & peruerſoribus, qui declinant à malo & faciunt bonum, quod prædicat Eccleſia Sancta Dei. Hinc dixit Saluator: *Dicebant Domine Domine, aperi nobis, Et dixit eis: Neſcio vos.* Non enim habebit Deum Patrem, qui non habuit in terris Eccleſiam matrem, explicuit *S. Auguſtinus.* Nec nouit miſericordia Domini patrocinium dare criminibus, itaq; ad ſalutis notã quam manu exporrigitis deſcriptam, in exemplum vobis adducam Sempronij pugnam cum Volſco in Liuio Decad. 1. lib. 4.

Quis veſtros animos Romani expectorat hoſtis,
   Vt veſtra apretis terga pedeſque fugæ.
Terga pedeſque fugæ dextraſque reducite ſparſas,
   In media auerſos funera vos iacitis.
Nulla ſolus vobis inſtat fugientibus hoſtis
   Stare, & qui ſequitur mox quoque terga dabit.
Dux veſter, Conſul veſter Sempronius aio,
   Dixit, cum voluit Dux reuocare ſuos.

Non primos deiecti animos non arma reſumunt,
Verba fuêre Ducis verba fuere Duci,
Et iam belli turpiter alea iacta fuiſſet,
Ni præſens animo & pectore Tempanius.
Primus in arma ruens reliquis ſuaſiſſet vt hoſtes,
Calcare concitis aggrederentur equis.

Maxima fuit ſalutis nota in ſexto Tempanio, atque vltimis ſæculis memoranda. Talem profectò in noſtris defenſoribus horum armorum exoptamus deſideramusque, quibus & bellica manus, & Chriſtiani trophæi ſingulare ſignum in arma ceſſerunt.

ROGALA Primò.



DELINEATIO.

SVNT duo cornua, vnum ceruinum cum quinque ramis in dextra parte in campo rubeo, alterum bubalinum in campo albo, vt *Dlugoſſus* adnotauit: ſed alij tranſponunt cornua & mutant campos fortè camporum mutatio iuſta, quia rubeum cornu cerui requirit campum album & grizeum bubali rubeum, ſed hoc pictorum inanimaduertentia. Super galeam & coronam itidem eadem arma, ſed cornu ceruinum ponitur ad leuam bubalinum ad dextram. Ponunt alij cornu Vri, quos notat plurimos *Paprocius* in Sochaçouienſi ſylua, Bubali verò animalia non viſa, inquit ſed in priuilegia Zawadcij apertè deſcribendo talia arma Sigiſmundus Auguſtus Rex Bubali cornu vocat & ponit non Vri.

ORIGO.

ALiqui affirmant, quod ex Germania illata fuerint in Regnum, ſed inſpiciendo arma Germanorum, duo cornua inuenio, ſed diuerſa ab his, & ipſum Proclama id denegat. Quapropter in Regno acquiſita fuiſſe hæc, clarius conſtat. Dicunt enim, quod viro de armis Biberſthein additio facta fuit, quapropter dextrum cornu meritò cornu cerui retinet, occaſio additionis. Boleslaus Criſpus poſt partam victoriam de Pruthenis & Pomeranijs

ranijs in Anno 1109. aduenis militibus ad Raski iuſsit commonſtrare feras diuerſas illis nunquam viſas. Occurrit hoſtiliter bubalus Biberſtheino inermi, qui manibus correptum ad cornu ita fortiter preſsit, vt cornu illi auelleret, quo viſo Rex addidit Bubalinum cornu ad arma ipſius. Arma igitur Rogálá collata fuerunt in Regno, ſed Biberſtheinus erat natione Germanus, cuius poſteritas à munificentiſsimo Rege prouiſa & dotata in Regno remanſit.

CORONATA VICTORIA.

IVre meritò corona à cornu deducitur. Cornua namque pro corona antiquis fuerant. Vnde & in Sacris literis Moyſes cornibus in ſignis effingitur, cùm populus Iſraeliticus diuini ſolis ſplendorem in facie eius intueri non poterat. Quapropter in tantum honorem cornua deducta ſunt, vt Medi inter duo cornua clauam Alcidis ponerent, Vbaldini in Florentia inter cornua crucem, Aurifaberini in Sileſia ſtellam, Sigiſmundus Auguſtus Poloniæ Rex Zawadcijs appoſuit Herculem. Nec alienum Sacra pagina habet, Nam Danielis 9. dicitur: *Vidi arietem cornibus ventilantem contra occidentem, Aquilonem & Meridiem.* Quod interpretando Theodoretus ait: *Aries ſignificat Perſas qui ſubiecerunt ſibi quæ ad Auſtrum & quæ ad Aquilonem pertinent, etiam quæ ad occidentem vſq; ad ipſum mare, & plurimas item Inſulas in ſeruitutem redegerunt.* Statum namque cum Xerxe bellum Græcis inferente ſimul contra Græcos pugnabant Cyprij, Rhodij, Samij, Lesbij, Chij & Cyclades omnes. Cornua igitur præſentia conſideranti, corona venit in mentem, imò coronatā victoria; nam Sereniſsimus Rex Sigiſmundus Auguſtus, Stanislao Zawádzki Medico & militi, Pallade & Marte pugnanti ad Rogálá arma ſummitatem & verticem appoſuit Herculem dextra manu coronam geſtantem, ſiniſtra oliuam cum inſcriptione: *Virtute honos.* de quo lege *in Paprocio fol*: 520. qui Priuilegium & ipſius merita latiſsimè deſcribit. Quid referam de Siecenſcijs, quid de Koſinſcijs, quid de Kraſinſcijs, quas victorias coronaſque triumphales retulerint, referam vnum hoc ſufficiat, quod ad arma Kraſicciorum Doctus Aſtrologus ſcriptum reliquit:

Cornua bina vides claro pro ſtemmate ferri,
Lechum, à Kraſicki Præſide magnanimo.
Cornua namq; viris duo ſunt hoc ſanguine cretis,
Queis feriant hoſtem: Marſq; Minerua ſagax:
Marte Getas reliqui feriant qui caſtra ſecuti,
Cornibus tu hoſtes pellito duplicibus.

SCVTVM HERCVLEVM.

IN nummis Antonij Pij Herculeum video gladium, cui inſcriptum manebat: *Felicitas.* Erat verò gladius iuxta quem inuicem erant duo cornua colligata. Equidem laus cornibus & myſterium illis expreſſum fælicitatis, dum non capita hominum, ſed pecorum cornua ad gladium hærent.

Sit

Sit igitur hic gladius Herculeus, ſcutum verò Herculeum quod nominabo? Iudicio Inuictiſsimi Regis Sigiſmundi Auguſti, arma præſentia Herculeum ſcutum nomino; nam auctis præſentibus armis victorioſo Herculc, addidit inſuper Sereniſſ. Rex Zawadzcio, ſcutum cum leone, quem Hercules vt alter Samſonis fortitudinis triumphator, à faucibus diſcerpit per medium. Non enim præmia ſolùm militibus ſunt proponenda, quibus ad magna facinora edenda excitarentur, ſed referenda ſunt, qui amorem in Patriam, vitæ periculo antepoſuerunt. Et ſicut Romani Fabio Dictatori dando gramineam coronam, tanto encomio illam celebrarunt, Patriæ ſeruatori, ita Sereniſsimus Rex armis Rogálá addidit, ſicut refert Priuilegium, *Virtute honos.* pura, quæſitus eſt. Aut Herculeum ſcutum cornua vocabo, nam cornua hæc non ſunt Bachi, quia non ſunt Taurina, ſed ſunt militum, quia ſunt animalium captiuitatis & coactionis non ferentium. Vnde iuremeritò Amalthea cogitabo, de quibus *Alciatus Emblem*: 119. mentionem faciebat, & ſuus interpres ita declarabat. Amalthea cornua eum ſignificare, qui minimè ſit diſſolutus, ſed operi intentus genus omne boni conſequitur, & beatus erit, nam eius virtuti fortuna coniuncta manebit. Nec aliundè proceſsit elegantia nominis cornu, niſi ad ſignificanda honeſtatis plena munia. Nam & cornuta pocula quia ex cornu, cornuti libri quia cornua habent, cornuti milites, quia cornua defendunt acierum, antenæ cornutæ, anchoræ cornutæ, quia ad ſimilitudinem cornu fiunt, & id genus ſimilia à cornibus deducta fuiſſe gratia honeſti nouimus. Sed iam ſit Echo ad poſteros maiorum.

Indefeſſus amor quando virtutis honore,
Te tenet, & publicæ ſedula cura rei.
Vtq́; patrum titulos animi auxit dotibus ille,
Ingenio exorna ſic genus ergò ſuum.
Quo te virtutis ducit via, quo pius ardor,
Dic ſequar hac fælix, hac duce tutus eris.

LINEA FAMILIÆ ROGALA Primò.

ROgálá Biberſtheinus, ſeu Iberſtheinus, cui primùm ad arma Biberſthein additio facta alterius cornu fuit, tàm in ſcuto quàm ſuper coronam. Principes huius Familiæ in Regno Pol. erant duo germani fratres, Dionyſius & Laſcarius Comites ab Iberſtein, ex vetuſta & Illuſtri Familia Comitum Germaniæ, qui nobilem hanc generis ſui plantam in Germania traductam, Lechico ſolo inſeruerunt, lætiores ac vberiores impoſterum daturam fructus. His à Regibus Pol. ampliſſimæ donatæ ſunt facultates tàm in Maiori Polonia, quàm in Palatinatu Maſouiæ, præſertim in diſtrictu Ciechanouienſi propè fines Boruſſiæ, vt tantorum virorum qua conſilio, qua armis furor barbaricus antiquorum Boruſſiorum reprimeretur. Non diu datum eſt Poloniæ frui virtute Dionyſij, paucos ſiquidem poſt annos fatis conceſſit vnica filia relicta. Laſcarius verò in vi-

in viuis diutius ſuperſtes, Familiam prole maſcula feliciter propagauit, atq́ à nomine Germanico Iberſtein, quod Polonice Žárno appellatur, pagum Zárnowo, Zawády, Rabiecz, atq́ alios adiacentes condidit. Huius poſteri maiorum ſemper inſiſtentes veſtigiis, præclara Regni & Reip. in variis Palat. munia obierũt ſummiſq́ honoribus & dignitatibus aucti, tàm in Maiori Pol. quàm Maſouia, apertè declarunt maxima eorum fuiſſe merita in Patriam & Remp: Pomſciborius Rogálá, hæres in Mnáchnac in Caſtell. & Præfect. Ciechanouień. & Praſneń. de hoc literæ antiquæ datæ in Raciaż A. 1240. *referunt. Daſcus ſeu Damianus Rogálá Pal. Maſouiæ, Confirmatio Boleslai Pudici illius meminit in A.* 1250. *Petrus Rogálá Capit. Bobrowniceń. ſubſcripſit confirmationem priuilegiorum Monaſterij Strzelcſenſis à Vladislao Rege factam in Anno* 1340.

Ioannes Rogálá Caſtell. Vloclau: meminit illius Cromerus lib: 16. *qui addit quòd equeſtris Familiæ nomen eſt Rogálá, &* Bielſc. fol: 285. *Item Ioannem Rogálá Pal. Varſauień. refert* Crom. lib: 26. *A.* 1466. *&* Bielſc. fol: 438.

A Pomſciborio Rogálá per lineam rectam deſcendebat Matthias Rogálá de Zarnowo & Zawády, qui primus à pago Zawády cognomen Zawádcij ſumpſit. Erant Matthiæ plures præſtantes virtute filij, ex quibus primus Alexius Rogála de Zawády, Iſ. bellæ Sigiſmundi I. Reg. Pol. filiæ in Hungariam ad maritum Regem Ioannem proficiſcenti, Supremus Aulæ Præfectus datus eſt; cuius conſilio cùm Reginam poſt mortem Ioannis Regis plerimùm inniti Hungari cernerent, inuidiæ ſtimulis acti, Alexio venenum propinant, qui infirmum ſe ſentiens, non ad vindictam inde beſtibus ſumendam animum conuertit, ſed mira patientia frequenter animo & ore illos Caſſiodori verſus voluebat. Non reddere bona pro bonis malum eſt, Reddere mala pro malis, peruerſum eſt, Reddere mala pro bonis peſſimum eſt, Reddere bona pro bonis, bonum & æquum eſt, Reddere autem bonum pro malis omnium optimum eſt *& hoc bonum omnium optimum exequeretur cedendum inuidiæ ratus in Patriam iter arripuit. ſed priusquam Patrios ſalutaſſet Lares, acerbo in itinere extinctus eſt fato. Germanus Alexij Matthiæ verò filius erat Albertus de Zawády Rogala, vir pace & bello clarus, ſed pietate in Deum & amore, in auitam Religionem clarior; nam cùm filius eius natu maximus Bartholomeus, ab exteris nationibus rediiſſet domum, atq́ cum ſingulari eruditione & doctrina, etiam magnam librorum ſupellectilem in Patriam attuliſſet: accidit vt neſcio quis ex ſacerdotibus in aurem Alberto inſuſuraſſet, vereri ſe ne omnis illa librorum copia labe Hæreſeos quæ tunc maximè per Europam flagrabat infecta eſſet: nihil cunctatus Albertus, nec rem exactiori trutinæ ſubijciens, protinus ingentem rogum in medio prædij ſuccendi, atq́ omnem illum tam locupletem doctæ paginæ theſaurum forſan innocuum, Vulcano trudi iubet. O ſi ſimilem mentem ſuperi Principibus illo tempore iniecisſent, & in hunc modum omnia Nouantium ſcripta flammis exuſſiſſent, non tot proh dolor exuſta Regna & Prouincias quondam florentiſſimas nunc penè in cineres redactas cerneremus. manſit tamen etiam poſt exuſtos libros ſua cultura ac ſplendor Bartholomæi animo, qui non ſolùm Orbe Polono, ſed per omnem Europam latè claruit, dùm nomine Auguſtiſſimorum Pol. Regum Sigiſmundi Auguſti & Stephani apud Imperatores, & omnes ferè Chriſtianos Principes publicum Oratorem frequenter ageret; ſecuti etiam ſunt virtutem Honores nam triplici Canonicorum Collegio, Cracouienſi, Vlociń. Pultouień. adlectus erat, verùm infra virtutem tanti viri & merita ponebat hæc præmia Rex Stephanus, iamq́ Epiſcopatum noſtro Rogalæ deſtinauerat, ac verbo Regio ſanctè promiſerat, occaſioni ſolùm intentus ac loco, quo congruè virtuti ac meritis tantum poneret virum. Sed hæc pij Regis vota ac tot ſpes non tantum Rogaliorum, verùm vniuerſi Orbis Chriſtiani, prepro-*

 perè

perè nimis accelerantes Parcæ ſublato è viuis optimo Rege, & vel Neſtoris vita digno præciderunt. Seceſſit ab Aula poſt mortẽ Stephani Bartholomæus vt potè ætate grandis, ſatis ornamentorum ac decorum, ad antiquos Rogaliorum ſplendores ſe adieciſſe ratus, quod ſummos honores tanti Regis etiam iudicio meruerit, quamuis illos per fortunam, quæ fortibus ſemper inuida eſt viris gerere non licuit.

Ioannes Zawádzki Rogálá, Alberti natu minor filius, ac Bartholomæi non ſanguine ſolùm, ſed eruditione ac eximia in rebus gerendis dexteritate verè germanus. Primordia adoleſcentiæ ſuæ obſequiis Sigiſmundi Auguſti Regis conſecrauit, adultus ſtrenuam Stephano Regi, quà ſago quà toga operam nauauit, nam & ad bellum Moſchouiticum Regẽ comitatus eſt, & contra rebelles Gedanenſes Zborouio tunc copiarum Regiarum Præfecto adfuit, & varias vt aiunt Commiſſiones Rege iubente ſumma cum commendatione, ac ſatisfactione obiuit. Sigiſmundo III. ad capeſſenda Poloniæ ſceptra venienti, ad littus maris Balthici cum numeroſa lecti militis cohorte occurrit, eumq; Craconiam vſq; fœliciter deduxit; grandior factus cum poteſtate Iudicis Terreſtris tractum Ciechanouienſem per plures annos iudicauit tanta integritate, vt dubitem an vllam reperturus ſis illius ſententiam, quam vniuerſale Regni Tribunal immutarit. Hæc & aliarum virtutum præclara ſpecimina tantam illi authoritatem & amorem apud populares ſuos conciliarunt, vt animos vicinæ nobilitatis quoquo vellet facilè flecteret quanquam de hoc populari fauore nonnihil illi deceſſit ſub tempus ciuilium motuum vulgò Rokoſſ dictorum, quod putaretur à partibus Regis ſtare, parumq; abfuit, quin eo nomine extremum vitæ diſcrimen adierit, nam cùm ad Comitia Regni Anno 1606 properaret, ac caſtra quæ ad Radomium vniuerſa Nobilitas ex Palat. Maſouiæ congregata poſuerat prætergredi deberet, paratæ ac diſpoſitæ à rebellibus Rokoſſanis inſidiæ illum præſtolabantur, in quas haud dubiè incidiſſet, & ab illis oppreſſus fuiſſet, niſi ex caſtris clam a quodam ex amicis de inſidijs admonitus aliò iter deflexiſſet, paulò poſt tamen vt collegit animum indoluit, quod confectum iam ſenio ſanguinem ſeruaſſet, quem felicius pro fide ac Rege prodigiſſet; & multo glorioſius eum quam alij ſuas purpuras immortalitati conſecraſſet. Caſtellanatum Ciechanou: ex gratia pientiſſimi Regis Sigiſmundi III oblatum modeſtè recuſauit, præter alias rationes illud Senecianum allegans: Turpe eſt tunc velle incipere viuere quando deſinendum eſt. vt ingem memoriam mortis haberet, pluribus ante obitum ſuum annis ſarcophagum quo poſt fata corpus eius conderetur parari ac in remotiori domus parte ſepiri mandauit, quo ſingulis diebus ipſe accidens ita animum ex aſpectu anguſtæ illius ac multum duraturæ manſionis ſuæ componebat, ac ſi ſingulis diebus illi moriendum eſſet, tandem cum ſatis vixiſſet naturæ, ſatis Patriæ, ſatis iuxta ſtatum ſuum gloriæ, ad meliorem vitam plenus dierum ac bonorum operum placidè migrauit. Anno ætatis ſuæ 72.

Ioannes Zawácki Ioannis ſuperioris filius, primùm Caſtell. Gedanenſis, poſtmodum Palat. Parnauien & Præfectus Suecenſis, quantum de Regibus & Republ. meritus ſit, memoria hominum teſtatur, poſteritas verò diutiſſimè loquetur. Hic Tyrocinium ſuum in Belgio, tùm in bonis literis, tùm in militia ſub celeberrimo Exercituum Ductore Comite ab Emden collocauit: ab eodem in Patriam ad Regem Sigiſmundum III. Legatus reuerſus, ab Anno Ætatis vigeſimo, ad Annum ſexageſimum tertium, omnem vitam Regi & Patriæ conſecrauit, innumeras maximi momenti Commiſſiones ad Duces Pruſſiæ, & Curlandiæ, varioſq; Imperij Principes, in iuuenili ætate abſoluit. In virili, Exercitibus Regiis & Cæſarianis, tam in Liuonia quàm in Pruſſia nomine Regis Generalis Commiſſarius, cum gloria præfuit. Super Duces Curlandiæ & Pruſſiæ vno de Perduellione, altero verò de Thelonia commiſſa inquiſiuit, illudq; Ducatus nomine Regis & Reipublicæ abſtulit & tradidit. In prouectiori ætate à Sereniſſimo Rege Vladislao IV. ad Reginam Sueciæ, Palatinam Rheni, Illuſtriſſimam Mariam Duciſſam Niuernenſem, Infantem Hiſpaniæ, Principem tunc Belgij, Status Fœderatos, Reges Galliæ & Angliæ bis grauiſ functus eſt cum laude & publicis gratiis Legatione. Hic idem filios tres reliquit, Ioannem, Vladislaum & Fridericum, ex conſorte

Nobiliſ-

Nobiliſſima Soffia de Sczwerin vetuſtiſſimæ Germaniæ Comitum Familiæ, vnde quàm plurimi Imperatorum grauiſſimi Proceres & Officiales Supremi extiterunt, & non poſtrema ſplendidæ Domus ſuæ monumenta, nimirum duo magnifica Caſtella, vnum Landſkron, aliud verò Sczwerin poſuerunt. Ioannes maximus natu Succamer. Parnauien. & Gubernator Succenſis, in Germania, Belgio, Galliis, & aliis exteris nationibus eruditus, ita ad Rempub. tractandam acceſſit, vt ætatem rebus geſtis ſuperare videatur, vidit illum penè adoleſcentem Tribunal Regni Iudicem Deputatum, vidit Curia non ſemel ad Comitia Regni Terreſtrem Nuncium quæ munia tanta cum dignitate obiuit, vt plurimi Patriæ amatoris, vel ex eo ſolùm occaſum præclariſſimi viri Parentis eius moderatius tulerunt, quod in tali filio virtutes ſuas reliquiſſet ſuperſtites; hic Magnificam Tereſſiam de Sczawin Palatinidem Brzeſcen. coniugem duxit. Reliqui dio in Belgio bono publico educantur.

Rogálij *in Belzenſi Palatinatu, intenti in negotia Reipub. nobiliter.*

Rogálowic *ſeu Rogálij, in Terra Viſnen. & diſtrictu Waſocen. Bartholomæus poſſeſſor villarum Sokolow & Gotkow, Matthias, & Albertus fratres germani, Bartholom ſteriliter deceſſit, Matthias ex Anna Drozdowſka Andreã filium ſuſcepit, Albertus Rogáli, dictus poſtmodũ Pikulſki in Ruſſia degens ex Anna Podſedkowſka reliquit filium Paulum itidem nuncupatum Pikulſki; qui primum à iuuentute literis honeſtiſſimis tam in patria quàm extra fines patrius excultus, poſt in Crac. Cancellaria leges patrias ſedulò hauſit ac publicus in Repub. muneribus præclarè functus, officium quoq; Inſtigatoris in altiſſimo Iudiciorum Tribunalíciorum ſubſellio maxima cum laude geſſit; hic ad præſens Terræ & Palatinatus Sandomirien. eſt incola fortis in Villa Pierzchnica poſſeſſor; duxit in matrimonium Nobilem Chriſtinam de Garnki Garnkowſka, ex qua Alexandrum filium, Leonoram, Catherinam, & Annam filias ſuſcepit.*

Rogáienſcij *in Cuiauien. Pal. qui à Rogálá deducunt mutationẽ hanc cognominis.*

Siecinſcij, *in Dobrzynenſi Terra à Siecin. Iacobus cognomento Trabá, habuit filios Iacobum, Andream, Laurentium. Iacobus reliquit Iacobum, qui poſt eximia merita in Caſtris in Terra Præmislienſi conſtituit ſibi domicilia contracto matrimonio cum Orzechowſka armorum Okſſa, reliquit Alexium, Stanislaum, & Martinum. Andreas verò Iacobi frater hæres in Dobrzynenſi Terra in Siecin, poſt dignitatem militarem cum Gorzechowſka armorum Ogoncz k, matrimonio iurato habuit filios Albertum hæredem, Matthæum Aulicum Stephani Regis, qui in Ruſſia cum fratribus Patruelibus conſedit, Stanislaum Parochum Lubacouienſem, & Paulum militem ſtrenuum ad Slucenſis Duces, Laurentius verò tertius Iacobi frater in Dobrzynenſi Terra, cum Sczawinſka Capitanei Goſtinenſis ſorore armorum Prawdźic, reliquit Albertum & filiam Szamowſcij conſortem. Alexius primus filius Iacobi, Augusti Regis Aulicus, in Reipublicæ rebus adminiſtrandis ſolers & prudens. Hic dum manſionem ſibi conſtituit in Præmislienſi Terra, factus eſt Tribunus Terræ illius, & Kraſicki nuncupatus fuit. Duas habuit coniuges, vnam Nowomieyſcij filiam armorum Wilczekoſy ex qua ſuſcepit Ioannem, & Barbaram Zarzanſcij conſortem, alteram filiam Frydro, ex qua ſuſcepit filios & filias. Stanislaus alter filius Iacobi, & frater Alexij Capitan. Lubomſcenſis, eximius*

bellator in Caſtris ad Gedanum & in Moſchouia, Aulicus trium Poloniæ Regum, omnibus aſſabilis, ab omnibus amabilis, tum quia ſapientum amator, hoſpitalis & ſincerus ſine delectu omnibus. Ex Zorawinſka armorum Korczak reliquit Georgium & Martinum, Iákubowſka armorum Topor Capitanea Lubomſcenſis erat altera conſors. Martinus tertius Alexij frater bellicis negotijs totus deditus ſumma retulit nominis ornamenta, ceu vir nobiliter genitus, qui non aliud familiæ ſuæ quam glorioſum nomen relinquere ſatagit, tenuit in matrimonium Manaſterſcij de Mielnow filiam armorum Pilawa.

Kraſiccij, qui propriè ſunt Siecinſcij, ſed quia Alexius & Martinus fratres, filij Iacobi in Præmisl. diſtrictu conſidentes bona acquiſita Kraſiczyn tenuerunt, ab illis Kraſiccij nuncupati fuerunt. Ita refert Paproc. in 2. Opere. Tertius verò illorum frater Stanislaus metator caſtrorum & Præfectus Lubomſcen. cum Patruis ſuis Andrea & Laurentio bona in Siećin tenuerunt, quorum aliqui filij ad fratres patrueles deſcenderunt in Ruſſiam & á Siećin antiquum cognomen retinuerunt. Kraſicki Alexius & Martinus, de quibus vide ſub Siecinijs. Stanislaus Kráſicki, Aulicus Sigiſmundi Auguſti Regis, qui Alexandrum Valachiæ Principem ſecurè dominium ſuum adminiſtrare permiſit, dum illius aduerſaries Leopoli latitantes cum Tomſa & Moczugeio capite plecti Rege diſponente iuſſit, Bielſc. fol. 614. Extat Capit. Dolinen. filius Kraſiccij. Extat Epiſcop. & Suffrag Præmislienſis, cui dum maiorum merita ad ampliſſimam fortunam & dignitatem viam ſtruxerunt, reſtat proprijs virtutibus & meritis addere alas eunti & introducenti ad omne honeſtum & perenne.

Łoſcij, Viri militari experientia celebres, & pro meritis digniſſimis honoribus remunerati. Adrianus Rothmagiſter eximius, cuius poſteritas Stanislaus in Senatoriam dignitatem adſcita Palatinatum Mazouiæ adminiſtrauit primus Senator 1574. Ex his Łoſciis plurimæ domus creuerunt, & diuerſa cognomina á bonis acquiſitis ſortiti ſunt.

Chynowſcij in Maſouia, qui Łoſcij etiam nuncupantur, ſicut & prænominati Adrianus & Stanislaus.

Rzeczyckij Viri Marti dediti. Albertus Rothmagiſter eximius cum Sereniſſimo Rege Stephano, deminn Caſtell. Varſauien. hic ad Pſkouiam cum Rothmagiſtro Bielawſki Theodorum Mſcieodoun Moſchum fudit, occidit centum quinquaginta de Moſchis, in captiuitatem reduxit ſexaginta, Bielſc. fol. 785.

Skulſcij in Maſouia, His vt ortus eſt nobilis, ita occaſus præſtat ſit delectabilis.

Tchorzewſcij in Lucouienſi diſtrictu. Horum parens primus poſt partam Podlachiam pro meritis poſſeſſa parte Terræ fundauit villas Tchorzew & Plewki, relictis verò tribus filijs, duobus ceſſit villam Tchorzew, tertio Plewki. Cleophas Borzawſki filius Adami inter milites Quartæ aaſcriptus in Moſchouia, Pruſſia, ad confinia Regni cum Duce in Wiśniowice, in Liuonia cum Duce Rádźiwil reddidit obſequia.

Kielpinſcij, in Maſouiæ Palat. in diſtrictu Varſauienſi, ex quibus aliqui in Podolia

dolia domicilia ſua conſtituerunt. Paulus cum Palatino Ruſſiæ Golſki eximius in diuerſis expeditionibus miles, accepit ab illo pro benè meritis prouiſionem perpetuam. Chriſtophorus germanus ſuus cum Mákowiecka contracto matrimonio ibidem elegit domicilium.

ROGALA Secundò.



DELINEATIO.

SVNT duo cornua, ceruinum cum bubalino, differunt à præcedenti, quia in iſtis ſuper coronam inter duo cornua ponitur cornix cinerea.

ORIGO.

REperiuntur in Regno ex Hungaria; illi enim Generoſi Domini qui notant familiam ſuam de Studziana Wodá his armis in Hungaria vtuntur. Ex hac familia, vnus ex Dzialinſcia familia ibi conſortem ſibi in matrimonium acceperat. *Paprocius in ſecundo Opere fol. 516.*

GRATVM BENEFICIVM.

AIunt Prometheum ob ignem dijs ſurreptum, & cum mortalibus communicatum ab Ioue Cauſaci montis rupi ferrea catena alligatum fuiſſe: & paulò poſt ab eodem eius miſerto ſolutum, in cuius beneficij memoriam vnum ex illius catenæ annullis cum ſaxi portione ex rupe ſumpta digito alligaſſe. Eſt maioris gratitudinis occaſio, virginis beneficium quo ornauit Patriam arma familiæ ſuæ in Regnum Poloniæ introducendo. Etſi Romani Cheliæ virgini quæ obſes Porſenæ hoſti data fuit, eò quod nocturno tempore cuſtodiam egreſſa equum conſcendit celeriquc traiectu fluminis non ſolùm obſidione ſed etiam metu Patriam ſoluit, hoc memoriæ æternæ dignum acclama atque encomium ſcripſerunt: *Viris puella lumine virtutis præferenda.* Multò magis decentiusq; virgini Vngaricæ & conſorti Dzialinſcianæ familiæ beneficium animo grato celebrandum venit, quæ integerrimam amicitiam inter Generoſos Nobiles Poloniæ & Vngariæ promouit firmauitque. In illa enim enituit laus audaciæ, in iſta quod requiritur in ſexu muliebri laus pudicitiæ. De qua ita quidam.

Vt cum de ſtatua facies formoſa remota eſt,
Non decus in reliquo corpore truncus habet:
Sic reliqui mores ſpreti ſine honore iacebunt,
Ni ſint ornati laude pudicitiæ.

ROCH primò alias PIERZCHALA.



DELINEATIO.

EST turris rotunda ſedem habens latam, & conformen ſummitati, dentes quinque gerit medium autem tenuitate ornatur, ſuper coronam ſunt pennæ quinque Strutij, campus eſt candidus, turris eſt coloris nigri. Ad hãc ſimilitudinem inter Schacos Rochus efformatur, dum iocus inſtituitur.

ORIGO.

IN Regno acquiſita fuiſſe, & à Ducibus Maſouiæ militi Pierzchálá dicto conceſſa. Dum enim præſtantem operam in caſtris exhibuiſſet, & Duci caſtra meditanti amori & honori eſſet, ad iocum & occupationem Schacorum inuitatus à Duce Maſouiæ fuit, qui vt Rocho finem impoſuit occupationi & luſui ita quod mouere regem ioci non poſſet Dux de loco, in arma nobilitatis pro benè meritis Rochum ſibi aſsignauit aliaq́ue optimo & ſolerti militi bona ex animo conceſsit. Vnde differentia ſunt hæc arma à columnis à Hattone Archiepiſcopo Gneſnenſi in Regnum illatis. Docent hoc tàm nomen Pierzhálá quàm Roch tum etiam quod differens pictura illorum & horum armorum vltrà annos trecentos conſpiciatur. Quapropter licet aliqui confundunt vtraq́ue hæc arma diſtincta tamen debent fieri, ſed ex hoc proficiſcitur error, quia arma hæc Roch columnam aliqui vocant, vnde ad arma columnarum Hattonis confugiunt, & ſeipſos præcipuè imperiti rerum confundunt.

VIRTVTIS INCENTIVM.

SIcut virtus multiplex inuenitur, altera moralis altera militaris, ita incentiuum virtutis ſeu ad virtutem eſt differens, Bulla & præmium. Romanis motiuum ad virtutem à primæua ætate erat bulla & toga. Bullam de collo ſuſpenſam filijs volebant, vt illam figuram ante pectus conſpicientes, ſe tùm demùm homines futuros cogitarent, ſi corde præſtarent. Toga autem prætexta erant induti, vt purpuræ rubore ad pudorem ingenuitatis inuitarentur. O quàm egregium incentiuum, ea enim potiſsimum ſunt diſcenda pueris, quibus vſuri ſunt cum ad virilem peruenerit ætatem, talis autem eſt mortalis virtus. Ea enim certiſsima regula eſt, M. Aurelius Imp. ad Pollionem docet, vt virtute ex peregrino fiat ciuis, vitio autem ciuem in propria Patria peregrinum fieri. Hinc perpulchrè Claudianus.

Tu licet

Tu licet extremos latè dominare per Indos,
Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adoret.
Si metuis, ſi praua cupis, ſi duceris ira,
Seruitij patiére iugum, tolerabis iniquas
Interius leges, tunc omnia iura tenebis
Cum poteris Rex eſſe tui.

Ad virtutem verò militarem ſeu trophæa Martis incitabant præmio, puta, donis, honore, titulis, nedum in vita, ſed etiam poſt mortem. Illuſtrarunt hoc ipſi quoque Græci poſt partam ad Salaminam victoriam. Quapropter *Herodotus lib.* 8. *inquit*: Parta victoria pars ſpoliorum in ſacrum & pauperum vſum reſeruanda eſt, pars in præmia quæ ſunt ſtrenuis danda, pars cuique pro ſuo iure tribuenda, ſed quod me maximè mouet etiam vita priuatis præmia referebant. Apparet hoc Venetijs in templo SS. Ioannis & Pauli Ordinis Prædicatorum, vbi ſtatua in vaſe lapideo tenet pellem detractam cum inſcriptione:

D. O. M. Marci Antonij Bragadini dum pro fide & Patria bello Cyprio Salamine contra Turcas conſtanter fortiterq́ curam Principem ſuſtineret longa obſidione à perfida hoſtis manu ipſo viuo ac intrepidè ſufferente detracta pellis Anno M.D. LXXI. XV. Septemb. vnde *Herodotus ad finem libri 7.* Fortibus & ſtrenuis viris pro Patria & communi ſalute occiſis virtutis monumenta ad poſteritatem ſunt relinquenda.. Arma hæc dum conſidero & virtutis moralis incentiuum fuiſſe, & virtutis militaris ſole clariùs conſtat. Moralis quidem, nam duo Epiſcopi Plocenſes vt ſileam alios pleni virtute ex his armis fuerunt. Martis verò dum Oborſcios, Łaccios, Walewſcios &c. conſideraueris. Nullam enim occaſionem pro Patria mori vbi neceſsitas poſtulauerit negligebant, imò primi in Caſtra ad primos impetus hoſtium occurrebant. Nam ſi

Elleborum fruſtra cum iam cutis ægra tumebit
Poſcentes videas, venienti occurrite morbo.

Magis fruſtra eſt, dum hoſtis arua percurrit, igne ædificia conſumit, caltram captare occaſionem ſero ſapiant Phryges, citò & acriter hoſti occurrant Poloni.

F V L C R A   P A T R I Æ.

NON ſine graui prudentia nec liquido probata experientia Iulius Cæſar gladio ſtricto tangendo librum & capulo in memoriam æternam protulit: *Vtroq́; Cæſar.* Propoſuit dictis fulcra Patriæ non alia dari, quàm gladium & librum, hoc eſt fortitudinem in defendendo, conſilium in auxiliando. Neque longè alij Dynaſtæ à propoſito illius, dum pro ſymbolo ſibi adſcribebant: *Conſilio & Marte, religione & iuſtitia.* Diuerſis verbis innuebant eundem ſenſum, attamen non quilibet miles eſt fulcrum Patriæ,

nec

nec quilibet ſciolus ad conſilium graue valet. Hinc probauit militem aquæ potu optimus Dux, proſtratum in terra ad aquam noluit, vola vero bibentem elegit, nec Dominus omnem tribum ad libros ex quibus ſana conſilia admiſit, ſed ipſam tribum Leui. Quapropter Romani habebant delectum in milite, vt *Alex. lib. 1. cap. 20.* refert. Eligebant qui erant lato pectore, ceruice erecta, qui fortes & ſtrenui conſiderabant, quæ ſpecies qualiſque vigor & quod robur virium foret. Pinguem, deformem, mancum, deſidem, vecordem tanquam minus vtiles Reipub. non adſcribebant. Suadebat id Vegetius lib. 1. cap. 7. *Corpora* (inquit) *militum firmanda ſunt, & robur eorum augendum, laborum, famis, ſitis, æſtus, frigoris tollerantia.* Requirebant etiam in milite morum & vitæ probitatem, primò, quia ab omni virtute degenerat voluptatum aſſuetudine miles, *inquit Tacitus lib. 2.* Secundo, victorem facit probitas dum verecundia fugere prohibet. Tertiò, quia hi qui in ſcortis & conuiuijs maiorem habent libidinem quàm in militaribus armis & equis, illis ad populandos finitimorum agros, pecora capienda magna vis eſt, nulla in acie ac ſignis collatis, *ait Liuius lib. 24.* quia leges quæ de re militari agunt, vetant admittendos in bello criminoſos, adulteros, iudicio aliquo publico damnatos. Neque etiam ad conſilium dandum ſanum Patriæ omnes apti ſunt licet docti, tum quia vis in iuuene, conſilium in ſene, tum quia experientia eſt rerum magiſtra, tum quia in ſenibus affectus ſedati, reſpectus ſublati, bonum cognitum, honeſtum apprehenſum, quæ omnia in iuuene vacillant, vnde Seneca de iuuenibus loquendo Epiſtola 9. dicit: *Omnium honeſtarum rerum ſemina animi gerunt, quæ admonitione excitantur, non aliter, quàm ſcintilla flatu leni adiuta ignem ſuum explicat, erigitur virtus quæ tacta eſt & impulſa.* Quapropter Theodoſius Imperator de S. Ambroſio dicebat: *Ægrè tamen reperi veritatis magiſtrum.* Et D. Ludouicus Galliæ Rex filio inter cætera benè regnandi præcepta & hoc commendauit: *Ita te gerito, vt qui tibi ſunt à confeſſionibus & conſilijs, liberè te admoneant doceantq́ quid in omnibus negotijs ſequendum fugiendumue ſit. Til. lib. 2. Rerum Gall.* Profecto qui armis præſentibus familiam adornant, & conſilio & marte, & religione, & iuſtitia Patriæ fulcra, & Reipub. columnæ fuerunt, vera obſeruatione & rationali experientia.

LINEA FAMILIÆ PIERSCHAŁA.

Pierſchálá cui primùm talia arma conceſſa fuerunt à Duce Maſouiæ, ſicut in Origine armorum dictum fuit. Clemens Pierſchálá Epiſcop. Plocen. ordine 2. Anno 1327. *electus concorditer à Capitulo. Vixit in Epiſcopatu annis* 23. *Obijt* 1358. *Addit Author Epiſcoporum Plocenſium, vir nobilis eo inſigni nobilitatis vtens quod Pierſchálá ſiue Roch dicitur.*

Mroczek *Pierſchała Subiudex Sochacouienſis, eius filius Pierſchała iam à bonis ſicut & parens Pawłowſki nuncupatus Epiſcopus Plocenſis, qui notabat*

familiam

familiam ſuam de Gnatowice Cancellarius Semouiti Ducis Maſouiæ, de quo ita Stanislaus Lubienſki Epiſcopus Plocenſis author ſeriei Epiſcoporum Plocenſium folio 125. Stanislaus ſecundus dictus Pierſchálá Páwłowſki Epiſcopus Plocenſis 37. de quo Cromerus *poſt deceſſum Iacobi I. Epiſcop. Plocenſis, Anno* 1425. *ſed quia illud Cromeri fabula eſt, vt in vitis Epiſcoporum Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. Lubienſki notauit, & dictum Dlugoſſij in hoc quod poſuit ſub Anno* 1425. *ſequitur, alterius iudicio relinquo. Attamen tanta paſſus fuit innocens Epiſcopus à filijs Semouiti, vt Toruniæ mortuus* 1349. *charitate ordinis Fratrum Prædicatorum decenter mandatus terræ fuiſſet, qui ob inopiam vix plebeiam etiam ſepulturam habuiſſet. Hæc de illo Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. Epiſcop. Plocenſis Stanislaus Lubienſki in vitis Epiſcoporum prædictæ Cathedræ editis per Andream Trzebicki Scholaſticum Ploceń. Notat* Paprocius in primo Opere *de his armis Oborſcium ex Varſauienſi Terra, Chraplowſcium ex Poſnanień. Palat. Lanccium ex Maiori Pol. Kozuchowſcium, Zabokliccium de Obory. Sed quia in ſecundo Opere ſub Columna Hattonis eoſdem poſuit, ideò in primo Tomo operum Orbis Poloni ſub ijſdem inſignis Columnarum eoſdem benignus lector videre dignetur.*

Leſniowolſcij *Stanislaus, quem Florianus Zebrzydowſki Dux Exercituum miſerat contra* 40. *millia Moſchorum, quos ille ad Newel fugauit, & Krupſcium Ducem deditum accepit.* Bielſc. fol. 615.

R O C H Secundò.



DELINEATIO.

SVNT duo gradus ita diſpoſiti ſurſum, vt ſupremus ſit alijs breuior. Ex medio autem ſupremi lilium campi latum excreuit.

ORIGO.

COlumnam aliqui eſſe volunt eò quod gradus referant ſedem columnæ. Alij Rochum nominant differentem à præcedenti, ſed ſiue ſit columna per gradus ad honores iter demonſtrans, ſiue ſit Rochus iocatoribus Schacorum ab antiquis formatus, iam multò eſt res diuerſa à columnis Hattonis Archiep. Gneſnenſis, & à Rocho Pierſcháłá dicto. Originem hæc arma ex Italicis inſignijs monticulis puta & lilijs habent,

quod ex Petraſantæ Teſſeris colligitur, ſed quomodo in Regnum illata, tacuerunt Scriptores.

RENOVATVR IVVENTVS.

Attulit Claudius Paradinus Symbolum Accipitrem ad ſolis radios extenſas alas tenentem ac roſtro vitia pennarum corrigentem, & addidit lemma: *Renouata iuuentus.* Quaſi vellet innuere, correctis plumis & ad ſolem exſiccatis, tàm agilis ad volandum exhibetur, vt iuuentutem renouatam putaret. Nec ſine fundamento eſt ſymbolum adiunctum, dicit enim Iob ex ore Domini: *Nunquid in ſapientia tua plumeſcit accipiter?* Quo & ſingulare quid in accipitro ponitur, & in tali plumatione illius, notabile quid intelligendum exponitur. Ad gradus altos dum eminens lilium conſpicio in armis, iam omen dignißimum habeo, nec aliud quam *Renouatur iuuentus.* Equidem deſiderabat ſemper in ſcripturis talem profectum in iuuentute Dominus, nam & contumacem filium atque proteruum lapidibus obruere iubebat. *Deut.* 21. Et gaudere de bono & ſapiente filio Patrem & matrem *Prouerbiorum* 23. ſuadebat. Renouata iuuentus, virtutem ſcilicet virtuti, honorem honori, merita meritis ſuperaddendo maiorum & anteceſſorum ſuorum, vt illis adſcribere liceat: *Et feci & fregi.* Habet Fulgoſius rem ad propoſitum ſatis accommodatam *lib.* 4. *cap.* 2. Duo inſignes Duces Aurelianenſis Carolus, & Burgundus Philippus bello inter ſe diſsidebant, magnus in eo prælio virorum numerus occubuit, ſed odia ardere non ceſſabant Tunc opera Philippi Caroli pater cæſus eſt, & poſt Philippi Pater opera Caroli interficitur, expleta igitur ira ab vtrinq; ambo mutuam amicitiam affinitatemque inierunt, Renouata iuuentus, ſed profundo cum damno. Renouarunt iuuentutem ſuam tutores & defenſores horum armorum, meritis gloria, & hoſtium Patriæ ſanguine, non pacem nec diuos lædendo vel turbando.

LINEA FAMILIÆ ROCH Secundò.

Walewſcij, Nicolaus & Iacobus germani fratres, qui duas ſorores filias Kościeleccij Palatini Breſtenſis, quas progenuerat Bochotnicka Palatini Lublinenſis filia, in coniuges habebant. Nicolaus reliquit duas filias, de quibus ſub armis Columna diximus, & filium Adamum Caſtellanum Olbicſcenſem, qui contracto matrimonio cum Fierleiowna Palatini Ruſſiæ filia procreauit filios quinque, & duas filias. Martinus de Walewice hæres in Rembieſſow ex Heduigi Rembieſſka natus Vexillifer Syradienſis tum Succamerarius, cui cum grauitate iuncta humanitas, in rebus gerendis in Tribunali inſignis dexteritas, in obſcuris cognoſcendis prudentia, in arduis diiudicandis matura ſapientia. Adamus germanus Martini in iure nobili verſatiſſimus, vir & in linguis Italica & Latina peritus, ex Succamerario Syradienſi Caſtell. Lencicienſis.

cicienſis. Ioannes tertius eorum frater doctrina & virtutibus ornatiſſimus, optimam poſteritati relinquendo memoriam proficit meritis in Patria & Repub. Roſcislaus vltimus illorum frater, à iuuentute Mineruæ & Palladi, à virili ætate Marti & Bellonæ conſecratus, floridam familiæ dignitatem odore meritorum perfundit. Walewſciorum Familia in Lenciciensi Palatinatu ſatis ampla eſt, ex quibus electionem Sereniſſimi Regis Vladislai IV. Adamus, Sigiſmundus, Stephanus ſubſcripſerunt.

Glowinſcij *in Palat. & Terra Rauenſi, Nicolaum de Glowno priuilegium Capituli Vladislauienſis meminit ſub Anno 1277. Iacobus de Glowno Caſtellanus Rauenſis ex Iudice. meminit illius in Statuto Herburthus loquendo de Pruſſia, reliquit filium Vexilliferum Rauenſem Petrum, habuit filium Ioannem, qui ex Zaleſka armorum Brog Caſtellani Roſperſcenſis ſorore ſuſcepit Demetrium, qui cum Lachowſka armorum Rawicz, habuit Thomam Iudicem Prædecenſem, & Stanislaum Notarium Halicienſem.*

Oborſcij *in Palatinatu Maſouiæ, antiquitate & nobilitate familia ſemper virens, quàm poſteri amore erga Patriam, ſummis in Regno dignitatibus & quod cardo eſt rei pietate in Deum exornant. Ioannes Capitaneus Sochacouienſis, cuius filius Martinus Capitaneus Liuenſis, Iudex Cerſcenſis, & Varſauienſis, vir magni iudicij & ſani conſilij. Ioannes Oborſki Caſtellanus Ciechanouienſis, Martinus Oborſki Caſtellanus Cerſceń. Procopius Oborſki Dapifer Cerſcenſis, qui 4. filios progenuit, ex quibus eſt vna gemma Familiæ ſuæ quam propriis virtutibus illuſtrat Thomas Oborſki, Epiſcopus Laodiceń. Suffraganeus Cracouienſis & Canonicus, tempore nouem Epiſcoporum Cracouienſium ſibi ſuccedentium, aliquando Vicarius & Officialis Generalis Epiſcopi, aliquando Adminiſtrator Sede vacante Epiſcop. aliquoties ex Capitulo Cathedrali Cracouień. Iudex Deputatus Tribunalis Iudicij. In ſacerdotali dignitate Præſul Athleticus, alter Borromæus Sarmaticus, primorũ Eccleſiæ Pontificum Idea, totus ille profuſus pro Deo nihil ſpirare videtur, niſi cælum & Dei honorem, continuus in labore vt Chriſti gregis commoda ſui ſolatij loco habeat, honoribus quos accepit illuſit vanitati, humilitati dicauit, in Pontificali dignitate, religioſam paupertatem & humilitatem planè ſuperat, præſtimonia ſua quæ ab Eccleſia habet videtur indigentiæ pauperum dicauiſſe. Adamus Oborſki Vexillifer Liuenſis, cuius vnicus filius Stanislaus matrimonio ſibi copulauit filiam Illuſtriſſ. D. Zielenſki Caſtellani Plocenſis, Sigiſmundus Oborſki Vexillifer Cerſcenſis, Nicolaus Oborſki I. V. Doctor, Prothonotarius Apoſtolicus, Canonicus Cracouienſis, verus imitator virtutum ſui Patrui Thomæ Oborſki Suffraganei, & alij plures quos longum eſſet enumerare, qui tamen omnes familiam ſuam naturæ & ingenij dotibus exornant, ſemper de Repub. benè mereri ſtudent.*

Wiſowátij *in Palatinatu Podlachiæ diſtrictu Tykocinenſi. Nicolaus Wiſowáty, qui reliquit duos filios Conſtantinum, & Abrahamum. Conſtantini filius Sta-*

niſlaus ex Wityńſka habuit Martianum qui ſteriliter deceſſit, & Eliſabetham Wroceńſka. Abraham Camerarius Terræ Branſceń. qui in conſortium matrimonij ducta Marina Szumkowſka, cum qua ceſſerat ſibi villa dicta Szumkow cæpit familiam ſuam notare à Szumkow, quod etiam eius poſteri in Palatinatu Craconień. & Sendomirien. faciunt, ex qua ſuſcepit Ioannem & Albertum, hic ſteriliter deceſſit. Ioannis verò filij Marcianus & Stanislaus, Filiæ Skrzypkowſka & Łepieńſka, ex Anna vero Siebeniowná reliquit filios Nicolaum, Benedictum, Martianum, Lazarum & Stanislaum. Nicolaus ſub tempus coronationis Sigiſmundi III. interijt. Benedictus reliquit Chriſtophorum & Ioannem filios, ac filiam Annam Moſkorzewſka, Marcianus Subdapifer Podlachiæ ſteriliter deceſſit. Lazarus reliquit filios Iacobum, qui in Pruſſia ſub vexillo Capitanei Kałuſki militando occubuit. Stephanum, Samuelem militiæ deditos & Paulum. ac filiam Annam Sleſinſka, Stanislai filij Andreas, Theodorus, Nicolaus, Benedictus.

Horum armorum ſunt Chorażyczewſcij, Ciećiſzewſcij, Seuerinus Ciećiſzewſki ſubſcripſit electionem Vladislai IV. ex districtu Cerſceń. in Ordine Prædicatorum Religioſus Pater Auguſtinus Ciećiſzowſki L. Theol. inſignis.


ROCH Tertio.



HOC Stemmate vtitur antiqua Domus Koſciuſzkonum in Palatinatu Breſtenſi, cuius Atauo Caſimirus III. (nam diu erat in Aula Regis) bona ſua Regalia Siechnowice cum duabus villis in Palatinatu Breſtenſi, iure hæreditario dedit. Qui poſtea à bonis Siechnowicze Koſciuſzko Siechnowicki vocatus, quod nomen eius poſteri nunc retinent. Alexander quoque Rex Caſimiri filius eidem Koſciuſzkoni, memor meritorum quæ Patri egregiè in Aula præſtiterat bona Leniewicze & Stupiczow iure etiam hæreditario contulit in Palatinatu quoque Breſtenſi Lithu. vti Priuilegium datum teſtatur, Ruthenico idiomate vtrumque ſcriptum.

RHOR

R H O R.



DELINEATIO.

ARma Rhor ſex lateres aurei ſunt, triplici ordine diſpoſiti, taliter vt primùm tres, ſecundum duo componant, tertius infimus vno coaleſcat, ſupereminet autem crux pomo inhærens, circumdã pomum duo Delphini, coloris albi vnus & rubei alter, campus eſt ſanguineus, crux cum pomo aurea.

ORIGO.

INſignia hæc à quadringentis annis Syleſiam hæc noſtra vſque ſæcula decorant, inuenta occaſione ſtrenui militis Familiæ Rhor anteſignani capitis, qui cum munitiſsimam arcem Budzinum dictam in partibus Croatiæ à Turco diu occupatam recuperaturus, exercitu cuius Præfectus fuit obſediſſet, ipſe primus murum aggreſſus eſt & diruere cæpit, ac tandem exercitu toto manus apponente victor ingreſſus eſt, & fracto ſceptro inimici eoque expulſo, arcem perditam Imperatori reſtituit, hinc ergo primis ſex lateribus à ſe excuſsis hoc modo cadentibus, pro ſtemmate dotatus eſt. Et quod eminet fluente tempore, humanitas, ſtrenuitas, in expediendis negotijs Imperatorum dexteritas, ſucceſſorum Delphinos videlicet pomumque regale compararunt. Ex quibus in Regnum Poloniæ Ioãnes militaris profectus gratiâ dum conſcendit, etiam domicilia conſtituit, ſicut in Linea Familiæ latius declarabitur.

REGIA MVNIFICENTIA.

VT magnificas de milite retulerunt Reges Sereniſsimi laudes, munificas quoq; in milites contulerunt manus. Quid enim rectius fit quàm recto merito correſpondentem proponere mercedem. Ipſe Darius vbi Rex Perſarum denunciatus manſit, ſubitò his quorum medio Regnum ſibi collatum fuerat, gratitudine & munificentia quâ potuit & debuit, declare voluit. Inſuper ſimulacrum è lapide factum ſtatuit hominis equo inſidentis, inſcriptis in hæc verba literis: *Darius Hyſtaſpis filius tum equi virtute, tum Ocbaris equiſonis Perſarum Regnum adeptus eſt. Herodotus lib.* 3.

Quod ſi ſapientiſsimi Regis iudicio etiam irrationale animal debuit referre gratitudinis memoriam, quam ergo optimus miles, qui non fortuna ſed ratione id ipſa audacia, ſed iuncta prudentiæ non particulare quoddam, ſed vniuerſale bonum toti Regno vel Reipublicæ fortitudine protulit, referret à Regibus optimis munificentiæ gratiæ indicium & ſignum? Profectò ſicut nedum opibus ſed virtute & ſanguine Patriam defendit & ornauit, ita quod magnum & ſingulare in Patria & Regno extat illis ſolis conferendum munificentia Regia tenebitur. Quocirca Darius Rex viginti Prouincias in Perſia conſtituit, milites ſuos ſingulis præfecit, & dum non ſufficerent alijs finitimas, alijs remotiores gentes attribuit, de quo Herodotus in Thalio. Non diſsimilem video Rhoriorum familiam, à munificentia Regia, Cæſarea, & Ducum Sileſiæ gratia, qui cognito ſcopo intentoque regali, quod fide & beneuolentia nil firmius, iucundius, gratiuſue habeant, totos ſe Marti & Belonæ conſecrarunt. Itaque dum Croatia Vngariaque ab immani Turca immaniter vaſtata ſuccumbebat, atque Budineam cum arcem obſeſſam eripuiſſet, Rhoriorum Familiæ primus genitor Rhor nuncupatus, ad vigilem ferocioremque cuſtodiam Turcarum arcis munitionisque Budinij, militem ſuum glorioſæ famæ cupidum ad arcem conuertit, atque in ipſo ſulphurei ignis & globorum feruore, muros arcis conſcendit, occupauit, præſidia ſuſtulit, hoſtilem militem proſtrauit. Hinc Origo laterum aureorum ob præcioſum opus, hinc Delphinorum differentes ſpecies ob iactantiam Turcæ in noſtrorum cladem, (Delphini enim lætantur dum promittunt naufragiū & tempeſtatem) confuſam & conuerſam. Hinc rubeus campus ob multam ſanguinis hoſtilis effuſionem. Hinc pomum Regale, ob defenſionem Regni Vngarici pro Imperatore profluxerunt. Et quia ſenſum Rhorij à cæleſti demiſſum traxerunt arce, ideò ſub arce victoriæ ſuæ, ab Imperatoribus retulerunt in præmium gentilicij ornamentum & decus.

LINEA FAMILIÆ RHOR.

SEX in Sileſia fratres extitere circa Annum 1100. *hoc ſtemmate inprimis ſigillati, quorum Proſperus Rhor Comes, Hieroſolymitanus & Maltenſis Crucigerus, vir eximius ore facundus, corde animoſus fuerat, qui Anno Dñi.* 1107. *huius luce ſæculi priuatus, Viennæ recubat tumulatus. Quoniam verò Crucigerorum ſtemmata* 24. *in more & obligatione eſt numerare, hinc Ranzonius Comes in laudem armorum eius, hæc cecinit hæroica.*


Quin age maiorum iuuenis facunde tuorum,
Scande ſuper titulos, & Auitæ laudis honores
Armorumque decus præcedi forenſius actis
Sic etiam magnæ iam tunc Cicerone viuente
Laurea facundis ceſſerunt arma togatis.

Togatis ſubtulit alluſorem agens in proſperi Germanum Fridericum Rhor, temporibus Henrici Quinti Imperatoris, Summi Pontificis Calixti II. creatione Cardinalem, de quo Cathalogus Cardinalium tunc ſuperuiuentium teſtis eſt, de aliis fratribus Hiſtorici Occidentalium Imperatorum plurima eaq; decora encomia ſcripſere. Circa Annum 1600. ſuperuixere Georgius Rhor, ab Imperatore ad Reges magno cum honore legatione aliquoties functus. Dauid Rhor à Cæſarea Maieſtate maximè fauoribus eiuſq; Secretarius. Nicolaus Rhor poſſeſſionatiſſimus in Ducatu Olcſnicenſi, cuius ſubſtantia in aliquot centena millia Dei benedictione creuerat, Oppido Rataic ad reſidentiam vtebatur ordinariam, at inde incepit eius proles inſcribi à Rataie. Tres filij eius fuêre, Andreas hæres ſuper Galiowice cum aliis pertinentibus villis. Dauid hæres ſuper Kamien. cum cæteris. Et Ioannes qui Oppidum Rataic cum plurimis villis hæreditatis ſorte poſſidens vendidit, Patriamq; deſeruit, & ad Vielunenſem regionem ſeipſum tranſtulit, ibiq; à Bartholomæo Laſkowſki in hæreditatem villas Laſki & Grozna emit, cuius commutationis argumentum extat in Actis Vielunen. feria ſecunda poſt Feſtum Circumciſionis Domini 1570. Et inde ante Indigenatus inſtitutionem nobilitate ſua etiam in Regno Poloniæ potiri incepit, à ſtrenuitate Equitibus noſtratibus ſolita exordium ſumens, nam Anno Dñi 1577. ſub Gedano in expeditione contra Hans Koln rebellem Regi Stephano, cum Ioanne Zborowſki Caſtell. Gneſnenſi, virum militarem ſe exhibuerat, occaſione verò cognomenti Rhor, à Commilitonibus & vulgo Poloniſmo correſpondenti appellatione Rarhowſki primus nuncupatus eſt. Accepta ad Sacrum conſortium de familia Działoſſouiorum ſuſcepit ex ea filios quinque, Carolum, Chriſtophorum, Ioannem, Seraphinum, & Bartholomæum. Ioannes cum Seraphino in expeditione contra Moſcouitas Smolenſcum propè 1610. ſanguine Patriæ amorem purpurarunt. Carolus cum Miſſłowſka in Vielunenſi Terra prolem reliquit. Bartholomæus in expeditionibus Liuoniæ cum Campiductore Magni Ducatus Lituaniæ Chodkieuicio, item cum Sigiſmundo III. ſub Smolenſco 1611. Martem ſecutus eſt, vbi etiam à Rege tribus villis iure hæreditario poſteritati duranti ſeruiente dotatus eſt gratia meritorum. Chriſtophorus Rhor Rarowſki vir militaris, temporibus inuaſionis Maximilianæ propè Cracouiam in legione Zamoiſciana, & cohorte Myſkouiana ſtrenuus, copulata ſibi per ſacrum connubium Anna Ioachimi Bielſki S. R. M. Secretarij filia, ex ea progenuit filios quatuor, Chriſtophorum in expeditione prope Chocimum contra Turcos, & in confinibus Regni ſub Illuſtriſſ. Palatino tum Ruſſiæ Stanislao Lubomirſki arma tractantem. Nicolaum hæredem in Gorkd, Patriæ contra Guſtauum Pſeudo Regem Sueciæ, & contra rebellionem Koſacorum Zaporouienſium pectore ſuccurrentem, 1643. priuatione vitæ tempeſtiuè occupatum, Caſimiriæ in Eccleſia Sanctiſſimi Corporis Chriſti honorificè à conſorte ſua Marina de Niewiárow Rarowſki depoſitum. Ioachimum, qui itidem militiam profeſſus annis duodecim in

eiſdem

eiſdem expeditionibus Pruſſicis, aliiſq; contra Tartaros in Confinibus Regni iuuentam ſuam prius Scholaſticis egregie inſtructam occupauit, hæredem in Malkowice. Et Ioannem ſpectabilem, ingenuum cuius indoles magna præſagit adoleſcentem. Filias verò duas Catharinam Floriani Inwalcki conſortem, & Suſannam Stanislai Dębinſki, viri magnanimitate & prudentia illuſtris vxorem Deo deuotam, proximis piam, fœliciter ſuperuiuentem.

ROLA.



DELINEATIO.

EST roſa coloris albi circumdata tribus cultris aratrum in ſcindenda terra præcedentibus, campus eſt ſanguineus. Super coronam pennæ quinque Strutij.

ORIGO.

IN Regno Poloniæ acquiſita fuerunt, adhuc Monarchiam Paganis Ducibus moderantibus, *ita Dlugoſſ.* Genus Polonicum in qua viri ſimplices & mediocritate contenti, erant ante Annum 1050. ſicut in Linea Familiæ patebit. Occaſio verò armorum hæc fuiſſe perhibetur, ſtrenuus miles & Aulicus Ducis ſeu Monarchæ Poloniæ de armis Poray ſeu Roſæ, quæ à Roſinis Romanis ortum trahit reliquerat filiam, poſt deceſſum parentis miles quidam de armis Kroie ſeu cultrorum aratri optimè Duci ob inſtitutum Caſtrenſe notus, in coniugium virginem relictam à Duce ſub cuius patrocinio & tutela fuerat poſtulauit, conceſsit eximio militi virginem Dux, & in Aulicum ſuum recepit, ſed in memoriam perpetuam optimi quondam militis ſui, coniunxit arma Roſarum cum Kroie, & ex nomine Parentis dictæ virginis appellauit arma nouiter inuenta Rola. Ponebat *Paprocius* in primo Opere à Rege Caſimiro data fuiſſe, ſed in ſecundo Opere correxit ſeipſum & à Duce Poloniæ Pagano collata aſſeruit. Quod ipſe Cathalogus Epiſcoporum Poſnanienſium demonſtrat, ſi annis computatis etiam Monarchiæ Polonæ Principes computabuntur. Alij originem ponunt quod Dalmatas vicerit & pacem Regno attulerit, ideò gladij in vomeres conuerſi, & odoriſero bono per roſam ſignificato adiuncti. Ioannes Muſonius Acad. Cracou: in Calendario Archiep. Gneſneñ. adſcripto.

VERI

VERI CVSTODES REGNI.

ADmiratus ſum aliquando in ſymbolis Petra Santa Societ. Ieſu, Roſam inter cepas ex vna, & allium ex altera parte poſitam. Dicebam cuſtodia eſt Roſa ſed inuida, inficere roſam deſiderant, ſed roſa vicit, atq; ſuo amœniſsimo odore nedùm cepas & allium repleuit, verùm ipſa roſa fragrantior euaſit. Mehercule erant cuſtodes Regni, aliqui grati Patriæ, vt cepe & allium, olebant Patriæ, odorem ſibi ferebant, alij vero inter inuidorum afflatus malignos, ſpirabant odorem Patriæ amœnum domui ſuæ ſalutarem. Vnde illis adſcribendum fuerat, *Ante fugam fugit, iſtis vero turpibus exitium, nobilibus vita.* In hunc modum Roſitas cuſtodes Regni fuiſſe video, dum roſam illorum aratri cultris ſeptam eſſe conſidero, nec multis id probare neceſſe eſt. Prouerbium eſt, *Roſas loqui.* Trahitur ad demonſtrandum quando aliquid gratiſsimum iucundiſsimumque narratur, ſed habere vellim alterum quoque ſenſum. Non eſt opus longo altoque ſermone Roſitas extollere, atque quàm proficui erant & ſunt verbis declarare, ipſa enim roſa poſita in armis pro illis loquitur. Tot tantaque eorum merita in Patriam, Regnum, & Regem fuerunt, vt anni ſeptingenti & vltra, laudes eorum & præmia enarrare ſæculis non deſinerent. Dobrogoſtum Roſa apud Caſimirum Regem Ducem exercitus curiæ Anno 1038. cuius filius erat Epiſcopus Poſnanienſis conſidero, inde colligo ante floruiſſe iam Roſitas, ſi ad hanc dignitatem Dobrogoſtus vocatus, conſtitutus manebat. Erant veri cuſtodes Roſæ Polonæ Regni inquam Roſitæ, nam omnium ille inimicus communis eſt qui hoſtis ſuorum eſt, & qui fatales motus vi frangere & rumpere putat errat & fallitur, arte & prudentia componendi ſunt, & hoc ſeruarunt Roſitæ, quibus erat ſemper pax cum hominibus, cum vitijs bellum. Agite fortiter Roſitæ, non ex veſtris cultris terræ ducite omen aduerſum. Non veniat in mentem Scipio maior, qui ſepulchro ſuo inſcribere iuſsit: *Ingrata Patria ne oſſa quidem mea habes.* Nec Scipio Aſiaticus, qui licet Antiochum deuicerit & Aſiam populo Rom: adiunxerit, peculatus tamen quaſi reus in carcerem truſus fuit. Nec Scipio Naſica, qui licet toga tantum laudis, quantum vterque Africanus armis meruit, tamen propter iniquiſsimam virtutum ſuarum apud ciues æſtimationem exilium ſine deſiderio Patriæ paſſus fuit. Nil horum inquam vacillet veſtram proſperam mentem, nam roſæ veſtræ odorem æuiternum familiæ ſpirabunt, & cultri aratorij vtilitatem Patriæ & Reipub. promouebunt, in veſtrum honorem & perpetuum gloriæ decus, nam moribus ſimplices & mediocritate contenti (quales vos Dlugoſſus fuiſſe obſeruauerat) Deo & hominibus placuerunt.

BONVM MALO CIRCVMSEPTVM.

DVM video roſam cultris circumdatam, optimè dicere poſſum, *Bonum malo circumdatum.* Sunt arma Roſa bona per ſe & nobiliſsima, ſunt Kroie ſeu cultri Terræ arma ab antiquo præſtantiſsima, ſed cum

Roſa à cultris circumdatur, iam videtur bonum malo circumſeptum eſſe. Sed hæc ſunt ex primo aſpectu & apprehenſione prima animi, non vero ex ſolido intellectu, vnde viſis roſis in medio acuti ferri, non erit niſi bonum ſperandum. Roſam primitus ſpinis caruiſſe S. Baſilius tradit, ſed poſtea vbi maledicta terra à Domino fuit vt ſpinas & tribulos germinaret roſæ quoque aculei excreuerunt, vt verum modo ſit de Roſa dicere. *Bonum malo circumſeptum.* Hinc Ambroſius in Hexameron Roſam ſpina ſepit, vt humanæ vitæ ſpeculum oſtentaret, quæ quod eſſe potuit ſuauitatis, finitimis curarum ſtimulis ſæpe compunctum amareſcere videatur, vallata enim eſt elegantia vitæ noſtræ, & quibuſdam ſolicitudinibus obſepta, vt triſtitia ſemper adiuncta ſit hilaritati. Arma igitur hæc cum intueor roſas & cultros, dicere poſſum bonum malo circumſeptum. Non malo quod eſt nomen, ſed malo quod eſt verbum, hoc eſt plus delector circumſeptam eſſe roſam cultris ab aratro, quàm non circumſeptam. Hoc enim oſtenditur coniunctio duarum antiquarum & nobiliſsimarum familiarum Roſarum & Rolarum. Hoc declarantur diuerſa præmia in Patriam & Principem, diuerſorum parentum. Hoc exponitur ſingularis affectus Principis in ſuos milites & aulicos. Hoc denique quod ſummum eſt, iocunda benedictio ab alto huic domui declarata, memoranda proponitur, qua nec periodus familiæ, nec terminus Rolarum accelerare potuit ad metæ horribilis punctum.

Diſcite quorum animus menſq; atria ſuſpicit alta,
Virtus ad excelſos eſt via prima locos.

LINEA FAMILIÆ ROLA ſeu AGRICOLARVM.

D*Obrogoſtus qui ſub Caſimiro primo Dux exercituum Regni fuit. Cuius filius Stephanus Epiſcop. Poſnanienſis fuit poſt deceſſum Piani Itali, quem Eugenius III. poſt mortem Boguphali prouiderat. Sedit Stephanus annis quinque, confirmatus à Ianuſio Archiepiſcopo Gneſnenſi Anno* 115?. *vt* Dlugoſſus *habet. Succeſſit Raduanus armorum Srzeniawá, vt habet* Dlugoſſus, *Bernardus, qui ex Canonico Poſnanienſi creatus fuit Epiſcopus Poſnanienſis conſecratus à Ianuſio Archiep. Gneſnen. Anno* 1162. *vt* Dlugoſſ. *refert, vixit Eccleſiam regens annis tredecim. ſucceſſit illi Suentoslaus de Armis Accipiter, Dlugoſſus tacuit nobilitatem & arma Bernardi, tàm in promotione, quàm in termino vitæ, ſed* Paprocius *ex Cathalogo Epiſcoporum Poſnanienſium ſub armis Rola ipſum poſuit, virum fuiſſe humilem, exemplarem, curæ paſtoralis diligentem plurimi ſcriptis aſſeruerunt.*

Roſa, *quæ etiam nomine Epiſcopi prænominati vocabantur, Benedictum Rola, Comitem antiquum priuilegium refert Anno* 1230. *Nicolaum Rola Succamerar. Iunoulodclauienſem Priluſcij Statutum lib.* 2. *cap.*2. *in priuilegiis Regni habet Anno* 1451. *Extat familia Rolarum in Caliſienſi Palatinatu.*

Tarnow-

Tarnowſcij, *à Tarnow in Cuiauia ad lacum Goplo dictum, veniunt ex Rolarum familia recta linea. Antiqua & meritis clara proſapia, quam ipſi tituli & honores ſatis illuſtrem commendant. Sebaſtianus Tarnowſki Caſtell. Siradien. qui Coronationis pacta Sigiſmundi III. Sereniſſ. Regis ſubſcripſit, & cum Rothmag. ageret ad Vle arcem illam munitiſſimam Moſchis eripuit & poſſedit.* Bielic. de illo ſub anno 1568. *N. Caſtell. Breſten. Cuiauien. eximios patriæ tres Ciues reliquit Stanislaum Caſtell. Inouloclauien. poſt ſplendidos in patria progreſſus contracto matrimonio cũ Bielawſka de Bielawy, reliquit duos filios & vnicam filiam Hieronymum & Petrum. Hieronymus Pocillator Lencicien. qui ex Sophia Szamowſka progenita ex Sierakowſka Palat. Lencicien. filia, ſuſcepit Ioannem Archidiac. Cracouien. Martinum Pocillatorem Lencicien. & Paulum Virum literis, moribus & virtute ornatum, Petrus vero erat Caſtell. Goſtinen. reliquit prolem. Soror illorum Palatini Podoliæ Kraſicki erat conſors. II. Petrum Caſtell. Sochaccuien. Hic ex Vrowiecka reliquit Ioannem Succamer. Sochacouien. virum ingenio, prudentia dexterũ, & in negotijs Reipub. conſumatum. Habuit & filias duas, vnam Palatini Mariebürgen. conſortem, alteram Capitanei Goſtinen. Garuaſki coniugem. III. Illorum frater erat Vexillifer Lencicien. quem ipſe titulus clarum in militari progreſſu quondam fuiſſe apertè demonſtrat. Non enim militares tituli niſi aptis probatiſq; heroibus conferuntur. Reliquit filium Ioannem Præpoſitum Crac. Sendomir. Vloclauien. Lancicien. Cruſuicien. Canonicum, qui dũ in Repub. à Sereniſſ. Rege Stephano, primo in Referand. tum in Vicecancell. Regni, in Epiſcopum Poſnanien. poſt in Cuiauien. vltimo in Archiepiſcopatũ Gneſnen. promotus fuit. Tantæ prudentiæ erat vir, vt de illius iudicio & conſilijs merito quidã dixerit.* Neſtora conſilio, à tractandis rebus Vliſſem ſuperauit. *Paulus Tarnowſki Venator Lencicien. & Petrus electionem Vladislai IV. feliciter nobis regnantis ex Palat. Lencicien. ſubſcripſerunt*

Wargawſcij, *in Lencicienſi Palatinatu, qui florentis gloriæ Palmam ad maioris laudis præmia meritis deducunt. Raphael Adminiſtrator Salinarum Cracouienſium, demum Notarius Theſauri, vltimo Canonicus Cracouienſis.*

Iarochowſcij, *qui propriè ſunt Wargawſcij.*

Witunſcij, *in Lencicienſi Palatinatu. Virtuti dant operam.*

Lubieniecij, *in Cuiauia, magnis erant titulis in Palatinatu ſuo præmiati, & cum reddent docente Heſiodo eadem menſura qua à Domino acceperunt, reuolutionis benignitas ſecundabitur. Erat ex hac Lubienieccioram familia digniſſimus Præſul in Valachia Bacouien. qui licet inter media pericula ſemper vixerit atq; multoties fedifragos Valachos expertus fuerit, nunquam tamen à commiſſis ſibi ouibus ex Valachia. Paſtor bonus diſceſſit, ſed pro eis captiuitatem quoq; Scythicam perpeſſus fuit.*

Sokołowſcij. *In Dobrzynenſi Terra.*

Swentoslawſcij, *in Dobrzynenſi terra, qui etiam in Ruſſia. Chriſtophorus*

Swientoſlawſki ſubſcripſit electionem ex ſuo Palatinatu Sereniſſimi Reg. Vladislai IV. Ea quæ bonum Reipub. concernunt faciunt.

Arciſzewſcij, *in Poſnanienſi Palatinatu & in Podlachia. Iacobus Canonic. Cracouienſis de Arcieſzow. Cui in arce Cracouienſi tale Epitaphium poſitum.* Morum integritate conſpicuus, & vitæ ſanctimonia, omnium inopum pius Parens 1533. *Extant alij eximij bellatores & in externis nationibus referentes laudem. Nunquam poteſt non eſſe virtuti locus. Hi ſicut bello clari eſſe ſemper maluerunt, ita quoq; ad virtutem proni extiterunt. Eſt vnus ex illis nunc Tenutarius Conſtantinowiæ veteris.*

Lubniccij, *de Lubnice in Lencicienſi Palatinatu. Eorum filia erat conſors Dobrogoſti fratris germani S. Adalberti Martyris. Quapropter Caſimirus primus arma Kroie cum armis Poray coniunxit & Kolcy vocauit. Matthias de Lubnice, Anno* 1614. *eximiæ vitæ nobilis vixit.*

Boruccij, *in Cuiauia. N. cognominatus Noſek Vexillifer Breſtenſis occiſus à vicinis, Martinus Canonicus Varſauienſis* 1565.

Piekarſcij, *Stanislaus Subiudex Bræſtenſis in Cuiauia. Andreas ex Lencicienſi Palatinatu electionem Sereniſſimi Vladislai IV. ſubſcripſit.*

Stanislawſcij, *in Cuiauia.*

Ianuſzewſcij, *in Sochacouienſi diſtrictu.*

Komorowſcij, *Erant duo germani religioſi in Mogiła, tertius frater miles eximius in M. D. L. Iacobus.*

Bartochowſcij, *in Lencicień. Palat. Ioannes Bartochowſki S. R. M. Secret. eius frater Patruelis Ioannes iuriſprudentia clarus, cius filij Ioannes Capitan. Babimoſteń. alter in Ord. Prædicat. Albertus Franciſcus Theologus inſignis.*

Ruſienſcij, *in Sradienſi Palatinatu, ex quibus in Podoliam Valentinus tranſijt alter in Moſchouiam Rothmag occiſus ibidem.*

Gosłowſcij, *in Wyſſogrodenſi diſtrictu, Stanislaus & Ioannes eximij milites ad Pſcouiam, & diuerſis expeditionibus.*

Bialaczewſcij, *in Lencicienſi Palatinatu.*

Kozielſcij, *ibidem. Matthias Rothmagiſter ſtrenuus in Podolia & cum Valachis ac Tartaris.* Bielſc. meminit illius, fol. 645.

Kręzelowſcij, *in Lencicienſi terra, & in Podolia. Stanislaus ex Leſzczynſka natus militarem exercendo in Podolia, ibidem ſibi domicilia conſtituit contracto matrimonio cū Gaiowſka. Ex qua reliquit filios tres, Paulus primus filius, dum in multis expeditionibus bellicis ſtrenuū detuliſſet animum, à Iazłowieccio Exercituum Duce tanto cumulatus affectu fuerat, vt villas Suinnam & Bałamutow pro meritis ab illo acceperit, & ab ipſo Sereniſſ. Rege villa præmiatus fuerit, Ex Eliſabeth Piſkowſka ſuſcepit filios, qui ſanguine nomen ſcriptum, Hiſtoricis ampliandum reliquerunt. Stephanus occiſus in Moldauia cum Stephano Potocki. Thomas cum Korecki. Iacobus Zołkiewſki. Filiæ ipſius Catharina primum Gabrielis Koźiatulſki armorū Abdank Subiudicis Terræ*

Podoliæ.

Podoliæ. Secundo Martini Volynſki Tribuni Podoliæ eximij militis conſors. Agnes altera filia Adam. Staniſlawſki coniunx. Alter filius Stanislai erat Præfect. Stabuli Reginæ Annæ. Tertius verò poſt militares actus ex Gawronſka reliquit filium Albertum militem ſtrenuum qui cum Siaſka matrimoniū tenet. Paulus & Steph. fratres ipſius Filia vero ipſius Pomorſcij eſt conſors.

Rozyccij, *in Palat. Leniciceń de Rozyce Troianowe, familiam ſuam naturæ & ingenij dotibus exornant. Cōſt. Reg 1580. Ioannem Rozycki ex hac familia nominat Quæſtorem publicum Palat Polocceń. Ex eadem proſapia originem ſuā deducit Ioannes à Rozyce Troianowe Rozycki, Notar. Caſtrenſis Sendomirień. S. R. M. Secret qui maiorum ſuum merita proprijs virtutibus colluſtrat: prognatus Auo Andrea, qui ante annos circiter octuaginta ex oris Lancicień. in Palat. Cracouień. commigrarat; Parente Alberto Rozycki Teloneorum Regni, per maiorem & minorem Poloniam ſuperintendente: Auia Debinſka armorum Rawicz, matre Piecowna armorum Pilawa, peregrinis in oris literarum profectu, iuuentutem apprimè inſtructam in vſum conſpicuum patriæ deducit, Iuris patrij peritus, ex Palat. Cracou. ſubſcripſit Electionem Sereniſſ Vladislai IV. Regis. Ex Comitijs Generalibus 1641. cuius mentionem habet Conſtitut. illius anni, ad ſopiendas diſcordias circa limites Terræ Vielunenſis, cum Sileſia Commiſſarius cum alijs deſignatus. Stanislaus, Andreas, & Stephanus, fratres illius germani, ſapiētiæ deſiderio ſtimulati, varias exoticas nationes peragrarunt, in quibus tantum profecerunt, vt eſſent amicis ſolatio, omnibus conſilio, patriæ auxilio, ex quibus Stephanus in bello Pruſſico contra Guſtauum, in Moſcouia, ad Cameneciam nuper expeditus miles, pro incolumitate Patriæ. De eadem gente Franciſcus Rozycki Canonicus & Officialis Kiiouień. digniſſimus. Sunt in eodem Palatinatu Lancicienſi, aliæ Rozyce & alij Rozyccij, de quibus infrà ſub armis Roża.*

Kucharſcij, *ac Kuchary in Palatin. Lencicień. Ex his alij in maiori Polonia ad Poſnaniam, alij in Podolia domicilia ſua conſtituerunt. Forti namque Viro omnis terra patria eſt. Et quia latè familia illorum propagata eſt, altum fuiſſet arborem familiæ numeroſius delineare. Illa igitur quæ modernis protectoribus armorum Rola conuenire poſſint commemorabo. Albertus Kilianus Kucharſki de Kuchary, qui poſt exercitia nobiliter natum decentia tam in aulis magnatum quam in Caſtris ex Catharina Garniſſowna de Mgurki, ſuſcepit filios Ioannem, qui poſt militarem occupationem ad confinia Regni, cum Anna Dźikowſka matrimonium celebrauit, & ſuſcepit filios milites eximios Seuerinum & Caſimirum. Iacobum alterum filium, qui ſteriliter deceſſit: & Andream qui ex Heduigi Starczowſka Sebaſtianum, Stanislaum Ieſuitam, Franciſcum, & filias Catharinam & Annam. Eſt Andreas occiſus à Wolſcijs de Sulmierzyce. Albertus Kucharſki cognomento Krzczan de Kuchary, frater Patruelis Kiliani, vbi deduxit ætatē conuerſatione & occupatione nobili in pacatam vitam, ſuſcepit matrimonium cum Gaiowſka, ex qua ſuſcepit*

 Valen-

Valentinum, Staniſl. Ioann. & Mathiam, ſed quia militarem nobili conuenientem maximè conſiderabant, quo nauarant intento vt operoſius, Ioannes obligauit fratri Valentino bona in Kuchary, Kuliny dicta in Summa marcarũ 380. Matthias verò ſortem ſuam eidem fratri vendidit & ſteriliter deceſſit. Valentinus hæres in Kuchary contracto matrimonio cum Frzadowſka ſuſcepit Petrum & Paulum filios, ſed peſte ad Gneſnam ſublati ſunt. Hic poſt meum Valentinus ſortes in Kuchary, Stanislao fratri vendidit & alias donauit 1581. Ioan. Valentini germanus frater poſt nobiles actus in aulis magnatum in maiori Polonia ad Poſnaniam contraxit matrimonium cum Sokolnicka de Sokolniki ad Gneſnam ſuſcepit matrimonium & cum illa bona Lubonice; ex qua ſuſcepit Ioann. Staniſl. & Chriſtophorum atq; filias Barbaram Boguſlawſki, Dorotheam Radžicki, Heduigim Chlopowſki, conſortes & Annam. Ioannes Ioannis filius Duciſſæ in Oſtrog à puero redditus & ſic ad prouectam ætatẽ in Oſtrog & Zbaraz præcipuè Illuſtriſſimi Ducis Præfecti ſtabuli Regni reddidit cum profectu obſequia. Bona hæreditaria in Vinnicenſi diſtrictu, oppidum Sutyſka cum villis Zamoiſcio conceſſit, & hic primus in Podolia conſedit. Tenuit matrimonium cum Anna Grothowna, ex qua ſuſcepit filios Stanislaum militẽ contra Abaſsum cum Nicolao Potocki Generali Podoliæ, qui contraxit matrimonium cum Cieſzkowſka Eua Nicolai filia, ex qua ſuſcepit filios Nicolaum & Martinum, Marianum & Alexand. Franciſcum, & filias Barbarã Matthiæ Gorka conſortem, Annam & Alexandram. Stanislaus alter Ioannis filius à puero ad militarem exercitatus in hunc profecit terminum, vt optimi militis nomen ex diuerſis expeditionibus obtinuerit. Pugnauit ad Buſſam cum Balabano, ad Oriam & Cecoram cum Olziuolſcio, in Pruſſia cum Stephano Potocki, ad Chotinum locum Rothmagiſtri tenens cum Wroblowſcio. Quam decorum & poſteris merita parentum intueri, ita nil turpius quam eſſe grandem natu ſenem, & nullum habere argumentum, quo probaret ſe diu vixiſſe, quam ætatem. Tenet matrimonium cum Elizabeth Gorczanka Capitanei peditum arcis Camenecenſis in Podolia perpetui filia, ex qua ſuſcepit optimæ ſpei & indolis filios Stephanum, Ioannem, Michaelem, & filias Annam, Chriſtinam, Catharinam. Hic ſecundus eſt qui in Podolia elegit domicilia. Chriſtophorus tertius horum frater deceſſit in bello. Extant alij ex altero ramo Kucharſcij hæredes in Kuchary, Adamus ex Gaiowſka natus, & Stanislao parentibus vna cum fratribus, Matthia qui ex Zabokrzycka ſuſcepit Marcianum & Felicem. Adami verò filij ex Eliſabeth Rzadkowſka Matthæus, Nicolaus, Paulus, Staniſlaus. Simon Kucharſki Andreæ filius ex Wargaſka natus, hic prænominatus Simon ex Zielonowſka ſuſcepit Ioann. qui ex Dorowſka ſuſcepit Adamum. Sunt alij à Gabriele, Raphaele, & Troiano deſcendentes filij hæreditatis ſuæ bona in Kuchary adornant & moribus cohoneſtant familiam.

Gogolinſcij, *Qui dum fortunatæ domus ſtabiliunt virtute fundamenta, ornarunt familiam gentemq; Rolitarum ſpecioſis meritis in Aulis Magnatum atq; in caſtris Militaribus. Aliqui vero cùm literarum Palladi plurimum detulerunt, in Eccleſiaſticis dignitatibus, collegerunt cum pietate fructum, honorum & conſcientiæ. Franciſcus Gogolinſki Cuſtos Luccorien. atq; à Capitulo prænominato in Parlamento Iudicij Generalis Regni Iudex electus & deputatus, iuſtitia & veritate odore fragantem roſam, reddidit gratiorem.*

Golſcij,

Golſcij, *Maxima meritis Familia præcipuè in Podolia. Stanislaus Golſki ex Cuiauienſi Palatinatu in Podoliam miles eximius deſcendit, qui dum rem Rothmagiſtri ſtrenuè peregiſſet, cuſtos limitum Regni denunciatus fuit, & cum legationem ad Turcarum Imperatorem non minus dexterè, quam prudenter perfeciſſet, honoratus Caſtellania Halicienſi, demum Palatinatu Podoliæ. & cum arduis belli negotiis nedum præeſſe, ſed hoſtes laceſſere non deſiſteret, Præfectura Barenſi & Palatinatu Ruſſiæ inſignitus fuerat. Creuerat hic cum fama illuſtri & in poſſeſſiones altas, illius erat Buczac, Podhaice, Czartkow, &c. Fundauit Ordinem Prædicatorum ad Eccleſiam ex lapide erectam vná cum ſua conſorte Potocka Andreæ Caſtell. Camenecen. filia in Czartkow. Germanus illius frater Caſtell. Halicienſis, factus eſt ſucceſſor bonorum, qui conſorti ſuæ Zamiechowſka ſucceſſionem inſcripſit: ſed hæc omnia breui volubilis fortuna, mollioribus digitis tractanda diuerſis conceſſit perſonis, & familiæ Potociorum detulit.*

Krzecieſcij *in Palatinatu Lancicieñ. notant familiam ſuam de Puſniki, antiquorum nulla facta mentione Martinus Krzecieſki peragratis multis regionibus extraneis ſpiritualem vitam elegerat, factus Parochus poſt ſuum patruum in Gredziſko & Swince Diæceſis Gneſneñ. in Archidiaconatu Vniciouien. multa mala, vincula & carceres in recuperandis bonis Eccleſiæ Grodziſceñ. ſibi commiſſæ a detentoribus iniquis illorum paſſus. Ioannes eius frater germanus parens multorum filiorum pro Patria pugnantium. Alter Franciſcus qui vnicam ſuam filiam Sophiam, cum hæreditate in matrimonium dedit Matthiæ Iaſinſki dicto alias Sokolſki, propter bona quædam in villa dicta Sokola gord, quæ eſt hæreditaria DD. Wezykorum in Parzyncow, ex qua ille ſuſcepit filium natu maiorem in Ordine Prædicat. Fratrem Camillum D. Theologum, multorum ſui & aliorum Ord. ac etiam ſæcularium in Philoſophia & Theologiæ diſcipulorum præceptorem, aliquot opuſculorum in vtilitatem ſui Ordinis prælo in lucem editorum authorem. Alterum Matthiam, qui cum Sereniſſ. Sigiſmund. III. Rex obſidebat arcem Smolenſciam pugnando occubuit. Iacobus Krzecieſki in iure Municipali conſultor, & cauſidicus in Caſtro Lancicienſi omnium laude digniſſimus. Martinus Krzecieſki Inſtigator Regni, cum aliis virtutibus tum etiam eloquentiæ gloria peritiaq; iuris Patrij, & animi ſinceritate clarus, magno ſui apud poſteros deſiderio mortuus Cracou: Anno ſuæ ætatis 58. in Eccleſia FF. Prædicat: in Capella SS. Roſarij B. Virginis ſubtus Capellam S. Hyacinthi ſepultus requieſcit, cuius frater germanus Canonicus Gneſneñ.*

Rzeſzewſcij, *in Lencicienſi Palatinatu.*

Gumowſcij, *in Lencicienſi Palat. Ad Pſconiam eximius miles Gumowſki, Ioannes ſub ſignis Bielawſcij.*

Glubiccij, *in Lencicienſi Palatinatu.*

Oſſowſcij *in Lencicienſi Palat.*


Scicienſcij *in Cuiauia.*

Stęſyccij *in Lencicieñ. Palat.*

Rogaſcij

Rogaſcij *in Lencicienſi Palatinatu.*
Skotniccij *in Lencicienſi Palat. Florianus & Andreas eximij milites.*
Minſcij *in Belzenſi Palat.* Oſuanij *in Podlachia.*
Wyſczelſcij *in Cuiauia, Petrus Canonicus Vladislauienſis, cui germanus frater Mathias Vladislauienſis & Plocenſis Canonicus poſuit ibidem Epitaphiū Anno 1576.*
Kobylniccij *in Cuiauia.* Sadkowſcij *in Rauenſi Palat.*
Kochanſcij *in Podlachia.* Kłoſowſcij *in Podlachia.*
Gadomſcij *in Rauenſi Palatinatu.*
Danielouicij *in M. D. Litu. cui primum talia arma in Comitiis Chrodlenſibus conceſſa fuerunt.*

ROWNIA.



DELINEATIO.

SVNT tres gladij ſeu enſes veteribus militibus qui erant in vſu nudi, integri, concurrentes ſpiculis ad vnum punctum, quibus ſuppoſita eſt luna, duæ ſtellæ gladium medium ex vtraque parte ad manubrium illuſtrant, campus eſt rubeus, ſuper coronam cauda pauonis.

ORIGO.

Diuerſa de Origine armorum referuntur, alij ex Germania, alij ex Hungaria Originem aſſerunt, ſed ob antiquitatem quam ipſi gladij repræſentant, quomodo in Regnum illata fuerunt non referunt, Dlugoſſus de armis dicendo nobilitatis Polonæ meminit ex his armis, Staniſlaũ de Paſochow virum militia præclarum, ſed in quo Palatinatu non refert. Et quia Kownia & Rownia conueniunt plurimum ibidem ſub armis Kownia familiam Rownia adnotauimus. Quia etiam pinguntur multipliciter arma Rownia, *vt Paprocius in 2. Opere fol. 528. adnotauit.*

BONVM PACIS.


Tantum eſt bonum pacis, vt ſanè dixerit Poëta: *Nulla ſalus bello pacem te poſcimus omnes.* Vnde Martianus Imperat. dicere ſolebat: *Dum in pace licet viuere, non decet Principem arma ſumere.* Et Cicero in 1. Offic.

Offic. *Bella eam ob cauſam ſuſcipiuntur, vt ſine iniuria in pace viuatur.* Arma præſentia bonum pacis præſagiunt, nam in lunam conuerſi gladij & abſconditi, atque ſtellæ ligantes capulos, edocent pacem datam eſſe terræ, & dandam per prouiſores ſolertes armorum Rownia. Inter Symbola Salomonis Neugebaueri à Cardano, video gladios duos lauro & palma complicatos, qui mucronibus decuſſatim poſitis coronam deferunt, deſuper autem pugio capulo coronatus intra ſtellas & ſplendorem detentus. Additum lemma: *Qui ius dedit dabit vti.* Satis iocunda & conſideratione digna res, docet Regna à Domino conceſſa, vt in pace Rectoribus ſuis proficua maneant. Pax enim tuta cuiuis bello etiam iuſto eſt præferenda, adeò vt ne magnæ quidem alicuius proſperitatis in expectato euentu recuſari debeat oblata. Vbi verò pace vti vel non licet vel non debetur, qui ius & potentiam in Regno dedit, dabit vti gladio. Hinc aliqui dum illis pace vti denegatum eſt in nummis ex vna parte fecerunt cudi capita palis infixa, in alia duos equites & duos pedites dimicantes, & ſubſcripſerunt: *Præſtat pro Patria pugnare quam ſimulata pace vti. Thuan. lib. 68. hiſt.* Non enim pax eſt ſemper cuiuis bello anteponenda, inquit Polybius contra Pindarum, præcipuè, cum difficile ſit periurum hominem latere & effugere Deum. Gladios armorum dum intueor in cælo abſconditos & à terra ſubmotos, pacem vos cunctis exſpectatam & amabilem attuliſſe Patriæ opinor, ac per veſtram fortitudinem & prudentiam gladios extractos vaginis ſuis immiſiſſe contemplor. Adſpiret igitur fortuna veſtro labori vt quod in maioribus veſtris Paſochowo & Pacholouieccio admiramini, hoc in poſteritate veſtra reſplendeat.

LINEA FAMILIÆ ROWNIA.

Plurimos in Tomo primo ſub armis Kownia poſuimus, apparet enim arma Rownia per additionem creuiſſe à Kownia. Quapropter ibi patiens lector videat, alij autem de armis Rownia incuria quadam ad arma Pawęza & Herburth recurrunt. Amans familiarum lector cæteros adnotabit.

ROZA alias PORAY.



DELINEATIO.

ROSA in perfecto flore coloris albi in campo ſanguineo. Super coronam camet Roſa.

ORIGO.

ROſinus Romanus, qui cum Czecho, à quo Bohemia natiuam retinet denominationem, in partes has vbi nunc Regnum Bohemiæ floret, appulerat. Illi à Roſa Rozembergij ibidem dicti. Ex his Poray germanus frater Sancti Adalberti Pragenſis ante Epiſcopus poſt Archiepiſcop. Gneſnenſis, in Regnum ante aduentum fratris ſui venerat, & Boleſlao Principi reddebat obſequia. Ideò enim Bohemi poſt diſceſſum ad vrbem Sanctam Epiſcopi Adalberti Porayum fratrem eius non occiderant occidendo illius fratres quinque; in poſſeſsione hæreditaria Lubicz, Soborium ſcilicet Spicimirum, Sobroſlauum, Zemiſſum & Caſlauum, quia iam abſens erat & Principi Boleſlao regiam offerrebat ſeruitutem, vnde Poray à nomine viri arma dicta ſunt. Ponunt in Regno armorum antiquitatem Anno 996.

ROSA CORONATA.

REgina florum cum roſa eſſe nuncupetur, non mirandum coronatam dici. Sed alio ex capite coronatam roſam eſſe voluit in ſymbolis Salomon à Cardano: *Roſa* (inquit) *ſine ſpinis. coronata roſa dicenda.* Nam ſi nulla roſa naſcitur ſine ſpinis, & vni eſt ſanitas alteri exitium, vt Naturaliſtæ deducunt, ſi aliqua roſa erit ſine ſpina coronanda erit; apparet enim maledictionem datam à Domino in terram, ſublatam fuiſſe à tali roſa, aut à multiplici effectu roſam coronatam aſsignabat. Tum quod Homerus roſaceum commendauit in Hectoris cadauere, quod canes attingere non poterant licet proiectum ab Vliſſe, tum ob gratiam in roſis ſecretam, quam & in ſepulchris & in magnatum conſpectu habent, de quo *Pier. lib.* 55. *cap.* 8. Sed oleum & propitiationem præbeant roſæ, ſicut quidam in ſepulchro adnotauerat, mihi aliundè roſa coronanda venit. Habeo roſam ſine ſpinis, in campo ſanguineo natantem candidiſsimam tamen in armis Poray, quam Antiſtitum coronæ imo ſummorum Archipræſulum in Regno adumbrarunt.

runt. Dicam altius, quam lumina Sanctorum, glorioſæ mitræ Martyrum adumbrarunt, non alio fine, niſi vt oleum & propitiationem generi Polono ferant, impetrent. Talis eſt Sanctiſsimus Protector Regni Poloniæ S. Adalbertus, de quo Ianicius.

Qualis Adalbertus fuerit quid Gneſna requiris,
Nonne vides Sancti Buſta Beata viri?

Talis Gaudentius Cracouienſis Epiſcopus, de quo Kantſcius

Veræ exemplar religionis erat,
Plurima ſcit doctus Chriſtum pius, vltima merces,
Laus dabitur docto, vita beata pio.

Talis erat Vernerus Epiſcopus Plocenſis, de quo Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Epiſcopus Lubienſki, Precibus omnium victus Epiſcopatum acceptauit, vitæ ſanctitate, morum grauitate maximè enituit. Talis erat Bodzanta, de quo Kantſcius.

Talia Pontifices veſtris monimenta Cathedris
Linquite: perpetuum talia nomen habent.

Meritò igitur tanta ſanctitate præcelſos viros, qui armis Roſarum Poray in hoc ergaſtulo viuendo vſi fuerant, Roſam illorum coronatam affirmabo, nam nedum illuſtri virtute ipſam adornarunt, ſed vltima corona in cælis vt eos maneret, profectu virenti in virtute, Domino auxiliante meruerunt.

GRATVS ODOR PATRIÆ.

ODorem gratum, ſanitati ſalubrem, olfactui ſuauem dulciter manibus ſæpenumeróque tractare & odorare conſuetum habemus. In quem modum Iſaac Patriarcha dicebat proximus morti, & in benedictionem filij intentus. *Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni cui benedixit Dominus.* Quapropter Iul. Cæſ. Capaccio in Impreſis Symbolicis lib. 2. depinxit roſam in manu viri moliter prendentis, cui ſubſcribere licebit: *Gratus odor.* In hoc enim flos roſæ ab alijs floribus differt, quod odorem ſuum nunquam amittat. Alij florum vel pauco tempore odorem ferunt, vel contriti olent, vel ſicci facti odorem dare deſinunt, vel faſtidium ſeruati generant. Roſa autem licet fuerit trita, ſicca, tuſa, diu ſeruata, ſemper odorem ſpargit. Hinc plurimi Roſæ ſubſcripſerunt: *Decerpta ſeruat odorem.* Imò ipſius rubo licet ſine flore folijs iam relinquitur & quaſi contemptus manet, adſcribere tamen honoris & ornatus gratiâ illi quidam voluit: *Non ſemper neglecta planta.* At arma Poray dum intueor, atque plurimas illuſtres familias ſub illis dum contemplor, ſentio nedum video odorem gratiſsimũ ſparſum per manus ipſorum in Patriam, qui nedum Rempub. & Patriam, ſed ipſos quoque cælites recrearunt grato odore, ſcopus propoſitus illis fuerat publica vtilitas & ſalus. Non erat neceſſe illis Erneſti Ducis Lunæburgenſis in chartis ſymbolum exarare, ardentem ſcilicet facem cum lemmate: *Aliis inſeruiendo*

ſeruiendo conſumor. Manibus etenim & pectori inſcriptas literas tenebant, ſe ſuaque omnia conſumere, ne Patriam in ſuo candore, odore, honore pati aliquid contingat, Etſi optima fuit reſponſio Charilai, quærunt: *Quænam eſt optima forma Reipub.* Reſpondit: *In qua plurimi de virtutis laude abſq; ſeditione certant.* Profectò Poraij, hoc non iam in quæſtionem mouent ſed in effectum deducunt, & veraciter obſeruant. Conſidera velim illum Magnum Antiſtitem & Cancellarium Regni Matthiam Piſtrokonſcium, cogita illum diligentiſsimum obſeruatorem militaris profectus atque bellatorem Sarmatarum Nicolaum Michalouium Caſtellanum & Præfectum Cracouienſem. Et niſi oſor virtutum fueris, de tanto parente Patriæ Antiſtite affirmabis, *Superat odore odorem.* De iſto verò facilè aſtrues, non cœnæ ſumptu aut voluptatis fruitione, ſed maximè prudentia & labore in exercitu cæteros præcedebat,

LINEA FAMILIÆ ROZA ſeu PORAY.

POray à quo hæc inſignia nobilitatis retinent ſuam denominationem, qui tempore Boleſlai Chrobri in Regnum ex Bohemia venerat & prouiſus ab eo in Regno domicilia ſtabiliuit. Erat frater germanus S. Adalberti Archiep. Gneſnenſis, ſed prior in Regnum Poloniæ, dum ſcilicet Epiſcopatum Pragenſem adhuc adminiſtrabat S. Adalbertus venit. Miechouius lib. 2. *Poraius ſeu Poranius Nicolaus, cui Rochatinum à Valachis ablatum poſt cladem Valachorum cum Palatino ſuo Alexandro in inteſtinis Regni per Buczaccios datum fuerat à Ludouico Pol. & Hungariæ Rege Anno 1431.* Bielſc. fol. 339. *Notatur eum fuiſſe de Lubin, familia autem Poraij erat in Bohemia Lubin ſeu Lubicz. Alter Nicolaus Præfectus Halicis Porania in bello Valachico ad villam Kraſne in Anno 1450 vnà cum Petro Odrouaz qui in Mogila ad Craconiam ſepultus eſt, & Michaele Buczaki fortiter occubuit, ſepulti vterq; Leopoli,* Bielſc. fol. 390. *In Palatinatu Syradienſi extabant Poraij ſeu Poranij, & in præſens familia reperitur. S. Adalbertus ex Epiſcopo Pragenſi, Archiep. Gneſnen. poſt Robertum de armis Ciolek Miecislai Monarchæ auſpiciis, natus in Bohemia nobilis de armis Roſa in Oppido ſuo Lubin ſeu Lubic ex Patre Slawnik, Matre Strzezislaua, ſuffectus fuerat in Epiſcopum Pragenſem poſt Dytmarum, Anno 981. in Archiep ſe. Gneſnen. Anno 996. ſedem reſignauit fratri poſt annos tres, vt prædicaret Pruthenis gentilitate obcæcatis, occiſus 999. in Pruſſia. à Boleſlao Chrobry Pol. Rege depoſitus, in Tremeſſenſi Monaſterio à Miecislao Parente erecto. Sepultus Gneſnæ. quem Otto Imperator in Patronum electum aſſumpſit & viſitauit, atq; coronam Boleſlao Regi obtulit. Gaudentius frater S. Adalberti, cui ceſſit Archiepiſcopatum Gneſnenſem prædicationis Euangelij gratia gentibus S. Adalbertus. Rexit Eccleſiam annis ſeptem, vixit ſanctiſſimè. Obijt 106. de illo* Ianitius.

Ceſſit Adalbertus, frater Gaudentius orbum
    Suſcepit, viuo fratre iubente, gregem
Germano ſimilis, ſimilis ſolet eſſe colore,
    Ex vno fuerit quæ roſa nata rubo.

Zireſlaus Epiſcop. Vratiſlauienſis de Terra Cracouienſi, ſucceſſor Petri aſſenſu Vladislai Hermani à Martino primo Gneſnenſi conſecratus, Anno 1091. Dlugoſſus affirmat armorum Roſa fuiſſe. Gaudentius ſeu Radoſt Epiſcop. Cracou: ex Archidiaconatu poſt Maurum Balduinum Gallum aſſumptus 1118 quem Ægidius Epiſcop. Tuſculanus Cardinalis confirmauit à Calixto ſecundo legatus per Poloniam & Hungariam, vir moribus grauis & maturus, & in viros probitate conſpicuos benignus & gratioſus. Hic decimas Monaſterio Tynecenſi plurimas conceſſit. Rexit Eccleſiam 25. annis. Mortuus 19. Ian. 1142. de hoc Kantleius.

Non

Non adeò inſtructus Gaudentius artibus, haudque
Clarus erat ſtudijs docta Minerua tuis.
Sed vitam coluit puram ſatis atque pudicam
Et veræ exemplar religionis erat,
Plurima ſcit doctus, Chriſtum pius, vltima merces,
Laus dabitur docto, vita beata pio.

Vernerus Epiſcopus Plocenſis ex Scholaſtico, qui cilicio & virga, ieiuniis & piis operibus aſſiduè incumbebat, à Boleſta Caſtellano Viſnenſi & Adminiſtratore à Boleslao Criſpo, oris Pruſſis finitimæ, quod pagum Carſcum eripere Eccleſiæ non permittebat, in cubiculo fortè in Biſkupice per fratrem germanum Bieniaſſium occiſus fuit. Cromerus lib. 6. Anno 1139. *Sed Boleſta dedit igne meritas pænas, Bieniaſſius verò creditur terræ hiatu abſorptus fuiſſe. Erat hoc Anno 1172. de quo latius Epiſcoporum Plocenſium Author. Zyroſlaus ſecundus Epiſcopus Vroclauienſis poſt Valcerum armorum Zadora aſſumptus, à ſpiciis Boleſlai Alti à Petro Gneſnenſi Archiepiſcopo conſecratus, Anno 1170. Obijt 1181. Boguphalus Poſnanienſis Epiſcopus ex Cuſtode Poſnanienſi, poſt Martinum per Capitulares concorditer electus per Iacobum Archiepiſcopum Gneſnenſem confirmatus, Anno 1147.* Dlugoſſus.

Vincentius Kádlubek de Karwow ex Præpoſito Sendomirienſi, Epiſcopus Cracouien. poſt Fulconem per Henricum Archiepiſc. conſecratus, ſcripſit Chronicam Pol. Salomeam ſororem Leſchonis Haliciam reduxit filio Hungariæ Regis Andreæ Colomano Anno 1208. Habuit fratrem germanum Boguphalum, qui reliquit filios Boguſlaum & Suiſlaum. Pater illi Boguphalus, Mater Bogna, donauit in vita bona hæreditaria Monaſterio Andreiouienſi Ord. Ciſtercienſium Czernikow & Soycow, in præſentia Henrici Arch. epiſcop. Gneſnenſis, Gedeonis Plocen. Ogieri Kruſuicien. Epiſcoporum & Principis Pomeraniæ. Monaſterio verò Iobezwnicenſi villas Nickiśiałke & Kárwow filiis ex fratre ſub excommunicatione interminando ne audeant repetere. Accepta benedictione & licentia ab Innocentio Papa, reſignauit Epiſcopatum. & factus Religioſus in Monaſterio Andreiouienſi, Obijt poſt annos quinque cum opinione ſanctitatis, & in medio Choro à Fratribus ſepultus 1223. de illo Kantcius,

Munere perfunctus bilennis Præſulis annis
Fit Monachus, charum deſeruitque gregem.
Officium graue Paſtoris ratus: Arrigat aures
Qui capit intrepida tanta pericla manu.
Conſcripſit Regum vitas & geſta ſuorum,
Hinc Patria æternum nomen ab orbe ferret,

Boguphalus Poſnanienſis Epiſcop. ex Cantore Poſnanienſi & Canonico Cracouienſi poſt Paulum primum à Fulcone Archiep. Gneſnen. conſecratus 1243 Rexit Eccleſiam annis decem, ſucceſſor eius Petrus Prawdzicarum Familiæ. Hæc Dlugoſſus vt ſuprà. *Boguphalus tertius Poſnanienſis Epiſc. notabat familiam ſuam de Czernielin. Hunc alij armorum Koſy ponunt, ſed* Dlugoſſ. & Papr. *in ſecundo Opere armorum Roſæ ponit ſub A. 1254. Bodzanta Iankouius de Iankow Epiſc. Cracouienſis, aſſumptus Anno 1348. ſedit annis 18. Mortuus 1366. De hoc Kanſcius in Vitis Archiepiſc. & Epiſc. Cracouien.*

Auxit ouile ſacris aris & legibus eius
Defendit, prædam nobilitatis opes.
Talia Pontifices veſtris monimenta Cathedris
Linquite: perpetuum talia nomen habent.

Michálowſcij *de Michálow, eximij Patriæ defenſores & Regum obſeruantiſſimi. Nicolaus Palatinus Sendomirien. demum Caſtellanus Cracouienſis & Præfectus, ſummum in Patriam amorem dum Supremus Dux Exercituum Regni fuiſſet declarauit. De illo refert* Cromerus lib. 12. Bielſcius fol. 347.

Illi Simon Staronolſcius inter Bellatores 34. in Ordine tale Epitaphium appoſuit:

Æterno luminum Patri,

Sepultus hic ſtrenuus Sarmatarum bellator, Nicolaus Michalouius Gente Roleus, Caſtell. & Præfectus Cracou; qui Moſchouiticis, Tartaricis, Bulgaricisſque bellis exercitatus, Generali totius Poloniæ expeditioni contra Theutones, Pruſsienſes præfuit ſub Vladislao Iagellone Rege, cuius diſciplinæ diligentiſsimus obſeruator, multis fortibus factis, conſtantis atque impigri Ducis famam eſt conſecutus.

Korozwenſcij, *ſeu de Korozwęki plurimi & digniſſimi Senatores fuerunt. Creslaus in Anno* 1174. *de quo* Cromerus lib. 3. *Dobieslaus Caſtell. Crac. Anno* 1380. *Creslaus de Korozwęki Caſtell. Sendomirień. à Iagello Præfectus Luceoriæ,* Cromer. lib. 15. *Habet acta illius breuiter compilata Staronolſcius in Bellatoribus. Alter Creslaus Caſtell. Viſliciæ. Item Creslaus Epiſcopus Vladislauień. ſucceſſor Petri Moſzyński armorum Lodzia ex Cancellario Regni, cui ſucceſſit Vincentius armorum Nowina,* Cromer. lib. 13. *Andreas Roſa de Kuczewo alias de Kurozwęki Archiepiſcop. Gneſneń. auſpiciis Sigiſm. primi* 1503. *De hoc Ianicius.*

Vna tot æſtates vixit roſa florida ſemper
Et vernans nullo tempore digna mori.
Cana quidem ſed grata tamen fuit omnibus illis,
Qui choreas ludos deliciaſque colunt.

Zawiſius de Kurozwęki Epiſcop. Cracouień. filius Dobieslai Caſtell. Cracouień. Erat Viceſgerens Regni Pol. à Ludouico Rege Pol. & Hungariæ inſtitutus. Fundauit Cracouiæ Menſionarios decem, qui Officium B. V. M. decantarent. Bielſcius. folio 254. *Dobieslaum de Korozwęki Palat. Lublineń. diuerſa priuilegia referunt* 1475. *Stanislaum de Kurozwęki Canonicū Crac. poſtmodum Vicecancellarium Regni multa priuilegia referunt* 1475. *Nicolaum de Kurozwęki, quæ bona nunc in domo Zadororum Caſtell. Lublineń. alterum verò Caſtell. Koſperſceń. literæ plurimæ in Anno* 1505. *referunt.*

Gruſczenſcij, *Ioannes Gruſcinus de Ianowice, vt Damalenicius Epiſcop. Vladislauień. Author, at Catalogus vt* Paproc. *in* 2. *Opere dicit, notabat familiam de Germewice & Gruſzcc. Filius Vexilliferi Syradień. ex Margaretha Narammorſka progenitus, ex Cuſtode Cracouień. & Canonico Gneſnenſi Epiſc. Vladislauienſis, qui omnes cogitationes ſuas in emolumentum & ornatum Patriæ & boni communis conuerterat, ſed poſt* 12. *annos vbi mors Thomæ Strzepinſki Epiſc. Crac. ſedem ſine paſtore habuit, in ambitionis flammam accenſus, & electum à Capitulo Luteum de Brzezie, & datum à Sede Apoſtolica Iacobum Sienienſki monit, & quadriennio miſerè afflixit Cracouień. ſedem. Nec ambitio obtenta ſede Cracouienſi ceſſauit, ſed vbi mortuus Ioannes de Sprowá Archiepiſcop. Gneſnenſis, fauente Caſimiro, Primas, primusq́ Princeps*

ceps inſtitutus eſt, & ſicut vixit ita mortuus eſt. Sed non fuit tamen in toto damnandus, nam plurima quoq; pietatis opera & promotionis Eccleſiarum præſtitit bona, Louiciæ Fratribus Minoribus erexit Conuentum, In Rzegow Eccleſiam ædificauit, fundauit, prouenta Eccleſiæ Sendomirienſis B. V. Mariæ auxit, & alia bona impleuit. Hominis igitur iudicium Dei miſericordia ſuperet, nam nemo ſine peccato eſt, imò omnis homo mendax, ſolus autem Deus verax, nec deerit diuinum, vbi deeſt humanum auxilium. Nicolaus Koſmider ſeu Koſwider Gruſzczenſki, frater germanus Archiepiſcopi Caliſſiæ Patribus Bernardinis hoc beneficium præſtitit, quod tabernam Eccleſiæ illorum propinquam comparauerit & Conuentui donauerit. Bartholomeus tertius frater Caſtellanus Caliſſienſis, Bielſc. de illis fol. 458.

Kozminſcij, *viri militari & trophæis Caſtrenſibus ornati. De Bartholomæo* Cromer. *habet* lib. 14. & 15. & Bielſc. fol. 254. *qui notam in familiam induxit.*

Choteccij, *qui Kozminſcij quoq;, vt notat Bielſcius loco adducto.*

Krzepiccij *de Boryſſowice, Andreas ex Archiepiſcop. Theomunenſi Archiepiſc. Leopolien. demum Gneſnenſis, vir literarum amantiſſimus & hilaris. Obijt* 1510. *Si iſte eſt Andreas de quo Ianicius dicebat, vide ſuperius. Krzepiccius vnus habuit Andreæ Rytwianſki ex Tęczynſka progeniti filiam natam ex Eliſabeth Szydlowiecka, cum ipſa filiam procreauit Zgorkonum matrem.* Papr. in ſecundo Opere fol. 92.

Iaktorowſcij, *ex Krzepicciis procedunt. Clareſcunt namq; lumina familiis donec à ſole verò non retroceſſerint.*

Izbienſcij, *ſeu Ruſieccij in Maiori Pol. Benedictus Izbienſki Epiſcopus Poſnanienſis* 1545. *vir exemplaris & fidei propugnator, vt potè qui hæreſim ortam in Poſnanienſi tractu opera Pauli Dominicani eradicauit. Sic faciunt Paſtores quibus virtus & probitas ad talem dignitatem via eſt,* 1553. *moritur. Erat prius Camenecen. Epiſcop. poſt Ioannem Droboiowſki, qui in Chelmenſem promotus.* Paprocius in 2. Opere fol. 85. *Germanus frater illius erat Petrus Canonicus Vladislauien. Secr. R. M. vt Epitaph. Craconiæ in Eccleſia SS. Trinitatis demonſtrat* 1518. *Martinus Izbinſki ſeu Ruſiecki filius ex fratre Epiſcopi Scholaſticus Cracouien. Gneſnen. Poſnanien. Canonicus, hic in Izdebno Patriæ ſolo è lapide conſtruxit Eccleſiam, & in Strzałkow Epiſcopatum Poſnanien. oblatum conditione vt decem millia Regi numeraret, recuſauit dicens:* Anathema pecuniam danti & accipienti, ſed ſi me dignum tanto gradu Rex exiſtimat, conferat gratis.

Buzenſcij, *ex Poraij ſtirpe deſcendentes à Buzenin Oppido à Poraio primitus fundato, vt in vita Pſtrokonſcij Lubienſki Abbas tunc Tynieccenſis deduxit, in Palat. Syrad. Spytko de Buzenin, Dapifer Syrad. Oppido Buzenin magno libertatem ab exactionibus regalibus obtinuit ad quinquennium Anno* 1378. *Filius verò ſuus Spytko à Vladislao Iagello Anno* 1419. *eidem Oppido forum*

annuale

annuale in Feſto S. Catharinæ Virg. diebus quatuor, forum ſeptimanale feriis quintis impetrauit. Eius filij vt patet ex reformatione cum Eliſabeth de Brolno Petrus Zawiſſa qui occiſus clade Buconiana relicto filio ex Borowinſka. Ioannes ex Borzykowſka armorum Abdank reliquit filios tres & filiam, primò Andreæ Dunin conſortem cum quo habuit Sebaſtianum, & filiam Margaretham Romiſzewſki coniugem, ſecundò erat Thobaſij conſors, qui nunc Zaluſcij vocantur. Ex altera verò coniuge Catharina de Dziatkowice ſuſcepit Hieronymum Zupparium Cracouien. & Secr. R. M. Epitaphium eius in Zadzim ex marmore & in tabula ex Orichalco refert 1538. cuius poſtmodum filius erat Theſaurarius Regni & Præfectus Brzezinen. Dobcycen. Krzecowſcenſis, reliquit ex Regina de Witowice Czerna armorum Nowiná, cum in dote acceperat Zabno duos filios, ſed receſſit poſt à fide Catholica. Filij Ioannis ex Borzykowſka tres, Spytek Canonic. Crac. & Gneſnen. Albertus ex Roſoſka non ſuſcepit prolem. Ioannes qui ex Catharina Laſka armorum Korab reliquit Nicolaum, Spitkonem, Ioannem, Adalbertum, Sebaſtianum, Petrum Iudicem Terræ Syradien. ex Heduigi Konopnicka Andreæ Capit Vielunen. filia armorum Iáſtrzęb reliquit duos filios quatuor filias, vixit annis 67. menſes 5. Filij verò Hieronymi erant, Paulus Dobcicen. Præfectus, Petrus qui cum Conſtantia de Mirow Sigiſmundi Myſzkowſki, Capit. Oſuiecimen. Zatorer. filia, Præfectus Dobcicen. poſt deceſſum fratris reliquit filias. Petrus de Buzenin Iudex Syradienſis, Hieronymi Theſaurarij frater reliquit duos filios. Ioannem Capit. Oſtrzeſouien. Aulicus Henrici & Stephani Regum, aliquot legationes peregrè honeſtiſſimè peregit, bella ad Gedanum, Poloſcum, Wielkelucum, Pleſchouiam perfecit, Obijt in flore ipſo Dinenburgi, Vilnæ ſepultus in Eccleſia S. Ioannis. Hieronymus alter filius Caſtell. Syrad. doctrina, pietate, Catholicæ religionis profeſſione commendatus, quatuor reliquit filios, ex quibus Spytko erat Caſtell. Konarien: Syradien. qui ex Anna Rudnicka filia Ioannis Rudnicki Caſtell. Syradien. armorum Lis ſuſcepit prolem, ex quibus Ioannes Buzynſki Decanus Lenicien. & Canonicus Louicienſis.

Pſtrokonſcij, *qui propriè ſunt Buzenſcij ſeu Buzinſcij, nam Ioannes de Buzenin primus, quod in diuiſione paternæ hæreditatis villæ trium fluuiorum Varte Grabiæ & Vidauiæ concurſu nobilis Pſtrokonie ei ceſſiſſent Pſtrokonius appellatus fuit. qui in bello quod Caſimirus Iagello cum iuncto cum Vladiſlao filio Bohemiæ Rege ad Vratiſlauiam copiis contra Matthiam Regem Hungariæ occiſus fuit, reliquit filios duos. Zbigneum qui vt diximus Canon. Gneſnenſis fuit, & Matthiam, qui poſt merita ſtipendia fortis & heroica animi cum Margaretha Tarnouia matrimonium contraxit, ex qua reliquit filios Zbigneum, Ioannem, Iacobum, ex quibus Ioannes Caſtell. Konarienſis, in Cuiauia ſingulari prudentiæ & integritatis laude floruit. Iacobus verò iuris Patricij intelligentiſſimus, proceribus conſilio ſano & Re pub. plurimum profuit. Zbigneus animi & corporis dotibus inſignis, militiæ in Patria, & apud exteras nationes deditus gloriam ſibi parauit, ex Barbara de Gaiewniki Ioannis Lubranſcij Epiſcop. Poſnanienſi. nepte duos filios excitauit, Matthiam & Ioannem iſte Caſtell. Vielunenſis mortuus. Matthias verò qui ſemeſtris ſuffocatus fuerat, & per votum ad vitam reſtitutus, atq; iterum in aquis ſuffocatus miraculoſe conſeruatus fuerat ſicut in v*

illius

illius Reuerendiſſ. D. Staniſlaus Lubienſki refert, Hic Præpoſitus Iuniuladiſlauien. à Sereniſſ. Sigiſm. Auguſt. renunciatus recuſauit, in exteris poſtmodum in diuerſis nationibus virtute & ſcientia illuſtratus, ita profecit, vt duo Archiep. cum Epiſcop. de illo certarent, ſed Archiepiſcopo Karnkouio ceſſit, poſt virtutis experimenta Præpoſitus Louicien. poſt Canonicus Gneſnenſis inſtituitur. Poſt deceſſum Sereniſſ. Stephani Regis legatus à Karnkouio ad factioſas Procerum Conuentiones, Sigiſm. electo Regi miſſus obuiam à Karnkouio, Bernardi Macieiouij Luceorien. Epiſcop. Romam legato à Rege legationis Secretarius. Referendarius factus ſucceſſit in Epiſcopatum Premislien. ex Vice Cancellario Cancellarius difficillimo tempore Rokoſij, vbi pacem inter Regem & Rokoſanos compoſuit. Delatus ei Epiſc. Cuiauienſis, dicendo Aue Maria mortuus eſt in Domino diem mortis preſciendo. Felix Vſtrokonius, qui pietate in pauperes religioſos ſtudendo, ita Patriæ, religioni, & tibi meruiſti, vt ſancte & pie ſpiritum redderes Domino & Creatori tuo. Hæc ex vita illius punctatim deſumpta, lector in fonte latius cognoſcet.

Dambrowſcij *in Syrad. Palat. Spitigneus Comes Palatinus Lenciciæ, huic Conradus Dux Cuiauiæ, & Lenciciæ ob fidele ſeruitium eius poſteritati contulit villas Dambrowa, Rogacewo, Makoſſyse, Tarlino. Et Caſimirus Dux filius villam Skrepſewo* 1248. *Filij illius Thomas, Theodoricus, Pielſa, Peregrinus, Ioannes, cuius Ioannis filius Stanislaus Archidiac. Gneſnen. Crac. Vladislau: Canonicus, ſepultus Craconiæ aliquot Archiepiſc. Gneſnenſium Cancellarius* 1572. *Nicolaus Dambrowſki vltimus filius Subiudex Syradien. cuius filius Adalbertus Enſifer Syradienſis.*

Garniſij *in Syrad. Palat. Stanislaus Dapifer Cracouiæ, vir humanitate, beneuolentia inſignis, conſors ſua Dzialynſka. Sunt in Podolia Garniſij militia & beneuolentia clari.*

Wilczek *in Ruſſia, Archiep. Leopolienſis, de quo* Cromerus lib. 30. *Skrobiſouius Canonicus Leopolien. de illius vita ſoluta oratione & carmine ſcripſit. Dorslaus Succamerar. Leopolien.* 1503. *In Anno* 1576. *erant fratres quatuor, Martinus Tribunus Leopolien. diuitiis & poſſeſſione clarus. Nicolaus celebs per annos* 40. *demum mente captus obijt. Ioannes cum Balicka reliquit prolem. Paulus eximius miles, morum maturitate & pietate inſignis.*

Wilczynſcij *in Cuiauia, Viri doctrina & conſilio clari, ex quibus Bartholomæus ornamentum Patriæ & Reipub. decus.*

Rożyccij *in Palat. Lencicień. quorum familia florida odoratis roſis creuit ibidem in duas villas Rożyce maiores & minores, ſpargunt hi omnes odorem virtutum in Patriam, bonæ famæ in ornamentum familiæ ſuæ, ex quibus aliqui, quia ſub Arce Liwa contra Moſchos fæliciter arma geſſerunt, arma Doliwa aſſumpſerunt, quorum poſteri nunc armis Doliwa vtuntur. Stanislaus Rożycki Vice Palat. Lencicień. ſortes ſuas in Rożyce diuendidit, ex Moſczynſka armorum Nałęcz reliquit* 4. *filios, ex quibus tres vt eorum iam triplicata Roſa magis in Patria meritis redoleat, militiæ ſeſe addixerant, quorum iam vnus militari inſeruiens occubuit. Andreas in Pruſſia contra Guſtauum, Iacobus ibidem & ad Chotinum contra Turcam militando in Caſtris Patriæ obſequia reddiderunt. Ioannes verò militiæ ſpirituali Christi addictus, Præpoſitus*

 Coſtenſis

Coſtenſis, & Gorkanus in Gorka dicta Micyſka ſtrenuè certat, vt ſuis prædicationibus etiam in Eccleſiis Religioſorum pro Concionibus eruditorum Chriſti bonus odor ſiat. Extat eius concio in ſunere Illuſtriſſ. Venceslai Oſtrowſki Caſtellani Naklen. in Eccleſia PP. Bernardinorum Coſtent habita 1643. Typis mandata ſatis erudita.

Iamiolowſcij *ad Gneſnam, Doctrinæ & prudentiæ glorioſi æmuli.*

Trzebienſcij *in Maſouia, Conſeruant gloriæ nobilitatem literis & gladio.*

Grochowiccij *in Maiori Pol. Iacobus poſt digniſſima merita in Patriam contracto matrimonio cum Vrſula Gwiazdowſka armorum Bogoria reliquit Petrum, Ioannem & Venceslaum. Erat ex illis Abbas Vagrouicenſis, modernis temporibus.*

Gorſcij *in Pilznenſi diſtrictu, Eorum virtus erat præcipua non deeſſe Patriæ & domui.*

Męczynſcij *in Lublinenſi Palat. clari militia & actibus glorioſis.*

Wybranowſcij *in Palat. Caliſien. de Wybranow familia antiquiſſima meritis in Regno, & diuerſis dignitatibus clara. Martinus heres in Wybranow vir pietat & Conſilijs actibus deditus, ex Sophia Krolikowſka ſuſcepit Matthiam, qui poſt redditam obſeruantiam nobilem Patriam debitam ex Catharina Regalinſka ſuſcepit Laurentium, Matthiam, Albertum, Lucam & Staniſlaum. Hi in diuerſis Palatinatibus domicilia ſibi conſtituerunt. Laurentius in Sanocen. qui Rothmagiſter eximius in Moſchouiam ſub Sereniſſ. Stephano Rege, de quo multoties Reinaldus Heidenſteinus de bello Moſchouitico mentionem facit in 3. & 4 libro, in negotiis Reipub. vigilans & dignus ciuis, reliquit filium Stephanum militem ſtrenuum, & virum in negotiis amicorum pertractandis feliciſſimum. Matthias ex prænom natus frater, continuus miles in Moſchouia, & in M. D. Litu à Sereniſſ. Rege Stephano donationem ſeu prouiſionem obtinuit, reliquit filios Caſimirum, qui aduerſo conflictu in captiuitate Turcica obijt, Andream & Ioannem, qui in eodem Duc. Litu Patriæ reddunt quod generoſe nati profitentur ad Comitia Generalia Regni Nuncij erant multoties. Albertus verò glorioſis actibus & virtute floridus in Lublinen Palat. degit, reliquit Thomam, Lucam, Andream, Martinum, primi tres eximij milites, vltimus Aulicus Sereniſſ. Vladiſlai IV. Regis. Lucas cum Grochowicka Abbatis Vagrouicen ſorore reliquit filios tres & filiam, ex Jadlkowſka verò filios tres dignos Reipub. viros. Staniſlaus verò pro bene meritis à Sereniſſ. Steph. Rege accepit bona in Ruſſia, reliquit filios ſex. Albertum ſucceſſorem bonorum paternorum à Sereniſſ. Sigiſmun. III. Martinum Capitaneum Zarnouicen & Burgrabium Crac. R. M. Secret. virum ob egregias animi dotes omnibus gratiſſimum, qui dum maximè florere debuit, & bono publico prodeſſe ſtuduit, veluti flos falce mortis ſuccisus cecidit. Sigiſmundum Aulicum S. R. M. qui reddendo obſequia Sereniſſ. Regibus Sigiſm. III. & Vladiſlai IV. ab eis tenuit in præmium bona Crucouiam ad Varſauiam vbi etiam amplas poſſeſſiones hereditarias præſertim Cieſſe & Ianow. & alias habet, Dapifer Terræ Varſauien. cre. tus ducit nominis ſui iucundum progreſſum, conſors ſua Petri Zaboeij Caſtellani Lincn. filia. Tres filij huius Staniſlai Franciſcus, Petrus, Sebaſtianus vitam ſpiritualem ſacratis mentibus profitentur. Petrus Canonicus Viſlicien S. R. M Secret. Sebaſtianus in Religione S. Franciſci Minorum Conuentualium profeſſus primò per quadriennium in Conuentu S. Franciſci Crac. Guardiani officio ſatis laudabiliter perfecto Miniſtri Prouincialis officium ſummo cum honore Religionis tanquam verus Paſtor ſui gregis geſſit, tandem iterum officium Guardiani Crac. verbo & exemplo præeundo gerit. Iſtorum ſex filiorum vnius Staniſlai Wibranowſki extat Epitaphium Samboriæ apud Patres Dominicanos cum tali inſcriptione.*

G. D. Sta-

G. D. D. Staniſlaus de Wybranow Wybranowſki, maiorum virtute, nobilitate Illuſtris, hîc ſitus eſt, pietatis & religionis cultor eximius, ad præſtantiora induſtriam ſuam reuocans gloriæ ornamenta, Auguſti, Stephani, Sigiſmundi III. Regum fæliciſſimis auſpicijs, tum belli, tum pacis rebus præclarè geſtis comprobauit, inter ſuos pacatæ concordiæ ſtudioſus, ſimultatum, diſſenſionum expugnator acerrimus, maturus ætate, dum Patriæ reliquum vitæ & amoris vult impendere, & Tartaricum latrocinium cogitat reprimere, telis Scytharum infracto pectore defeſſus, inter hoſtium cladem & vulnera occubuit 1621.

Chlebowſcij *ex Wybranowſciis, ſpem ſui gratam relinquunt, nam etiam ſpina grata eſt, ex qua ſperatur roſa. Albertus de Wybranow Chlebowſki, obſequia ſua detulit Stephano Regi, contra Moſchos Rothmag. Iacobus de Wybranow Chlebowſki frater germanus Alberti Capit. ſub Stephano Rege contra eoſdem Moſchos pugnauit, & aliquot arces ab illis per longum tempus poſſeſſas recuperauit, multoſq; ex hoſtili exercitu in captiuitatem deduxit, inter quos & duo Palatini fuére, quos cum Stephano Regi obtulit, magno præmio fuit ab illo àffectus. Matthias Chlebowſki Capit. in Vngaria in Ciuitate Budzinenſi, vbi multa præclarà & ſuæ familiæ debita geſſit, & inde in Patriam rediens, in Vielunenſi Terra poſt labores ſuos requieuit, filij eius fuére Stanislaus & Ioannes, Stanislaus pugnando cum Tartaris ſub Orinin occubuit. Ioannes verò eſt ſuperſtes in Galewicze.*

Swiniárſcij *ex Wybranowſciis, Albertus Swiniárſki Canonicus Poſnanienſis, Secr. R. M.*

Niekmierowſcij *in Syradień. Palat. Erat ex illis Capit. Krzepicienſis, tenuit Buſeninum. Widawam, & Lutomirſcum, reliquit filios tres, ex quorum vno Martinus ad Reipub. negotia digniſſimus.*

Biernaccij *in Caliſień. Palat. Proficua Patriæ & domui exercent.*

Strzałkowſcij *in Caliſień. Attendunt rebus honeſtis & decoro ſplendentibus.*

Dobroſolowſcij *in Cuiauia, in Maiori Pol. & in Ruſſia. Martinus Bogdani Principis Valachiæ tempore acerrimus defenſor à Turcis Arcis Chocinenſis. Rothmagiſter creatus, eximia factorum de ſe Reipub. protulit teſtimonia. Fratres ipſius germani Gabriel & Stanislaus milites ſtrenui.*

Zakſenſcij *in Syradień. Palat. Iacobum de Zakſyn Canonicum Gneſnenſem, ibidem Epitaphium refert Anno* 1518.

Chrzanowſcij *ibidem, Virtute gloriam venantur.*

Kodrepſcij *ibidem, Animum & vires, Caſtris & palæſtra illuſtrárunt.*

Sobiekurſcij *ibidem, Æternitati componunt facta.*

Kuczowſcij *in Syradień. Palat. Andreas Abbas S. Crucis Calui montis* 1576. *vt ibidem Epitaphium, ex germano illius ſunt filij militia & virtute clari.*

Sobieſierſcij *in Maiori Pol. Iacobus ad Reipub. negotia, & Tribunalitia Regni aptiſſimus & rectus.*

Garkowſcij *ibidem, Domui ſuæ ſic diſponunt vt præſentia ornent, futura ædificent tempora.*

Krępſcij *in Syrad. Palat. Fortuna fugaci non amittunt æternitati parentare.*

Latkowſcij *in Syrad, Palat. Mathæus ad Reipub. commoda natus, ſub Præfectura Lublineń. Ioannis Tęczynſki Caſtellani Woyniceń. erat Notarius Caſtrenſis. Matthias Latkowſki eximios quinque reliquerat filios, ex quibus Simon in exteris nationibus exercitio militari & triumpho de hoſtibus clarus, miles de Malta eximius Comendor Opauienſis, de cuius nobilitate Sigiſmun. Auguſt. Rex Pol. Anno* 1564. *teſtimonium Maltenſibus præbuit. Adducit hoc in* 2, Opere Paproc. *Stanislaus germanus* Simonis, *Italicæ, Gallicæ, Germanicæ linguæ peritiſſimus, extant literæ in* 2. Opere Paproc. *de illo à Steph. Rege illi Anno* 1581. *conceſſæ.*

Zalenſcij *in Pruſſia. qui ex Maiori Pol. ibi domicilia tranſtulerunt, notabant familiam ſuam de Dębnicá. Ioannes Caſtell. Gedaneń. Volboreń. Tucholeń. Iaſienſceń. Capit. Magni nominis vir & dilectus Sereniſſ. Sigiſm. Auguſto. Ex Taſzycka Iudicis Cracouien: filia ſuſcepit Ioannem, cui ipſa Regina educationem, & promotionem poſt deceſſum Matris ante ad ſeruitia ſua deputatæ procurauit.* Gidzielſcij.

Ziobniccij, *Bonum honoris æuiterna mente reuoluunt.*

Zamoſzcij, *Tractant conſcientiæ veritatem.*

Mikorſcij, *Spernunt lenocinia vitæ.*

Dobrzelewſcij *in diſtrictu Piotrkouienſi, Sani animi ſanum conſilium ſeruant.*

Sucheccij, *Obſeruant coronam vitæ.*

Krolikowſcij *in Sendomirienſi Palat. Vigilantia & ſolertia aſpirant ad bonum.*

Przeborowſcij, *Gaudent honeſto progreſſu proficere.*

Samprochouij *in Sendomirień. Palat. Explere magnorum facta deſiderant.*

Krzepiccij, *Valentinus Notarius Theſauri, ex Kazimirſka reliquit prolem.*

Paluſcij *in diſtrictu Chęcinenſi.*

Radzinſcij *in Palat. Cracou: Parentum imitatione ſuperant merita.*

Skotniccij *in Maſouia, Ex his Gaſpar in Palat. Cracouien. tranſijt & reliquit filios Petrum, Lucam, & Gaſparum.*

Iaroskowſcij, *alias Witkowſcij in Palat. Lencicień. in diſtrictu Brzezinen. merentur honeſto Patriæ & virtute Reipub. Iacobus Iaroſkowſki in Caſtris miles eximius, in Comitiis Regni Nuntius conſultiſſimus, ex Oſſkowſka armorum Lubie germana ſorore R. D. Melchioris Oſſkowſki Præpoſiti & Officialis Generalis Leopolien. Canonici Camenecen. reliquit Stanislaum militari virtute clarum, Petrum, Alexandrum, ſub Sigiſm. III. in Moſchouia ad Smolenſcum militem eximium, qui primus à bonis Witkowice ex diuiſione ſortitis vocatus fuit Witkowſki, vnde & poſteri eius vocantur Witkowſcij. Hic ex Chriſtina Koſſkowſka armorum Dolegá, quam Kalinſka armorum Topor ſoror germana Reuerendiſſ. Lucæ Kalinſki Epiſcopi Nicopolien. Suffraganei & Decani Leopolien. progenuerat, reliquit filios Lucam, Matthiam. Stephanum, & filiam Catherinam Monialem in Ordine S. Brigittæ Leopoli Iuſtinam dictam.*

Elam. Lucas Witkowſki filius Alexandri ſpiritualem vitam elegit, Canonic. Leopolien. digniſſimus, Parochus Iauorouień. vigilantiſſimus, Prothonotarius Apoſtol. doctiſſimus, S. R. M. Secr. Stephanus Witkowſki cum Odrzywolſki miles contra rebelles Koſacos, cum Kowálſki in Pruſſia contra Guſtauum. N. Iaroſkowſki nepos ex fratre Iacobi Iaroſkowſki ſub vexillo Regio miles ad hæc vſq; tempora.

ROSINIEC ſeu RASINIEC.



DELINEATIO.

EST ſolea equi diſpoſita calcibus inferius, in ſummitate defert crucem, cuius altitudinem occupat coruus extenſis alis roſtro deferens annulum, ad extremitates verò calcium ſoleæ ſunt ſingulæ ſagittæ, quaſi à radice calcium progredientes differenter tamen, nam ab vno calce currit ſurſum acumine feriens ſagitta, alterum verò calcem dextrum videtur ſagitta acriter ferire. Super galeã verò & coronam ſunt cum annulo aureo corui oblectamenta, campus eſt ceruleus, ſagittæ albæ.

ORIGO.

NEMO eſt qui arma hæc ex armis Slepowron veniſſe non conſideret, non enim differunt alio, niſi additione ſagittarum ad cornua ſoleæ. Ratio verò additionis cum in Regno ſucceſſerit facili negotio ex Hiſtoria plurimos motus bellicos hoſtium in Duces Maſouiæ,& ipſorum Ducum tum inter ſe tum in Ruſſos, Lituanos, Tartaros referat, ſimul innumeros milites fortes & ſtrenuos, qui pro audaci & forti in bello progreſſu, ſtrenuo fæliciq́ue ſucceſſu æuiternum nomen cum honore, ſtemmatibus & prouiſione in præmium retulerunt, clarè & latè calamo celebrauit. Ex quibus erat nobilis vir de familia Slepowron cognomine Roſiniec, qui tanta cum forti hoſte & hoſtiliter pugnante dum ageret, auderet, ſuſciperet, vt in medio ſagittarum ceu grandinum deſurſum & ex recto impetentium nihilum formidauerit, ſed calcibus ſoleiſq́ue equi fortitudinem Tartaricam inuadentem demolierit, confregerit, retulit à Ducibus Maſouiæ ad ornatum familiæ ſuæ & præmium additionem ſagittarum duarum ad cornua ſoleæ, & in prouiſionem perpetuam aream certam monticulis aliquot circumſe-

ptam, quæuſque in præſens in diſtrictu Varſauienſi ex cognomine ipſius Roſinecgorki appellata remanet. Sic igitur aucta arma Slepowron, & ornatum domui attulerunt, & nouum ſtemma cum ſuo Proclama Roſiniec à cognomine militis obtinuerunt.

FORTVNA VIRI FORTIS.

SVmmam & honeſtiſsimam fortunam non alicui magis, quàm viro forti adſcribendam fore plurimi exiſtimârunt. Hinc Aprologi Martem inter Planetas ſupremum fecerunt, & lateri Iouis admouerunt. Iconologiſtæ, cimam militaris gladij, nunc lauro, nunc roſis, nunc ſtellis, nunc coronis, nunc gemmis, nunc torquibus pretioſis adornare, (graui in hoc ſpeculata animaduerſione) ſanxerunt, concupierunt. Neque deeſt fortificans ratio, quò enim fortior vir eſt, eò fortuna erectior. Imò Plin. dixit: *Viri fortis animus quò plus premitur, magis quoq́ ſæuit fortuna.* Hoc eſt erectior fit. Declaret intentum Themiſtocles, Hic poſt varia fortunæ ludicra, tandem in Perſica gloriatur dicens: *Perijſſemus amici niſi perijſſemus.* Quaſi diceret, ipſa aduerſa fortuna atque inſtans ingensque malum, ſummam mihi contulêre fortunam & optatiſsimum bonum. Exuli namque & in Perſia nouiter commoranti, tres illi ciuitates à Sacho Perſarum Rege donatæ fuerant. Quod ſi in viro forti animaduertere omnibus licet, animum in periculis rectum, immobilem conſeruare, fortunam nouercantem æquis oculis aſpicere, Patriam niſi cum vita non relinquere: iam nulla fælicior dies fortunatiorque vita dicenda erit, niſi viri fortis. Norunt enim illi quod Auſonius inſtruebat.

Si fortuna iuuat, caueto tolli.
Si fortuna tonat, caueto mergi.

Arma præſentia dum inſpicio, video ornata cruce, annulo, coruo, ſagittis. Vnde iam ſatis perſuaſum habeo, Fortis viri fortunam. Sed poſteritas atque Patroni dictorum armorum vt viri fortis fortunam retinere & conſeruare valeant, velim illud Conſtantini Imperatoris ante oculos teneant, Viſa illic cruce tantam in Domino fiduciam poſuit, vt illud Propheticum quaſi ſibi intonatum audiſſet. *Ego ante te ibo & glorioſos terræ humiliabo.* Veſter Roſiniecius qui glorioſo nomini ac ſplendori generis ornatum laureâq; ex propria virtute addidit, & poſteritati viam conſequendæ æternæ memoriæ reſeruit, inſpecta maiorum ſuorum fortitudine & animorum ſolertia, inter frementes & minaces hoſtes irrupit, & hiantem ceu hydram hoſtem exantlauit. Eo igitur medio ſit via vobis in gloriam, ſit ſemita in præmium, & dabit vobis vna dies quod totus denegauit annus.

LINEA ARMORVM ROSINIEC.

R*Oſiniec miles & nobilis de Familia Slepowron, cui primùm Maſouiæ Cerſcenſes & Varſauienſes Duces in ſignum inuicti pectoris & meritorum præ-*

mium

mium ad arma natiua duas ſagittas ad cornua ſoleæ addiderunt. Ab eius nomine ibidem villa Roſincze gorki appellata vſq; modo permanet.

Gorkij *in Varſauienſi Terra, antiqua familia à Roſieniec deſcendens, quapropter notant familiam ſuam à Roſinczegorki, ſunt viri qui militari diſciplina plurimum ſplendorem ſuæ familiæ attulerunt, & graui morum progreſſu atq; iocunda inter nobiles conuerſatione, memorandum nomen ſuum Ducibus olim Maſouiæ, poſt Sereniſſ. Regibus, albo ſcribendum, ſanguine obtulerunt. Petrus Gorká de Roſincze Gorki, & in Opacz minori hæres vir conuerſatione inter Generoſos affabilis, & inter vicinos optimum nomen conſeruans, reliquit filium Ioannem, hic ad virilem ætatem vt peruenit ſuſcepit matrimonium cum Ann: filia Nobilis Venceſlai de Radonice armorum Radwan, cui in reformationis obligationem inſcripſit certam ſummam, ſicut ex terminis Varſauienſibus patet ſub Anno 1546. Habuit Ioannes filium Bartholomæum, qui vt morum ita meritorum paternorum zeloſus obſeruator fuerat, hic ſuſcepit ſacramentum matrimonij cum Heduigi filia Nobilis Staniſlai Raſalowicz Wierſzowſki de Wierſzowo minori, armorum Nałęcz, cui in reformationem vt patet ex Actis Varſauienſibus ſummam pecuniariam in Anno 1573. inſcripſit. Habuit Bartholomæus filium Ioannem, qui neſcio quo fato, largo infauſto an meritorio, villas Roſincegorki & Opacz Thomæ Sokolowſki Anno 1599. vendidit. Reliquit filios Ioannem, qui cum Illuſtriſſimo Stephano Potocki ad cornu Saſouianum in conflictu cum Valachis & Tartaris occubuit. Petrum, qui facto progreſſu in virtute, contracto matrimonio cum Wieruſzowſka armorum Brog. ſuſcepit ex illa Simonem, qui etiam ad Saſouum cornu cum Potocki pugnando contra Turcas & Scythas occubuit. Hieronymum, qui in paterna ſorte in Roſince Gorki reſidet. Ioannem eximium militem, qui captiuitate Scythica depreſſus ad Saſouum rogum redire ex captiuitate in Patriam, vt inuenit medium, ita acrius militare in hoſtem didicit. Eius merita, titulos, ne longior fiam Epitaphium Camenecciæ in Podolia, apud Patres Franciſcanos referat.*

Tempori, æuo, æternitati.

Nec non optimo Rothmagiſtro R. M. Cam. & Patriæ ciui Joann. de Gorki Gorka diſtrictus Varſauien. Fuiſſe ſcito hominem, & quod humanum erat hîc religiosè depoſuiſſe. Et quem virtus, fortuna, æternitas immortalem fecit facitq́ue, cum mors fecit gloriæ Ciu. Liu. Hung. Moſch. Scyth. Turcicæ vmbram, vmbram. Sed ſpe fruſtrata, nam cui vitam rapere voluit, non valuit. Virtus namq́ue poſt funera viuit. Satis eſt, Abi, & diſce viuere & mori. Obijt Anno Ætatis 82.

Habuit in conſortem grauem moribus matronam & pietate inſignem, Annam Patzinſkæ armorum Ogonczyk progenitam ex Chomętowſka armorum Topor ex qua ſuſcepit filios Martinum, quem educatum poſt literas in Aulis Magnatum totum militari occupationi addixit. Vnde in Hungaria, in Pruſſia, contra Tartares & rebelles Koſacos eximius miles, Viceſgerens ſignorum bellicorum Campiductoris Regni Potocij conſtituitur, ad maiora merita & præmia Patriæ viam ſibi, & familiæ ſuæ portam, apud Principem Sereniſſimum, & Duces Exercituū conciliat & diſponit. Nec vnquam peccauit qui Patriæ ſeruiuit. Expecta reexpecta, modicum ibi modicum ibi vt dicit Scriptura. Tandem glorioſa cauſa & iuſta triumphabit. Mathiam qui florem iuuentutis, in armatura graui, ſolerter, cupidè, viuaciter & ſumptuoſe, ſub ſignis Potocij Campid. Regni, & Generalis Podoliæ in Pruſſia & Confinibus Regni, conſumpſit & compleuit, celebrauit matrimonium cum Kuchárſka armorum Rola. Ioannem, qui Ord. S. Franciſci Conuentualium ſeſe adſcripſit. Filiæ verò illius erant Helena conſors Kucharſkij armorum Rola, quæ eximiæ educationis filios & filias produxit. Marianna Zeromſcij de Zeromino coniunx, Iohanna quæ ſpretis mundi illecebris inter ſanctimoniales Ordinis Prædicat. Camenetiæ in Podolia merita ſanctitatis colligit.

ROZMIAR.

ROZMIAR ſeu DIMENSIO.



DELINEATIO.

SVNT tres trianguli, duo recti tertius oblongus, ſuper ſummitatem tertij eſt crux ſalutaris. Exprimunt hæc arma Pyramidem crucis quadam dimenſione triangulari.

ORIGO.

IN M. D. Litu. originem habent. Vtebatur illis Epiſcopus Vilnenſis octauus ordine Ioannes qui ſacellum Epiſcopale tunc primum erexerat, ſedit annis decemnouem,

SANCTI SANCTA.

QVI memoriæ reliquit humanæ, virtute præditi ſoli diuites, nil verius docere potuit. Addam his non diſsimile, qui ſunt religionis Eccleſiaſticæ tutores & obſeruatores ſoli ſancti. Eorum enim opes ſarcinæ & curæ non ſunt de terrenis & caducis, ſed totus ſpiritus anhelitus & expectatio, cæleſtia & ſuperna. Echo illorum. *Vale terra in qua regnat Orcus, accede cælum in quo viuit Chriſtus.* Offerebat quæſtionem Athenienſibus in lib. de aduerſa fortuna & calamitate Demoſthenes, cur miſeri & infælices rectius quàm fortunati ſuis rebus conſulunt? *Et reſpondet*: Non alia de cauſa iſtud fit, quàm quod iſtis euenit vt ne quicquam formident, neque ſi quiſpiam pericula & graues caſus recenſeat ad ſe pertinere putant, illos recens adhuc delictorum memoria quando in infortunia inciderunt, modeſtos ad reliqua & moderatos reddit. Neque aliud ſtabiles reddidit ſanctos probatoſque viros, quàm quod ſentire, cogitare, non aliud cupierunt niſi conſciētiam, Deum & cælum. Vre hic & ſeca, vt in æternum parcas teque ſolum mercedem nobis ſtatuas. Dum hæc arma Illuſtriſsimi Epiſcopi Vilnenſis intueor, video ipſum metam conſtituiſſe Chriſtum. Triangulis enim tribus non ſeparatis, tres perſonas in diuinis expreſsit, ſed vnum Saluatorem mundi Chriſtum confeſſus eſt, licet tota Trinitas ſalutem operata fuiſſet. Et quem corde tenuit, in cima armorum declarauit, Chriſtum prædicauit, voluit, coluit, omnibus præeſſe, adeſſe, aſſequi. Semper erant magni fide, probati exemplo Epiſcopi Vilnenſes quos in Cathalogo librorum moderni Caſtellani Trocenſis Alexandri Sluſzká adnotaueram. *Andreas nobilis gente accipiter Polonus Ord. S Franciſci aſſumptus* 1387. *qui ſedit annis* 12. de quo Bielcius

Bielcius

ſcius in Hiſtoria ſub eodem anno, *Iacobus Ord. S. Franciſci Lituanus, qui ſedit annis 8. armorum Zuin ſeu Z. Nicolaus Polonus de Boriiowo qui inſtituit horas Canonicas, ſedit annis 12. armorum Kruczyn. Petrus Polonus ex Diæceſi Crac. qui ſedit annis 2. armorum literæ S. Mathias Vilnenſis ex vtroq; parente germanus, ſedit annis 32. vtebatur armis Zuin. Magiſter Dzierkowicz Lituanus, ſedit annis 9. arm. Wieniawá. Ioannes de Wilna, de cuius armis hic diximus, ſedit 19. annis. Andreas Vilneń. acris ingenij & abſtinens, ſedit annis 10. armorum fuit Szeligá. Albertus Tabor homo liberalis & magnanimus, hic poteſtatem gladij ſecularis primus à Pontifice Romano obtinuit, ſedit annis 26. vtebatur armis Oslu glowá ſeu Pulkozia. Albertus Radziwil Eleemoſinarius, ſedit annis 12. arma Traby in meaio aquilæ. Ioannes ex Ducibus Litu. ad Poſnanień. Cathedram translatus arma Pogonia, ſedit annis 16. Paulus Dux Olſani ex Luceorienſi Epiſcopatu aſſumptus, ſedit annis 13. arma Hippocentaurus. Valerianus ex diſtrictu Minſcenſi, ſedit annis 30. arma media luna ſurſum cornibus obuerſa, ad cuius medium ſtellæ ſingulæ ab vtraq; parte. Georgius Radziwil Dux in Olyka & Nieświeź, S. R. E. Cardinalis, qui ex hac Cathedra ad Cracouień. ſuffectus fuit, arma Traby in medio aquilæ. Benedictus Woyná, vir moribus grauis & pius, arma Traby. Euſtachius Wolowicz vir humanus, & ad negotia Reipub. diſertus, arma Bogoria. Abraham Woyná, qui nunc Cathedram adornat ſenectute grauis, & pro bono Reipub. & Eccleſiæ zeloſus, arma Traby.*

Conſilium prudens pietas, ars robur in armis,
Cuncta hæc proueniant Præſulis atque beatis,
In Patriam mentem verbis deferte ſecundis,
Concidet omne malum, ſurget & omne bonum,

DVCVM ROZYNSCIORVM.



DELINEATIO.

SVNT quatuor cruces coloris aurei ab vno ſtipite pendentes, ita, quod à cima ſtipitis, duæ pendeant cruces, ab imo verò ſtipitis aliæ duæ exurgentes tamen ad primas duas, campus eſt laſurinus.

ORIGO.

ILluſtriſsima proſapia Kniaziorum Rozynſciorum, à Narimundo Gedimini filio lineã protrahit originis, vt ex plurimis Epitaphijs Chyouiæ, tàm in ritu Græco, quàm in Latino deſcriptis apparet. Verùm ad maiorem differentiæ

 deſcen-

deſcendentis familiæ, præcipuè quæ iam Chriſti fonte abluta permanſerat, arma differentia proſapiæ aſſumebant. Hæc igitur DD. Rozynſciorum ex Narimundo deſcendens generatio, cruces quatuor cum trunco ſtipitis, pro inſigni nobilitatis aſſumpſit, atque vltimam lineam domus, ad gremium Eccleſiæ Romanus Narimuntowicz vbi acceſsit, clauſit crucibus & finiuit.

SCVTVM REGNI POL. & MAG. D. LITV.

Q. Fabius prima redeuntis vel vt cum L. Floro dicam reuiuiſcentis Imperij Romani ſpes, dum nouo & Reipub. ſalutari cognomine appellaretur, *Cunctator*: à populo ſcutum Imperij vocatus quoque fuit. Neque immeritò, nam cunctando reſtituit rem, & protrahendo hoſtis deſideria, labefactauit vires fortium, & faſtidire fecit campum belliique inſultus. *Florus lib. 2. cap.* 4. Non minoris firmitatis ſcutum Reipub. Rom. ſeſe obtulerat à Perſis Marcus Aurelius Carus, vt refert *Pomponius Lætus*. Is enim deducto apparatu bellico contra Perſas, nedum Meſopotamiam recepit & Creſiphonem peruenit, ſed niſi fulmine ictus concidiſſet Regnum Perſicum ſubuertiſſet. Et cum rerum habenæ filio illius Numeriano traditæ fuerunt, illi Mars in armis familiare numen præbuit, Minerua peculiarius adfuit. Apollo Cytharam præbuit. Quid referam de Camilli ſcuto? In Panegyri Ioannis Chodkieuicij ita lego,

In Patriam mentem verbis teſtare Camilli
  Veſtra mihi curæ res domuſque fuit.
Gens bello excedens, Patriæ eſt exacta voluntas,
  Et prodeſſe tibi. Res agitur Patriæ,
Non agitur de me: cura maiore laboro,
  Eſt animi teſtis Juppiter ipſe mei.
Scilicet idcircò atrocem veniſtis in hoſtem
  Belli materies eſſet vt vlterior.
Vires & vitam Patriæ noſtræ ergo negare,
  Vobis ſit factum turpe, mihique nefas.

Inſignia præſentia dum contemplor auro ſplendentia & crucibus, atque originem à Narimuntho Gedimini deducere video, ſcutum aureum Regni & M. D. Litu. fuiſſe non hæſitanter affirmabo. Quanta etenim & quot bella à temporibus Gedimini & Narimundi ad moderna ſæcula fuerunt, tantam molem, incommoda hoſtium, pondus & aſſaltus, deſcendentes à parente victorioſo, pectore & humeris ſuſtinuerunt & repulerunt. Vobis Rozinſcijs hinc fons gloriæ ſcaturijt, hinc laudis flumen emanauit, dum pro meritis ſedē in Rozyno, præmium hæreditatis in Kotelnia à Ducibus Litu. & Regibus Poloniæ retuliſtis. Scripſit quidam lepide has res male tractari in manibus, aues in manibus puerorum, iuuenculas in manibus ſenum, & vinum in manibus Germanorum. At ſerio dicendo iſtæ res optimè tractantur, Rex, Reſpub. & Senatus, ſi à milite veterano, ſi in multis experto, ſi à victore multoties triumphis exornato. Profectò tales Kniazios Rozynſcios ex hiſtoria aſ-
ſerere

ſcrere licebit, ſi Cyrillos, Demetrios Romanos, non contumelioſo affectu appellare voluerimus. Proficiebant in victorijs & trophæis ceu veri filij Martis & protectores M. Duc. Litu. & Regni.

AMPLITVDO MAIESTATIS REGIÆ.

DVO ad tantùm decus Maieſtatis Regiæ aſsignarunt Scriptores: Primùm Plinius in Polit. Bonitatem Principis. *Honeſtius enim* (inquit) *eſt ad poſterorum memoriam dici optimum Principem quàm fælicem.* Illud enim virtutis, hoc fortunæ eſt. Alterùm milites præcipuè in aula præſentes, qui nedum militum quàm amicorum ſpeciem ferant. Non ſufficiunt ad hoc genus milites, hi enim ſæpè ante victoriam canunt triumphum. Dicunt cum Britomaro Duce, non prius ſoluturos ſe balteo, quàm Capitolium aſcendiſſent, & victos Æmilius in Capitolio diſcinxit. Vouent cum Aſtrionico Duce de militum præda Marti torquem, & de illorum torquibus Flaminius Ioui aureum erexit trophæum. Nec ſufficiunt ad hoc Aulicorum numerus, nam aulici omnes aut à natura ita facti ſunt, aut ita docti & exercitati, vt vellent odium fallacibus blandicijs & porrigant euntibus ſine corde manus. Hinc Polyb. lib. 5. *Princeps prudens à quouis aulico magnate ſibi caueat, neue illi multum tribuat, quamuis appareat Regis amans.* Neceſſium igitur eſt eſſe ad prædictum genus militem, aulicum, amicum. Vnde Plin. *Præcipuum Principis opus bonos amicos ſibi comparare, quos fouere & audire debet, ac proinde bonos viros eligat.* Erant Roſinij amplificatores Regiæ maieſtatis, nedum arcendo hiantes manus hoſtium à finibus Regni, nedum ampliando fines Coronæ & augendo, ſed ipſa quoq; imperia & Regna Poloniæ Regno adiungere & incorporare deſiderarunt. Ita de Romano Rozynſki, *in centum bellatoribus Simon Starouolſcius*: Quum à Demetrio Moſchouiticum Imperium repetente legionibus Polonicis Præfectus eſſet, aſtutiſsimos hoſtium conatus probè eludere ſolebat, & dum ille à ſubditis tempore nuptiarum per tumultum occiſus eſſet, Romanus vt Imperium ad Polonos aliquo modo peruenire poſſet, profligatis centum & amplius vno prælio Suiſcij ſectatorum millibus, rediuiuum Demetrium cum alijs ſimulauit, atq; pro illo toties cum Moſchis fæliciſsimè decertauit, vt media ferè iam Moſchouia fictitius Demetrius potiretur, ſed cum Romanus ex aſsiduis curis ad Serpuchouiam bellici laboris febri immaturum finem vitæ accepit, etiam Demetrius Romano amiſſo à Tartaro Arak Murza cuius germanum vita priuauerat, inter venandum nil tale ſuſpicando ſagitta transfixus fuit. Hæc ille. Nullo igitur muſitante rectè arma Rozynſciorum Kniaziorum amplitudinem Ducatus Litu. & Regni denunciabimus. Equidem non excidit memoria, quod coram Rege nemo debet videri ſapiens, & exinde fortis victor, triumphator. In prælio autem Demetriano plurimi fuerant ductores, victores, imò & ipſe Sereniſſ. & perſanctæ memoriæ Sigiſm. Rex. Sed quia dimidium

facti qui benè cœpit habet, & ſat eſt voluiſſe dum vltra non datur progredi Kniazio Rozinſki Romano, ideò hanc deferrimus lauream. Refert *Tacitus lib.*14. A ſummo Pontifice ad Emanuelem Luſitaniæ Regem literæ magno ingenio elaboratæ perlatæ fuerunt, Rex cum Aloyſio Silueira conſiliario contulit vt reſcribat, addendo, ſe quoque in eandem rem calamum velle ſumere, attulit literam Regi poſtridie, quæ vbi recitata fuit ſubriſit Rex, manuque Aloyſij apprehenſa: *Viciſti* (inquit) *Aloyſi, epiſtola planè tua digna eſt quæ ob nitorem & acumen Romam mittatur, & mittetur, meam vix lectu dignã puto.* Non erubuit Rex veritatem aſſerere, quametſi in ſua eloquentiæ humiliationis rigorem vidiſſet. Rozinio etiam tanto bellatori ex virtute propria & maiorum ſuorum laude, hanc quoque occaſionem amplificationis dignitatis Regiæ fœlici progreſſu belli Moſchouitici adſcribendũ duximus.

Fecit inter Braſidas dextra, in Patriamq́; ſuoſq́;
Quid non verus amor tentet & efficiat?

LINEA DOMVS ROZYNSCIORVM.

Antiquitatem Familiæ Rozynſciorum referunt ſcripturæ Ruthenorum, vt potè ritu illorum deuoti & poſt Schiſmate infecti, habent & priuilegia, & notata in Caſtris M. D. Litu. Volhyniæ, Kyouiæ, qui familiam illorum à Narimuntho Gedimini filio deducunt, ſicut Epitaphia antiqua & recentia Chyouiæ & Rozynij declarant. Error igitur Paprocij corrigendus in vtroq; opere, qui illos à Coriatho deſcendere notauit. Maxima igitur reuolutione temporum dum cogamus anteceſſores Rozynſciorum ſilentio præterire, eos præter quos Chyouienſes in ſarcophagis memorarunt eorum quos Hiſtorici referunt, mentionem faciemus. Michael Rozynſki bello ſtratagematibus & victoriis de Tartaris & Moſchis clarus, hos filios qui teſtes virtutis fortitudiniſq; ſuæ virenti imitatione forent reliquit. Kirikum ſeu Cyrillum, qui omnes Tartarorum machinationes dum mente terra & modo computauit, nullum quoq; congreſſum ſine ſtrage hoſtium numerauit. Clarus igitur victoriis à Sereniſſimis Regibus, campis, paſcuis, terra & fructibus vbi nunc Kotelnia erecta perſeuerat æuiterne priuilegio & conſtitutione donatus fuit. Bogdanum, hic à mamilla ad expugnandas inſidias Tartarorum educatus à Marte & Pallade, nunquam ex campis deſertis atq; Scytharum vſui accommodis deſcendit, imò Koſacorum agmen deducendo, quouis loco & tempore illos oppugnauit expugnauitq́;. Quapropter conſenſu Regio Koſacorum Zaporowſciorum caput, & adminiſtrator pro Regno inſtitutus creatusq́; fuit. Nicolaum, qui maiorum firmatus conſuetudine & acri hoſtium victoria, eò diſpoſuit animum, fortunam & vires, vt gladio intincto in ſanguine hoſtili elaboratam anteceſſorum gloriam, poſteritati in campis Tartaricis demonſtraret ſpeculandam. O quam iucundum Patriæ eſt & perutile, dum parentes nobiliter & generoſæ progeniti, ijs artibus liberos diſponunt & inſtruunt, quibus honeſtum, gloria & Reipub. commodum ampliaretur & ſuccreſcat.

Demetrius

Demetrius Rozinius ex his deſcendens patrium morem occumpationemq́ amplexus, plurimi in Confinibus Regni & Moſchouia generoſi animi exempla declarauit. Referunt hoc Hiſtorici dum ad Czaſniki cum Moſchis bellum conſcribunt, & dum Romani Szanguſko exercituum Præfecti conatus armatos & victorias deſcribunt. Magnam ſtragem inſerebat hoſtibus Sanguſko Romanus, quia concordiam bellatorum ſacroſanctè obſeruabat & coluit, ſeditiones enim & diſcordiæ magnatum in Caſtris, gloriam incrementum & res præclarè geſtas corrumpunt, ipſumq́ exercitum hoſtibus delendum exponunt. Demetrius igitur Vicesgerens vexilli Romani Sanguſko dum ad Czaſniki ſic ſtrenuè pugnauit, factus Rothmagiſter & Dux militum, quæ & quanta tentauerit, iam inde negotio prompto cognoſce,

Fac repetas animo ſumens exempla peracta,
Inter Demetrium prælia Kniazij quoque Sudros.

Romanus Rozynſki, cuius laudes & merita adamanti tabulis inſcribenda eſſent, præcipuè cum Illuſtriſſimæ ſuæ familiæ periodum iam poſuiſſet. Erat in illo ſtrenuus & ardens in Rempublicam animus, nec requirebat proponenda præmia & laudes ad excitandum affectum, ſed ipſa virtus & deſiderium communis Patriæ boni, agebat ſtimulum in eo amoris & victoriarum. O fælicitatem Regni, ſi tales ſui defenſores alit, conſpicit, probat. Dicebat Seneca: Ideò bini oculi, manus, pedes conditi ſunt, vt ſe adiuuent & non impediant. *Ita decet Ciues & Collegas conſilia, animos, actiones in Patriam & Rempublicam concorditer tenere & conſeruare. Romanum Rozinium immaturè ſubreptum à nobis in Moſchouia, Chyouiam, ceu gremio Sanctæ Eccleſiæ Romanæ aggregatum deduxerunt, & in Eccleſia Ordinis Prædicatorum depoſuerunt, cum expreſſa memoria Narimundi à quo originem trahebat, & compto Epitaphio. Sed quoniam inter centum bellatores Simon Starcuolſcius, nunc verò Canonicus & Prælatus Tarnouienſis, illi Epitaphium Typis Colonienſibus exarauit, illud legendum offerrimus.*

Clauſus hoc ſaxo quieſcit,

ROMANVS DVX ROZINIVS, magnificis animi Generoſi virtutibus inſignis, cunctisque perfecti Imperatoris artibus inſtructiſsimus.

QVI

Bellis Tartaricis in Podolia exercitatus, in Moſchouia à Demetrio Principe omnibus copijs Præfectus, magnam apud omnes famam magnis prælijs victor promeruit.

QVI

Parta Anno M. DC. VIII. ad Belchouiam inſigni de Suiſcio Moſchouiæ Tyranno victoria, apud Serpuchouiam febri extinctus eſt.


HEV

Immitia fata maioribus & paratis illi honoribus, properè nimium inuidendo, accelerarunt.

Obijt 8. Aprilis 1610. Ætat. 35.

Reliquit filiam Petri de Romanow Swierſki, eximij & ſtrenui bellatoris Rothmagiſtri, & Caſtrorum metatoris conſortem.

RVBIESZ ſeu GRANITIES.



DELINEATIO.

SVNT tria flumina quibus potiſsimum diſlimitantur Prouinciæ & Regna, parua namque flumina, Roſtok Potok vocitamus, maiora autem ſingulis nominibus ad declarandas granities appellamus. Hic ponuntur tria flumina paruum, maius, & maximum, ſupra verò profluentem altiorem maioremque ponitur ſagitta duabus cuſpidinibus munita.

ORIGO.

IN M. D. LIII. in bello cum Moſchis acquiſita fuerunt, dum Lituaniæ exercitus pro tranquillitate Ducatus pugnando ad Rubieſz, ſeu granicies Moſchorum, vigilias excubiaſq; primum peragebat, ac demũ congreſſu belli finem negotio ſanguineis limitibus imponebat. Ibi namq; parens horum armorum, vltra limites Moſchorum excurrendo & profligando hoſtes ſtrenuè fortiterque egit, ac pro meritis fortis audaciſq; animi talia arma in inſigne nobilitatis reportauit.

PRVDENS AVDACIA TRIVMPHAT.

ANtiqui Sarmatæ huius clariſsimi Regni olim incolæ, clari nominis gloriam & famæ illuſtris nomen dum omnibus diuitijs anteferrent, hoſtem prudenter aggredi, & familiæ ſuæ claritatem illuſtrare factis & audacia poſteritati perſuadebant. Quapropter filijs ſuis non alia nomina in baptiſmo & natiuitatis ſolennitatibus imponebant niſi quæ viridis florẽtiſque famæ ſtimulos renouarent ſolidarentque. Stolaus, Boriſlaus, Præſlaus, Viroboſlaus, Imiſlaus, Dziuiſlaus, Stanislaus, Derſlaus, Miecislaus, Zaliſlaus, Vladiſlaus, Iaroſlaus, Bretiſlaus, Miroſlaus, Drogoſlaus, Pribiſlaus, Dobroſlaus, Zaſlaus, Boleſlaus, Venceſlaus &c. Quod profectò non aliundè obſeruarunt, quàm ex victorioſis triumphatoribus Romanis, qui victoribus Prouinciarum cognomina à prouincijs deuictis imponebant: Creticus, Beſcarius, Africanus, &c. Arma præſentia dum intueor, video prudentis audaciæ

daciæ

daciæ progreſſum, vnde etiam triumphator parens armorum meritò receſſit. *Florus* bellum Belearicum dum deſcribit *lib. 3. cap. 8.* Tanta (*inquit*) audacia contra filium Metelli Macedonici proceſſerunt claſſem ducentis, vt primo impetu ingenti lapidum ſaxorumque nimbo exfundis operuiſſent, non enim alia arma illis erant, ſed his à puero ita aſſueti fuerant, vt cibum à matre non accipere auſi, niſi quem ipſa monſtrante è funda percuſiſſet. Grauis erat hæc audacia ſed imprudens, prudentius claſsis gubernator proceſſit, audax contra naues hoſtium celerius nauigauit, & vbi propius adremigauit in hoſtem, ceſſauit lapidatio, & roſtra atque pila venientium, etiam in cauernis inſulæ vbi fugientes latitabant perſenſerunt vltimam quoque ad internetionem, ſed quia de audacia in bello prudenti ſermo eſt, demonſtrare liceat ipſius fundamentum & radicem. Alij fundant eam in celeritate, neq; hæc ſemper officit, nam Saluſtius inquit: *Nobilitatis factio maturè ſemper diſturbanda eamq; rem efficiendam libertas populo proponenda.* Alij in fortitudine, ſed Darius ab Alexandro, Tigranes à Pommpeio pauca manu deuicti ſunt. Alij in fide, vnde Theodoſius: *Exercitui meo preit Chriſtus, illius copias Achilles ducit.* Quapropter memorandam rem *Segebertus in Hiſtoria Gallica refert.* Anno inquit 433. Cum Supthar Rex Hunnorum Burgundiones infeſtis armis opprimeret illi in Deum Chriſtianorum ſpem ſuam ponentes ſe baptiſari petierunt, & ſtatim cum Hunnis congreſsi pauci multa millia eorum trucidarunt, rabiemque eorum compeſcuerunt. Chriſtiano igitur militi qui fortitudinem ſuam firmat roboratq; fide & virtute, ad prudentem audaciam cum hoſte ſuppeditatur modus ab eo qui docet manus eorum ad prælium & digitos ad bellum.

LINEA FAMILIÆ ARMORVM RVBIESZ.


ALampi *ex Minſcen. Palat. Nulli nobilitas conceſſa niſi ex forti pectore & audaci congreſſu.*

Andriewicz *in Minſcenſi Palatinatu, Certandum virtute, nam optima eſt talis adoleſcentis indoles.*

Alabis *in Minſcen. Palat. Qui in Confinibus Regni manent, tanquam in hoſtili terra manerent, oportet ſemper eſſe præſentem animo, & omnibus periculis proſpicere.*

RVDNICA

RVDNICA alias NASTEP.



DELINEATIO.

EST ſolea equi cum clauis cornibus deorſum obuerſa, cuius vna media pars eſt in campo ſubceruleo, & alia in campo albo, intra quam eſt deinde ſagitta ferro tendens ſurſum, & ſupra galeam tres pennæ Strutij.

Vtitur modo his armis in Maiori Polonia Matthias Rudnicki Naſtep, vir eximius in bello, habuit filium Fælicianum Rudnicki, qui accipiens in conſortium matrimoniale Wieruſownam Kowálſka Vexilliferi Vielunenſis filiam, ſuſcepit ex ea duos filios, Andream, & Albertum & filiam vnam. Andreas ſteriliter deceſsit, Albertus verò habuit ſex filios Andream, Albertum, Iacobum, Stanislaum, Ioannem & Paulum, ex quibus Andreas omnium primus in ſeruitio Reipub. totam fermè vitam ſuam conſumpſit, ſecundus verò Albertus Rothmagiſter eximius, ſub ſanctæ memoriæ Alexandro Zborowski, quem præfecerat centum quinquaginta ſex Petiorijs militibus, cum quibus dum Moſcham ciuitatem Moſchorum Regalem, & præcipuam obſideret à ſulfuribus qui ex inaduertentia militum accenſi fuerant eiectus occubuit, Stanislaus & Paulus, etiam cum diſcrimine vitæ ſuæ in bello aſsidui fuêre.

TESSERÆ GENTILICIÆ IN REGNO Poloniæ, & M. D. Lith, à litera L ad literam R,

Labęt 1.
Lacciorum 17.
Lada 20
Lagoda 35.
Labczynſkich 37.
Lariſſa 39.
Lazanki ſeu Iaſtrzebiec 42.
Lazowſciorum 46.
Lzawa 47.
Leſſcye vide Breg.
Legnicenſes Duces 41.
Leliwa 61.
Leo primò 103.
Leo ſecundo 105.
Leo tertio 106.
Lewart 108.
Lilia primò 49.
Lilia ſecundo 56.
Lilia tertio 58.
Lis 137.
Lodzia primò 154.
Lodzia ſecundo ſeu Korab 179.
Lopotow 182.
Loſiantinſciorum 183.
Lubicz 185.
Lubar 204.
Lucomlenſes Duces 206.
Luk 207.
Lukocz 208.
Lubiewa vide Trzaſka.
Luzanſciorum 210.

Machowſkich v. Abdank 2.
Madroſtki 214.
Makarouiciorum 216.
Maſalſciorum 218.
Mieſſaniec 223.
Mikulinſciorum 225.
Mohylorum 226.
Mogiła 232.
Mora 234.
Mur 237.
Murdelio 239.
Mzura vide Lis.
Mozela vide Boyczycz.
Mutyna vide Dria
Mirſkonſkich vide Mora.

Nabram 241.
Nałecz primo 243.
Nałecz ſecundò 246· 248.
Napiwon 265.
Nenlin. 263.
Nieczuia 269,
Niemczyk 275.
Nieſobia 276.
Niezgoda 278.
Noga człowiecza 279.
Nowina 281.
Nowoſiel 297.

Odrowaz 299.
Odyniec 316.
Ogonczyk 318.
Okſſa 335.
Okno złote 343.
Olelkouicij Duces 344.
Oliwa 346.
Ołobok vide Hołobok.
Orla vide Szeffer.
Oſſeki 348.
Oſſeuſciorum 350.
Oſmorog 351.
Oſſoria 354.
Oſota 256.
Oſtrogſciorum vide Zaſtaw.
Oſtrzew 379.
Owada 381.

Paparowna vide Gęś.
Papricia vide Kuſſaba.
Pancza 383.
Pacholowieckich vide Pſkowczyk
Pełnia 385.
Perſtenes vide Wieniawa.
Piława 391.
Pieleſz 414.
Piſkaronſkich vide Luk.
Piaty roch 415.
Pelikan 418.
Peregrin 420.
Pierzchała vide Roch 1.
Piora 421.
Piotrowicz 442.
Pobog 423.
Płomienczyk vide Zadora.
Pociey 439.
Porzykich vide Koributh.
Poſtolſkich 441.
Pogonia primò 445.
Pogonia ſecundò 446.
Pogonia tertiò 447.
Pogonia quartò 448.
Pogonia quintò 450.
Pokora 451.
Połota 453.
Pomian 454.
Poray vide Roza.
Poronia 469.
Puchała 470.
Pułkonia 472.
Pulkozicz 473.
Pułorla 489.
Połubinſkich 491.
Pleſnik 493.
Pnciuia 494.
Prawdzic 496.
Prowana vide Columna.
Przoſna 520.
Przerowa 523.
Przegonia 529.
Przyiaciel 532.
Prunſcij Duces 535.
Prus primò 537.
Prus ſecundò 545.
Prus tertiò 550.
Pſkowczyk 557.

Radwan 560.
Radomſciorum 575.
Radzic 576.
Radziwiliorum vide Traby
Ramult 578.
Ratult 579.
Rawicz 581.
Ręka primò 602
Ręka ſecundò 603.
Ręka tertiò 605.
Rogala primò 606.
Rogala ſecundò 611.
Rogala tertiò 613.
Roch primò 612.
Roch ſecundò 617.
Roch tertiò 620. Rbor 621.
Rola 624. Rownia 632. Roża 634.
Rożinſkich 652. Roſiniec 645.
Rozmiar 648. Rubież 654.
Ruchaba vide Rech t.

A Bono bonum à malo malum 495.
Academia Chriſti 394.
Accummulata gloria 228.
Acrior virtus 278.
Adiutorium Dei 550.
Amicitia ſtabilis 547.
Animi candor 4.
Antidotum morale 223.
Annulus nobilitatis 580.
Auxilium diuinum 22.
Authoritatis magnæ ſig. 602.

Beati cælo lucente 239
Bonum pacis 632.
Bonum circumſeptum 625.
Breue omen 265.

Campus militaris 241.
Campus cæleſtis 392.
Capita primaria 552.
Catholici veri inſigne 537.
Clauis cæli 140.
Cælo lucente beati 239.
Creſcent in æuum 283.
Coronæ odor 23.
Cor Martis 35.
Cuſtos non dormit 208.
Crux ſalus & exit. 182
Crux adornatr 351.

Dormit non qui cuſt. 208.
Decus Regni 270.
Diſciplina militaris 297.
Digno merito præmium 388.
Duces exercituum ex Ducibus 426.

Ætas diuturna 112.
æterna memoria 337.
Eccleſiæ protectores 473.
Error excuſabilis 48.
Eſto quod audis 282.
Exemplar triumphatoris 558.

Familiarum ſanitas 583.
Fælix Patria Rauitis 582.
Fortitudo vera 2.
Fortitudinis decor 105.
Fortitudo liliata 442.
Fortitudinis lidius 521.
Fortuna prægnans 5.
Fortunam quæro 348.
Fortuna viri fortis 646.
Flos regius 59.
Florida vita 469.
Flos in florem 346.
Fugire à facie arcus 207.
Fulcra Patriæ 615.

Gloria domus ſuper exc. 21
Gladius lunatus 529.
Gratum beneficium 613.

Herculea ſagitta 139.
Honori honor 214.
Honorabitur ſic quem Rex hon. 490.
Herculeum ſcutum 607.
Herculis Antheum 611.

IAM in auge 216.
Ioue dignus 19.
Ius ſanctificatum in armis 138.
Illuſtrior euadet 62.
Indecorum decorum 235
Incomparabilis potentia 299.
Initia ſpecioſa 455
Iuſtitiæ nummus 386.
Iuuentus renouatur 618.

Labor coronatus 453.
Leo rugiet quis non 103.
Leo diuidens eſcas 498.
Leo generoſus 521.
Leopardorum mons 109.
Libertatis amator 456.
Libertatis tutor 425.
Lidius nob. fortitudinis 52T.
Lilia purpurea 59.
Lunæ fælix curſus 357.
Lunæ beneficentia 386.
Lunæ laboranti ſuccurr. 358.
Lunatus gladius 529
Luna armata 530.

Magnæ curæ mag. merces 38.
Magna magnis danda 448.
A malo malum 495.
Manus in bellum 604.
Mecenas verus 447.
Meritorũ continua præm. 64.
Memoria perennis 379.
Menſa pietatis 219.
Miles impauidus 232.
Miles verus 414.
Miles Chriſtianus 218.
Militare præmium 319.
Militis decor 421.
Militaris diſciplina 297.
Militaris diſc. præm. 525.
Munificentia regia 49.

Nauis ſecunda 155.
Nauis ſeruata mag. in vſus 155.
Nil fruſtra 343.
Nobilis viri imago 354.
Non degenerarunt 275.
Non deficiet 538.
Non langueſcent roſæ 578.

Patres Reg. Pol. 110.
Patriæ protectores 457.
Patriæ vindices 17.
Patriæ ornatus 186. 424.
Patriæ pulchritudo 477.
Patriæ odor 635.
Patriæ firmamentum
Patria vbi benè 491.
Patriæ grata ſeruitia 420.
Parſimonia vitæ 499.
Pes in directo 279.
Præſidium inexpugnabile 237
Præmium ſingulare 212.
Præfecti digniſſimi 210.
Piorum cætus 439.
Pomum beneficum 493.
Potentiæ robur ab alto 471.
Potentia virtutis 45T.
Porta regia 381.
Pro lege & grege 418.

Regni cuſtodes veri 625.
Regnum à Deo 422.
Regum gratia digni 546.
Regni decus 270.
Regia munificentia 621.
Reipub. Pol. ſalus & pulchrit. 249.
Reipub. fertilitas 475.
Reipub. tuendæ ſpec. 584.
Reſpice & inſpice 599.

Sagitta Patriæ & pro Patria 300.
Sagitta electa 317.
Salutis nota 605.

Securis

Symbolum vitæ 553.
Securis Domini 336
Spes generoſa 416.
Sinceritas cordis 533.
Scutum Mag. D. Litu. 650.

TErno conſeruanda tria 56.
Triangulum nobile 350
Triumphatoris exemplar 558.
Tutum te in littore ſiſtam 576.

VErbum viri, veritas 40.
Vexillum honoris 525.
Vexillum Supremi Herc. 560.
Victor vbique 17.
Victoria fælix pro fide 184.
Virtutis hic honos 225.
Virtutis incentiuum 614.
Vitta illuſtris 244.
Vitta in vitam 249.
Virtus Krzywoſadij 276.
Virtutis prognoſticon 320.
Vir generoſus 472.
Vir magnus ſtãdo moritur 535
Victoriarum certitudo 393.
Victoria à Deo 422.
Vide & crede 450.
Victoria coronata 607

ALPHABETICVS RERVM.

A & C. 218.
Acinas Cambiſis 530.
Adiutorii imago 551.
Admonitio pulchra 358.
Agere & pati fortia 604.
Alectoria lapis 524.
Altiora tene 521.
Alij inſerui conſumor 935.
Alpha & Omega 218.
Amicitia durat poſt mortem 547.
Amicitia quo acquir. 547.
Amalthea corona 608.
Annuli dignis dandi 214
Annuli in pocula 214.
Annulus cum piſc & pa. 276.
Annuli 7 ad reg. firm. 320.
Annulus inſigne nob. 580.
Anditorum morale 223.
Anditorum Nobilit. 224.
Anni partes flores 346.
Animæ inimicus ſupera. 415.
Apolin: domic. ab apib. 276.
Apprehend. nunut teneb.
Aquilla tenet tela ped.
Armis parantur omn.
Arbor antid. & venen.
Arbores regna ſignif.
Arcus fug. cur non bomb.
Aræ frondib. ornatæ
Aries cornibus ventil.
Arturi arma militar
Aſini ſomnium graue
Aſinus vitem fac ferac.
Aſinus ſanat à Scorpione
Aſinus cum capite purp.
Artaxerxes vnde dictus
Auxilio diuino nil maius
Audentius obſto

BAptiſati vincunt
Brachium cum haſta
Brachium cum acinate
Beati lucent vt luna
Belli vis
Bello patria tuetur
Bellum iuſtum
Bellatori dogma
Belli dux 3 intend.
Bello conſec. Magnates
Beneficij memoria
Bernæ innitia vrſus
Beatus homo quia
Bona dies
Bona à bonis bene
Bonitate contendere
Bodzantæ Epitaph
Bos vltra conſuet non
Bulla cui conuenit

CArcer fortid. cauſa.
Caſtrum contra caſtr.
Calamus cuius Symb.
Candela Symb.
Calamitoſa ſolicitatio
Carauacca
Capita primaria
Clara fama
Claua Alcidis
Canis cum oue
Cerebrum non habet
Cherintis lapis
Chlebouiciis gratulatio
Crede non temere
Cignus diff. rentia arma
Cigni armorum origo
Cignus aquillam diſcerp.
Cignus caud. anim. ſign.
Cignus virtutum agmen
Cignus inter genua Socr.
Cignus nomen Regium

511. Cignus Phæbo ſacer 5.
18. Cignus Poetarum inſig 6.
138. Cignus Ducum Cliuen. 5.
182. Cignus ante mort. canit 6.
270. Cigni pennæ pro galea 6.
207. Ciuis boni patriæ finis 36.
379. Ciuis boni echo è tumulo 193.
607. Ciuis optimi meta 418.
241. Chymera ferita 19.
475. Chyouienſis porta 381. 382.
475. Clipeus Martis 25.
475 Clipeus cum haſta 26.
476. Coronæ tres 187.
139. Corona ex qua crux & glad. 187.
22. Corona a cornu 607.
114. Columnæ in mari 214.
Columna cum coron. & ſecu. 213.
655. Clotildis religio 245.
241. Correctio 350.
242. Corruentem par. fug. 471.
240. Cor humanum 513.
184. Cor mundum crea Deus 513.
23. Conantia vincere 553.
415. Confeſſionis authorit. 1616.
449. Conſiliorum human. finis 352.
604. Conſilio & Marte 615.
622. Conſcientia plac. ſup. 454.
546. Crocodilus benef mem. 546.
583. Curia antidotum Nobili 224.
387. Crux in rupe cum roſa 23.
59. Cruci omnes ſeruiunt 187.
494. Crucis nomina 393.
550. Crux Academia Chriſti 394.
72. Crux in fronte pon. 394.
457. Crux arbor antiſtrophos 538.
214. Crucis S. laus 182.
233. Crucis potentia 233.
237. Crucifixus cum flagellis 21.
419. Crux inſigne nobiliſſ. 538.
319. DRaco nomen hominis 103.
455. Deus vbi eſt murus tella 21.
529. Deus dat cui vult 40. 456.
552. Deus orand. venerand. 552.
535. Deus & natura nil fruſt. 575.
607. Deus nobiſcum quis cont. 584.
538. Deo ſic placuit 64.
451. Deo nil eſt melius 184.
281. Deo honos & reſpectus 184.
91. Deo digni viſi ſum. 469.
450. Deo confiſus non confuſ. 605.
1. Deo & virtute magni 215.
2. Dei honorem & pat. tue. 187.
3. Dei in manu hom. diſp. 603.
4. Degenerari non poſſe à ma. 275.
4. Dæmonium quib. n. præu. 551.
4. Dextram dextræ 605.
5. Diaboli arma 218.

Diſce

Diſce mori 3.
Deſcendum ad vitæ decurſum 241.
Diſciplinæ mil. laus 515.
Digitus quis annulo inſ. 680.
Diuitiæ ſap. Deus 578.
Diuitiæ & lit. hom nec 355.
Diuino numine paſcor 457.
Dormiam non 18.
Dormit non, qui vigil. 209.
Dominus mihi adiut. 471.
Doctrina bono viro 352.
Eccleſia proteg. diu mode. 474.
Educatio puerorum 57.
Error paruus in princ. 48.
Ætas auditorum hom. 224.
Æthiopum omina 235.
Æthiopum laudes 236.
Æſculapii imago 300.
Equi caput generoſ. ſig. 472.
F F F fort. fran. famæ 3.
Faſcia regum 244.
Faſcia hær. regni 245.
Fælicitas hum. caduca 64.
Fælix ſine occaſu 583.
Fæminas eſſe quod bon. 561.
Feneſtra porta Romæ 382.
Feſtina lente 577.
Feci & fregi 618.
Feruidos ictus exclud. 471.
Firmitas in virtute 5.
Filius patrem defend. 38. 276.
Firleiorum Epitaphia 111.
Filius milit. oblig. à Bald. 319.
Fidem non fallas 351.
Fidelis terra 577.
Fontinalis feſta 546.
Fortes & beati qui 3.
Fortis vt lepus 442.
Fortitudinis diffen. 441.
Forti datur reg. num. 381.
Fortitudo heroica 281.
Fortitudo Eliſab. reg. 381.
Fortuna blanda 5.
Fortuna ſtabilis 5.
Fortunæ cubile 382.
Flos in florem 346.
Frondibus aræ ornatæ 379.
Fugite & perierunt 207.
Fulmen Alexand. Symb. 514.
Fulmina in laurum 518.
Fulcra patriæ 186.
Galeæ ſimilis lapis 48.
Gladiū feruens circumd. 22.
Gladius ſpolio partus 219.
Gladius nomen beliat. 227.
Gladii bonitas in quo 228.
Gladio 470. hoſt. occid. 228.
Gladius vice valli 358.
Gladius vipereus 519.
Gladio inſcrip. fælicitas 607.
Graminea corona 605.
Gratia Dei firm. noſtra 525.
Gratiam indigni non conſ. 546.
Gembarthi laus 45.
Generoſi nom. cir. dand. 472.
Generatio ſine virtute 243.
Griffa cum cauda 17.
Gloria domus non erub. 21.
Gloria quibus poſt cin. 22.
Goluchowſcij Epitaph. 81.
Gloria relinquenda 352.
Glorioſos humiliabo 646.
Haſta militaris 36.
Haſtæ dignitas 524.
Hercules vuln. Plut. 139.
Hercules cum corona & oliua 607.
Heroas verus 448.
Hyems anni p. deteri. 347.
Homo ad ſeruitutem par. 457.
Hominis ſtatua ſ. equ. 621.
Homini quid decentius 184.
Honeſtatis ſem. in anima 616.
Honeſtas domus 57.
Horologij ſubſcriptio 63.
Humanis mom. dyaſſ. 279.
IAM in auge 216.
Ioue dignus 19.
Ius in armis 138.
Ius ſanctificum 138.
Ius dicendum ſine reſp. 358.
Iuſtitiæ imagines 386.
Iuſtitiæ partes 386.
Iuſtitia & religione 615.
Iudex qualis eſſe deb. 384.
Iudicium non corrumpatur. 384.
Ignobilis virt. nobilis 213.
Initia bona fin. malus 455.
Inſpice quis ſis 500.
Intacta virtus 538.
Koniepolſcij laus 416.
Ladiſlai anagramma 319.
Labor quo proſper 38.
Labore & conſtantia 453.
Labore & conſcientia 453.
Laconem ſe vend. neg. 490.
Latebræ in animo 533.
Lapis admirandus 48.
Leo lunam tenet 59.
Leo nomen homini 103.
Leonis nom. mag. viro 103.
Leo cum gladio 103.
Leo cum roſa 105.
Leo cum montibus ſtella 106.
Leo vrſam perſequi 498.
Leo nobilitatis lidius 521.
Leo generoſus 510.
Leo naturalis & ſymb. 493.
Leonis vox viuificat 103.
Leones ignominioſi 520.
Leonidas ſtando mor. 536.
Leonem quæ terrent 103.
Leopardorum mons 109.
Leoni offam Polon erip. 103.
Leoninum robur 448.
Lege pro & grege 387.
Lilium cuius vſup. 50.
Lilia tria baculo ter 57.
Lilia in cælo alba rub. vir. 57.
Lilia flos regius 59.
Lilia ex lacte vener. 59.
Lilia circà muros & vall. 59.
Lilium cum biſant num. 59.
Liliorum ſubſcriptiones 60.
Lipſij laus 23.
Linguæ plures, corda plu. 317.
Literis & diuit. hom. vig. 355.
Libertas quid eſt 457.
Libertas differens 456.
Lichnopopeia feſtum 387.
Ludi malorum cauſæ 227.
Lunæ ad ſcriptum. Sic. 63.
Luna cum ſtell. Rudolph. Imp. 64.
Luna. Donec totum orbem 216.
Luna inter rotas 355.
Lunæ ſubſcriptio 240.
Lunæ curſus & beneficia 357.
Luna cum facie homin. 357.
Luna perpetuitatis ſig. 358.
Luna in ſagit. & geminis 358.
Luna inſigne Nobil. 359.
Luna noctis ſol 387.
Luna terreſtre cælum 439.
Luna illuſtris cum aſp. ſol. 440.
Luna cum auicula 440.
Luna ſi minuitur occ. ſpe. 531.
Lunæ ſimulachrum 530.
Lunæ ſolennitates 387.
Lunæ Eclipſ. ſuccur. 358.
Lubecenſes Duces 211.
Lupus nomen 213.
Lupus ſponſorem ſeq. 215.
Lupus ceruarius 265.
Lupi honorati 212.
Lupi cum piſcatoribus 213.
Lupi deſcriptio 265.
Luſcinia defendit aues 512.
Magiſtratus prudens 300.
Magnus ſine Deo nullus 215.
Magnopolenſes Duces 211.
Mathematica doctrina 111.
Maſouiæ Duces 221.

Manipu-

Manipulares milites 338.
Martiniana poma 494.
Matrimonium antidot. 214.
Manus ſub menſa 603.
Manus multarum artium 601.
Manus Ior. cum claua 604.
Meduſa in Vmbil. clip. 36
Menſa epicurea 219.
Menſa Pythea 219.
Menſa pietatis 220.
Merſus emergam 455.
Memoria poſt mortem 219.
Miles magnus comparatur 449.
Miles nomine & re 422.
Militis ex bello ornatus 319.
Militis boni infortun. 546.
Milites neceſſarij Patriæ 319
Milites animantur præm. 319.
Milites quom.firm. corp. 316.
Milites crucem erexer. 393.
Milites tyrones & veter. 422.
Militum Rom. laus 442.
Militum ornatus qualis 442.
Militum delectus ap. Rom. 616.
Militi datur regius ſang. 546.
Militaris periculum 8.
Militis propoſitum 48.
Militibus reliquie SS. oblig. 319.
Militia ſpeculanda ex fine 428
Moras tolle 38.
Mors, te nunquam timui 233.
Mortis dialog. cum Princ. 346.
Mori potius quam fid. fall. 351.
Monita Hadriani 358.
Mortuorum damna 580.
Munificentia antiquorum 49.
Munificentia Regis 50.
Mundum, mulieres Rom. 250.

NAuis fælix vnde dicitur 155.
Nauis Cleopatræ 256.
Nauis Theſei ſalutis . 155.
Nauis ad magna ſeruanda 155.
Nauis roſtrata 156.
Nauis cum ſtella & Neptuno 155.
Nankieri Epiſcop. laus 337.
Naufragium non pati 577.
Nigri, peſſimi omnis 235.
Nigrum caput & cauda 235.
Nobilis viri antidot. 3 pl. 224.
Nobilis nouus qui laudatur 282.
Nobilis, imitatur fact. nob. 521.
Nobili quæ exponenda 6.
Nobilem turpe degenera 282.
Nobilitabant ſagitta Longob. 268.
Nouacula Philoſoph. 336.
Non ſemper neglecta 470.

OCciſorum pro pat. oſſa 585.
Odore ſuperant odorem 636.
Orbis alter duas vrbes 474
Ornare Patriam quom. 186.
Opalinſcij Epitaph. 165.
Oſſibus pro nummis vteb. 155.

PAce clades 23.
Panis cum vino victoriæ ſig. 278
Panis cum piſce in annul. 320.
Pauo piſcis 210.
Papaueris faſcia 18.
Patriæ amor diuerſus 18.
Patriæ amoris ſymb. 18.
Patriæ rebellis proſtern. 19.
Patria omnibus anteponen. 57.
Patriæ amans quom. mor. 183.
Patriæ prodeſſe ſemper 228.
Patriæ amatorum finis 249.
Patria quæ nobis tribuit 421.
Patria curanda vt ei bene 321.
Patriæ dictis factis opitulatus 491.
Patria ſemper amanda 582.
Patriam quam glorietis 583.
Patriæ ornandæ ſymb. 583.
Patria ingrata 625.
Patriæ infidelis 57.
Patres conſcrip ..cis Rom. 110.
Prandio duas uit. deuor 219.
Patricij & p' oeij 284.
Palma ſagittis plena 454.
Parſimonia commend. 499.
Paſtoris vaſa ſtulti 604.
Pax & bellum 604.
Pax & non afflict. 604.
Pax ſimulata mala 633.
In pace viue & non in arm. 632.
Pax & odor 105.
Pennæ cigni pro galea 6.
Pelles ferinæ pro caſſide 139.
Pes ligneus in aurea crepid. 280.
Pes nauigantium 280.
Pelicanus 418.
Perpetuitas continua 440.
Perpetuitas ſublata 440.
Per oppoſita 470. 573.
Pegaſeus allatus 535.
Perijſſemus niſi periſſemus 646.
Præmium militare 310.
Pleoilunium militare 386.
Pietas in Deum 57.
Pietas habet ſuos impetus 439.
Piſcis regni præſagium 210.
Piſcis cum aqua ad manus 210.
Piſcis & panis in annul. 310.
Piſcis vnde præſtantior 358.
Poli cæli duo 186.
Porta in feneſtram 382.
Porta cæli 382.
Potoccij expoſitio 393.
Potocciorum Epitaph. 401.
Pomorum diuerſitates 493.
Poma ex ſalice 494.
Poma in armura legere 495.
Poma ad Cererem non putreſ. 495.
Pomum occaſio mali regim. 495.
Pomorum luſus 495.
Protectio Patriæ nob. fac. 186.
Putei coronati 545.
Pudet cuius pigee 605.
Prudentia iuncta ſimplicit. 140.
Plus vltra 276.
Pluuia ferrea & aurea 300.

QVadratum Nauaræ Reg. 343.
Quadrati dignitates 343.
Quadrati decor 344.
Querci fructus 380.

RAmis ornatæ aræ 379.
Regi Duci militi vigil. con. 18.
Reguli cum ſerpente pug. 18.
Rex Mathematici conſilij 111.
Rex Salomon 282.
Regum faſcia omen bon. 244.
Regni firmitas annuli 320.
Reipub. optima forma 636.
Reſpub. fertilis quibus 475.
Regni præſagium piſcis 210.
Reges ſeruient ei 187.
Regnum duobus nititur 233.
Requies certa laborum 559.
Reſtitutor reparator 604.
Renouata iuuenius 618.
Roſa ſuper crucem 23.
Roſas loqui 625.
Roſa regina florum 634.
Roſam cur ſpina ſepit 626.
Roſa decerpta ſeruat odor. 635.
Roſæ gratus odor 635.
Roſas inter cepæ 470.
Rudniccij Epiſc. Epitaph. 144.

SAgitta eſt clauis 140.
Sagitta carbonibus circum. 140.
Sagitta cum mure & rana 207.
Sagitta nobilitatis 268. 301.
Sagitta cum ſtellis ibi
Sagitta letifera 300.
Sagitta pro tributo 301.
Sagitta Abaridis 301.
Sagitta Othomani 317.
Sagittæ in ciſtam miſſæ 139.
Sagittis Herculis Troia 184.
Sagittarius cæleſtis 268.
Starzechouij Archiep. laus 82.
Stare nequit quod n. Deo 425.
Statuæ virorum mag. 535.

Statuæ faciem mutant 219.
Stando mori 536.
Salutis ſymbolum 416.
Sapiecha legatus ad Pont. 138.
Sapiechæ Epitaph. 152. 153.
Serpentis ſpolium 18.
Serpens in cunis 19.
Serpentibus Annibal vici 22.
Serpens cum gladio corona 22.
Serpentes tres complic. 140.
Serpens cur in cauda è Moyſe 603.
Semper 63.
Sceptrum ex intimis cœli 40.
Sieniawſcij Epitaphia 73. 76.
Sredzinſciorum Epitaph. 87.
Spheræ duæ 187.
Securi & corona regnit 235.
Stellæ ſubſcriptio 240.
Securis orationis Demoſth. 336.
Sepulchra ramis arborum 380.
Semper ardentius 448.
Sceptra inter gladios 449.
Specula cur inuenta 439.
Spes à Deo 416.
Sententiam in ſenatu quis 21.
Sic aduerbium quid ſig. 63.
Simplicitas iuncta prud. 140.
Silex in tenero corde 441.
Sic maiora cedunt 522.
Sinceritas cordis inueſt. 533.
Sigiſm. 3. Reg. inuictus ani. 536.
Sixti Papæ priuil. Leopol. dat. 107.
Sophis ſapientior 4.
Sol non mutuata luce 240.
Solis ſubſcriptio 240.
Solis curſus, beneficia. 317.
Sol perpetuitatis ſig. 358.
Sol non mouearis 387.
Soleæ commendatio. 424.
Sole latente. langueſco. 578.
Scuti Paladis & Mart. diff. 35.
Scutum album deſerere 225.
Scuti, viro cognomen 227.
Surgo in pugnam 238.
Scutum cum imagine B. V. 242.
Scutum ornatum lilijs lapid. 347.
Struthy pennis 63.
TAbula Prothegenis & App. 36.
Tene menſuram 40.
Te ſine quid molior 522.
Templum Salomonis 582.
Terror leoni adſcrip. 105.
Tylicci Epitaph. 190.
Trianguli laus 350.
Trithona cur Pallas 350.
Triangulo cruces additæ 350.
Trigonum Chriſtianum 350.
Triumphus ex cauſa 558.
Tubam galea audit 48.
Tutum te in littore ſiſt. 577.
Turpibus exitium 575.
Tubæ ſonus 48.
Truncus arboris 380.
VAllis gladius 358.
Vanitatis ſpecies 533.
Verbum verum viri 40.
Veritas multis verbis n. 40.
Vexilum proiect. vicit. 279.
Veſtis polimita 284.
Verus miles à non vero 414.
Vexilla Tamerlani 524.
Veritatis Magiſter 616.
Verbum Domini penetrans 336.
Vigilo hinc 19.
Vitam quæ fac. beat. 51.
Vitam fata inuenient 577.
Vitta ſignum regum 244.
Virtus operibus profite 140.
Virtus Theodoſij mag. 277.
Virtute duce com. for 60.
Virtuti honos 225. 607.
Virtutes, annuli ſign. 320.
Virtutis deſcriptio 451.
Virtutis præmium D. 452.
Virtus vires accend. 521.
Viri fortis ſi premit anim. 646.
Victoriæ incitatio 278.
Victor fit duobus 317.
Victoria à Deo 422.
Victores cum glad. in ſcuto 448.
Victoria virtute quer. 580.
Victoriarum ſpolia in paup. 715.
Vici fata ſuperſtes 425.
Vitijs vincitur qui non arm. 499.
Virgo ſuper vrſum. 582.
Votum vicennale 40.
Vulpis occidit vitulum 140.
Vulnus, ſalus, & vmbra ab vno 454.
Vrſa cum ſtellis 583.
Vrſus initium Bernæ 583.
In vrſas abire 584.
Vrſæ puellæ vocatæ 684.
Vrſina ferocitas pro Eliſeo 584.
Vrſa in tutella Dianæ 584.
Vtroque Cæſar 615.
Vnci nauium 348.
Vxor hoſtes tres occid. 449.
Xerxes vnde dictus 139.
ZOlkiewſcij laus 188.
Zolkiewſcij Epitaph. 194. 6.
Zebrzydowſcii Epiſc. laus 566.
Zebrzydowſcii Ducis gloria 567.
Zoilum omnia patiuntur 38.

GNOMON

Nobilium in hoc Tomo 2.

ALampi Rubieſs 655.
Alabis Rubieſs 655.
Andriewicz Rubieſs 655.
Arczyſſenſki Rola 628.
Arynek Lubicz 193.
Bábſki de Bábſko in Palat. Rauen. arm. Radwan, Erat vnus Cancell. Regni vt monumenta eorum referunt. Adamus Bábſki Bartholomaeum reliquit, qui habuit 6. filios Theophilum virum doctiſſimum & militem charum Cancell. Regni & Duci Supremo Zamoiſcio. Gabrielem qui ex Mieleſkowna, cuius duo filij Albertus & Alexand. vota paupertatis in Ord. S. Frãciſci elegerunt, Florianus, Staniſlaus, Petrus milites, Alexãdrum virum militarem occiſũs à Tartaris Camenecia in Podolia ſepultus. Eſt pro illo perpetua obligatio in Ord. Præd. Ludouicum & Ezechielem milites qui pro Patria in Valachia occubuerunt. Ex his Theophilus Gabriel & Alexand. in Podoliam tranſierant,
Balicki Oſtoia 375.
Balenſki Ogonczyk 334.
Báránowſki Lodzia 172.
Báránowſki Oſtoia 369.
Báránowſki Ráwicz 506.
Báworowſki Prus 2. 548.
Bártkowſki Przegonia 532.
Bártochowſki Rola 628.
Bártoſſowicz 90.
Bialynſki Lubicz 203.
Białobłocki Lubicz 199.
Białaczewſki Rola 628.
Blaſkowicki Odrowaz 311.
Błazenſki Pulkozyc 488.
Brándyſs Rádwan 570.
Bránicki Rádwan 573.
Brzeczeſki Pomian 468.
Bekowſki Lopoth 183.
Bębnowſki Odrowaz 314.
Beſki Prawdzicz 155.

Beldycki

Beldycki Prus 3. 556.
Bienkowſki Ladá 33.
Bierecki Lilia 1. 54.
Bielicki Pobog 438.
Biechowſki Ogonczyk 334.
Biernacki Roża 643.
Bietkowſki Prawdzic 511.
Bielewicz Mogiela 233.
Bielſki Prawdzic 515.
Bielunka Pogonia 449
Bielſki Ránycz 600.
Bieſtrzykowſki Prus 1. 543.
Błędzewſki Lubicz 202
Błędowſki Nałęcz 263.
Błędowſki Pułkozyc 489.
Brzezinſki Lubicz 201.
Brzezinſki Lábęć 11.
Brzeſki Okſza 339.
Bylinſki Lodzia 174.
Biſkupſki Lis 146.
Bylicki Pobog 436.
Bichowſki Mogiłá 234
Byſtrzenſki Nieczuia 274
Byſtrzam Prus 1. 544.
Blinowſki Oſtoia 368.
Borowſki Lubicz 200.
Bobolecki Lodzia 178.
Bozzykowſki Lodzia 174.
Borzenſki Lubicz 190.
Borchowſki Lubicz 197.
Borzechowſki Lubicz 199.
Boturzynſki Lzawá 48
Bodzanta Leliwá 71
Bobola Leliwá 78.
Boklowſki Oſoria 356.
Borowſki Pilawá 413.
Bokoinſki Piatyr 418.
Bogatek Pomian 467.
Borutha Nowiná 295.
Borkowſki Nowiná 296.
Botowiecki Ogonczyk 334.
Borucki Rola 628.
Boguſz Pułkozyc 482.
Borowſki Prus 1. 542.
Boguſławſki Prus 1. 544.
Bogucki Rawicz 586
Borzyſzewski Rawicz 600.
Borowski Lazanki, Hi in diuerſis Palatinatibus reperiuntur, poſt reſignationem Borowki bonorū in Crac. Palat. à bonis Lagiewniki notant Familiam. Ioannes poſt eximiam operam in Caſtris militaribus contracto matrimonio reliquit Adamum, Mathiam, Staniſlaum, Ioannem, Sigiſm. Iacobum & Andream, Adami erant filij Chriſtophor. Ioannes cum Duciminska reliquit filios 6. cum Zaduska tres,
Brocki Lodzia 174.
Brodowski Ladá 33.
Brzozowski Lilia 1. 55.
Bronowski Leliwá 81.
Brzozdowski Leliwá 83.
Broniewski Lewart 136.
Brodnicki Lodz 173.
Brochocki Oſoria 356.
Bromierski Pobog 436.
Broniſzewcki Pomian 463.
Brodelski Nabram 243.
Broniewski Ogonczyk 331.
Brozowiecki Odyniec 317.
Brzoska Nowiná 296.
Bloch Ogonczyk 331.
Błonski Nałęcz 2. 263.
Brochocki Prawdá 509.
Bucheżycki Lis 148.
Buſzkowski Oſoria 356.
Buczacki Pilawá 399.
Burzenski Pobog 434.
Bułath Ogonczyk 334.
Brudzinski Prawdzic 511.
Bzura Lis 141.
CHabowski Lubicz 198.
Chwalibog Nałęcz 2. 264.
Czarnocki Lis 143.
Czarniecki Lodz 176.
Czartoryski Lubicz in Lomzenſi Palat. & in Ruſſia, ex quibus aliqui cognominantur Borutowie, Sankowie, Bartkowie, Staniſlaus Aulicus & Secretarius Sereniſſ. Steph. Regis, reliquit filios Iacobum Venatorē Oſtrowneń. qui iam in M. D. Lithu. ſua domicilia conſtituerat, Mathiam & Albertum.
Czarnkowski Nałęcz 1. 245.
Charbicki Lazanki in Lenciciensi Palat. Mſciſlaum referunt Acta 1464. Filius eius Ioannes reliquit Nicolaum, qui cum Bykowska habuit Suentoſlaum, cuius filij Petrus Iudex Terræ Lencicień. qui cum Heduigi Tarnowska ſorore Archiepiſc. Gneſneń. reliquit Chriſtoph. Suffraganeum Vloclauienſem Petrus Caſtell. Brzezineń. eximius miles ante cum Myſzkowski, Stanislaus vir iudicio, pietate conſpicuus. Ioannes filius Monaſterium Monialium S. Brigittæ Socali fundauit. Stephanus Abbas Vachocenſis, ad Principes à Sigiſm. III. legatus, Paulus miles eximius, Tribunus Lēcicień. Staniſlaus in exteris nationibus collectā virtutem ſpecioſe illuſtrat.
Czarnotulski Ogonczyk 332
Czápla Rádwan 574
Chrzanowſki Roża 643.
Chrzanowſki Nowiná 295.
Chrzaſtowski Oſtoiá 376.
Cethner Przerowa 526.
Czelatycki Leliwá 83.
Czernikowski Oſtoia 366.
Czechowicz Oſtoiá 376.
Chebulká Oſtrzew Secret. Vitoldi Dlugoſſius ſub Anno 1419. Butrinus & Nicol. legati à M. D. Litu. ad Comitia Niepolomiceń. Bielſc. fol. 290.
Cętkowski Pobog 438.
Czerny Nowiná 292
Czerſki Ogonczyk 327.
Czechowski Okſza 342.
Czeczotká Prawdzie 519.
Czerminski Ramułt 579.
Czerski Rawicz 596.
Chleb Leliwá 89.
Chlebowicz Leliwá 89.
Chlebowski Lubicz 203.
Chebda Pomian 459.
Chelmicki Nałęcz 2. 258
Chlewicki Odrowaz 305.
Chreptowicz Odrowaz 316.

Chlebowski Roża 643.
Cieſielski Lubicz 203.
Cieſkowski Pilawá 414.
Cioſnowski Pomian 468.
Ciechecki Nałęcz 2. 262.
Cybulski Prawdzicz 511.
Cygánski Prus 1. 543.
Czyzowski Pobog 437.
Czykowski Radwan 569
Czyſta Rawicz 585.
Chynowski Rogálá 610.
Czywinski Puchałá 471.
Cieciſzowski Roch 2. 620.
Chyzynski Oſtoia 376.
Czobor Leliwá 102.
Chomętowski Lubicz 148.
Chomętowski Okßa 342.
Chomętowski Prus 1. 544.
Chomętowski Prus 2. 549.
Choiecki Lubicz 202
Choromanski Lubicz 201.
Chodkowski Oſtoia 373.
Chotecki Nábram 242.
Chocimowski Okßa 342
Chobrzewski Ráwicz 601.
Chorążyczewski Roch 2. 620.
Chotecki Roża 639.
Chromacki Lubicz 200.
Chrczonowski Pilawá 413.
Czubinski Leliwá 83.
Chmiel Nałęcz 2. 258.
Chwalkowski Prus 1. 544.
Dadźibog Pobog 438.
Dachowski Lodz 172.
Danielowicz Rola 632.
Dambski Leliwá 208
Dambrowski Nałęcz 2. 261.
Dambrowski Ogonczyk 334.
Dambrowski Rádwan 572
Dambrowski Pułkozyc 488
Dankowski Pułkozyc 488.
Dawidowski Prus 3. 557.
Dambrowski Roża 641.
Drwalewski Ogonczyk 333.
Drwalewski Przerowa 528.
Drakiewski Przyiaciel. 534.
Dębinski Odrowąz 311.
Dębinski Ráwicz 589.
Dergon Ráwicz 601.
Debski Prawdzic 514.
Dzierzek Nieczuiá 272.
Dzierzykray Nałęcz 1. 245.
Dziembowski Pomian 463.
Drzewiecki Ogonczyk 334
Dyſel Lilia 1. 54.
Dilagowski Nałęcz 2. 262.
Dimitrowski Nieczuiá 274.
Działynski Ogonczyk 325.
Dimitrowski Prus 1. 543.
Dougerd Lábęcz 15.
Dobrzyalowski Lubicz 197.
Dobromirski Oſtoiá 377.
Domaniewski Lubicz 200.
Dobrzyſzewski Ladá 33.
Domanski Lariſſa 41.
Doroboſtaiski Leliwá 92.
Domáracki Oſtoiá 375.
Domaſzewski Nieczuiá 274
Domáiowski Ogonczyk 335.
Domarath Okßa 342.
Dobiecki Ogonczyk 333.
Dobrzyniek Prus 3. 557.
Dobroſołowski Roża 643.
Dobrzelewski Roża 644.
Doruchowski Nieſobia 272.
Ex hac familia temporibus noſtris claruit Iacobus Doruchowski Referendarius Regni Archidiaconus Varſauien. Scholaſt. Lencicien. vir pietate, morum grauitate, iuris vtriusq; peritia, ſed potiſſimum in temeritate, iuſtitiæ obſeruantia, Regibus chariſſimus, populo gratiſſimus.
Dmochowski Pobog 437.
Dmoſycki Oſtoia 369
Drochocinski Nałęcz 2. 257
Dzwonowski Prawdzic 514.
Dunin Lábęć 6.
Dubaniewski Oſtoia 368.
Duſzewski Pobog 438.
Duracki Odrowąz 315.
Dulski Przegonia 531.
Dluski Pułkozyc 488.
Długoiewski Prus 1. 544.
Dłuzniewski Prus 3. 553.
Druſzkowski Prus 1. 544.
Faſzczowski Gierald 353.
Filipowski Pobog 434.
Firley Lewart 313.
Frikacz Nowina 395.
Fulko Lis 141.
Gaiewski Oſtoia 375.
Gáńkowski Oſtoia 376.
Gałęcki Prawdzic 518.
Garlicki Prus 1. 544.
Gáwronski Ráwicz 598
Gadowski Rola 632.
Garnyſz Roża 641.
Garkowski Roża 643.
Gládiſz Nieczuiá 274.
Glewski Oſtoia 376.
Gnatowski Ladá 33
Grábowski Pobog in Palat. Maſouiæ, & diſtrictu Ciechanouien. hæredes in Grábow. Ioannes Canonicus Gneſnen. & S. Michaelis in Arce Cancell. Rozrážewſcij Epiſcop. Vladislauien. Fratres illius Adamus & Simon vltimi filius Albertus Gneſnen. Poſnanien. Varſauien. Canonicus, Secr. S. R. M.
Gracki Ládá 33.
Grażimowski Lazanki 44
Granowski Leliwá 72.
Gradowski Lubicz 197.
Grabski Pomian 462.
Grabienski Pomian 468.
Gramacki Okßa 341.
Graiewski Oliwá 346.
Gradowski Prawdzic 516.
Gembarth Lazanki 44.
Gembicki Nałęcz 2. 256.
Giebułtowski Lis 142.
Gierald ab armis 353.
Giedzinski Prawdzic 514.
Gniewiewski Prus 1. 544
Gniewoſz Rawicz 594.
Głębocki Lubicz 203.
Gibowski Lazanki 44.
Giżycki Nałęcz 2. 258.
Giganski Nałęcz 2 263.
Giſzowski Nowina 289.
Glinski Lis 148.
Glinski Pomian 466.
Glinski Radwan 73.
Grzymyſłáwski Prus 1. 543

Grzybowski Prus 2. 549.
Grzymálá Morá 236.
Gołuchowski Leliwá 79 Christoph. de Czaſniki conſortem habuit Kowálska, I x Tyſarowska verò filij erant Andreas, Nicol. Christophorus, Filiæ conſortes Kuropátwá & Makowieckij Dapiferi Halicienſis.
Golski Rola 631.
Gołuchowski Lis 142.
Golinski Prawdzic 515.
Gołemkiowski Prawdzic 517.
Gołuski Przegonia 531.
Golinski Rawicz 592.
Gorski Roża 643.
Gorká Roziniec 646.
Goſlinski Przerowa 528
Goſtowski Prawdzic 516.
Goworowski Prus 1. 544
Goworek Rawicz 587.
Goſtomski Nałęcz 2. 256.
Goſláwski Nałęcz 2. 257.
Gomer Nowiná 284.
Gogolinski Rola 628.
Gorski Odrowaz 315.
Goſtricki Odrowaz 315.
Goſłowski Rola 628.
Gorzechowski Ogonczyk 327.
Godziſzewski Ogonczyk 330.
Gornicki Ogonczyk 334.
Gorynski Ogonczyk 334.
Goſláwski Okſza 340.
Gorlicki Okſza 341.
Gorski Lodz 173.
Gorkanski Leliwá 102.
Grodzicki Lada 33.
Gorzechowski Lubicz 200.
Goſlicki Lubicz 200
Grodowski Lis 143
Gloginski Oſtoia 375.
Grodziecki Ogonczyk 334.
Grodziecki Nałęcz 2. 257
Grodowski Pulkozyc 488
Gorazdowski Prawdzic 518.
Grotowski Przerowa 528.
Głowacki Prus 1. 544.
Groth Rawicz 593.
Grotowski Rawicz 598.
Grochowicki Roża 642.
Glowinski Roch 2. 619.
Glodowski Przegonia 532.
Guth Rawicz 601
Gumowski Rola 632.
Głuchowski Prus 2. 549.
Głuchowski Radwan 574
Głabicki Rola 631.
Grußecki Lubicz 199.
Hoſius Noga 280.
Horiſzenſki Nalecz 2. 261.
Hulewicz Nowina 297.
Hunorowſki Pogonia 4. 450.
Hunowſki Prawdzic 519.
Hlußanin Radwan 574.
Hlaſki Radwan 574.
Iaſkmanicki Leliwa 82.
Iakliſki Oſtoia 373.
Ianowſki Pilawa 413.
Iamentowicz Pobog 438.
Ianußowſki Pobog 438.
Iaranda Pomian 458.
Iargienſki Nalecz 2. 255
Iablonowſki Prus 3 553.
Iaſuntowſki Prus 3. 554.
Iakacki Radwan 570.
Iarzembienſki Radwan 574.
Iarocki Rawicz 595.
Iaktorowſki Roza 639.
Iaroslawſki Leliwa 66.
Ianikowſki de Ianikowice, diſtrictu Opoczenenſis arm. Iaſtrzelec, v. Moiſki.
Iamiolowſki Roza 642.
Iaroßkowſki Roza 644.
Iarochowſki Rola 627.
Ianußewſki Rola 628.
Ilowicki Lodz 171.
Ilowiecki Oſtoia 376.
Ilowiecki Nalecz 2. 261.
Ilowſki Prawdzic 516.
Ierzikowſki Oſtoia 369.
Ielo Piatyrog 417.
Iedlinſki Nabram 243.
Iendrzeiowſki Nalecz 2. 261.
Iezierſki Prus 249.
Ieziorkowſki Radwan 572.
Iezewſki Prus 1. 542.
Ieziorkowſki Rawicz 597.
Iwienſki Lodz 171.
Iwanowſki Lodz 178.
Iwanicki Pelnia 388.
Iundzil Labec. 14.
Iulewſki Prus 1. 544.
Izbienſki Roza 639.
Kaiwicki Labec 10.
Kraienſki Labec 10.
Kamienowoiſki Labec 11.
Kanigowſki Lis 148.
Karlinſki Oſtoia 365.
Karapczewſki Oſtoia 366.
Kargowſki Oſtoia 375.
Kaweczinſki Oſtoia. 375.
Kamieniecki Pilawa 396.
Kaſinowſki Nalecz 261.
Kadzialowſki Ogonczyk 323.
Karwowſki Pnienia 496.
Kadlubek Prus 548.
Karniſki Prus 557.
Karſki Radwan 573.
Karwowſki Rawic 600.
Kamienſki Rawicz 600.
Kraſicki Rogala 609.
Kraiowſki Leliwa 101.
Kraſuſki Nieczuia 274.
Kraſuſki Nowina 289. 292.
Kſiaznicki Oſtoia 377
Klaiowſki Pogonia 449
Krwacki Lewart 136.
Kwiatkowſki Nowina 294.
Kſieſki Lodz 172. Krzeſinſki Lodz 174.
Kiewlicz Leliwa 83.
Krzeſki Leliwa 102.
Krzeß Oſtoia 361.
Krepſki Oſtoia 368.
Kierznienſki Pobog 438.
Kielgenſki Pomian 468.
Kielbaſa Nalecz 259.
Krzeſinſki Nieczuia 274.
Kiemlicz Rawicz 600.
Kiempinſki Nieſobia 277.
Kielpinſki Rogala 619.
Krzeczeſki Rola 631.
Krepſki Roza 644.
Krzepicki Roza 644.
Krzechowſki Rola 628.
Krzicki Lubitz 199.
Krzywonowſki Lubicz 202.
Kiſſki Leliwa 101.
Kwilenſki Lis 143.
Kliczkowſki Pilawa 413.
Kilianowſki Pobog 434.
Kriſtoporſki Nowina 288.
Krzißkowſki Odrowaz 315.
Kriſki Prawdzic 503.
Krinſki Przegonia 532.
Kliſkowſki Prus 544.
Klicki Prus 544.
Kloczewſki Rawicz. 600.
Koſciuk Roch 620.
Komornicki Lodz 172.
Kokorzinſki Lodz 173.
Kobylonſki Lodz 174.
Kobierzycki Korab Lodz 180.
Kobylnicki Rola 632.

Kloſowſki Rola 632.
Kocbanſki Rola 632.
Koldowſki Lodz 2. Koreb 181.
Kowinſki Labec 11.
Koziicki Labec 16.
Koziska Labec 16.
Kowalewſki Lada 33.
Kopyſtinſki Leliwa 101.
Konarſki Lewart 136.
Kobierzycki de Kobierzycko Pomian in Palat. Sierad. Ex his Stanislaus Pocillator Caliſienſis Legatus ad Niderlandiam fuit. 467.
Konracki Oſoria 356.
Kozmienſki Oſloia 368
Komzycki Oſtoia 375.
Kociel Pelikan 419.
Koniecpolſki Pobog 428
Koſobucki Pobog. 435.
Konarzewſki Pobog 435.
Koludzki Pomian 465.
Kozub Mora 236.
Konopacki Mur 238.
Kobierzycki Nalecz 258.
Korzeniowſki Nalecz 263.
Komorowſki Rola 628.
Korzan Nalecz 264.
Korbowſki Nieczuia 274.
Koziel Nowina 294.
Konopka Nowina 289.
Konarzowſki Nowina 294.
Kowalewſki Nowina 296.
Koznicki Nowina 296.
Kontecki Odrowaz 302.
Koſcielecki Ogonczyk 321.
Korlinſki Ogonczyk 333.
Kotarſki Poraia 496.
Koklewſki Prawdzic 516.
Kowalewſki Przegonia 532.
Korycki Prus 544.
Korewicki Prus 556.
Kowalewſki Prus 557.
Kowalewſki Radwan 571.
Kocban Rawicz. 585.
Kozielſki Rola 625.
Koſinſki Rawicz - 6[illegible]0.
Kozmirſki Roza. 639.
Kocielkowſki Korab Lodz 2 in Palat. Syradien. in Kocielki haredes Stanislaus vir conſilio & iudicio grauis, in Comitijs Prouincialibus, ex Dorothea Dobrzycka arm. Breg, cuius filius Ioann. ex Anna Wolinſka reliquit Marcianum, qui ex Otocka armorum Prus eius filius Sigiſm. Cancellarius, filia vero Deſiderij Tarnowſki Venatoris Lenciciensis. Iacobus autem Stanislai frater ex Iwanſka reliquit Andream qui ex Glinecka filium virum doctum reliquerat habuit in conſortem Radnickam Ioannem reliquit & Andr. alij in Moſchouia occiſi.
Kloſienſki Lubicz 202.
Klodnicki Lada 24.
Klomnicki Okſza 341.
Klobukowſki Okſza 341.
Klokocki Nalecz 200.
Klonicki Niezgoda 279.
Kloczewſki Rawicz 600.
Kloſowſki Rola 632.
Klopſki Pomian 468.
Kucharſki Prawdzic 516
Kukalſki Prawdzic 517.
Kuroſſ Rawicz 597.
Kuczewſki Roza 643.
Kucharſki Rola 625.
Kumorſki Lodz 173.
Kunczewicz Labec 15.
Kunaiewſki Leliwa 90.
Kutilowſki Lis 148. Kuniowſki Piatyr 417.
Kutlenſki Pobog 438.
Kurzanſki Odrowaz 314.
Kuczynſki Ogonczyk 327.
Kuczborſki Ogonczyk 324.
Kurowſki Nalecz 263
Kuropatnicki Nieczuia 274.
Kruſzynſki de Kruſzenica dicta Smiotanki in Plocen. Pal. arm. Pobog venit ex Szamotiis ſicut priuilegium Vladisl. D. Maſouia datum Nicolao Szamota de Kruſzenica & poſteris eis 1435. Quod confirmauit Ser. Sig. Auguſt. Ioan. Valent. Iacobo, Adamo Kruſzenſcijs 1559. Iacobus miles eximius, contracto matrimonio cum Dorothea Otteluſowna Reliquit tres filios Laurentium & quatuor filias. Eximia dum in caſtris declarauit opera continuato vinculo ſacramenti cum Hedwigi Noropirſka qui reliquit Ioa. militem ad Chotinum cum Duce in Czartoryſko Georgio pugnando occubuit. 2. fil. Iacobi Gerg. totus caſtris & trophæis deditus ſub ſignis bellicis Principis tūc Pol. Vlad. moderni Ser. Regis eximius miles obtinuit Rotmag. per annos 16 multis expeditionibus clarus. Expediuit legationem à Ser. Rege Sigiſ. 3. ad Imper. Turcarū ex caſtris Pruthen. peractis vero inducijs ad Seuerinum cū Pruthenis cōſtituit ipſum exercitus exteri Oberſterum ſexcentorum hominū. Demum à Ser. Rege Vlad. IV. in Turciā legatus licet detentus fuerit per 25 hebdomadas, tamē omnia perfecit cū honore Regis & Regni. Pugnauit cum Tartaris & Coſacis rebellibus ſæpius cū vero in Louanio moraretur cum filio Ill. D. Caſtell. Crac. habuit mandatū vt contra Turcas exercitū extraneum colligeret deduceretq;. Habuit pro bene meritis in Podolia quædā bon. conceſſa cum Dapiferatu Podol. coniuges ſua prima Magdalena Wilkowſka altera Dorothea Belzecka 5 filius Iacobi Daniel dux copiarū in exercitu Imper. Chriſtiani. Albertus horum patruelis Chriſtoph. ex Ioāne in Pruſſia vices gerens Rothmag. in bello amiſit manum. Extant alij eximij milites
Kruſzynſki Pomian 469.
Laski ab armis 20. Ex Theodore magno militum Trib. ad Kircbol. & alibi, filius Ioan. Alphon. ex Sucam. Vilnen. Caſtell. Minſcen. tunc Samogitiæ Ciuonius Birzinaken. Capit. Radunſc. Fundator Ordin. Prædicat. in Aula alta.
Lada ab armis 24.
Lariſſa ab armis 43.
Lazowſki Krzywda 46
Laski Lis 146 Lazewſcij Lada
Lapczynſki ab armis 88.
Lachowſki Pilawa 40.
Laſkowſki Leliwa 101.
Lawſki Pobog 438.
Lanecki Pobog 438.
Laſek Pomian 458.
Lawſki Pomian 466.
Labecki Lodz 157.
Laganowſki Nowina 294.
Laſcz Prawdzic 509.
Latalſki Prawdzic 502.
Laſewſki Prawdzic 304.
Laſczewſki Prawdzic 517.
Lazniewſki Prawdzic 518.
Laiota Rawicz 588.
Laskowſki Roza 644.
Legnicenſes Duces 41.
Lewonia Lilia 55.
Lekowſki Lubicz 209.
Leſki Oſloia 368
Letowſki Oſtrzew 381.
Lekawſki Pobog 437.
Lezenſki Nalecz 254.
Lekinſki Nalecz 255.
Leſiecki Nalecz 261.
Leganſki Nowina 294.
Letowſki Ogonczyk 334.

Letkowſki

Leſkowſki Ogonczyk 334.
Leſniewicz Pułkozyc 489
Leſʒczyńſki Radwan 573.
Leſmowolſki Roch 617.
Lipſki Lada 24.
Lyſakowſki Leliwa 81.
Liſowſki Leliwa 100.
Lyſakowſki Lubicz 198.
Lipicki Lis 146.
Liſowſki Lis 146.
Liſowſki Lubicz 201.
Liebnowſki Pilawa 413.
Liebtanſki Pokora 452.
Lippi Nałęcz 264.
Lipſki Lubicz 202.
Ligęza Pułkozyc 478.
Liſowſki Przegonia 532.
Lipicki Rawicz 586.
Linowſki Rawicz 596.
Loginſki Leliwa 82.
Lodzia ab armis 157.
Lewecki Nałęcz 257.
Loknicki Nieczuia 273.
Loſcſinſki Prus 543.
Lodzinſki Radwan 571.
Lopka Rogala 610.
Loza Korab 181.
Lopoth 183. Lopienſki Lubicz 203.
Loſiatinſki 185.
Lozynſki Lubicz propriè ſunt Loſiatinſcij, ſed à Loziniy in Ruſſia dicti Lozinſcij Petri filij Thomas, Procop. Ioannes, Simon. Filius Procopij Hieronymus milites eximij.
Luba Lubicz 200.
Lukowſki Lazanki 44.
Lukocz 209. Luzanſki 211.
Lubar 204 Lucenſes Duces 205
Lucomlenſes Duces 206.
Lubochowſki Oſtoia 376.
Lubienſki Pomian 459.
Lukanſki Nieczuia 274.
Lukanſki Radwan 572
Lubanſki Radwan 574.
Lubieniek Rola 627.
Lublicki Rola 627.
Lugowſki Lubicz 197.
MAtyſʒewicz Labęc 16.
Madalenſki Lariſſa 41.
Markuſʒewſki Lewart 136.
Maluzenſki Lis 148.
Maleczkowſki Oſtoia 368.
Marchocki Oſtoia 368.
Malinowſki Pobog 438.
Malawſki Pomian 466.
Makowiecki Pomian 468.
Malochowſki Nałęcz 259.
Maſʒewſki Nowina 295.
Magnuſʒewſki Radwan 570.
Makoſiey Prawdzic 518.
Mlacki Prus 556.
Miaſʒkowſki Leliwa 101.
Makowiecki Lubicz 193.
Makarowicz 217. Maſalſki 220.
Meglewſki Lewart 136.
Mierzenſki Leliwa 101.
Mieſʒkowſki Lis 148.
Mienich Lodz 178.
Miedzwiecki Pobog 438
Mieſʒkowſki Mora 236.
Mielzinſki Nowina 294.
Mieſʒkowſki Odrewaz 315.
Miedzwiecki Okſʒa 342.
Mietelſcij in Mietel in Palat. Sendom. armorum Oſtoia Quorum quia numeroſa propago in vno pago, diuerſa cognomina ſortiti ſunt vocantur Skrobotij à Skrobaczovv, Galkouij, Kiwirouij. Chorkij, &c. Ioannes dictus Skrobot bona acquiſiuit ab Anna Pauli de Pęczłavvice, poſt nobilem Bakovvicz Anno 1499. Ex Chomętowſka reliquit Petrum militem in Liuonia, qui ex Nagorſka reliquit Martinum & Chriſtophorum, Hic ex Kozarowſka reliquit Balthaſarum militem, cum Comite in Tarnow Michaele, Martinus verò miles in Pruſſia cum Bromicka tenet matrimonium, Chriſtophori autem filius ex Witosławſka, Hieronymus tenet matrimonium cum Zaduſka. Hi verò Mietelſcij qui ſunt in Pocutia ex Chorcijs procedunt.
Melgiewſki Rawicz 597.
Męczynſki Rawicz 597.
Męczynſki Rożà 642.
Miemczewſki Radwan 573
Mniewſki Ogonczyk 319.
Michowſki Lis 241.
Mikolaiowſki Lis 146.
Myſłowſki Puchała 471.
Mikulinſki 226.
Mirowſki Nieſobia 277.
Minocki Nowina 289.
Minkowſki Niezgoda 279.
Myſlakowſki Ogonczyk 317.
Miroslawſki Ogonczyk 334.
Minor Pułkozyc 488.
Mikołaiowſki Pułkozyc 488
Miſiewſki Prawdzic 518.
Michalczewſki Prus 544
Myślecki Prus 549.
Minſki Prus 553.
Mikulowſki Rawicz 597.
Michowſki Rawicz 599.
Minigal Rawicz 601.
Minſki Rola 632.
Michałowſki Roża
Mikorſki Roża 694.
Mnichowſki Lis 143.
Mniſʒewſki Lubicz 201.
Moczarſki Lada 34.
Modliſʒewſki Labęc 10.
Monuid Leliwa 88.
Morſtin Leliwa 79.
Moiſki Lazanki ſeu Iaſtrzebiec eiuſdem diuiſionis cum Ianikowſcis in Opocnenſi diſtrictu. Paulus eximius miles cum Sereniſſ. Rege Adalberto in Valachia pugnando occubuit in Bucouienſi clade. Nunc Notarius eſt ex illis Terræ Halicien. Nicolaus reliquit duos filios milites cum Stzizowſka Stephanum & Chriſtophorum Alij nempe Daniel in Moſchouia occubuit, Lucas & Ioannes in Cecora cum Zołkieuio.
Moſczinſki Lodz 174.
Moſcinſki Lodz 175.
Moſkorzewſki Pilavva 395
Modrzeiowſki Oſtoia 369.
Mormilo Piatyr 418.
Mohyla 219 Modlſki Nałęcz 257.
Morawiac Ogonczyk 334.
Mioduſki Radwan 533.
Mroczkowſki Prus 557.
Mrozowicki 554.
Mlodecki Pułkozyc 488.
Mlodaſki Murdelio 240.
Mloſʒewſki Novvina 295.
Minionſki Odrowoz 315.
Mlodzinſki Lubicz 202.
Mlotkowſki Leliwa 102.
Murzynowſki Lubicz 200.
Muchowiecki Pobog 438.
Murdelio 240.
Murzynowſki Ogonczyk 327.
NAgora Lazanki 43.
Nagorka Oſtoia 374.
Nałęcz 258. Napiwon 266
Narembſki Nowina 294.
Naſielowſki Pułkozyc 489
Nakwaſki Prus 548.
Napiorkowſki Prus 557.
Nadarzynſki Radwan 568
Nemir Lazanki 43.
Nemira Lazanki 43.
Nemirowicz Lazanki 43.
Nemiera Mieſʒaniec 223.
Nevvlin 267.

 Niezaby-

Niezabytovvſki Lubicz 198.
Nieborſki Lubicz 204.
Nievvieß Pomian 459.
Nieſſkovvſki Mora 236.
Niezuia 271, Niemczyk 275
Nievvieſki Novvina 294
Niedzvvicki Ogonczyk 333.
Niedzvviecki Ogonczyk 335.
Nievviarovvſki Pulkozyc 480
Nieborovvſki Pravvdzic 513.
Nievvieſcinſki Pravvdzic 531.
Nieſulkovvſki Ravvicz 592.
Niekmierovvſki Roza 643.
Nieborſki Pravvdzic 513
Nieznanovvſki de Nieznanovvice in Palat. Sendomir. & Cracou. Sebaſtianus ex Ioanne miles filius eius Ioannes Camerar. Card. Barberini.
Niemenſki Lelivva 83.
Niemenſki Nalecz 257.
Noſkovvſki Lada 26
Novvicki 349.
Novvodvvorſki Nalecz 255.
Novvina 284.
Novvoſielecki 298.
Novvovvieyſki Pulkozyc 488.
Noſielſki Pravvdzic 515.
Nozovvſki Ravvicz 601.
OWadovvſki Labec 11.
Opalinſki Lodz 263
Oliarzevvſki Lis 148.
Obrapalſki miles eximius & Caſtri Vinnicenſis titularis.
Oblakovvſki Pulkozyc 488.
Opacki Prus 556.
Ozarovvſki Ravvicz 594.
Oſendovvſki Lis 144.
Olſzevvſki Lis 147.
Orzenſki Lubicz. 201.
Oſiovvſki 350.
Olevvinſki Oſtoia 377.
Oſtrzevv 380.
Oſiecki Pomian 469.
Obiezierſki Nalecz 261.
Orzechovvſki Okßa 341.
Olelkovvicz Dux 344.
Orzel Prus 544.
Oleſnicki Radvvan 571.
Okecki Radvvan 572.
Otrebus Ravvicz 586.
Odziviec 90 316.
Orlicki Novvina 294.
Odrzyvvolſki Nalecz 259.
Obrzycki Prus 543.
Oborſki Roch 619.
Oſtrvvinſki Prus 556.
Oſtrovvſki Ravvicz 597.
Okelſki Ravvicz 600
Oſſovvſki Rola 631
Oſvviany Rola 632.
Ozga Ravvicz 586.
Oſvvietcim Radvvan 571.
Oſtrorog Nalecz 201. 252.
Oſtrovvſki Nalecz 260.
Oborſki Nalecz 262.
Orzechovvſki Nalecz 262.
Oſtorvſki Niezuia 274.
Ochocki Novvina 297.
Odrovvaz 301. Oſſoria 354
Oſtoia 359.
Oſtromecki Pomian 469.
Oſtrovvſki Lelivva 80.
PAC Lilia 50.
Pavvlovvſki Lilia 61.
Papiſki qui proprie Dobek, ſed à bonis Papieſki nominatus armor. Laſzczic. Stanislaus Stanislai in Podoliam miles venit, & contracto matrimonio cum Wilkovvſka ſuſcepit filium Gaſparum militem eximium, qui in Moſchouia occiſus, Camenetiae apud F. Praedicat. quibus villam Cibulovvce fundauerat pater ſuus, ſepultus quieſcit.
Parczevvſki Nalecz 263.
Padnievvſki Novvina 286.
Paſinſki Novvina 296.
Pariß Pravvdzic 510.
Palucki Pravvdzic 516.
Pakoslavvſki Pravvdzic 519.
Pacholovviecki Pſkovvczyk 558
Paluſki Roza 644.
Paganovvſki Odrovvaz 3·4
Paczynſki Ogonczyk 330.
Paczenſki Ogonczyk 334
Patul Ogonczyk 335.
Praſki Niezuia 274.
Przadzievvſki Novvina 294.
Przanovvſki Novvina 295.
Piaſecki Lilia 553
Pavvlovvſki Lilia 81
Pempovvſki Lilia 55.
Pelka Lis 141.
Pekovvſki Oſtoia 368
Pelka Mießkowiec 223.
Pieczyngorvie Lis 1·8.
Pieczmovvſki Korab 179.
Pieleßevvicz 414.
Przetocki Nalecz 264.
Przerebſki Novvina 284.
Przedvvoyſki Odrovvaz 314.
Przerovva 526.
Pielſki Przerovva. 528.
Przegonia 531
Przezbovvſki Prus 549
Peperzynſki Radvvan 568.
Pelka Radvvan 572.
Piemazek Odrovvaz 311.
Pielßovvſki Nabram 243
Pietraßevvſki Radvvan 574
Przemſki Ravvicz 592.
Pierſchala Roch 616.
Przedborovvſki Roza 644.
Pilecki Lelivva 72.
Piglovvſki Lelivva 98.
Piszkovvſki Lubicz 199.
Pilavvſki Oſtoia 375.
Piotrovvicz 412.
Przyſiecki Novvina 295.
Piecovvſki Novvina 295.
Pilchovvſki Novvina 295.
Pilath Novvina 295.
Pikarſki Pulkozyc 485.
Pivvo Pravvdzic 518.
Przyiaciel 534.
Przyſzlovvſki Labec 11.
Przypkovvſki Radvvan 569.
Przyzemſki Ravvicz 592.
Piekarſki Rola 628.
Plichta Pulkozyc 483.
Polubinſki Lazanki 43. 492.
Ponikovvſki Lilia 55.
Poſtumienſki Lis 142.
Podvvedovvſki Lodz 172.
Ponienſki Lodz 174.
Ponikievvſki Lubicz 101.
Podvvyſocki Oſtoia 375.
Potocki Pilavva 400.
Piotrovvicz 421. Pobog 427
Polanovvſki Pobog 434.
Popovvſki Pobog 438.
Pociey 440. Poſtolſki 441
Podolſki Nalecz Haeredes in Podolino. Ante vocabantur Domaſlavvſki, ſed à bonis Podolino vocati Podolſcij in Pal. Caliſien. Albertus cum Svvierczevvſka armor. Lodz reliquit 3. filios Barthol. qui ex Sophia Moßynſka ſuſcepit Alexandr. eximium militem, in praemium à Sereniſſ. Rege accepit bona Laſki, conſors ſua Catharina Orchovvſka reliquit Andream Canonic. Premislien. virum pietate religioſum, & in iure Canonico & nobili bene verſatum, pluries Iudex Tribunalis Regni ob rectos mores & alias virtutes eligitur. Alter filius Albertus. Secundus verò filius Alberti primi Petrus vna cum Bartholomeo militando in Confinibus Regni ſua domicilia conſtituit in Premislien.

slien. Terra, reliquit filios Alexandrum, Andream, Samuel. Sigiſm. Ioannes tertius illorum frater in Podolino remanſit.
Pokora 452. Polotynſki 453.
Plonkowſki Pomian 468.
Porembſki Nabram 243.
Popielſki Nałęcz 260.
Popowſki Nałęcz 261.
Podkocki Nałęcz 263.
Popowſki Nowina 289.
Płoſowſki Odrowąz 314.
Powała Ogonczyk 333.
Potrykowſki Pułkozyc 488.
Poczernicki Prawdzic 516.
Poſienicki Prawdżic 517.
Policki Prawdzic 518. Proſna 522
Proſtek Lubicz 201.
Plonſki Prus 543.
Podleſki Prus 545.
Pokoßewſki Radwan 572.
Prokowſki Radwan 572.
Poray 636. Pſtrokonſki Roza 640
Podleſki Nowina reliquit Lucam, Stanislaum, Martinum, & Reginam Monialem in Zwierzyniec, alia Dubiſzij & Pomianowſcii conſortes.
Pruſki Leliwa 101.
Puklatecki Pomian 466
Puchała 471.
Prunſcenſes Duces 535.
Prußkowſki 557. Prus 539.
Pruſinſki Rawicz 597.
RAiecki Labęć 11.
Radoſtomſki Lada 33.
Radonſki Lada 33.
Radżiminſki Lis 148.
Radżienſki Lodż. 143.
Radlicki Korab 181.
Raiſki Korab 182.
Raczenſki Lubicz 200.
Radżiminſki Lubicz 202.
Rakonſki Lubicz 203.
Raczynſki Nałęcz 262.
Radżicki Nałęcz 262.
Radzanowſki Prawdżic 504.
Raczkowſſki Prus 542.
Radominski Prus 549.
Radwan 564.
Rakowski Radwan 572.
Radomski 576. Radżic 576.
Ramult 578. Ratult 581.
Rawicz 585. Rarowski Rbor 623
Radżinski Roża 644.
Rędżina Lada 33.
Rzewuski Lazowskich 46.
Rebelinski Lubicz 193.
Replinski Pogonia 449.
Rey Okßa 340.
Reſczenski Prawdżic 592.
Ręczaiski Rogalá 610.
Rzeßenski Rola 631.
Ridżinſki Lilia 60.
Rikowski Leliwa 83.
Rilski Oſtoia 377.
Ryminski Pobog 438.
Rynaczewski Prawda 513.
Rybienski Radwan 568.
Rpinski Radwan 578.
Rożynski D. 652.
Roßkowski Lodż 169.
Rozycki Lubicz 200.
Rokicki Lubicz 204.
Rokoß Oſtoia 367.
Roguski Oſtoia 378.
Rokßycki Pobog 432.
Rokoß Pułkonia 472.
Rogowski Nabram 243.
Roſtworowski Nałęcz. 261.
Rogaski Nałęcz 262.
Roznowski Nowina 295.
Roskowski Ogonczyk 332.
Roznowski Ogonczyk 333.
Roſtkowski Frzima 496.
Rokolnicki Prawdżic 515.
Rokotowki Prus 544.
Roſochacki Prus 556
Rokicki Rawicz 386.
Regalá 608.
Rogalewski Rogala 609.
Rbor 622. Roſiniec 646.
Rola 626 Rogaski 63.
Rożycki Rola 641.
Ruchowski Labęć 11.
Rudnicki Lis 141.
Ruczycki Pobog 436.
Ruſian Nałęcz 258
Rumowski Nałęcz 262.
Ruchowski Okßa 341.
Rudowki Prus 549.
Rudżienski Prus 549.
Ruśiecki Rawicz 596.
Rudżinski Rawicz 600.
SApiecha Lis 149
Starkowiecki Lodż 172
Szkalowski Lodż 174.
Sabkowski Lodż 174.
Stawicki Lubicz 190.
Samek Lubicz 201.
Stano Lilia 52.
Spławski Leliwa 78.
Starzechowski Leliwa 82.
Sapach Leo 106.
Starzeski Oſtoia 375.
Stachera Oſtoia 375.
Staniſławski Pilawa 410.
Strzałkowski Oſtoia 375.
Sado Pogonia 449.
Sak Pomian 468.
Stankiewicz Mogiłá
Sławski Mora 236.
Samotulski Nałęcz 250.
Sadokierski Nałęcz 258.
Sadowski Nałęcz 261.
Swaryßewski Nałęcz 262.
Starzechowski Nieczuia 271.
Slanka Nieczuia 274.
Sadlenski Nieczuia 274.
Swarcz Nowina 292.
Slachcinski Nowina 295.
Sladkowski Nowina 296. Eiuſdem cognominis eſt modo primo Suffraganeus Sladkowski cuius germanus eximius quoq; Rothmag. fuerat in Pruſſ. & cótra Tartar.
Sawicki Nowina 296.
Staroſielski Ogonczyk 334.
Skartienski Ogonczyk 334.
Sangaw Ogonczyk 335.
Sławkowski Radwan 572.
Stanisławski Radwan 572.
Samborecki Rawicz 594.
Skarßewski Radwan 572.
Staniſzewski 437.
Staniſławski Rola 628.
Sadkowski Rola 632.
Stawiß Pułkożic 477.
Stamirowski Pułkożic 486.
Strzałkowski Pułkożic 488.
Starczowski Pnicima 496.
Sczawinski Prawdżic 504.
Smarzewski Prawdżic 513.
Symakowski Prawdżic 516.

Szamowski Prus 54.
Stradomski Prus 541.
Swarocki Prus 543.
Strzalkowski Roża 643.
Siemaſſko Labęć 15.
Sieniawski Leliwa 73.
Streikowski Leliwa 81.
Sczepiecki Leliwa 82.
Sredzinski Leliwa 83.
Szemeth 90. Sierpski Leliwa 101.
Schemberg Leo 104.
Sędzicki Lubicz 199.
Sierakowski Lubicz 199.
Szerokowski Lubicz 200.
Siemichowski Gierald 353.
Sędzinski Pielgrzym 420.
Strzeſſewski Pobog 437.
Stephanowicz Pogonia 450.
Sieroſicwski Nabram 243.
Snieſſek Nieczuia 274
Snieſſkowski Nieczuia 274.
Szczkoczki Odrowaz 316.
Sierakowski Ogonczyk 327.
Sieczkowski Ogonczyk 334.
Siewierski Ogonczyk 334.
Strzelecki Okſſa 339.
Sieryn Okno 344.
Siedlecki Rawicz 596.
Siecinski Regala 609.
Sielski Lubicz 201.
Stężycki Rola 631.
Swientoſławski Rola 628.
Sępichowski Pulkożic 488.
Sierpski 502.
Sękowski Prawdżic 517.
Sierakowski Prawdżic 518.
Sczepanowski Prus 539.
Strzeſſewski Lubicz 203.
Sczyt Lazanki 44.
Skrzinski Labeć 17.
Szydłowiecki Lubicz 189.
Sikorski Lis 143.
Smigielski Lodź 172.
Swinski Lubicz 200.
Swiderski Lubicz 201.
Szyſſkowski Oſtoia 361.
Stybichen 472. 489.
Szypniewski Odrowaz 316.
Skrzypczynski Ogonczyk 333.
Skrzynſki Lada
Szydłowski Rawicz 601.
Scieczenski Rola 601.
Swinarski Roza 643.
Swiderski Pulkożic
Szymakowski Prawdżic 516.
Smitrowski Prawdżic 518.
Spinek Prus 541.
Sobolewski Lada 33.
Srokowski Lazanki 44.
Szołdrſki Lodź aliqui notant familiã de Sorazdow alij de Szoldrey in maiori Pol. vetuſtiſſ. familia. Inter cætera quæ hanc illuſtr. familiam illuſtrat eſt, quod regibus ſemper fuerint fideles & patriæ, atq; ab Orthodoxa fide nunquã errantes Stanisla. Szołdrſki in Czępin heres reliquit filiũ Andreã Epiſc. Chyon. mox Praemodo Poſnan. Hic primum fuit Sigiſ. 3. Secr. tum Vlad. 4 tunc Principis Cancel per 20. & vltra annos. In expeditionibus Moſchouit. Turcicis ad Chot. Cõcs fuit. Hinc Prepoſ. Gneſnen. Poſnan. Cruſuic. Cantor Crac. Decanus Louic. Scolaſt. Lencicien. Demũ Ser. Princ. Io. Alb. S R E. Card. Epiſc. Crac. datus pro Cancell. cũ quo & peregrinationẽ ad viſitãda limina Apoſtol. ſuſceperat. Frater eius germanus Matthias de Szołdry Not. Ter. Poſn. cuius filius Stanisl. Pincerna Caliſ. vir multoties in iudicio Tribun. Reg. & in Comitijs ſuſtinuit Prouinciam, ſapienti conſilio. Io. Patruelis frat. Caſtel. Siechou. qui dũ filios Patriæ cõſecrauit & Caſtris militaribus Alexand. in Pruſſica expeditione cõtra Guſtauũ Andreas cõtra rebelles Coſacos pugnãdo occubuerunt. Alij fratres patrueles in Caliſ. Pal. domicilia ſua conſtituerũt de bis fol. 172.
Sokołowski Lilia 55.
Solomierecki 90.
Sokołowſki Korab 179.
Sobocki 147.
Smogorzewski Lodź 174.
Slonecki Gierald 354.
Stobiecki Oſtoia 374.
Solecki Oſtoia 375.
Smoſſewski Oſtoia 376.
Słoſlowski Pilawa 413.
Sokołowſki Pomian 465.
Słuch Mogiła 234.
Sokoł Lilia 55.
Szorc Mora 236.
Socha Nałęcz 259.
Soſnowſki Nałęcz 262.
Sroczycki Nowina 294.
Skoczki Nowina 295.
Sokolowski Rola 628.
Snopkowski Rawicz 594.
Sworski Leliwa 101.
Skowieski Rawicz 598.
Solomierecki Rawicz 601.
Skolnicki Rola 632.
Strozewski Prawdżic 517.
Sołobub Prawdżic 518.
Sobor Prus 553.
Sobieski Roża 643.
Skotnicki Roża 644.
Służowiecki Lada 33.
Służewski Lodź 174.
Sulkowski Lodź 178.
Słuſſka Oſtoia 369.
Surguth Gierald. 354.
Sutkowski Pobog 437.
Suchodolski Pobog 438.
Suski Pomian 466.
Suski Nałęcz 262.
Służewski Radwan 572.
Suchozebski Radwan 574.
Szuliſſewski Rawicz 596.
Skulski Rogala 610.
Sczucki Pobog. Ioan Simonis d Eli Pruſſa, reliquit fil. Stanisl. Sebaſt. qui ad annũ ætat. 70. continuus in Caſtris contra Tart. Moſchos eorumq; Duces Maſtrukũ & Lucomũ, à Tartaris ad Ieſupole occubuit. Sepult9 in Ieſupole Io. Notar. Caſtren. Lukou. poſt ibid. Prepoſit. & Georg. Parochũ Staniſlai filij, Stan. miles & Mart. Ioã. Zamoyski Cancell. Ei9 filij 4 Stanisl. Secr. R. M. Sig 3 Aulic9 Ser. Annæ Reginæ Sueciæ in lite-

ris & moribus in Gallia, Germania, Italia educatus ad Paul. 5. Pont. legatus Thoma Zamo.ski Cap. Knyſineń. Dux Peregrinationis ad Regē Gallor. Ludouicū 3. cum Abbate Pokrzyw. Nicol. Gniewoz Cōes & poſt annū ipſe quoq; legatus in Galliam fuit ex Sophia Brzeska 6 filios ſuſcepit.
Studźienski Prus 543.
Slubicki Prus 544.
Sucbęcki Roża 644.
Tanski Nałęcz 263.
Talwoſz Labęć 13.
Tarnowski Leliwa 67.
Taczalski Lodź 174.
Trabski Prawdźic 509.
Tabaſzowski Prus 573.
Tarnowski Rola 627.
Trzećiecki Lewart. 136.
Terawki Oſoria 356.
Telinski Oſtoia 376.
Trzebienski Iaſtrżebiec Martinus Rotbmag. 1520. & Trib. militiæ 2. millia Tartar. fud t inquit Vaponius, Nicol. iudicio & gladio maiorūdecor poſterit iti rel quit exemplū Stanisl. ſuus fil. nō degener parenti, qui ſicut progenitor à Sig ſ.i.ita ille a Sigiſ Aug. Rege retulit pro meritis glorioſa præmia, Alexan. filiꝰ Stanisl. exultam indolē literis iure & iuſtitia in altos deduxit gradus, nā Succam. Ter Leopol. ad Amuratbē Turc. Imper. Legatꝰ tyrannicū eius in regnū aff. ctum audaci retruſit reſponſo; Reliquit fil. Petr. & Mart. ſed in flore adoleſcentiæ ad Superos translati. Optimꝰ verò patriȷ boni promotor illorū parens. ad ſpiritualem vitā diſpoſuit animū Inde Cancell. Principiſſæ Pol tum Abbas perpetuuſq; adminiſtrator Andreouiæ Decrū Epiſc. Premisl. & Procancell. Regni.
Trzebuchowſki Ogonczyk 332.
Trzebienski Roża 642.
Trizna Lilia 54.
Tyskiewicz Leliwa 92.
Tylicki Lubicz 190.
Trzemeski Gozdawa de Trzemſza in Sand. Pal. à tribus fratribus Adam. Nicod. Blaſ ſuit poſteritas Adam. in Vngaria miles demū in patria ad Rokoſzū cum Gniewoſzowna reliquit Adam. cū Zalkiewio Lucam mil tem, in Pruſſiā Vexill. ſ. Ducis Dominici in Zaſtaw, & contra Abaſiū, reliquit Io. ex Bogucka, Nicod. in Pecutiā tranſijt, corrupte vocāturStrzemieſcy, Blaſ. ad Opoczno manet. Andr fil. Adami 7 filios reliquit Stan. alter fil. ex Galowſka Felicianum cuius filij Stanisl. Nicol. Polyneń. Camer. & Martian filia illius Barbara cōſors Nicol. Zaklika. Sunt optime propagati & milites.
Trczinski Pobog 437.
Tonicki Nałęcz 263.
Trczinski Rawicz. 585.
Tomicki Lodź 169.
Tłocki Lodź 173.
Tworowski Pilawa 399.
Teborzewski Rogala 610.
Tulibowski Nałęcz 255.
Tupalski Nałęcz 261.
Tumalewski Radwan 573.
Vsinski Lubicz 190.
Vleski Oſtoia 375.
Vdrzycki Nałęcz. 258.
Vciski Nowina 295.
Vchanski Radwan 569.
Vleniecki Przerowa 528.
Waſowic Labęć 11.
Wardeski Leliwa 83.
Warz Rawicz 588.
Wiaż Leliwa 89.
Waſienczowicz Makarow 216.
Wadowski Oſtoia 377.
Walewski Rocb 618.
Ważynski Pilawa 413.
Wandza Pogonia 449.
Waſowski Nałęcz 263.
Warganski Rola 627.
Wiernek Lagoda 36.
Wierozowski Leliwa 101.
Wiecwinski 146.
Wierzbowski Lubicz 197.
Wierżbicki Oſtiem 380.
Wierzbicki Nałęcz 257.
Wieniecki 261.
Wierzbicki Nieczuia 273.
Wieſolowski Ogonczyk 333.
Wierſouicki Okſza 338.
Wielowieiski Pułkozic 483.
Wierzbowski Prawdźic 511.
Wietrzynski Przegonia 531.
Wietwinski Prus 554.
Wierzbicki Radwan 573.
Węgrzynowski Rawicz 602.
Wydzga Lazanki 44.
Wyskocki Leliwa 78.
Wilkanowski Lis 143. Albertus & Adamus erant Succammerarij Viſogrodienſis Terræ.
Wicborowski Lis 147.
Wyskowiec Lodźia 157.
Wyganowski Lodź 174.
Wilk Madroſtki 215.
Wilczek Madroſtki 215.
Wyzycki Gieralt 353.
Wirſcbowski Pobog 437.
Wilkowski Pobog 437.
Wiebrowski Pomian 466.
Wilkoſtowski Pomian 468.
Wilkowski Nałęcz 263.
Wilkoczki Nieczuia 273.
Wilczowski Nieczuia 273.
Witoſławski Nieczuia 274.
Wiebórski Nieczuia 274.
Wydźierzewski Nowina 295.
Wyſocki Odrowaz 214.
Wyſſegierd Odrow 316.
Wyſocki Ogonczyk
Wydźierzenſki Ogonczyk 332.
Wilſki Pułkoźie 488.
Wybranowſki Roża 642.
Witunski Rola 627.
Witoslawſki Prawdźić 518.
Wilżenski Profna 522
Wiſnięnſki Prus 543.
Wilam Radwan 572.
Wiſowaty Rocb 619.
Wyśćielſki Rola 632.
Wilczek Roża 641.

Wilczynſki

INDEX.

Wilczynſki Roża 641.
Wolſki Labęs 8. Wolſki 90.
Wolſki Gieralt 353.
Woinowſki Oſtoia 376
Woroniec Pawęza 385.
Wolſki Pomian 466.
Wroblowſki Gieralt 353.
Wolicki Nabram 243.
Woiſlawſki Nałęcz 257.
Wolſki Nałęcz 260
Wornowſki Nałęcz 262.
Wolſki Odrowas 315.
Wyſzyk Ogonczyk 333.
Włoſtowſki Okſza 342.
Wrocimowſki Pulkozyc 482.
Wolſki Pulkozyc 483.
Woienſki Pulkozyc 488.
Wolczek Pulkozyc 489.
Włodek Pulkozyc 488.
Włodek Prawdżic 503.
Wolſki Prus 544.
Wotorrſki Prus 549.
Wolodkiewvicz Raduvan 574.
Workunovvſki Radvvan 574.
Wolucki Rawicz 586.
Wnuczek Lazanki 44.
Wulvvanowſki Nabram. 242.
Zarciſzovvſki Lada 33.
Zablocki Lada 34.
Zdanovvſki Lariſſa 41.
Zdan Lazanki 44.
Zabrzeżinſki Lelivva 89.
Zavvadzki Lis 143.
Zaleſki Lis 144.
Zadambrovvſki 145.
Zgorka Lodz 167.
Zabinſki Lodz 173
Zaorſki Lubicz 202.
Zaleſki Lubicz 203.
Zagorſki Oſtoia 374.
Zaborovvſki Oſtoia 378.
Zavviſza Pavvęza 384.
Zakliczevvſki Pilavva 413.
Zapolſki Pobog 433
Zadalka Pobog 438.
Zdanovvſki Pomian 460
Zbaſki Nałęcz 254.
Zarczynſki Nałęcz 259.
Zabicki Nałęcz 262.
Zarczycki Novvina 295.
Zakrzevvſki Ogonczyk 331.
Zaparſki Ogonczyk 335.
Zakobielſki Przegonia 531
Zabicki Pravvdżic 517.
Zaiaczkovvſki Pravvda 513.
Zavviſza Przerevva 528.
Zvviarkovvſki Przegonia 532
Zaiaczkovvſki Prus 545.
Zaborovvſki Ravvicz 597.
Zaczkovvſki Ravvicz 601.
Zaluſki Rawicz 601.
Zawada Rawicz 602.
Zawadzki Rogala 611.
Zakſenſki Roża 643.
Zalenſki Roża 644.
Zamoſczki Roża 644.
Zeliſlavvſki Pilavva 411.
Zeromſki Pobog 437.
Zeromſki de Zeromin Novvina 289. Ioannes Henricus & Martinus ſortes ſuas donant 1361. Act. in Plonſko in diſtrictu Zakrocimen. Stanislaus Auſicus Bonæ Sfortiæ cum Wolenſka annorum Grabie reliquit Martinum militem in Moſchouiam cum Stephano Rege, & Auguſtinum militem cum Radzimirſki Palat. Podlachiæ legatus in Moſchouiam, cum Goſtkovvſka armor. Iunoſza filios reliquit Thomam militem in Moſchouia, Pruſſia, & contra Tartaros, Caſimirum, Franciſcum, Stanislaum optimos milites.
Zeroslavvſki Pomian 668.
Zgierſki Nieczuia 274.
Zelſki Ogonczyk 326.
Zebrzydovvſki Radvvan 565.
Zembocki Radvvan 570.
Ziemak Ravvicz 596.
Zydkievvicz Iaſtrzembiec in Volhynia, ex quibus Daniel Notar. Caſtr. Lubl. vir iuriſperitia celſus, tenet matrimonium cum Schembergi filia.
Zelazo Ravvicz 601.
Zyrovvieicki Lodż 172.
Zglinicki Prus 549.
Zborzynſki Lubicz 17.
Zgorka Lodż 167.
Zoleżynski Lubicz 193.
Zolkievvſki Lubicz 193.
Zlociſzevvſki Oſtoia 376.
Zlotopolski Nalęc 258.
Zlotnicki Novvina 289.
Zoltovvſki Ogonczyk 330. Ex quibus Mattheus vir magnarum literarum Canonicus Plocen. Theologus. Florianus erat Rothmag. Sebaſtianus Notarius Plocenſis, alij in Confinib. Regni, ex illis ad Kodacum alij ad Craconiam.
Zvvolſki Ogonczyk 314.
Zdrovvſki Okſza 342.

Laus Deo, B. Mar. Virgini, & S. Patri Dominico.

4190